## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Тем, что эта книга дошла до Вас, мы обязаны в первую очередь библиотекарям, которые долгие годы бережно хранили её. Сотрудники Google оцифровали её в рамках проекта, цель которого – сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Эта книга находится в общественном достоянии. В общих чертах, юридически, книга передаётся в общественное достояние, когда истекает срок действия имущественных авторских прав на неё, а также если правообладатель сам передал её в общественное достояние или не заявил на неё авторских прав. Такие книги – это ключ к прошлому, к сокровищам нашей истории и культуры, и к знаниям, которые зачастую нигде больше не найдёшь.

В этой цифровой копии мы оставили без изменений все рукописные пометки, которые были в оригинальном издании. Пускай они будут напоминанием о всех тех руках, через которые прошла эта книга – автора, издателя, библиотекаря и предыдущих читателей – чтобы наконец попасть в Ваши.

**Правила пользования**

Мы гордимся нашим сотрудничеством с библиотеками, в рамках которого мы оцифровываем книги в общественном достоянии и делаем их доступными для всех. Эти книги принадлежат всему человечеству, а мы – лишь их хранители. Тем не менее, оцифровка книг и поддержка этого проекта стоят немало, и поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые меры, чтобы предотвратить коммерческое использование этих книг. Одна из них – это технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас:

- **Не использовать файлы в коммерческих целях.** Мы разработали программу Поиска по книгам Google для всех пользователей, поэтому, пожалуйста, используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- **Не отправлять автоматические запросы.** Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого рода. Если Вам требуется доступ к большим объёмам текстов для исследований в области машинного перевода, оптического распознавания текста, или в других похожих целях, свяжитесь с нами. Для этих целей мы настоятельно рекомендуем использовать исключительно материалы в общественном достоянии.
- **Не удалять логотипы и другие атрибуты Google из файлов.** Изображения в каждом файле помечены логотипами Google для того, чтобы рассказать читателям о нашем проекте и помочь им найти дополнительные материалы. Не удаляйте их.
- **Соблюдать законы Вашей и других стран.** В конечном итоге, именно Вы несёте полную ответственность за Ваши действия – поэтому, пожалуйста, убедитесь, что Вы не нарушаете соответствующие законы Вашей или других стран. Имейте в виду, что даже если книга более не находится под защитой авторских прав в США, то это ещё совсем не значит, что её можно распространять в других странах. К сожалению, законодательство в сфере интеллектуальной собственности очень разнообразно, и не существует универсального способа определить, как разрешено использовать книгу в конкретной стране. Не рассчитывайте на то, что если книга появилась в поиске по книгам Google, то её можно использовать где и как угодно. Наказание за нарушение авторских прав может оказаться очень серьёзным.

**О программе**

Наша миссия – организовать информацию во всём мире и сделать её доступной и полезной для всех. Поиск по книгам Google помогает пользователям найти книги со всего света, а авторам и издателям – новых читателей. Чтобы произвести поиск по этой книге в полнотекстовом режиме, откройте страницу `http://books.google.com.`

Digitized by Google

Digitized by Google

XII
C
21

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
C
21
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

XII
C
21

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
C
21
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google




Rhetoricam, Sophiam, sacra dogmata, iura Matheſin
Hiſtorias, Linguas, carmina Longus habet,
Deſcripſit uarias urbes, loca tempora, mores,
Geſta, magiſtratus, iura, profana, sacra,
Argiuis cecinit Muſis, Thuſciſque, Latinis
Heroas, Diuos, chaſmata, templa, Duces.
Multa tulit, fecit, docuitque, inuenit, et auxit
Et ſcripſit, Graphicis multa deditque typis.
Hunc igitur merito celebrat quem Fama per orbem,
Laurentem Longum Laurea Longa decet.

Laur. Long.
NAtus eſt Kal. Nouemb. MDCIII. laureatus eſt An. MDCXXV. Libros ſuos edidit Venetijs, Placentię, Parmę, et alibi

Digitized by Google

# SVMMA LAVR. LONGI PARMENSIS

## DOCT. THEOLOGI CONGR. SOM.

TABVLÆ THEOLOGICÆ, CANONICÆ, MORALES,

## DE SACRAMENTIS,

De Indulgentijs, & de Cenſuris Eccleſiaſticis generalem, ac ſpecialem doctrinam Parochis, Confeſſarijs Secularibus, ac Regularibus, Sanctimonialium Moderatoribus, Eccleſiaſticis Præſulibus, ac ſubditis ſcitu neceſſariam, vtilemq. complectentes, qua difficiliores Caſuum Conſcientiæ nodi ſecundum probabiliores antiquorum, ac recentiorum Doctorum ſententias, Summorum Pontificum, ac Sacrorum Conciliorum decreta breui, facilique methodo reſoluuntur:

Salutaria Monita Confeſſarijs, ac Pœnitentibus, & Sanctimonialibus exhibentur:

*Regularium Priuilegia ad Pœnitentiæ forum ſpectantia expenduntur:*

**Catalogi Cenſurarum omnium iure Canonico contentarum, Excommunicationum, Suſpenſionum, & Interdictorum, & alia ſcitu digna in hac ſecunda Impreſſione adduntur**

*Cum Indice totius Operis copioſiſſimo.*

PLACENTIÆ, Apud Stephanum Sirenam.
*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMIS

# PRINCIPIBVS

## S. R. E. CARDINALIBVS,

### Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis.

*Laurentius Longus Parm. Sac. Som. Perpetuam Fœlicitatem.*

SAcramentorum Tabulas præcipuis ipſorum miniſtris debitas exhibeo, Ampliſſimi Patres, eaſdem Vobis omnibus, & ſingulis iure dedico. Vos enim Seniores illi eſtis, quos Diuus Ioannes Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptor in ſacra Apocalypſi futurum Eccleſiæ ſtatum proſpiciens præuidit in vigintiquatuor ſedilibus Cathedrales Eccleſias ſignificantibus ſedentes circa mare quaſi vitreum ſimile chryſtallo, quod Sacramenta aquam viuam Diuinæ gratiæ continentia ſignificat, vt quatuor animalia plena oculis Patriarchales Eccleſias ſumma vigilantia cuſtodiendas. Vos quidem morum maturitate, & prudentia ſeniores eſtis, albis iuſtitiæ, & innocentiæ ſtolis circumamicti, integerrimæ vitæ candore conſpicui; aureas meritorum, ac ſapientiæ coronas in capitibus, hoc eſt in mentibus Veſtris habetis, vel pro coronis aureis infulas aureas geſtatis; quales regale Sacerdotium in Regno Dei, quod eſt militans Eccleſia, decent. De hoc Regno ſcriptum eſt, *Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de Regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem*, quæ cum in Cœleſti Regno non ſint, ſanè de præſentis temporis Eccleſia id intelligendum eſt, in qua Vos Cœleſtis Agnus *fecit Regnum, & Sacerdotes, & regnatis ſuper terram*. Reges, & Principes terræ in ſacris literis appellamini. Quia Vobis *datum eſt regere Eccleſiam Dei*, quam ille ſanguine ſuo acquiſiuit. Vos Apoſtolorum ſucceſſores, Patriarcharum cognati, Prophetarum filij, Dei adiutores, & interpretes, Diuinæ voluntatis indices, populorum Duces, Eccleſiarum Gubernatores, Regni Cœleſtis clauicularij, immortalis vitæ, ac pietatis Doctores, animarum patres, veritatis aſſertores, oppreſſorum vindices, medij inter Deum, & homines Angeli merito nuncupamini. Vos eſtis arcus inter nebulas gloriæ refulgentes, viuæ in templo Dei Columnæ, Ciuitates ſupra montem poſitæ, lux Mundi, ſal Terræ. Non alio titulo magis gaudere debetis, quam quod myſteriorum Dei diſpenſatores, Sacramentorũ primarij miniſtri eſtis, quibus oues Chriſti paſcitis, vitales aquas vitrei Sacramentorum maris, ad quod aſſidetis, fideliter diſpenſatis. Vigintiquatuor Seniorum numero finito pro indeterminato ſignificamini. Quemadmodum per duodecim Tribus Iſrael, & per duodecim ſedes, in quibus ſedebunt, qui Chriſti veſtigia ſecuti ſunt, eorum, qui iudicabuntur, & qui iudicabunt, vniuerſitas deſignatur. *Tanquam mare vitreum ſimile Chryſtallo*, Sacramenta Eccleſiæ eſſe ſacræ Apocalypſis interpretes aſſerunt. Et qui-



Digitized by Google

dem tanquam mare vitreum Baptiſmum eſſe quis inficiabitur ex aqua, & igne Spiritus Sancti conflatum? Chryſtallo ſimile eſt, videlicet Diuinæ gratiæ, & innocentiæ candore nitidum, ſynceritate Fidei lucidum, indelebili caractere, quo animæ conſignantur, ſolidum, ac conſtans, non fluidum, non reiterabile. Ex aqua concreſcit, & dureſcit Chryſtallus; ita homines, qui ſicut aqua dilabuntur ſuper terram, tribulationis igne, quaſi vitrum in fornace ad bonorum operum firmitatem perducuntur. Per mare immenſum meritorum Chriſti, quæ Sacramentorum ſuſceptoribus communicantur, eos omnes tranſire neceſſe eſt, qui ad Cœleſtis Regis aſpectum peruenire volunt. Per mare rubrum ſanguinis à Diuino Agno pro ſalute noſtra effuſi dilecto Dei populo ad promiſſam viuentium terram tranſeundum eſt. Sicut olim locuſtæ Ægyptiæ in mari rubro ſubmerſæ periere: ita peccata hominum in hoc Sacramentorum mari rubro Chriſti ſanguine ſubmerſa delentur. Non ad terreſtria Regna, vt olim Tyrrhenum mare Lydos, Troianos, & Phocenſes, hoc Mare magnū & ſpatioſum vehit, ſed ad Cœleſtia Regna adſpirante Diuini numinis aura perducit. Ex maris huiuſce aquis non fabuloſa Venus trium Gratiarum ductrix, ſed Diuina gratia Fidei, Spei, & Charitatis, verè Charitum, meliorumque chariſmatum parens exoritur. Hoc mare, ceu *fons de domo Domini egreditur*, vt Ioel. 3. prædixit, *erit fons patens domui David in ablutionem peccatoris*, inquit Zacharias 13. Vos animarum Paſtores luſtralibus Sacramentorum aquis peccatores abluitis, & niue candidiores redditis; dum ſuper eos aquam mundam Sacramentorum effunditis, de quibus à me compoſitum opus Vobis offero, dicoque. Quamquam, ſi ingentia merita veſtra cum dignitate maxima, qua Regibus ipſis præſtatis, ſpectentur, integra, & magna volumina Vobis ſingulis dicari deberent: nihilominus ſi argumenti Vobis cõmunis, hoc eſt Sacramentorum Eccleſiæ, de quibus hic agitur, dignitas, omnis Eccleſiaſticæ dignitatis origo, & cum munere veſtro doctrinæ hoc volumine expoſitæ connexio conſideretur, librum hunc Vobis oblatum non dedignabimini, quem Vobis populorum capitibus totum, & per capita dono, dicoque, vt librum intus, & foris ſcriptum, Sacramentorum authorem imitetur, qui ſe totum omnibus, & totum ſingulis exhibet. Sacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ, quibus peccatorum remiſſio fit, per Iobileum Moſaicum, in quo fiebat remiſſio debitorum, præſignata fuerunt, & portæ Iuſtitiæ à Regio vate dicta verbis illis, *Aperite mihi portas Iuſtitiæ*, quibus vtitur Sūmus Pontifex Romanus, eiuſque Legati, dum Portas Sanctas aperiunt. Vos non homines, ſed humanos Deos dico; quia nec homines Chriſtus appellauit Apoſtolos anteceſſores Veſtros; dum eos, quid de ſe homines dicerent, interrogauit. Vobis cum Regio Pſalte *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes*. Sicut M. Agrippa Dijs omnibus Romæ Pantheon extruxit, ita ego Vobis Dijs terrarum Theologicum Pantheon erexi totidem aras, quot libri capita ſunt, continens, & vnicuiq. propriam dicaui, Q. Caſſius Lõginus Prætor Romæ poſt deuictum Perſea Macedonum Regem, quem ipſe Albam captiuum duxit, Dijs omnibus munera obtulit. Ego Vobis, quos Deorū nomine in ſacris literis appellari ſcio, pro muneribus libros offero, quos ſi ab argumenti dignitate æſtimabitis, nihil dignius, ſi affectum offerentis reſpicietis, nihil maius offerre valeo. Vos humile opus benignè excipite, hilaremq. eius datorem diligite; qualem Deus humilia reſpiciens diligit, qui maximus cum ſit, minima à nobis puro affectu oblata non deſpicit. Valete, ac ſaluete Chriſtianæ Reipublicæ lumina.

Placentiæ Kal. Ianuarij.

Digitized by Google

# SERENISSIMIS PRINCIPIBVS
# RAINVTIO II. FARNESIO, ET MARGARITÆ MEDICIÆ

Parmæ, Placentiæ, & Caſtri Ducibus, &c.

*Atque Illuſtriſſimo Placentinæ Eccleſiæ Antiſtiti, ac Comiti.*

Laurentius Longus Parm. S. S. fœlicitatem.

EDituro mihi in lucem primam poſt naufragium humani generis Tabulam, hoc eſt librum de Baptiſmo primarijs Sacramentorum miniſtris nuncupatum nulla opportunior occaſio magnis eum rurſus repręſentandi Patronis offerre ſe ſe poteſt, quam quæ hodierna die albo ſignanda lapillo à ſumma pietate, ac religione Veſtra offertur. Dum Turcarum Filios Dalmatico bello nuper captos, & quaſi in triumphum Chriſtianæ pietatis ab Illuſtriſſimo Comite Ferdinando Scoto Venetorum Equitum ductore fortiſſimo Placentiam modo adductos, Vobiſque oblatos à Maumethanæ ſuperſtitionis tenebris ad Chriſtianæ Fidei lucem, à duplici ſeruitute ad veram libertatem Filiorum Dei perducitis; Ego quidem quamuis celeberrimas Vrbes perluſtrauerim, & in ſingulis aliquandiu commoratus fuerim, Iudeoſque, ac Turcas ad Chriſti Fidem conuerſos ſacro regenerationis lauacro ritè ablui viderim; Nuſquam tamen vidi quemquam Sacro Baptiſmate maiori cum apparatu, ac nobiliore pompa expiari, quam quo hodierna die noui catechumeni ſacri fontis luſtralibus



Digitized by Google

aquis abluuntur hoc in max. Placentiæ nobiliſsimæ Romanorum Coloniæ, Templo holoſericis aulęis, ac Belgicis periſtromatibus exornato, vbi expoſitis Diuorum Reliquijs, militantis Eccleſiæ propugnaculis, ac pretioſioribus theſauris, aurea, argenteaq. ſupellectile auream, argenteamq. ætatem ſimul referente, & geminis ſplendore ſuo diurnam lucem ingeminantibus, accinentibus Campanarum tinnitibus, pſallentibus Organis, accinentibus Choris cœleſtibus armoniæ ęmulis ipſi parietes præ gaudio geſtire videntur, nedum ciues, patricijq. omnes, Comarchi, & Dynaſtæ, quorum frequenti corona, quaſi fulgentium ſyderum cętu ſtipati maximā cœli luminaria refertis. Quanquam longè meliorem, quā ſolis luce Chriſtianæ Fidei cādidatis affertis. Et quidem verius, quam olim Athenienſis Themiſtocles, dicere poſſunt. *Perieramus, niſi periyſſemus*. Niſi hi bello capti fuiſſent, nunquam forſan à ſeruitute peccati liberati, nunquam à Demonum laqueis ſoluti fuiſſent. Fœlices ergo, terq. quaterq. beati, quibus tales, ac tantos patronos, ſpiritualeſq. parentes Deus Opt. Max. dedit, & captiuitatem libertate, mœrorem gaudio commutauit. Vos tam ſanctum opus regia magnificentia piè exercentes militantis ſimul, ac triumphantis Eccleſiæ lętitiam auxiſtis. Non homines ſolum, ſed Cœleſtes ſpiritus, & maximè eorum Cuſtodes Angelos, Deumq. ipſum, cui nouos adoptionis filios ex aqua, & Spiritu ſancto regeneratos obtuliſtis, Vobis ipſis religioſè, ſanctèq. deuinxiſtis. In tanta ergo celebritate, tantoque Populi gaudio exultantis concurſu Baptiſmum celebrantibus Vobis, & Sacramentorum portam aperientibus hoc de Sacro Baptiſmate opus adiuncta ſecunda poſt naufragium Tabula exhibeo; Vos, qua benignitate infidelium liberos ſuſcepiſtis, charitatis, & beneficentiæ Veſtræ alumnos, nouella ſanctitatis germina, noua ſanctæ Eccleſiæ pignora, germen pium, examen nouellum, gaudium, & coronam Veſtram apud Deum liberaliter fouetis, ac protegitis, eoſq. inter Lilia paſcitis, qui candida Lilia interni, & externi habitus candore referunt, ita librum fidelis dextræ meæ liberum (quo nomine Beniamin à patre vocatus fuit) benignè ſuſcipite, eumq. cum authore ab iniuidis liberaliter protegite. Sic enim fiet, vt quemadmodum funiculus triplex difficile rumpitur; Ita triplicis patrocinij Veſtri titulo inſignitus liber hic, vt olim Cęſaris ceruus, à Zoilis non facilè lędatur, ſed ab eorum Theoninis dentibus liber verè liber per varias legentium manus diſcurrat, eaq. facere alios doceat, quæ Vos egregiè pręſtatis, & exemplo Veſtro alios docetis. Summam erga Vos obſeruantiam meam, & perpetuum obſequium liber meus teſtabitur, Voſq. non modo liberorum, ſed etiam librorum liberaliſſimos ſuſceptores, vt liberalium artium, ac profeſſorum earundem patronos deprędicabit. Valete, ac ſaluete fulgentiſſima Chriſtiani cœli ſydera, mihiq. benignis aſpectibus affulgete. Dat. Placentiæ viij. idus Martij.

EMI-

Digitized by Google

# EMINENTISSIMIS PRINCIPIBVS
## SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIBVS
## Supremis Orthodoxæ FIDEI Quæſitoribus.

*Laurentius Longus Parmen. Doct. Theolog. Sacerdos Congregationis Somaſchenſis. S. P. D.*

*PVrpurei ſaluete patres, quos Roma ſupremos*
*Cuſtodes ſanctæ relligionis habet,*
*Cenſores veræ Fidei, morumq. magiſtri*
*Regibus æquales, Cardinibuſq. Poli,*
*Ex quibus eligitur, qui toti præſidet Orbi,*
*Quiq. gerit Chriſti Paſtor vbiq. vices;*
*Vos modo ſpectaſtis certamina nr̃a tubarũ*
*Excita, quis credat? pacis amante ſono.*
*Quis cõmota putet clangoribꝰ arma, perẽnẽ*
*Roma quibus pacem nunciat alma dari?*
*Vos nr̃as reſonare Tubas iuſſiſtis in Orbe,*
*Alecto terris quas ſiluiſſe velit.*
*Veſtrarum merito laudũ præconia debent*
*Seruata à Vobis nunc reſonare Tuba,*
*Et ceciniſſe ſuum deuicto ex hoſte triũphum*
*Conato noſtrum perdere ſæpè decus.*
*Vos doctis cenſenda viris mea ſcripta dediſtis,*
*Et mea mandari dogmata ſacra Typis*
*Iuſſiſtis, quæ docta virum cenſura ꝓbauit;*
*Atq. dari luci, quæ tenet vmbra domi.*
*Nunc audite mei rationem quæſo libelli,*
*Quem miſſum Vobis dedico Præſulibus.*
*Sacramentorum primis inſcribo miniſtris,*
*Quos Deus elegit, ſubſtituitq. ſibi.*
*Iudicio Veſtro, nihil eſt quo certius vſquã,*
*Subiicio libris dogmata ſcripta meis:*
*Cunctaq. cenſuræ Latij ſubmitto parentis,*
*Qui Sanctæ Fidei firma colũna manet.*
*Si quis forte meis ſcriptis irrepſerit error,*
*Delere hunc promptus, ſi moneatis, ero.*
*Dicta retractauit, cui paruit Hippo, magiſtri*
*Non pudet exemplũ nobile ſponte ſequi.*
*Naufraga Ledæos tutari carbaſa fratres*
*Nautarum docuit priſca ſuperſtitio.*
*Vos tabulis noſtris meliores eſſe Lacones,*
*Queis dignati eſtis, ferre ſalutis opem,*
*Mergere quas dudũ tẽpeſtas ſæua minatur*
*Inuectricis fluctibus orta maris.*
*Accipite hunc librũ, Vobis quẽ rite dicaui,*
*Et capita inſcripſi ſingula, cuiq. ſuum.*
*Hoc opus exemplo, rationeq; nititur altâ,*
*Nõ ſecus, ac petra ſtat bene nixa domꝰ.*
*Authores multi librum, vel pluribus vnum,*
*Vel capita inſcribunt ſingula cuiq. viro.*
*Nuncupat & multis* Ferrarius *ipſe libellos,*
*Pluribus Aegypti ſymbola* Pierius.
*Sic* Scutum Rainalde *tuum dat* Aproſius *ingens,*
*Hos obiecta mihi pellere tela queo.*
*Fert vatũ* Scuticã *mihi pluribꝰ ante dicatã*
*Sed mihi plagoſus diſplicet Orbilius.*
*Nec mea quæ veniunt animo deducta ſereno,*
*Tincta Lycãbeo carmina felle madent.*
*Structuræ ratio cui ignota, moduſq. Typuſq.*
*Non bene de ſtructa iudicat æde faber.*
*Iudicium ſic ferre bonũ nequit ille librorũ*
*Noſtrorum ratio quem latet, arſq. modus.*



Digitized by Google

*Quid ſit opus, titulus, nomenq; oſtēdit, & illi*
*Quid ſit conueniens, q d deceatq; docet.*
*Eſt ſacris de rebus opus mihi Pantheon, eius*
*Parſq; ſalutares nomine ſunt Tabulæ.*
*Pātheō, & Tabulæ qd ſint, huic ſcire neceſ-*
*Qui cenſere ſuo vult mea iudicio. (ſe eſt,*
*Non vltra crepidā ſutor, clamauit Apelles*
*Poſt Tabulas. Tractāt nāq; fabrile fabri*
*Poſt Tabulas ſic ipſe meus clamo alter Apel*
*Ignarus ne qs iudicet has Tabulas. (les*
*Alter Agrippa mei clamo præ limine tēpli,*
*Pantheō haud intret turba pſana meum.*
*Quinq; reuoluebat ſol luſtra fluentib⁹ ānis,*
*Ante hominē pareret quā pia virgo Deū.*
*Cum mole auguſtā Roma Dijs oībus ædem*
*Struxit, & vltori Marcus Agrippa Ioui*
*Baſilicam ſacrauit eam, quæ mole rotūdā*
*Diuorum ſedes eſt imitata Polos.*
*Ne qua Deos inter lis, qualem mouerat āte*
*Terminus, eſſet ibi de potiore loco.*
*Sic ergo dū Veneta colerēt noua tēpla ſalutis*
*Carminibus quondā concelebrata meis,*
*Pantheon erexi Dijs omnibus alter Agrip-*
*Vltoriq; Ioui Palladis arte nouum. (pa*
*Pantheon hic liber eſt Myſteria ſacra recludens.*
*Sūt ara capita ſingula ſacra Dijs. (ſtrāt*
*Pontifices appello Deos, qui ſacra mini-*
*Et quibus eſt Chrīi paſcere cura gregem.*
*Hoſce Deos diuina ſacris oracula carthis*
*Scripta vocant. Homini nam Deus alter homo eſt,*
*Quē iuuat auxilio; ſic Iuppiter ipſe iuuantis*
*Patris habet nomen: nēpè iuuare Dei eſt.*
*Inter Pontifices qui maximus eminet vnus*
*Romuleus Paſtor Iuppiter vltor adeſt.*
*Nēpè iuuans oēs pater eſt, & criminis vltor*
*Pantheon hoc ſacrum pteget ergo meum.*
*Paſtores, Chrīi quibus eſt in ouile poteſtas,*
*Paſcendiq; manet quos pia cura gregis.*
*Dij Vos eſtis, ego dixi, Vobiſq; ſupremus*
*Eſt Deus ipſe pater, vatis vt ore loquar.*
*Pantheon hoc cunctis Vobis cōmune dicaui,*
*Cuilibet altare conſtituiq; ſacrum.*

*Numina plura coli tēplo ſignāur eodem,*
*Alter & alterius gaudet honore Deus.*
*Nēpè bonū charitas diffundi gaudet in om-*
*Alterius nulla tangitur inuidia. (nes,*
*Hoſpitio heroes multi excipiuntur eodem,*
*Nec dedignatur quiſq; cubile ſuum.*
*Pontificū ſic multa libro referuntur eodem*
*Nomina, qſq; ſuū gaudet habere caput.*
*Qui caput eſt populi, diuini Paſtor ouilis,*
*Sedeq; lętatur quiſq; ſedere ſua.*
*Hos ventura videns ſeniores incola Patmi*
*Conſpexit quondā numinis āte thronum*
*Sedib. ī ppriis vitrei maris æquora circum*
*Hi ſtantes agno laude tributa dabant,*
*Qui potuit reſerare libri ſignacula ſeptem,*
*Quæ nullus potuit vir reſerare prius,*
*Iudæus vicitq; Leo, qui dicitur agnus,*
*Filius innocuus, magnanimuſq; Dei.*
*Sacramentorū ſeptem reſerator, & author,*
*Morte ſua valuit regna aperire Poli.*
*Nos regnum fecitq; ſuum, Regeſq; miniſtros*
*Sacrorum, Mundo Pontificeſq; dedit.*
*Candere mentis Stolis ſignantibus albis*
*Induti referunt aurea ſerta ſenes.*
*Auratis mitris ſapientia ſumma notatur,*
*Paſtores debent qua radiare ſacri.*
*Stant illis ſedes varijs regionibus Orbis,*
*Vrbes quas decorat Pontificalis apex.*
*Has Cathedras dicūt, ūde illi ſacra colētes*
*Commiſſas paſcunt voce ſalutis oues.*
*Sacramenta mari vitreo ſignata miniſtrāt*
*Vnda ſalutaris gratia nempè Dei eſt.*
*Abluit hæc animas, purgatq; à ſordib. ūda,*
*Cordaq; noſtra facit candidiora niue.*
*Hoc ſubmerſa mari delent crimina mūdi,*
*Nili gena rubro ceu periere mari.*
*Totq; locuſtarū ſubmerſit Erythra phalāges*
*Cuncta ſalutaris crimina mergit aqua.*
*Per mare ſanguineū Chrīi trāſire neceſſe eſt,*
*Ad ſedem cupiunt qui penetrare Dei,*
*Nō his vana Venus charitū ſata mater ab*
*Naſcit, aſt ſūmi gratia prima Dei. (ūdis*
*Vera parēs charitū fideiq; ſpeiq; & amoris,*
*Mens qbus effulgens cœlica regna petit.*

*Ad*

Digitized by Google

Ad terrena vehit non hoc mare regna, ſed
Ad regnũ cœli, quos Deus ipſe beat. (alti
His debetur aquis, quod peccatoribus ipſis
Iam Cœlum pateat, contineatq. pios.
Nempè ſuperfuſis cœlum diſtenditur vndis
Sicca velut pellis quando rigatur aquis.
Vt peccatores capiat, quos ante nequibat,
Eſſe ſuper Cœlos namq. feruntur aquæ.
His Deus, vt pellẽ, cœlos extendere fertur,
Luſtratos vt aquis excipiant homines.
Sũt Patriarchales animalia quatuor ędes,
Plena oculis intus, & foris, ante, retro.
Paſtores Argo ſimiles noctuq., diuq.
Non ceſſant gregibus inuigilare ſuis.
Tartareoſq lupos ſacris ab ouilib. arcent,
Doctrina, exemplo quoſq. tuent, alunt.
Romulei diuiſa patris ſacra ſceptra regẽtis
Paſtoralis eos ſolicitudo tenet.
Hi regnant terris, meritò regeſq. vocantur,
Infula cingit eis, ceu diadema, caput.
Sublimi Regum funguntur munere, pœnas
Infliguntq. malis, pręmia dantq. bonis.
Conſilioq. regunt, & ſanctis Legib. vrbes,
Et populis dicunt candida iura ſuis.
Eſt firmamentũ liber hic, fert ſydera circũ;
Sacrorum Regum nomina ſcripta gerit.
Nẽpè refert flores ĩſcriptos nomina Regum,
Eſt qbus inſcriptus tot velut aſtra tenet,
Paſtorale docet munus. Paſtoribus ergo
Iure ſuo, ſacris Præſulibuſq. datur.
Vnuſquiſq. licet patrum ſit dignus, vt ipſi
Ingentem librum noſtra Camœna dicet.
Argumenta tamen librum ſublimia noſtrũ
Dignum, qui detur omnibus, efficiunt.
Ius cõmune tenent in Sacramenta miniſtri
Communis debet omnibus eſſe liber.
Sacramenta refert vitrei ſub imagine pon-
Patmœo quondam ſignificata ſeni. (ti
Ad quod prędicti ſeniorum nomine patres
Paſtores adſtant, Pontificeſq. ſacri.
Eius aquis luſtrant homines commiſſa dolentes,
Et quos primæui culpa parentis habet.
Non datur ergo liber, qui conuenit omnib⁹, vni
Ne ſit diſſidij munus hoc cauſa noui.
Vt pomum, Veneri Paſtor qđ tradidit Ida,
Cui reliquas nocuit poſtpoſuiſſe Deas.
Iudicium Paridis, ſpretæq. iniuria formæ
Attulit Iliacis mœnibus exitium.
Traditur aſt cunctis, quia cunctis conuenit, vnus,
Singula cunctorum nomina fertq. ſenum.
Diuerſis diſtincta locis, vt ſedibus, vrbes
Queis referunt, quarũ res memorare libet
Chronologis variiſq. notis deſcribere caſus,
Quo quis eas vrbes tempore condiderit.
Cinxerit aut muris, ornarit & ędibus illas
Quis vera Fidei lumen ijs dederit.
Paſtores quos quæq. ſacros, diuoſq. beatos
Indigetes, claros vrbs tuleritq. viros.
Singula at hic breuiter perſtrinximus, omnia fusè
Quæ nos in Longa ſcripſimus hiſtoria.
Sic diſtincta locis ſedilia ſacra notamus,
Paſtorũ Cathedras, quas pius orbis habet
His vitreũ doctrina refert mare ſcripta pa-
Ad qđ prauiſi ſunt reſidere ſenes. (pyris
Oĩbus ergo datur liber hic Paſtorib⁹ vnus,
Sacramentorum quos pia cura tenet.
In Sacramentis Chrũs datur omnibus idem
Integer, hunc totum ſinguli habere qũnt.
Hic liber eſt ꝓprio deſcriptus sãguine nobis
Omnibus eſt natus, & datus vnus adeſt.
Dat lumen commune ſuum Sol oĩbus aſtris
Vnicuiq: diem luce vehitq: ſua.
Sic doctrina libri communis conuenit vna
Oĩbus, hanc quiſq; quærit, habere poteſt.
Præſulibus ſedes, aras Dijs ipſe dicaui;
Has referunt capita ſingula cuiq. libri.
Caſſius vt Longus poſt victum Perſea Prætor
Obtulit omnigenis munera grata Deis.
Sic ego poſt victos huiuſce voluminis hoſtes
Humanis libros offero dona Dijs.
Hos precor, obſequium potius, quam munera dantis
Reſpiciant, animum reſpicit ipſe Deus.
Vos quoq Dijs ſimiles mores ſeruate Deorũ,
Nam Vos mortales dicimus eſſe Deos.

EMI-

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

# HIERONYMO COLVMNÆ

S. Rom. Eccl. Cardinali Duci Paliani, & Marini, Sonnini, & Sacr. Rom. Imperij Principi, Germaniæ, & Aragoniæ, ac S. R. Imp. Protectori.

*Archiepiſcopo olim Bononienſi, Patriarchalis Eccleſiæ Lateranen. Archipresbitero,*

SALVTARES TABVLAS, AC IVBILEORVM.

Tubas Laurentius Longus Theologus eiuſdem familiaris.

D. D. D.

*E Rebus priſci ſtatuere trophæa Colũnis,*
*Hoſtes quà victi terga dedere fugæ.*
*Sic ego, ſi magnis fas eſt componere parua,*
*Palladiæ pugnæ victor, & Inuidiæ,*
*Parta trophæa ſacra tãdẽ ſuſpendo Colũna,*
*Murice Romuleo quæ decorata nitet.*
*Viua Dei tẽplum q; ſuſtinet alta Columna,*
*Et ſacra Legis nomen, & omen habet.*
*Huic Tabulas appẽdo meas, quas ꝑdere E-*
*Eſt conata diu, naufragioq; dare. (rynnis*
*Quæ poſt naufragiũ miſeris donare ſalutem*
*Ad ſcopulos culpæ qui periere, queunt.*
*Huic etiã lituos appendo, tubaſq; Columnæ,*
*Tempore luſtrali quæ reſonare ſolent.*
*Et pacem, veniamq; reis indicere terris,*
*Et libertatis reddere iura nouæ.*
*Qualia reddebat Iobelei buccina, luſtrum*
*Poſt decimum iuſſit quã reſonare Deus.*
*Quẽ tibi Roma refert nũc quĩquageſimꝰ ãnus*
*Poſt Chriſti nati ſecla quaterna quater.*
*Luſtra octona ſuꝑ nũc quãdo reuoluitur an-*
*Septimus ætatis, militiæq; meæ: (nus*
*Immeritis caderem ne tempeſtatibus actus*
*Suffulſit noſtrum* sacra Columna *latus.*
*Anchora ſacra velut iactatã fluctib. alnum*
*Firmat, eiq; minas dat ſuperare maris,*
*Ipſa viam pandit mihi fulgens igne Colũ-*
*Iſacidis qualis iam patefecit iter. (na,*
*Per mare quæ rubrum latè cedentib. vndis,*
*Per ſyluas Arabum duxq; Columna fuit.*
*Vnde Deꝰ reſponſa dabat, populũq; docebat,*
*Atq; tuebatur nube tegente iubar.*
*Per mare, ꝑ ſyluas, ꝑ inhoſpita teſqua vagãti*
*Dux mihi p̃ſidium firma Colũna dabit,*
*Liber, & Alcides quas erexere, Columnæ,*
*Quaſq; Antoninus Cæſar, & Vlpiades*
*Romuleo poſuere ſolo, quas longa vetuſtas*
*Seruat, nec potuit rodere tempus edax,*
*Principis Excelſi cedant nunc iure Colũnæ*
*Quæ mihi firma dedit fulcra, trophæa fe-*
*ret.*

ANA-

Digitized by Google

# ANAGRAMMA

## HIERONYMVS COLVMNA
## HEROS INCOLVMI MANV.

Non mihi quærendus clypeus, quo tela repellam
Sepius in Tabulas eiaculata meas.
Nam mihi pro clypeo eſt HIERONYMVS ipſe COLVMNA
Purpureæ Princeps gloria magna togæ.
Qui me Theiologi proprij dignatus honore
Adiunxit menſæ, Familiæque ſuæ,
Purpureus Princeps vt Iulius ante Sabellus
Antiſtes, Princeps Albaque Longa tuus,
In libros vibrata meos modo tela COLVMNA
HEROS INCOLVMI depulit ipſe MANV.
Hæc inuicta ſuos tutatur dextra clientes,
Teutonas, Hiſpanos, Felſineumque gregem,
Quem vigilans Paſtor Stygio defendit ab hoſte,
Doctrina, exemplo pauit & ipſe ſuo.
Non tot Monſtra manu domuit Tyrinthius heros,
Dira quot Eumendum monſtra COLVMNA necat.
Zoilei procul ite canes, latrantia Vobis
HEROS INCOLVMI conteret ora MANV.
Ite venenatas qui funditis ore ſagittas,
Has fugat INCOLVMNI namque COLVMNA MANV.
Ac veluti Michael Gargani Montis ab antro,
Vertit in authores tela retorta ſuos.
Inuidiæ iam nulla noceant mihi ſpicula, dum me
HEROS INCOLVMI protegit ipſe MANV.
Damna, libris inferre meis quæ tentat Erynnis,
Arcuit, incolumem meque COLVMNA facit.
Liuida conſurgant in me ſi monſtra, Chimeræ,
Harpiæque, Hydræ, Tartareique canes.
Tutus ero, vindex HIERONYMVS ipſe COLVMNA,
HEROS INCOLVMI proteget illa MANV.

A D

Digitized by Google

# AD SERENISSIMVM PRINCIPEM ALEXANDRVM FARNESIVM PATRONVM OPTIMVM.

ADuerſus Pœnos non arma diutius olī
Tractauit Lõgꝰ cõſul, & vrbis honos,
Ille Placentinos qui duxit ab vrbe colonos,
Et Trebia hoſtili ſanguine tinxit aquas,
Nec contra Boios tantum Sẽpronius alter
Pugnauit Ligures depopulatus agros.
Longus ego quantũ certaui Palladis armis
Et tandem victo Marte tropheа tuli.
Non tot Samnites contra, Galloſq. feroces
Egerunt Longi prælia Sulpitii.
Arx Capitolina à Longo defenſa tribuno
Tot Senonum victrix ſpicula nõ repulit.
Nec capita alcides claua tot cõtudit hydræ
Agmina quot noſtro pulſa fuere ſtylo.
Vicimus: aduerſa tandẽ ceſſere phalanges,
Eumenides victa terga dedere fuga.
Pamphilus vt Conſul Ligures ſine ſanguine vicit,
Palma mihi nullo tincta cruore venit.
Ergo triumphator velut olim Pamphilus Vrbem
Ingreditur liber hic laurea ſerta gerens.
Fatalis Longis fuit ante Placentia bello
Campus Conſulibus Martia Romanis.
Hic vibranda mihi rationum tela fuere,
Sanctorum clypeus ſcripta fuere patrum.
Et quæ Doctores magni docuere, ſacriq.
Pontifices, cœtus quæ ſtatuere pii.
Cenſores ſanctæ Fidei, morumq. ꝓbarunt,
Et typica noſtros luce nitere libros
Iuſſerunt, ſepelire ferox optabat Erynnis,
Dogmata ne quẽquam nr̃a iuuare q̃ant.
Auxilium tulit ipſe mihi Farneſius heros
Nomẽ Alexãdri nactus, & omen habẽs.
Et Tabulas ꝑdire meas quas vmbra tegebat,
In lucem voluit, quæ latuere diu:
Curat Alexander ſacri decreta Senatus
Impleri, Latij quæ ſtatuere patres.
Conſaluoq. patri, per quẽ res ſalua periclo
Erepta eſt, ſcriptis iuſſa dedere notis,
Vt mea mundaret cenſeri ſcripta, typiſq.
Donari, nullus in quibus error adeſt,
Moribus aſt sãctis, Fidei quæ cõſona vera
Laudarunt docti terq. quaterq. viri.
Magnus Alexander Tabulas ꝑtexit Apellis,
Alter Alexander ꝑtegit ecce meas,
Poſt quas ipſe latens ſedeo velut alter Apelles,
Iudiciũq. moror lector amice tuũ.
Gratus Alexandro quantũ debebat Apelles
Debeo Alexandro gratior ipſe novo.



Digitized by Google

# AD REVERENDISSIMVM,

## Ac Sapientiſsimum Patrem

# D. PAVLVM CARRARAM

# VENETVM

## Prępoſitum Generalem Congreg. Somaſchæ III.

### ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ.

*TOlle triumphantem poſt tot certamina librum*
*Paule Somaſchenſis Religionis Atlas.*
*Carrigeræ gētis ſoboles, q́, Anthenoris vrbi,*
*Et latè Euganeis eſt dominata plagis.*
*Nēpè triumphalis carrus debetur, honoſq.*
*Victori tandem poſt fera bella libro.*
*Ad Trebiā non tot repulit Sēpronius hoſtes*
*Conſul; quot liber hic prælia ſuſtinuit.*
*Victricem meruit longo certamine laurum,*
*Et Capitolino ferre trophęa Ioui.*
*Ergo triūphalem carrū cognomine præfers,*
*Cui nomen præbet laurea ſerta meum.*
*Ipſa triūphantum quē patria Roma ꝓbauit,*
*Cenſores Fidei, purpureiq. patres.*
*Hi doctis cēſēda viris mea ſcripta dedere,*
*Mandari graphicis & voluere Typis.*
*Tu quoq. Paule ꝓbas, alias q. noſtra ꝓbaſti.*
*Aſtque Roma ꝓbat, quis reprobare q̄at?*
*Roma Petri ſedes, vera Fideiq. Columna,*
*Nulla errata meis vidit ineſſe libris.*
*In tenebris iacuere diu, nunc luce fruentur,*
*Gaudebuneq. tuas Paule ſubire manus.*
*A Carris cognomen habes, qui parta trophęa,*
*Non qui militibus impedimenta vehunt:*
*Impedimēta bonis nō affers vlla, ſed aufers,*
*Et virtutis iter currere quemq. cupis.*
*Nempè Somaſchēſis cętus ades alter Elias*
*Carrus, & auriga es. ꝓuehis ergo bonos.*

*Non mihi carrus ades, quo Longus Tullius olim,*
*Dum pluſtraret mœnia Martis ouans:*
*Decidit exactis decimo poſt regibus anno*
*Ex alto currus nactus honore necem,*
*Nec currus, quo vecta ferox eſt Tullia; Regem,*
*Quando ſuper p̄rem currere iuſſit equos:*
*Non carrus, fortuna viros quo tollit ī altū,*
*Elati lapſu quo grauiore ruant.*
*Nō currus lorami Regis, qui corruit ictus,*
*Cum domino currus mœſta feretra dedit*
*Non currus, quo vectus Achab, Pharaone, bonorum.*
*Inſectator enim currus vterq. fuit.*
*Hic namq. Hebreos, ille inſectatus Eliam,*
*Currus, & auriga qui fuit Iſacidum.*
*Igneus euexit quem currus in ęthera terris*
*Venturum ſummi Iudicis ante diem.*
*Inſectatorum currus periere nocentum,*
*Ignis eos vſſit, merſit & vnda Maris.*
*Ipſe refers currum quo Xp̄i, arcana Philippus*
*Iſaiæ interpres Æthiopem docuit.*
*Tu quoq. diuini pandens myſteria verbi,*
*Iſacidum vates quæ cecinere pij.*
*Igneus es currus, charitatis & igne coruſcas,*
*Virtutes ſummæ nempè dedere rotas.*
*Quales ſancta trahunt animalia quatuor alis*
*Prędita, plēna oculis, q̄is vigilare doſcent.*
*Spi-*

Digitized by Google

Spiritus eſtq; rotis, qui numine ſpirat ab al-
Et ſeptiformi munere corda replet. (to,
Par nitido ſolis Carro tu lumine Cœli
Aſtra Somaſchenſis Religionis obis.
Illuſtraſq; tua radijs virtutis, & vmbras
Inuidiæ, īſequitur quæ decus omne, fugas.
Euehis ipſe bonos, meritoſq; extollis honore,
Et quos oppreſſit Sors, & Erynnis atrox.
Perdere quæ Tabulas noſtras conata, tu-
baſque,
Pacificos terris quæ ſonuere modos.
Quas ſcripſi Tabulas, queis naufraga tur-
ba ſalutis
Litus adit, Carro ſuſcipe Paule tuo.
Vt legis Tabulas euexit carrus in arca,
Deſcripſit digito quas Deus ipſe ſuo.
Has dextra Carrara tua ſi ſuſcipis æqua,
Non poſſunt curru nobiliore vehi.
More triumphātis ſcandet Capitolia curru
Laurigero noſter cinctus honore liber.
Quæ per iter ſumma ſequitur virtutis euntē
Ipſa triumphanti gloria currus erit.
Vade liber Latiā nunc verè liber in vrbem
Nomine quæ verſo dicitur Orbis amor.
Terrarum regina potens fideiq; magiſtra,
Pontificum ſedes, Religionis apex.
Vade triumphantes qua tot Capitolia Lōgos
Excepere ſuos poſt fera bella Duces.
Qui domitis Gallis, Pœnis, Picentib. Æquis,
Et Sannitē altum promeruere decus.
Te quoq; Palladij poſt tot diſcrimina belli
Ornatum ſpolijs hoſtis ouare decet.
Dū Carrara vehet Carro te maximꝰ alto
Laurigero feries vertice tecta poli.

## Ad eundem Doctiſsimum Patrem.

## D. PAVLVM CARRARAM

### PRÆSVLEM AMPLISSIMVM.

### De Pantheo Theologico Tabulis Salutaribus expreſſo.

PAule meis laudate Tubis, celebrate Camenis,
Laude licet meritis inferiore tuis.
Tēpla Salutaris tibi cura Virginis vt ſunt,
Quæ Veneti nuper ſtructa dedere ſalo.
Quæ mea deſcripſit, Tabuliſq; expreſſit ahenis
Adriaco quondam grata Camœna Duci.
Haſce Salutares Tabulas ne deſpice, templum, (nonum.
Quæ referunt ſtructum Palladis arte
Quale ſibi erexit Sapientia Diua columnis
Impoſitum ſeptē myſtica ſacra notans.
Miſcuit & vinum quod nectare dulcius omni eſt,
Iuſtitiæq; poteſt cuiq; leuare ſitim.
Sacramenta Dei ſeptem ſunt namque columnæ,
Eſt innixa quibus Numinis alta Domus.
Diuino ſtat menſa cibo, qui paſcit adultos,
Aeternaq; calix vina ſalutis habet.
Hæc ego deſcribens templum ſublime columnis
Erexi ſeptem, Pantheon idque voco.
Dedico Dijs cūctis, hoc eſt Paſtoribus orbis,
Quos ſæpe appellant carmina ſacra Deos.
Sunt aræ capita ipſa libri, ſtat ſingula cuiq;
Cuius habet nomen, ara dicata Deo.
Paſtores appello Deos, Regeſq; ſacrorum,
Pontificum Sūmus Iuppiter vltor adeſt.
Hoc templum Carrara tibi cōmendo quod
olim

Car-

Digitized by Google

*Carrigeris noui templa placere tuis.*
*Erexit Carrara ingens ſacra tẽpla Iacobo:*
*Vltima q̃ Veneta pars tenet vrbis adhuc.*
*Qua Spina Longa tenuit Iudaica nomen;*
*Vt vici, Longi quos coluere patres.*
*Sic Longi templum reſtaurauere Iacobi,*
*Quod prima vrbs Venetis ſurgere vidit aquis.*
*Tu noſtrum Carrara precor ne deſpice tem-* *(plum,*
*Deſcriptum Liber hic quod tibi Paule refert.*
*Dedignata meos non eſt tua dextra libellos*
*Adriaca quondã quos tibi in vrbe dedi.*
*Et quos Euganeis mea Bachilionis ab oris*
*Miſit Olympiacis addita Muſa choris.*
*Quoſq. Placentina tribui tibi nuper in vrbe:*
*Aure conſpicuas præradiante Tubas.*
*Quæ cecinere ſuum poſt prælia docta triumphum,*
*Et tandem noſtra parta trophæa manu.*
*Has quoq. Muſæo libris ter millibus aucto*
*Adde tuo Tabulas, quas ego mitto, ſacras.*
*Mitto quidem veri flores, & littori arenas,*
*Et nemori frondes, dum tibi mitto libros.*
*Nã quæcunq. Typis Europa excuſſit ahenis*
*Plena voluminibus Bibliotheca tua eſt.*
*Quod valeo, ſed mitto tibi, nec munera ſpernes*
*Talia numq. tibi munera grata ſcio:*
*Quippe imitare Deum, cuius ſunt omnia, quæ ſunt* *(bens.*
*Noſtra tamen recipit munera parua li-*

---

# DE PATRE D. LAVRENTIO LONGO

## Parm. Congreg. Reg. Som. Theologo,

## TABVLARVM SALVTARIVM AVTHORE

## *TETRASTICHON.*

## Ad m. Reuer. Patris Io. Baptiſtæ Spadij Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſtri.

*Longum hominem raro ſapientem poſſe vocari:*
*Qui dixit, neget hoc, quod dedit ore leui:*
*Ecce Hominis Longi inſignis doctrina. Sit ergo*
*Longus homo hic ſapiens dictus ab ore graui.*

AD

Digitized by Google

# AD REVERENDISSIMVM,

## Ac Sapientiſsimum Patrem

# VINCENTIVM CANDIDVM

## MAGISTRVM SACRI PALATII APOSTOLICI.

## Diſquiſitionum Moralium authorem.

*Elegidion alludens ad nomen antiquiſsimæ gentis Arbuſſoniæ Candidæ, cuius monumentum marmoreum Nouariæ extat cum hac inſcriptione.*

**L. ARBVSSONIVS CANDIDVS CONIVGI SANCTISSIMÆ.**

*ARboribus veteres primum poſuere trophæa,*
*Quæ mox ſuſtinuit fixa Columna ſolo.*
*Hoſtis vbi victus, vel vertere terga coactus*
*Victori inuitus, quæ tulit arma, dedit.*
*Parta trophæa ſacra primum ſuſpendo Columna,*
*Arboreæ genti Candide deinde tuæ.*
*Arbor, quam genuit gẽs Arbuſſonia priſcis*
*Cãdida dicta, mihi parta trophæa geret.*
*Hac Vaticana merito floreſcit in aula,*
*Qualis Laurenti laurus in arce fuit.*
*Barbaræ Apes cuius sũmos examine ramos*
*Obſedere, noui Principis augurium,*
*Troianoq. duci victricia ſigna tulere,*
*Sic victoris Apes ſigna dedere mihi.*
*Quas Franciſcus habet Thuſcæ noua gloriæ gentis,*
*Vrbani Summi Pontificiſq. nepos,*
*Fraciſci cognomen habens, & ſtemma pudicus*
*In cuius libris iure triumphat Amor.*
*Eius Apes laurũ, refero quẽ nomine, fronte,*
*Reddunt victori ſerta, trophæa ferunt.*
*Candida ab antiquis ſtirps Arbuſſonia dicta eſt,*
*Vt deſcripta notis marmora priſca docent*
*Quæ cõſeruat adhuc cõcuſſa Nouaria bello,*
*Municipes Latij quam coluere patres.*
*Quas ego ſeruaui Tabulaſq. tubaſq. trophæa*
*Arbor eas victrix, atq. Columna feret.*
*Alta Colũna ſacro rutilãs q; fulgurat oſtro*
*Et templum fulcit vna Columna Dei*
*Firmior Herculeis mea fert monumenta Columnis,*
*Alta triumphale ſuſtinet Arbor onus.*

Hac

Digitized by Google

*Hæc & ab infeſtis me protegat hoſtibus Arbor,*
*Perdere qui libros, & mea ſcripta velint.*
*Cãdida q; ſacri firmat doctrina Magiſtri,*
*Illius e doctis hauſta labore libris.*
*Arbor Alexandro, telis quã mille petebant*
*Oxydracæ, clypeo, præſidioq; fuit.*
*Obtendebat ei denſos cum ſtipite ramos,*
*Dum vix innumeris cinctus ab hoſte foret.*
*Sic mihi præſidium tua Candide præbuit Arbor,*
*Et victrix Laurus, Palmaq; tuta fuit.*
*Quando, age ne ruerem ventis impulſus, & vndis,*
*Inconcuſſa mihi fulcra Columna dedit.*
*Candide viue diu, candente notãda lapillo*
*Thrace tibi currat Candida more dies,*
*Et qualem meruere tua de gente Dynaſtæ,*
*Condecoret crines candida mitra tuos.*
*Quales Anxani, & Liparæ geſſere tiaras*
*Pontifices geniti Candide ſtirpe tua.*
*Prætulit Antiſtes Firmi quam Candidus Hugo,*
*Romuleus Paſtor det tibi ferre Crucem.*
*Purpureaq; tibi præcingat murice frontem,*
*Candidus hinc aderis, purpureuſque pates.*
*Hoc tibi det Cœli Rex Candidus, ac rubicundus,*
*Addat candori purpura ſacra decus.*

AD HVMANISSIMVM PATREM

# VINCENTIVM FANVM

Sacræ Theologiæ Magiſtrum

P. VINCENTII CANDIDI

*Magiſtri Sacri Palatij Achatem.*

## ELEGIDION.

*A Fando veteres Fanum dixere Latini,*
*Quod reſpõſa Dij per ſua fana daret.*
*Iuſti homines sũt fana Dei, per eoſq; locutus*
*Eſt Deꝰ, eſt homini ſed Deꝰ alter homo,*
*Quem iuuat auxilio. Talis mihi Candidus Heros*
*Iure meis libris namq; patronus adeſt.*
*Imples Vincentj Fani cognomen, & omen,*
*Dum reſponſa mihi numine digna refers.*
*Romuleæ doctor per te Vincentius aulæ*
*Vaticanus adeſt alter Apollo mihi.*
*Tu mihi non dubijs reddidiſti oracula verbis*
*Qualia Crœſo olim priſcus Apollo dedit,*
*Cãdida Fane mihi verax reſponſa dediſti,*
*Victricem palmam vaticinate mihi.*
*Vera refers dictante ſacro reſponſa Magiſtro,*
*Illi tu Fanũ, Phœbus & ille mihi eſt.*
*Ad te confugiens liber hic inuenit Aſylum*
*Liber vbi, & quouis tutꝰ ab hoſte manet,*
*In Fanis Tabulas, monumenta perẽnia rerum,*
*Geſtarum priſci appoſuere duces.*
*Quales deuictis Sardis Sempronius ingens,*
*Poſtq; triumphatum Perſea Paulus ouãs.*
*Quæ ſpectãt adhuc, Tabulas ex ære locarũt*



Digitized by Google

Quæ deſcripta tenent inclyta facta virū
Sic ego Palladis victor certaminis edi
Appendo Tabulas Fane diſerte tuo.
Fortunæ victricis enim cognomine Fanum
Tu mihi Vincenti nomine, reque refers.
Appoſuere ſacris veteres donaria Fanis,
Captaq. de domitis hoſtibus arma ſuis.
Fana Iouis Latij ſpolijs donauit opimis
Marcellus, Coſſus, Romulus ipſe prius.
Delphica Veientum ſpolijs delubra Camillus
Ditauit capta qualia ab vrbe tulit.
Qui defendenti à Gallis Capitolia Longo
Obſeſſa auxilio, ſubſidioque fuit.
Sic appenſa tholis dependent ſigna ſuperbis.
Qua Regina maris imperat Adriaci.
Sic ego deuictis, qui palmā noſtra volebant
Appendo Fano Fane trophæa tuo (olim
A Fano cognomen habes, Fortuna quod
Poſſedit; nomine poſſidet illa tamen.
Sed tua Fortunam virtus dominatur, eamq.
Arbitrio prudens dirigit ipſa tuo.
Ipſa tibi Fortuna rota famulatur, Honor is,
Virtutiſq. ſuo nomine Fanum refers.
Qualia Marcellus Romana ſtruxerat vrbe,
In te virtutis ſtat bene iunctus Honos,
[illegible] Honorem
Excipe. Stent Fano noſtra trophæa tuo.

## Ad Sapientiſsimum Patrem Magiſtrum
# MICHAELEM ANGELVM
# FARISELLVM
## Doctorem Theologum ex Ordine Seruorum Deiparæ Virginis Preſidem Prouincialem, Academicum Genialem, Equitem, ac Comitem Palatinum.

Scriptorum ſalue noſtrorum Candide cenſor,
Præſidium Michael Angele, dulce decus.
Quo melius nemo diuini oracula verbi
Pandit, in obſequium corda trahitq. Dei.
Verius & nemo doctorum ſcripta recenſet,
Iudicium profert liberiuſque ſuum. (æſtas
Ex quo noſtra legis, iam nona reuoluitur
Tu mihi Longinus Caſſius alter ades.
Longinus Sophus, ac Rhetor, cenſorque librorum
Non maiore tuo floruit ingenio.
Iudicioq. licet cunctis præſtaret, & inſtar
Muſei viuens Bibliotheca foret.
Ælius vt Cæſar merito præfecerit illum
Cæſendis, aderant quotquot in orbe, libris.
Iudicio quæcunq. tuo mea ſcripta probantur.
Mordacis linguæ ſpicula nulla timent.
Ipſe mea validis agitatæ fluctibus alno,
Ceu Tiphis vigilans, ac Palinurus ades.
Te nullam rectore timet mea cymba procellam,
Vel per Symplegadas te duce tutus eam.
Quod Tabula poſt naufragium iactentur ab vndis,

Et

*Et tempeſtatis experiantur onus.*
*Nil mirum rapidis ventis iactantur, Ada-*
*(Et ſobolis eadem qui peperere nati. (mi,*
*Hos Orco Pluto miſit, non Aeolus antro,*
*Non ciet hos Iuno, ſed fera Tiſiphone.*
*Hæc eſt, quæ primis inimica parentibus*
*eſum*
*Perſuaſit mali, quod mala cuncta tulit.*
*Inuidia flagrans ſerpens regnator Auerni,*
*Qui nullos vellet ſcandere regna poli,*
*Et noſtras nollet diuini numinis aura*
*Adſpirante rates ire ſalutis iter.*
*Ad culpæ ſcopulos actas, & originis illas*
*Impulit. Hæc Scylla eſt, illa Charyb-*
*dis atrox.*
*Has inter cautes pelagi bacchante procel-*
*Iuſtitiæ nauis fluctibus icta perit. (la*
*Nec ſpes eſt miſeris ullam ſperare ſalutem,*
*Adſint ni Tabulæ, Cœlica dona, ſacræ.*
*Has dedit omnipotens homini poſt fata,*
*ſalutis (queat.*
*Naufraga vt ad portum gens penetrare*
*Sacramenta dedit labes delentia mentis,*
*Vnde ſalus homini, gratia prima redit.*
*His Tabulis Baptiſma dedit, Metanæq.*
*nomen.*
*Has ego deſcripſi candidiore ſtylo.*
*Vt linguæ quicunq. ſtudet, fideiq. Latinæ*
*Haurire ex libris poſſit vtramq. meis.*
*Inuidia bona cuncta patēt, ac Dęmonis ira,*
*Quæ bona ſunt homini, pdere cūcta cupit.*
*Propterea Tabulas noſtras ſubmergere*
*tentat,*
*Et Styge, Letheis vel tumulare vadis.*
*Scrutanti mendas ſcrutatio deficit ipſa,*
*Omnia nā ratio dogmata noſtra probat.*
*Doctoreſq. graues confirmant, omnia quæ*
*In noſtris relegis ſæpe relata libris. (rū*
*Dum conat. opus tenebris inuoluere noſtrū*
*Clarius hoc tenebras luce fugante micat.*
*Id quoq. Romuleis ignotum patribus ante*
*Iam notum, Summo Pontificiq. facit.*
*Vertitur in formas Infernus Protheus oēs*
*Vt valeat libris fraude nocere meis.*

*Inuidiæ Caſsi Longi Parmenſis, Athenis*
*Dum foret is, libris, carminibuſq. Sathā.*
*Adſtitit horrenda ſpectri ſub imagine vi-*
*Atq. gygantæo terruit ore virum (ſus,*
*Ante cibū ſolitum verſus ſcripſiſſe ducētos,*
*Poſt cœnam totidem: larua ſed illa fuit.*
*Dęmona ſeq. malum ſubito confeſſa receſſit.*
*Illius exuſti mox periere libri.*
*Quæis toto nil maius erat, nil doctius orbe*
*Phœbus eam cladem, Pierideſq. dolent.*
*Sic mihi Parmēſis Caſsi cognomen habēti,*
*Bella mouet, Stygijs qui dominatur aqs.*
*Viq. ſalutares Tabulas ſubmergere tentat,*
*Vt nulli poſſit inde venire ſalus.*
*Ille mihi nuper truculento apparuit ore,*
*Diuinatorum dum ſcelus arguerem.*
*Aſſereremq. nigro pactum Dęmone pacta fa-*
*tenda,*
*Eſſe Sacerdoti, quem pia cura manet*
*Soluere culpa animos pactum ſed poſſe ſile-*
*Cum Reginaldo patre Diana docet. (ri*
*Adiuncto tantū grauior quod fœdere culpa*
*Reddatur, mutet non tamen inde genus.*
*Syluius oppoſitæ quāquā ſententiæ adhæret,*
*Iſta probabilior ſed quoq. viſa mihi eſt.*
*Namque fides factum cum Dęmone fœdus*
*abhorret,*
*Quæ promiſſa Deo fonte lauante ſacro eſt.*
*Diſplicet hæc Stygio ſentētia noſtra tyrāno,*
*Nam retegi iubet, is quæ latuiſſe velit.*
*Fraus illi detecta nocet. Quia fallere*
*quemquam*
*Deſperat, ſi fraus ſit manifeſta prius.*
*Terruit aſpectu me Phlegethontius hoſtis*
*Ore minans Tabulis fata ſuprema meis.*
Angelus *aſt* Michael *cinctus lucentibus*
*armis*
*In noſtrum ſubito conuolat auxilium.*
*Qui ſupero quondam deiecit ab axe Dra-*
*conem,*
*Hunc quoque præcipitem Tartara ad*
*ima fugat. (timēdum,*
*Eſt nihil Inferno mihi prorſus ab hoſte*
*Nāq. mihi* Michael *ipſe patronus adeſt.*



Digitized by Google

ERVDITISSIMO, AC PRÆSTANTISSIMO VIRO

# P. LAVRENTIO LONGO

## Doct. Parm. Theol. I.C. Sac. Cong. Som.

*Io. Petrus Creſcentius Theol. S.P.D.*

ÆTernos dies, & nunquam perituros annos LAVRVS, ac LAVREA tua habebunt, Vir ornatiſſime, omniumque liberalium artium peritiſſime. Quæ ego in Romano Præſidio meo compendioſè de te, & de multis libris tuis ſcripſi, re ipſa, & meritis tuis longè minora ſunt, quibus perennes honoris fructus, & literatorum omnium applauſus promeruiſti. Æmulorum Inuidiam ſtylo tuo transfixiſti. Diuinorum chariſmatum fontes, quos mihi ſæpius propinaſti, omnes animæ meæ amaritudines dulcorarunt. Opus tuum de Sacramentis tuo vel maximè dignum nomine præcipua Moralis Theologiæ arcana doctiſſimè, ac ſatis concinnè complectens, vt præcipuis Italiæ Theologis, ita mihi ſummopere placent. Dilucidè enim, cordatèque ſemper inter variarum opinionum anfractus recto tramite, inoffenſoque pede graderis, exactiſſimo vbique Romanæ diſciplinæ cultu, Chriſtianæque Philoſophiæ curſu perfacili. Nec à Regia vnquam deflectis via, quam potiſſima ratio, & clarorum Doctorum ſuadet authoritas. Tabulæ tuæ, quibus non deeſt ſacræ eloquentiæ manna, eadem arca dignæ ſunt, in qua Diuinę legis Tabulæ aſſeruabantur. Perge igitur, expectata omnium votis reliqua ingenij tui pignora in lucem emitte, præſertim ſeptem Iubileorum Tubas, Catholicæ Fidei Clypeum, Armamentarium Eccleſiaſticum, Theatrum Chronologicum Ciuitatum, opus à nullo alio tentatum, Hiſtoriarum Encyclopediam, Compendium. Omnes iam expleſti numeros; omnium applauſus expecta. Augurantem tibi maiora, vnicèque amantem redama. E Bethlemitico Sancti Sabini apud Placentinos receſſu pridie Kal. Aprilis.

NOMEN-

# NOMENCLATOR
## ECCLESIASTICÆ HIERARCHIÆ PRINCIPVM
## Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum:

*Quibus tanquam primarijs Sacramentorum miniſtris, & Senioribus Apocalypſis iu. Mari aſſidentibus Sacramentorum Mare Tabulis Salutaribus repræſentatum, & Ciuitates ipſorum ſedes Chronologicis notis illuſtratas Laurentius Longus Parm. Doct. Cler. Reg. Som. nuncupauit.*

ACciæ, & Marianæ Epiſcop. Ioannes Auguſtinus Marlianus.

Adiacij Epiſc. Octauius Riuarola, cui ſucceſſit Syrus Straſera.

Adriæ in Æmilia Ep. Bonifacius Aliardus ex C. R. Io. Pauli Sauij ſucc.

Adriæ in Aprutio Epiſcopus Aſcanius Caſſianus.

Acerrarum Ep. Manſuetus Merottus.

Ægnatiæ vulgò Iuuenatij Epiſcopus Carolus Maranta.

Æmoniæ. Ciuitatis nouæ Epiſcopus Iacobus Philippus Thomaſinus.

Æſerniæ Ep. Petrus Paulus Ruſticus.

Æſij Epiſc. Alderanus Cybo Cardin. Tiberij Cincij Card. ſucceſſ.

Agrigenti Ep. Franciſcus Trahina.

Alatri Epiſc. Angelus Brancaualerius Alexandri Victricij ſucc.

Albæ Longæ, ſiue Albani Epiſcopus Bernardinus Spada Cardin.

Albæ pompeiæ Ep. Paulus Britius.

Albingauni Ep. Petrus Franc. Coſta.

Albintimilij Epiſcopus Laurentius Gauotus ex Cler. Reg.

Aleriæ Ep. Auguſtinus Dongus Io. Stephani Donghi Card. frater, cui ſucc. Io. Bapt. Imperialis ex C. R.

Aletij vulgò Lecci Epiſcopus Aloyſius Papacoda.

Alexani Ep. Fràc. Antonius Robertus.

Alexandriæ Ægypti Patriarc. Fabius à Legioniſſa Archiep. Compſæ.

Alexandriæ Statiellorum Epiſcopus Deodatus Scalea.

Amalphis Archiepiſc. Io. Stephanus Quaranta Genuenſis.

Amaleæ Arch. Fauſtus Polus Card. Vrbis veteris Epiſc.

Ameriæ Epiſcopus Gaudentius Polus de Caſſia.

Ampuriæ Archi. Andreas Manca.

Anagniæ Ep. P. Franc. Philonardus.

Anconæ, & Humanæ Epiſcopus Aloyſius Gallus Auximas.

Andriæ Epiſc. Aſcanius Caſſianus.

Anglonæ Ep. Flauius Galletus Rō.

 Anti-

Antibari in Dalmatia Epiſc. Ioſephus Maria Beraldus.

Antiochiæ Patriarcha olim Ioann. Baptiſta Pamphilius, qui Pontifex Maximus creatus Innocentij X. nomen aſſumpſit.

Aprutij Ep. Hieronymus Capitaneus.

Aquæpendentis Epiſcopus Pompeius M nutius Arch. Raguſij.

Aquarum ſtatielarum Epiſcop. Clemens ab Eccleſia.

Aquarum ſextiarum Arch. Hieronymus Grimaldus Card. ſucceſſor Michaelis Mazzarini Card.

Aquilæ Epiſc. Clemens Del pezzo.

Aquileæ Patr. Auguſtin⁹ Gradenicus.

Aquini Ep. Franc. Antonius à Pace.

Aretij Epiſc. Thomas Saluiatus.

Aſculi apulorum Epiſc. Petrus Aloyſius Caſtellomuſa.

Aſculi piceni Ep. Iulius Gabrielius C.

Aſilæ vulgo Iſolę Ep. Io. Bapt. Mora.

Aſſiſij Epiſc. Paulus Æmilius Rondaninus Cardinalis.

Aſtæ Epiſc. Octauius Brulius.

Athenarum Arch. Nicolaus Guidius à Balneo Card. Gaſparis Matthęi Cardin. ſucceſſor.

Auenionis Arch. Marinus Genuenſis.

Auerſæ Epiſ. Carolus Caraffa Neap.

Auguſtæ Pretoriæ Epiſcopus Iacobus Vercellinus.

Auguſtæ vindelicorum Epiſc. Sigiſmundus Franciſc. Archidux Auſt.

Auximi Epiſc. Antonius Bichius C. Hieronymi Verolpij Card. ſucc.

BAbylonis Ægypti Archiep. Frãciſcus Suarius Hiſpanus.

Babylonis Euphrateæ Patr. Helias.

Balneoregij Epi. Carolus Azoliſſus.

Barij Archiepiſc. Aloyſius Didacus Senſalius Neapolitanus.

Belli caſtri olim Petiliæ, Epiſc. Franciſcus Clerius.

Belluni Epiſcop. Thomas Mallonius Vicentin. ex Cler Reg. Som.

Beneuenti Archiep. Io. Baptiſta Foppa, Vincentij Maculani Cardinalis è Florentiola ſucceſſor.

Bertinorij, & Fori Popilij Ep. Guidus Maria Bentiuolus ex Cler. Reg.

Bononiæ Archiep. Hieronym⁹ Boncompagnus Cardin. Columnæ, & Lodouiſij Card. ſucceſſor.

Brixiæ Ep. Petrus Othobonus Card.

Brunduſij Archiep. Dionyſius Odriſcolius Hybernus.

Burgi S. Domnini Epiſcopus N. Pallauicinus, Philippi Caſoni ſucc.

Burgi S. Sepulcri Epiſc. N. Malaſpina.

CAiacij Epiſc. Franciſcus Porronus Neapolit.

Caietæ Epiſc. Gabriel Ortiz.

Calis, vulgò Calui Epiſc. Franciſcus Philomarinus.

Callij Epiſc. Pacificus Taſius Rom.

Camerini Epiſc. Æmilius Alterius R.

Caneæ olim Cydoniæ Epiſcopus Antonius Bencius.

Cannuſij, & Barij Archiepiſc. Aloyſius Didacus Senſalius.

Caprularum vulgò Caorle Epiſcopus Vincentius Melonius.

Capuæ Arch. Franciſcus Melzius Ca.

Carinulæ, vel Caſeni Epiſc. Vincentius Cauaſelcius.

Carpentoracti Epiſcopus Alexander Bichius Cardinalis.

Caſa-

Caſalis S.Euaſij Ep. Scipio Agnellus.
Caſertæ Ep.Bartholome⁹ Criſconius.
Caſini Epiſc. Angelus Vrſinus.
Caſſiani Ep. Gregorius Caraffa C.R.
Caſtellanæ ciuitatis, & Ortæ Epiſc. Angelus Gozadinus.
Caſtellanetæ, ſeu Caſtri muniti Salentinorum Ep. Angelus Melchiorius.
Caſtelli ad mare olim Stabiarum Ep. Andreas Marrus.
Caſtri Ep. Chriſtophorus Giarda.
Caſtri plebis Epiſcopus Reginaldus Lucarenus Vmber.
Caſtri Iapygiæ Salentinorum Epiſc. Franciſcus Columna.
Caue Ep. Hieronymus Lanfrancus.
Cenetæ Ep. Sebaſtianus Piſanus.
Cephalydij Epiſc. Petrus Corſetus.
Cerniæ Epiſc. Albertus Gorius.
Ceſenæ Epiſc. N. Marcellinus.
Ciuitatis Ducalis Epiſcopus Saluſtius Cherubinus.
Collis Vallis elſæ Epiſcopus Io. Baptiſta Bonacurſius.
Cluſij Ep. Hippolytus Capionus Sen.
Coloniæ Agrippinæ Archiep. Ferdinandus Bauarus S.R.Imp.elector.
Comacli Epiſcopus Iulius Cęſar Bona de Argenta, ſucceſſor Andreæ Borcę Comitis Longæ.
Comi Epiſc. Lazarus Caraffinus.
Compſæ Archiepiſc. Hercules Rangonius Mutin.
Concordiæ Ep. Benedictus Capellus.
Cōſentię Arch. Alphonſus Marullus.
Conſtantinopolis Patriarcha Volumnius Bandinellus Card.
Conuerſani Epiſcopus Petrus Paulus Bracius Florentinus.
Corcyræ Arch. Carolus Labia ex C.R.
Cortonæ Ep. Ludouicus Serriſtarius,
Cracouię Ep. Stanislaus Strocponſchi.
Cremæ Ep. Albertus Baduerius Venet.
Cremonæ Epiſcopus Franciſcus Viſcecomes Mediolan. Petri Cardin. Camporei ſucceſſor.
Crotonis Ep. Nicephorus Meliſſeius.
DAmiatæ Archiepiſc. Cęſar Facchinettus Cardin.
Derthonæ Epiſc. Frāciſcus Foſſatus.
EPoredię Epiſcopus Octauianus Aſinarius.
Eugubij Epiſc. Alexander Sperellus Vldarici Carpinei Card. ſucceſſ.
FAmauguſtæ Epiſcop. Victor Capellus è Cler. Reg. Som.
Fani Epiſc. Io. Baptiſta Alferius, Iulij Sacchetti Card. ſucceſſ.
Fauentiæ Ep. Carolus Roſſettus Ca.
Feltriæ Epiſc. Simon Deſſinicus.
Ferentini Epiſc. Æneas Spennatius.
Ferrariæ Epiſc. Carolus Pius Card.
Feſularum Ep. Robertus Strozzius.
Firmi Archiepiſc. Carolus Gualterius Cardinalis.
Florentiæ Arch. Franciſcus Nerlius.
Fori Liuij Ep. Iacobus Theodolus.
Fori Popilij, & Bertinorij Epiſc. Guidus Maria Bentiuolus.
Fori Sempronij Epiſcop. Io. Baptiſta Zeccadorus.
Foſſani Epiſc. Clemens Sandrius.
Foſſæ Clodiæ Ep. Franciſcus Craſſus.
Fundorum Ep. Io. Petrus de Theano.
GEnuæ Archiep. Stephanus Duratius Cardinalis.
Geneuæ Epiſc. Iuſtus Guarinus ex Comit. Breſiæ.

Grauinæ Ep. Dominicus Cenninus.
Groſſetti Epiſcopus Io. Baptiſta Gorus Pannilinus.

Hieroſolymæ Patriarcha N. Maximus Romanus.
Hieracij Ep. Laurentius Tramallus.
Hiſpalis Archiepiſcop. Auguſtinus Spinula Cardinalis.
Hortę, & Ciuitatis Caſtellanæ Epiſc. Angelus Gozadinus Bononien.
Hydrunti Archiep. Caietanus Cona.

Iaderę Archi. Bernardus Flores.
Imolæ Epiſc. Io. Stephanus Donghus Cardinalis.
Interamnæ Aprutij Epiſc. Hieronymus Phighinus.
Interamnæ Epiſc. Franciſcus Angelus Rapacciolus Cardinalis.
Iſerniæ Ep. Pet. Paulꝰ Ruſſicꝰ Neap.
Iſchiæ Epiſc. Franciſcus Tontulus ex Cler. Reg. Somaſcis.
Iuſtinopolis Epiſc. Petrus Morarius.
Iuuenacij Epiſc. Carolus Maranta.

Lanciani, vel Anxani Archiepiſc. Andreas Geruaſius.
Laodiceę Archiep. Hieronymus Bonuiſus Cardinalis.
Lauelli Epiſc. Io. Franc. Norſinus.
Labaci Ep. Rainaldus Scarbilio.
Laudæ Epiſc. Petrus Vidonus Card.
Lucerię Epiſc. Sylueſter Afflictus.
Liparæ Ep. Auguſtinus Candidus.
Laureti, ac Recineti Epiſc. Amicus Panichius Maceratenſis.
Lucæ Epiſc. Marc. Antonius Franciottus Cardinalis, ei ſucceſſit Hieronymus Bonuiſus Cardin.
Lugduni Arch. Alphonſus Dupleſſius Recchelius Cardinalis.

Leopolis Epiſc. Bernardus Scala.
Liparæ Ep. Auguſtinus Candidus.

Maceratæ Epiſc. Papyrius Syl-ueſtrius Cingulanus.
Maguntiæ Arch. Elector S. R. Imper. Ioannes Philippus.
Malachæ Epiſcop. Alphonſus della Cueua Cardin. Ep. Preneſtinus.
Marianæ Ep. Io. Auguſt. Marlianus.
Manfredoniæ, vel Siponti Archiep. Antonius Marullus.
Marcopolis Ep. Defendens Bruſatus Nouarienſ. cui Hiacynthus Cœlus ſucceſſit, mox Theodorus Fātonus.
Marſorum, & Sulmonis Epiſcopus Franciſcus Buccapadulius.
Marſici noui Ep. Ioſephus Ciantus.
Mantuæ Ep. Maſſeus Vitalis Brixi.
Materæ Arch. Simon Caraffa Neap.
Mazaræ Ep. Didacus Requeſens.
Mediolani Arch. Cęſar Montius Cardinalis, ei Laurentius Litta ſucceſſ.
Mauri Lucaniæ ciuit. Epiſcopus Carolus Coppola.
Melphiæ Epiſcop. Hiacynthus Petronius Romanus, ei Aloyſius Brancifortius ſucceſſit.
Mineruini, vel Caſtri Mineruæ Epiſcopus Io. Michael Rubeus.
Meſſanæ Arch. Simeon Caraffa.
S. Miniatis Epiſc. Alexander Strozza, cui Angelus Pious ſucceſſit.
Mileti Ep. Gregor. Panciatius Rom.
Monopolis Epiſc. Franciſcus Surgentius antea Archiep. Brundusij.
Molphetę Ep. Io. Thomas Pinellus.
Montis alti Epiſc. Hieron. Codebos.
Melitę Epiſc. Michael Ioannes Balaguer Camarola Arragonenſis.

Mon-

Mõtis ilcini Ep. Alexand. Sergardus cui Antonius Bichius Senenſ. ſucc.
Montis peluſij Epiſc. Atilius Vrſinus.
Montis Flaſconis Epiſcopus Gaſpar Cethinellus Romanus.
Mõtis politiani Ep. Talentus Talentius, ei Marcellus Ceruinus ſucc.
Montis regalis Siciliæ Archiep. Franciſcus Cardin. Peretus.
Montis regalis in Pedemontio Epiſc. Mauritius Ludouicus Solarius.
Mutinæ Epiſc. Robertus Fontana, cui Hercules Molza ſucceſſ.
Motulæ Epiſc. Thomas de Aquino.
NEapolis Archiep. Aſcanius Philomarinus Cardinalis.
Narniæ Epiſc. Paulus Buocerellus.
Nauli Epiſc. Stephanus Martinus.
Nazareti Arch. Seuerolus Fauent.
Nebiæ Epiſ. Vergentius Laporitus.
Nepete Ep. Bartholomeus Vãninus.
Niciæ Epiſc. Deſiderius Paletus.
Nicoterę Ep. Camillus Baldus.
Nolæ Ep. Io. Baptiſta Lancellotus.
Nouariæ Epiſc. Benedictus Odeſcalcus Card. Antonij Tornielli ſucc.
Nucerię Ep. Horatius Iuſtinian⁹ Lõg.
Nuceriæ Ep. Virgilius Florentius.
OStiæ Tyberinæ Epiſc. & Velitrarum Marcellus Lantes.
PRenneſtes Epiſc. Alphonſus della Cueua Ep Malacæ Card.
Placentiæ Epiſc. Alexandri Scappij, cui Ioſeph. Zandemaria ſucceſſ.
Piſtorij Ep. Alexander Caccia Flor.
Peruſiæ Epiſc. Benedictus Vbaldus, Horatij Monaldi ſucceſſor.
Potentiæ Ep. Bonauẽtura Regnicola.
Parmæ Epiſc. Carolus Nembrinus.
Pragæ Archiep. Erneſtus Adalbertus Harrachius Cardinalis.
Papiæ Ep. Franciſcus Billia Mediol. cui Hieronymus Meltius ſucc.
Patauij Epiſc. Georgius Cornelius.
Patrarũ Arch. Hierony. Farneſius Ca.
Panormi Arch. Ianet. Doria Card.
Populoniæ, & Maſſæ Epiſc. Io. Baptiſta Malaſpina.
Parentij Epiſc. Ioannes Baptiſta N.
Pariſiorum Archiep. Io. Franciſcus Paulus Gondus.
Pientiæ Ep. Ioannes Spenatius Senẽ.
Piſauri Ep. Ioann. Lucidus Palũbara.
Polignani Ep. Io. Domin. Motulus.
Pitini Epiſc. Maximilianus Vacarius.
Polæ Epiſc. Martinus Baduerus.
Policaſtri Epiſc. Petrus Macrus.
Piſarum Arch. Scipio Elcius Panochieſcus Cardinalis, ex Comitibus Elcijs, Corſicæ, & Sardin. primas.
Pennæ, & Adriæ Epiſcop. Syluester Andreotius Lucenſis.
Pactæ in Sicilia Epiſcop. Vincentius de Neapoli.
ROmæ Summus Pontifex Alexander VII. Chiſius D. Petri Apoſtol. ſucceſſor. Martius Ginnettus Vic. Rom. Pontif. in Vrbe.
Raguſij Arch. Pompeius Minutius.
Ratiſponæ Epiſc. Franciſcus Gullielmus Com. Vertemburg. Card.
Rauẽnæ Arch. olim Aloyſius Caponius Card. nũc Lucas Turrigianus.
Rauelli Ep. Bernardinus Panicola.
Reatis Ep. Scipio Columna, cui Odoardus Vecchiarellus Card. ſucc.
Regij Lepidi Epiſc. Rainaldus Atestinus Cardinalis.

Rhegij

Rhegij Archiep. Gaſpar Crialius ab arce Hiſpanus.
Ripæ Tranſonis Ep. Nicola' Vrſinus.
Roſciani Arch. Iacobus Caraffa N.
Rubi Epiſc. Marcus Antonius Rom.
SAbinæ Epiſcopus Franciſcus Barberinus Cardinalis.
Sagonæ Epiſc. Raphaël Pizzurnus.
Sarzanæ, ac Lunæ Epiſcopus Proſper Spinula Genuen. C. R.
Sauonæ Epiſ. Franc. Maria Spinula.
Salerni Archiepiſc. Fabricius Sabellus Cardinalis.
Salutij Epiſc. Franciſcus Auguſtinus Comes Cerugnaſchi.
Salzburgi Archiepiſc. Paris ex Comitibus Ludronij.
Saſſinæ, vel Sarſinæ Epiſ. Franciſcus Caccian', cui Cęſar Righinus ſucc.
Satriani, & Campaniæ Epiſc. Ioannes Caramuel.
Seleucię Arch. Hieronym. Grimaldus Card. nunc Arch. Aquenſis.
Scyllacij vulgo Squillaci Epiſcop. Ioſephus à Cornia.
Senogalliæ Epiſc. Cęſar Fachinettus Cardinalis, cui ſucceſſit Franciſcus Cherubinus, deinde Nicolaus Guidius è Balneo Card.
Senarum Archiepiſc. Aſcanius Picolomineus.
S. Seuerini Epiſcop. Angelus Maldachinus Viterbienſis.
Sibinici Epiſc. Aloyſius Marcellus ex Cleric. Reg. Somaſch.
Signiæ Ep. Andreas Borgia Pręneſt.
Sipunti, vel Manfredonię Archiepiſ. Antonius Marullus.
Soræ Ep. Paulus Benzonus Rom.
Spoleti Ep. olim Laurentius Caſtruccius, nũc Cęſar Fachinettus Card.
Suanæ Epiſc. Gregorius Burgheſius.
Sulmonis, & Valuenſium Ep. Franc. Buccapadulius Roman. cui Franciſcus Carducius ſucceſſit.
Surrenti Arch. Antonius del Pezzo.
Stabiarum vulgo Caſtelli ad Mare Epiſc. Andreas Marius.
Sutrij Epiſc. Bartholomeus Vanninus Piſtorienſis.
TArracinæ Epiſc. Cęſar Vintimilia Beneuentanus, cui ſucceſſit Franciſc. Maria Ghiſilierus Bon.
Tarantaſiæ Arch. Benedictus Theophilus Sabaudus.
Tarenti Epiſc. Albornotius Cardin. cui ſucceſſ. Thomas Caracciolus.
Tarſi Arch. Iulius Roſpiglioſus Car.
Teleſiæ Epiſc. Petrus Franciſc. Moia Mediolan. ex C. R. Som.
Taruiſij Epiſcopus Antonius Lupus, Mauroceni ſucceſſor.
Teatis Arch. Stephanus Saulus Gen.
Taurini Arch. Iulius Cęſar Bargera.
Terræ nouæ Epiſcopus Ghiſilierius Bononienſis.
Tergeſtis Ep. Antonius Marenchus.
Treuiſani Epiſc. Donatus Paulutius.
Thebarum Archiep. Lęlius Falconerius Cardinalis, cui Annibal Bentiuolus ſucceſſit.
Thermularum, vel Interamnæ Frentanorum Epiſcopus Cherubinus Manzonus.
Theſſalonicę Archiepiſc. Io. Baptiſta Palottus Cardinalis.
Thuſculi Epiſcop. Carolus Medicius Cardinalis.

Tibu-

Tiburtis Epiſcopus Marcellus Sancta-crucius, Cardinalis, Iulij Romæ Cardinalis ſucceſſor.

Ticini Regij Epiſcopus Franciſcus Billia Mediolen, cui Hieronymus Melzius ſucceſſ.

Tiferni Epiſcopus Cęſar Rachagnus Braſighellenſis, ei Franciſcus Buccapadulius ſucceſſit.

Toleti Archiepiſcopus Balthaſar Sandoualius Cardinalis.

Tollentini Epiſ. Papyrius Syluester.

Torcelli Epiſcopus Antonius Martinengus.

Treuirorum Archiepiſc. Sacr. Rom. Imper. Elector Philippus Chriſtophorus.

Trani Arch. Thomas Arcomirus, vel Anchora.

Tricarici Epiſc. Petrus Aloyſius Caraffa Card. Neapolit.

Tridenti Epiſcop. Carolus Emanuel Madrutius.

Triuenti Epiſcopus Ioann. Baptiſta Capacius.

Troiæ Apuliæ Epiſcopus Mattheus Sauletus ſucceſſor Ioann. Baptiſtæ Aſtalli Romani.

Tropeæ Epiſcopus Ioannes Lozanus Hiſpanus.

Tuderti Epiſcopus Ioannes Baptiſtæ Alterius Roman. Cardinalis olim Camerini Epiſc.

Treuentini Epiſcopus Vincentius Lanfrancus.

V Elitrarum Epiſcop. Marcellus Lantes Cardinalis.

Veglæ Epiſc. Conſtantinus Rubeus ex Cler. Reg. Somaſch.

Venetiarum Patriarcha Io. Franciſcus Maurocenus, Federici Cornelij ſucceſſor.

Venuſię Epiſc. Antonius Pauanellus.

Venafri Epiſcopus Vincentius Martinellus.

Veronæ Epiſcopus Chriſtophorus Vidmanus Cardinalis.

Vercellarum Epiſc. Iacobus Goria, cui ſucceſſ. Abbas Roboreus.

Verularum Epiſc. Alexander Argolus, ei Antonius Gaſpar ſucc.

Veſtæ Epiſcopus Iacobus Accurſius Bononienſis.

Vicentię Epiſc. Marc. Antonius Bragadinus Cardinalis.

Viglebani Ep. Ioannes Guttierez.

Vigilij Epiſc. Gullielmus Godis.

Viterbij Epiſc. Franc. Maria Brancatius Cardin. Neapolit.

Volaterrarum Epiſc. Ioannes Gerinus Florent.

Vrbaniæ Epiſc. Honoratus de Honoratis Aeſinus.

Vrbini Archiep. Aſcanius Maphęus.

Vlyſſiponis Archiepiſcopus Emanuel Themudus.

Vrbis Veteris Epiſcop. Fauſtus Polus Cardinalis.

Vulturariæ Epiſcopus Bonauentura d'Aualos.

Vicixquenſis Epiſc. Thomas Imperatus Neapolitanus.

Vmbratici Epiſcopus Octauius Pedericus.

NOmina, ac Cognomina reliquorum Chriſtianæ Reipublicæ Antiſtitum tum antiquorum, tum recentiorum, eorumque præclara geſta in *Chronologijs Vrbium* ad eorum paſtorale Regimen ſpectantium Laurentius Longus Parmenſis commemorauit, eaſque cum *Salutaribus Sacramentorum Tabulis*. Placentiæ Stephani Sireæ Typis ſecundo editis, ijſdem dedicauit. Vt *Seniores* Apocalypſis, eorumque *Sedilia*, hoc eſt Sedes Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales ſecundum Nicolai Lyrani, Dionyſij Carthuſiani, aliorumque Doctorum interpretationem, & Sacramentorum *Mare tanquam vitreum ſimile Chryſtallo*, quod Diuinæ gratiæ aquam viuam continet, Theologici Panthei Tabulis Lectorum oculis repręſentaret. Cæterum eadem Opera futuris, etiam earundem Eccleſiarum Præſulibus dedicatas voluit, vt perpetuo ipſis vſui, eorumque ſubditis eſſe poſſint, quibus temporalem fęlicitatem, ęternamque Beatitudinem à Deo Optimo Maximo bonorum omnium largitore precatur.

LAurentij Longi Parm. Doct. Theol. Opera. Armamentarium militantis Eccleſiæ. Clypeus Catholicæ Fidei. Chronologiæ Ciuitatum. Tabulæ, Salutares Sacramentorum. Soteria Laurentalia, Veneta, Parthenopęa, Vicetina. Tubæ Iubileorum. Aduerſaria Moralia. Ars vincendi hoſtes. Lituus belli ſacri. Ars Anagrammatica. Ruta Parnaſſi. Ireneidos libri XX. De pace, & bello Italiæ. Anthologia Hiſtorica. Romanæ, Venetæ, ac Genuenſis Reipublicæ Magiſtratus, & pręclara geſta. Veſuuiados libri IX. Rupelleidos libri XII. Chriſtiados libri XII. Ateſtiados libri IX. Breuiarium Morale, De obedientia in omni vitæ ſtatu pręſtanda libri IX. Carmina Latina, & Thuſca. Antidotarium Morale, Orationes, ac Prelectiones Academicæ. Elogia, Virorum Illuſtrium Hermathena. Placentinæ Hiſtoriæ Compendium Chronologicum. D. Mariæ Laurentiæ Longæ Capuccinarum Fundatricis geſta. Hieroſolyma Placentina. Triumphus Catholicæ Religionis. Academicorum libri XII. Iris, Sphęra, & alia. Quorum meminerunt doctiſſimi viri in Libris ſuis; Angelicus Aproſius Vintimilia, Io. Petrus Creſcentius Romanus, Balthaſar Bonifacius, Petrus Franciſcus Paſſerinus, Ferdinandus Hughellius, Antonius Diana Cler. Reg. & alij.

# AD CANDIDVM, AC BENEVOLVM LECTOREM

## Authoris præmonitio.

Quiſquis amas artem populos, animaſque regendi,
Sacra miniſtrandi rite modumq. cupis.
Ne per multa teras, & longa volumina tempus,
Sed diſcas, quæ te eſt ſcire neceſſe, breui.
Hunc euolue librum libris è millibus vnum
Dogmataq. è multis fontib. hauſta leges.
Doctorũ quæ turba recens, & priſca reliquit
Scripta, ſacri cœtus quæ ſtatuere patrum:
Et quæ Pontifices moderantes orbis habenas
Decreuere ſacris legibus, & placitis.
Nec nimio ſumptu, nec mole grauabere libri,
Tædia lectori non feret vlla ſuo.
Hunc breuiore ſtylo deſcripſi more Laconũ
Vt cito percipiant, qui breuiora legunt.
Vt potatores gaudent bonitate Falerni,
Lectores gaudent ſic breuitate libri.
Barbaries non vlla meis aſperſa papyris,
Qualem Grammatici carpere ſæpe ſolent.
Verborum, morumq. mihi nam diſplicet omnis
Barbaries, purus candor vtrinq. placet.
Nec tamẽ obſcuro, claro ſermone ſed vtor,
Et rebus propriè conuenientè ſacris.
Profectum mentis, non plauſum quæro legentis,
Auribus haud blando quæro placere ſono.
Sed mores formare pios, iuſtumq. docere,
Quæ facienda homini, quæ fugiẽda puto.
Controuerſaqualam, dubys implexaq. nodis
Explico, de cunctis iudiciumq. fero.
Doctores refero contraria ſenſa locutos,
Quaq. probabiliter aſſeruere, probo.
Vt ſi noſtra minus placeat ſententia cuiquã,
Is queat oppoſitam pro ratione ſequi.
A doctis quæ dicta prius, vel ſcripta fuere
Iudicij trutina pendo, rependo mei.

Multa probata mihi, reprobataque multa videbis,
Nam, quæ viſa mihi ſunt mage vera, ſequor.
Nullius addictus iurare in verba magiſtri
Dux mihi lex, ratio, conſiliumq. fuit.
E multis ſelecta libris, digeſtaq. in vnum
Eloquio & methodo præfero nempè noua.
Nil ſub ſole nouũ redeunt antiqua, nouantq.
Priſca, renaſcuntur quæ cecidere priùs.
Vt genitor, proleſque ſui Titanius ales
E tumulo ſurgit, mox rediuiuus obit.
Multa vetus docuit, reprobat quæ ſerior ætas
Plura probatq. nepos, quæ reprobauit auus
Veraq. non eadem cenſetur opinio cunctis,
Iudicij ſequitur pondera quiſq. ſui.
Quis ſua vera putat, cõtraria dicta refellit,
Quodq. probabilius iudicat eſſe, tenet.
Tu quoq. fac pariter, ſua ſtet ſententia cuiq.
Libera, quæ humano pendet ab arbitrio.
Dũmodo, quod ſentis ratione probabile conſtet
Doctoris fultum iudicioque graui.
Doctorum duplex ſententia ſæpe probatur,
Hæc magis, illa minùs, vtraq. tuta tamẽ.
Alterutram perſæpe ſequi licet abſq. timore
Quæ Romana probat Curia, certa tenẽ.
Quaq. gerens partes in terris numinis vnus
Non reprobat, iuſtè tu reprobare nequis.
Ille ſacramentis qui præſidet arbiter orbis,
Quæ de ipſis ſcripſi dogmata noſtra probet.
A doctis quæ viſa viris, laudataq. multis
Et calcographicis preſſa fuere Typis,
Donariq. ſacer mandauit luce Senatus,
Eſt cui cura fides, veraq. religio.
Euenient meis libris gaudebo, quod olim
In Latia libris contigit vrbe Numæ.

Pon-

Pōtificum qui iura, ſacros ritusq. docebant,
Quicquid erat priſca relligione ſacrum.
Conſule Pamphilio Iani ſub colle repertos
Seruauit priſca relligionis Amor.
Pamphilia fuit hoc omen de gente futurum
Pontificem, mundo qui ſacra iura daret.
Pāphilio Paſtore Vrbis ſic Conſule Mūdi
Inuenti noſtri forte fuere libri. (mum,
Pontificum tractanda manu myſteria pri-
Deinde Sacerdotū qui ſacra ritè docent.
Hos quoq. Romulei ſeruat tutela Senatus,
Cui cura eſt ſanctæ religionis honos.
Relligio verax ſed quantum præſtat inani,
Anteferenda libris ſunt mea ſcripta
Numæ Valer. l. 1. c. 1. Plin. l. 13 Liu.
Sacramētorum ſummis inſcripta miniſtris
Queis diuiſa ſacri ſtat pia cura gregis...
Ad mare quos vitreum, quo ſacramenta notantur Apocal. c. 4. Lyranus.
Præuidit vates incola Patmo tuus.
Gratia quippe Dei, quæ mentes expiat, vnda eſt,
Quam diuina illud continet æquor aqua.
Corporis illuuies puris abſtergitur vndis,
Aſt animæ ſordes hæc aqua ſola fugat.
Veſuiadis ſūmæ quondā deſcripſimus ignes
Campanos flammis depopulantis agros.
Numinis æterni ſoboles quem detulit axe,
De ſupero ſūmā nūc damus igne nouam,
Hoc ardere cupis diuini lector amoris
Igne, Deo mentem, corq. dicare pium?
Pœniteat peccaſſe, Deum veniamq. repoſce,
Conterat & virga cor Metanæarum.
Et lachrymis commiſſa tuis, & ſanguine, & vnda
Dele, quem fudit de truce noſtra ſalus.
Quam tibi Lōgini patefecit lancea, portam
Ingredere, & cordi numinis adde tuum.
Inde ſalutiferis lympham de fontibus hauri
Ardentem poteris qua ſatiare ſitim.

Sacramenta Dei patefacto è pectore noſtri
Longini feriens militis haſta dedit.
Longini ferrum longè pretioſius auro,
Clauis &, Empyrei qua patuere fores.
Qua nobis ſuperi reſerata æraria regni
Sacra pijs primum dona dedere viris.
Legiferi Moſis virga felicior haſta,
Qua datus in vitā fons ſalientis aquæ eſt.
Obſtetrice Dei qua nata Eccleſia Sponſa,
Vt latere è primi nata parentis Eua.
Poſthuma progenies matris ſapientiæ ab
Sacramenta Deo proſiliere patre. (alto
Hæc tibi dat Longi calamus deſcripta fidelis,
Et Longina docet ſumma ſalutis iter.
Longini, Longiq. ſimul cape munera lector.
Qua dedit haſta prius, nūc ſtylus ipſe da-
Mortalis vitæ pelago quicunq carina (bit.
Ad culpam fracta ſaluus abire cupis,
Quas tibi ſancta fides Tabulas, Metanæaque præbent,
Arripe, & à Stygijs tutus abibis aquis.
Sume Salutares Tabulas homo naufrage;
Si cupis æterna mox ſtatione frui. (cœli
Nā Tabulæ poſt naufragiū diuina vocant
Sacramēta, quibus redditur alma ſalus.
His amiſſa Dei reparatur gratia prima,
Ad culpæ ſcopulos eſt vbi fracta ratis.
Hinc tibi perpetua ſupereſt ſpes vnica vitæ,
Naufragio poteris qua ſupereſſe tuo. (ſui,
Has ego deſcripſi breuiter, Tabulaſq. voca-
Quos de illis ſcripſi, compoſuiq. libros.
Non tales Tabulas inciſis legibus æra
Romulida Latio propoſuere foro.
Quas è Cecropijs Longus portauit Athenis
Sulpicius, Graijſq. vrbibus ex reliquis.
Non Capitolino tales in marmore victrix
Roma triumphali ſcripſit honore ducū.
Aeternos cœli poteris ſperare triumphos,
His vſus Tabulis ſi bene Lector eris.

De Ope-

# De Operis Conſtitutione, ac Dedicatione diſſertatio.

## AD REVERENDISS. AC SAPIENTISS. PATREM

# VINCENTIVM PRETVM

## Sacræ Theol. Magiſtrum, Commiſſarium ſupremum Sanctiſsimæ Inquiſitionis ex Sacro Præd. Ord.

SIcut in ædificijs Architecturæ forma, ita in libris conſtitutio, & œconomia quædam conſideratur, vt quemadmodum de domo, & architecto, ita de libro, & authore iudicium rectè fieri poſſit. Aliòquin ſæpe carpitur, quod non capitur. Leuitatis, aut inſcitiæ arguitur grauis, & ſapiens ſcriptor. Id ego quoque expertus, vt optimè noſtri Religioſiſſime Pater, Tabularum mearum aſſertor ſapientiſſime, Operis mei, & Dedicationis ipſius rationem reddo; inuentionem aperio. Myſterium à D. Ioanne Apoſtolo in Apocalypſi deſcriptum Tabulis meis repræſento; ſcilicet *Mare vitreum, ſeniores, ſedilia, & animalia plena oculis in conſpectu ſedis*. Quam ille vidit futurum Eccleſiæ Statum prophetico more proſpiciens (ecant) inquit. *Sedilia vigintiquatuor, & ſuper thronos vigintiquatuor Seniores ſedentes circum amicti ſtolis albis, & in conſpectu ſedis tanquam Mare vitreum ſimile Chryſtallo; & in medio, & in circuitu quatuor Animalia plena oculis ante, & retro*. *Tanquam Mare vitreum* ſunt Sacramenta Eccleſiæ Diuinæ gratiæ aquis exundantia. Aſſidentes illi *Seniores ſtolis candidis circumamicti* ſunt Eccleſiarum omnium Antiſtites, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi. Quibus opus meum totum omnibus, & ſingulis dedico. Præcipuis Sacramentorum miniſtris opus de Sacramentis ſcriptum conuenit. *Sedilia vigintiquatuor* numero finito pro indeterminato, vt de duodecim iudicantium ſedibus dicitur, ſunt Cathedrales Eccleſiæ in toto Terrarum Orbe. *Animalia plena oculis* ſunt Patriarchales Eccleſiæ oculata Paſtorum vigilantia cuſtodiendæ, vt Nicolaus Lyranus, Dionyſius Carthuſianus, & alij interpretantur. Sacramenta tunc deſcripta ſunt tanquam *Mare vitreum*; Eminentiſſimorum Principum, & Antiſtitum nomina ſingula ſingulis Tabularum mearum Capitibus præſcripta Seniores Apocalypſis referunt, inſcriptiones Chronologicæ Ciuitatum Cathedrales Eccleſias habentium ſedilia Epiſcopalia, vel Archiepiſcopalia Seniorum repræſentant; hoc qualecumq. honoris tributum magnis illis nominibus exhibeo, quæ ſi poſſim, ſcriptis meis poſteritati commendare, & immortalitati conſecrare velim; ne vt plurima Superiorum Antiſtitum, qui iiſdem Eccleſijs præfuerunt, nomina, & cognomina, quæ nobis ignota temporis vetuſtate, vel ſcriptorum inopia, vel incuria interciderunt, quaſi Lethęis vndis obruta excidant cum ſola Cardinalium cognomina, ſolaq. Epiſcoporum nomina plerumq. ſcribantur, immo ſoli plerumq. tituli Eccleſiarum, quibus ipſi præſunt, vel Ciuitatum, à quibus nuncupantur, ſcriptis mandentur. Quis enim ſciat Cardinalium Alexandrini, Gurcenſis, Sedunenſis, Oſtienſis, & titulis S. Clementis, vel S. Ceciliæ, S. Onuphrij nuncupa-

cupatorum, & aliorum, qui Superioribus ſeculis floruerunt, nomina, ac cognomina. Niſi hiſtorici, vel chronologi, quibus multum debemus, ea ſcriptis ſuis conſignaſſent. Nemo nominis ſui, vel cognominis adeò oſor, & hoſtis eſt, vt illud ſcriptis doctorū poſteritati cōmendari nolit. Immò ſcriptoribus illis merito indignamur, qui Annales, Hiſtorias, vel Chronologias ſcribentes plerumque illuſtrium virorum nomina omittunt, quaſi eorum gloriæ inuideant. Non modò chartis nomina ſua inſcribi, ſed etiam marmoribus, lapidibuſque, & æri incidi gaudent Principes, ac cordati viri, qui res dignas poſterorum memoria efficiunt. Hoc teſtatur Epitaphia, ac monumenta innumera, quæ maiores ſibi erexere, vt quando eorum corpora in puluerem redacta fuerint, ſaltem eorundem nomina, ac cognomina poſt mortem victura in hominum memoria ſuperſint. Nam & hoc quodam immortalitatis genus eſt, & bonorum virorum ſolamen, ac magnum ad grandia facta incitamentum. Propterea magnus ille Aſiæ domitor Alexander ad ſepulcrum Achillis flevit eum fortunatum appellans, quod tātum nominis ſui præconem nactus fuiſſet Homerum. Hunc rediuiuum, vt res ſuas celebrare poſſet, cupiebat Alexander Macedo. Scilicet, vt canit Ouidius,

*Facta ducis viuent, operoſaque gloria rerum*
*Hæc manet, hac auidos effugit vna rogos.*
*Denique non paruas animo dat gloria vires*
*Et fœcunda facit pectora laudis amor.*

Non igitur quiſquam indignabitur nomen ſuum ſcriptis meis inſertum, quamuis enim purpurati S. E. Patres, Eccleſiarum Antiſtites ea dignitate, & honore emineant, qua Regibus ipſis pares habentur, & Reges in ſacris literis, immò & Dij appellantur, & ſinguli eorum merentur, vt vel ingentia volumina ſingulis dicentur. Nihilominus argumenti omnibus Sacramentorum miniſtris cōmunis dignitas opus meum dignum reddit, quod omnibus, & ſingulis exhibeatur. Grauiſſimorum authorum exemplū ſequor, qui ſingula opera ſua, vel ſingula eorum Capitula pluribus dedicarunt, vt plures ſibi patronos conciliarent. Sic Pierius Valerianus Hieroglyphica, Ioſephus Laurentius Polimathiam, Ioānes Franciſcus Lauredanus Geniales affectus, Scipio Glareanus, hoc eſt Angelicus Aproſius Rainaldi ſcutū, idē ſub nomine Sapricij ſcuricam poeticam, Aſterius Manlius Parmenſis Cōmentaria in Perſium, Almericus Speculum Inquiſitorum, Vincentius Sgualdus Abbas Caſſinenſis Rempublicam Leſbi, Petrus Franc. Paſſerinus Schediaſmata ſua, Defendens Laudenſis, Laudis Pompeiæ monumēta, & alij alia opera ſua pluribus, vel ſingulis ſingula eorū capita nuncuparūt. Io: Baptiſta Cyriacus opus ſuum de Regularium regimine omnibus Præſulibus inſcripſit, Philippus Ferrarius Seruorum Deiparæ Virginis Cœnobiarcha Topographiam Bonidam Mediolanenſibus Senatoribus dedicauit, eorumq. nomina ſtatim poſt dedicatoriam epiſtolam ſimplici catalogo conſcripta edidit, quod alij etiam fecerunt; Cur mihi vitio vertatur, quod Senioribus S. Eccleſiæ Patribus opus de Sacramentis dedicarim, & ſingula etiam eiuſdem Operis Capita tanquam Senioribus Apocalypſis ſedilia, vel tanquā Dijs Panthei Moralis aras inſcripſerim? exiguum eſt fateor, quod vnicuiq. inſcribitur, ſed nec quantumuis parua munuſcula ſpernit Deus, qui dantis affectū potius, quam rei datæ molē reſpicit. Dabunt alij maiora, ſed nō maiore, quam, quo ego parua mea, amore, & obſequio. Lacedemonū morem imitabor, qui exigua Dijs munuſcula ſacrificabant, vt ſepius litare poſſent, & pluribus Dijs eadem munera offerebant, vt plures eodem ſacrificio ſibi demererentur. Non dedignantur plures



Digitized by Google

eodem hoſpitio, vel conuiuio excipi, eadem naue vehi, eodem libro, dialogo, vel elogio, aut carmine laudari, in eadem Tabula imagines ſuas pingi. *Charitas non æmulatur*, ſed bonorum communicatione, ac diffuſione gaudet. Non contemnunt Eminentiſſimi Principes exiguas tabellas folio vno contentas, in quibus ipſorum nomina, cognomina, tituli, ac inſignia, effigieſq. cernuntur. Talem tabellam vir doctiſſimus Ferdinandus Hughellus Abbas Ciſtercienſis ad me nuper ab Vrbe miſit, & inſcriptiones chronologicas Tabularum mearum, & ſingula operis mei capita ſingulis Prẹſulibus inſcripta, commendauit; ſic Conſiliarij Sereniſſimi Ducis Parmenſis Com. Hieronymus Moriſcus Præſes, Barptolomeus Faber Præſes, Io. Franciſcus Andreolus Com. Riuaſi, Io. Baptiſta Gargiareus, & Franciſcus Galeſius Iuriſconſulti celeberrimi, Vincentius Sgualdus Abbas Caſinen. M. Antonius Scipio, Pius Maria Canacinus, alijq. doctiſſimi viri à me de hoc conſulti dedicationem pluribus factam; & ſuper quartum Apocalypſis caput fundatam ſummopere probarunt. Immo eam domui ſupra firmam petram fundatæ cõpararunt, quæ non ventorum turbines, non imbrium procellas, non torrentium, non irruentium fluminum rapaces fluctus timet. ſic rupes, aut ſcopulus frementis pelagi inſultus, ſpumeoſq. furores non reformidat. Pluribus Diuis idem templum erigitur. Immò omnibus Sanctis eandem Baſilicam erectam in pluribus Ciuitatibus ego vidi. Pantheon Romæ à M. Vipſanio Agrippa Dijs omnibus extructum abhinc mille, & ſexcentis ſeptuagintaquinque annis fuit, quod poſtea à gentilium ſuperſtitione expurgatum Deiparæ Virgini, & Diuis Martyribus Bonifacius Quartus Pontifex Maximus anno ſalutis DCVII. dedicauit. Indè Sanctorum Omnium Feſta ſolemnitas originem traxit, quæ poſtea toto Terrarum Orbe celebrari cẹpit. Nõ igitur rationi, exemplo, aut moribus diſſentaneum eſt, quod opus meum de Sacramentis omnibus, & ſingulis Eccleſiarum Paſtoribus conſecrauerim. Eminentiſſimus Ioannes Cardinalis Lugus eadem vſus comparatione Maris vitrei cum pœnitentiæ Sacramento, & Prẹſulum cum Senioribus à D. Ioanne Euangeliſta conſpectis opus ſuum de pœnitentia Mauritio Principi Sabaudiæ tunc Cardinali nuncupauit, quod deceret tantum Principem vitrei Maris patrocinio aſſiſtere. Ego omnibus primarijs Sacramentorum miniſtris Senioribus, & præſertim S.R.E. Cardinalibus ſuper Sacramentorum adminiſtrationem poteſtatem habentibus Tabulas meas dedico, quibus coronæ aureæ ſapientiæ in capitibus, ideſt in mentibus adſunt: non vni Seniorum Mare vitreum, ſed cunctis Senioribus, quod illis commune eſt, dico. *Quod autem quatuor Animalia plena oculis*, Quatuor Patriarchales Eccleſias ſignificent in relata Apocalipſis viſione oſtendit Nicolaus Liranus. Primum Animal ſimile Leoni *Hieroſolymitanam* Eccleſiam ſignificat ob Leoninam conſtantiam, ac fortitudinem eorum, qui illam fundarunt, & Principibus Sacerdotum reſponderunt. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus, non enim poſſumus, quæ audiuimus, & vidimus, non loqui*. Secundum Animal ſimile Vitulo *Antiochenam* Eccleſiam ſignificat, quia obedientiæ iugum ferre parata fuit. Apoſtolis enim Hieroſolymæ manentibus obedire non recuſauit, primaq. Chriſtianum nomen ſuſcepit. Tertium Animal habens quaſi faciem hominis *Alexandrinam* Eccleſiam indicat. Hæc enim Doctores habuit humanis, & diuinis literis præſtantes, vt Athanaſium, Cyrillum, Originem, Phericbeum Philoſophum. Quartum Animal ſimile Aquilæ volanti *Conſtantinopolitanam* ſignificat Eccleſiam, quæ multos habuit Doctores, Sanctos per contemplationis, & orationis alas in Deum eleuatos, vt D. Gregoriu

 Na-

Digitized by Google

Nazianzenum, D. Ioannem Chryſoſtomum, & Romani Imperij Aquilæ nidū præ-
buit; poſtquam Conſtantinus ibidem Romani Imperij ſedem fixit. Mare vitreum
Sacramentorum à D. Ioanne viſum in Tabulis noſtris deſcripſimus. *Vigintiqua-*
*tuor ſedilia, & quatuor Animalia oculis plena*, hoc eſt Patriarchales, & Archiepi-
ſcopales, & Epiſcopales Sedes chronologicè delineauimus. Ideo æquum duximus
ad integram repræſentationem Capitis quarti Apocalypſeos Seniores in ſedibus
ſuis ſtantes ſcriptis eorundem nominibus, titulisq. addere, quibus ſingulis commu-
opus hoc dedicauimus, eiuſque Capita tanquā ſedilia, cuilibet ſuum, appoſuimus
doctrina de Sacramentis tradita clara, ac dilucida methodo Mare vitreum ſimile
chryſtallo ſoliditatem rationum, ac claritatem ſermonis refert. Sedilia Pontifica-
lia, hoc eſt. Ciuitates Paſtoralibus Cathedris illuſtres, chronologicis notis adumbra-
uimus Ciuitatum exordia, caſus, euentus varios adnotauimus, & eos qui ſanctita-
te, vel doctrina eaſdem illuſtrarunt. Ad Antiſtites, vel Præſules, qui nunc viuen-
tes illis præſunt, dum hæc ſcribimus, ſingula Capita tanquam ſedilia nominatim
direximus, vt hac varietate rerum inter ſe cohærentium lectorum animos magis
oblectaremus. Vt qui Theologicarum quæſtionum lectione defatigantur, Ciuilium
Chronologiarum iucunda amœnitate recreari identidem vtiliter poſſint, & alterna
requie ſtuſ, & in ſtudioſo labore perſeuerare. Nam *quod caret alterna requie du-*
*rabile non eſt*, ſi cui minus placent Theologiæ Moralis difficiles diſquiſitiones, eru-
ditionis ſacræ, & profanæ ex optimis Hiſtorijs, & Chronicis ſelectæ lectione ani-
mum exhilarare poterit. Sic natura, & æmula naturæ ars mira rerum varietate de-
lectare ſolent. Quam diuerſos flores, herbas, quam varias plantas idem parturit
hortus, pratum, ager. Quam varijs coloribus flores, & volucrum pennæ variæ à
naturæ authore Deo pinguntur, quam varijs animantibus tellus, quam varijs piſci-
bus Mare, quam varijs auibus aër incolitur, quam varijs lapillis, gemmiſque pre-
tioſis Arabum, Æthiopum, & Indorum litora diſtinguuntur, quam varijs coloribus
Iris conſpicua apparet, quam varijs ſyderibus, ac planetis Cœlum, quaſi igneis
linguis enarrat gloriam Dei, homines ex illis, quæ facta à Deo cōſpiciunt, recreati
Diuinam omnipotentiam, & ſempiternam eius Diuinitatem intelligunt, in quo
tanquam in ſpeculo rerum omnium ideæ varietate inumerabiles cernuntur. Picto-
res varijs coloribus eaſdem Icones pingunt, lucidis vmbras addunt, vt contraria
iuxta ſe poſita magis appareant. Sic poetæ pictorum æmuli poemata ſua varijs epi-
ſodijs, & figuris exornant, augentque. Cytharedi ante legitimam cantionem fauo-
ris emerendi gratia præcentione aliqua præludere ſolent. In Muſicis, & ſcenicis
actionibus intermedia dramata extra propoſitum thema ad leuandum tædium ex
continuatione longioris operis oboriri ſolitū ſæpius interponuntur. Ludicra ſerijs,
læta triſtibus interm iſcentur. Ciborum varietate palatum delectatur, appetitus
cibi varijs condimentis excitatur. Variis inſtructa dapibus menſa magis placet,
quam ſimplex pulmentum; ita rerum Theologicarum, Hiſtoricarum, Chronologi-
carum, & Poeticarum varietate inſtructum opus hoc multis, & diuerſarum facul-
tatum ſtudioſis lectoribus, vt ſpero, placebit. Sic fiet, vt alij ob Theologiæ Moralis
dogmata, & varias quæſtionum reſolutiones, alij ob Chronologias breues Ciuita-
tum, alij ob latini ſermonis candorem librum hunc exquirant, euoluant. Alias
etiam rationes addere his poſſemus, ſed notiſſima omnibus Sapientia, ac ſcientia
tua incomparabili humanitati coniuncta, quæ eandem Operis huiuſce dedicatio-
nem, & Capitum inſcriptiones vna cum doctiſſimo Patre Vincentio Candido

Ma-

Digitized by Google

Magiſtro Sacri Palatij approbaſti, & Eminentiſſimis Sacræ Congregationis Patribus, Supremis Fidei Quæſitoribus nequaquam diſplicere Sapientiſſimo Patri Conſaluo Gritio Inquiſitori Placentiæ reſcripſiſti, plura ſubijcere me vetat adagij illus memorem pauca ſapienti, ex linea Appellem, ex vngue Leonem. Vale, ac ſalue Prædicatorij Ordinis fulgentiſſimum Sydus, Literariæ Reipublicæ ornamentum. Orthodoxæ Fidei propugnaculum. Placentiæ Kalend. Martij.

---

## Admod. Reuerend. D.

# MAVRITII CVRTEMILII

## Placentini Theologi Pœnitentiarij,

*Ad inſignem Theologum, Poetamque celeberrimum*

## P. Laurentium Longum Congreg. Som. Sacerdotem.

*EDe age, LONGE, tuos felici ſidere partus,*
*Quos nunquam poterit lędere LONGA dies.*
*Scilicet hoc, verè eſt virtutem extendere factis,*
*Hoc volitare vnum docta per ora virum.*
*Nam te vel tacitè reſonat facundia preli:*
*Clarius haud hominem prędicat vlla Tuba.*

---

## De eodem Anagrammata,

# IO. FRANCISCI, M. ANTONII PARMÆ F.

## Placentini Viri clariſsimi.

1\. *EN vates Lauro perdignus, 2 fulget in aula*
*Pernatus.* Verſu 3 is ſplenè *alter Naſo videtur,*
4 *Vnus Manilius vates, 5 vel Plato reſurgens,*
6 *En vir Apollineus regit* omnes *carmine Muſas,*
7 *Ingenuos docta is regit vnus Pallade mores.*
8 *Pars vigil hoc opere eſt animarum ſane ſalutis.*

 *A. R.*

Digitized by Google

*A.R.P. Patris Franciſci Bordoni Parmen. Theol. ac Præſidis Generalis Tertij Ord. Fratrum Sancti Franciſci, Elogium pro Tabulis Salutaribus A.R.P. Laur. Longi Parm. Doct. Th. familiaris Eminentiſs. Card. Columnæ.*

Quiſquis has Tabulas aſpicis
authori applaude
LAVRENTIO LONGO
Somaſchenſis Ordinis decori,
Literariæ Reipublicæ ſplendori,
Doctrinæ morum, & Orbis Vniuerſi
moderatricis cultori,
Qui vix vitali aura frui cœpit,
cum à *Lauro*
Poetarum, Doctorumq. ornamento
omen aſſumpſit,
re ipſa compleuit.
*Longo* inſignis cognomine
Longam ſibi famam acquiſiuit,
Triũphantis honoris ſplẽdore clariſſima
Longæ gentis inſignia condecorauit,
Heliconis verticẽ ſcandens dilectaMuſis
attigit cacumina,
Aram Gloriæ ſubiens magni numinis
ſimulacro dignas *Tabulas* ſacrauit.

De ſacro Baptiſmate ſcribens ſe glorioſo
inſigniuit charactere.
De pœnitentiæ virtute, & Sacramento
diſſerens ex cõpunctionis ſpinis in flores
conuerſis, ſibi coronam texuit
immarceſsibilem.
Multis libris doctè, elegãterq. cõſcriptis
Incredibile ſtudioſis affert vtilitatem.
Pluſquã Gordianos moraliũ quæſtionũ
nodos explicans
Inexplicabiles Doctorum erga ſe
conciliauit affectus,
Honorificos lectorũ meruit applauſus.
Doctiſſimas eius Tabulas Sapiẽtum
Iudicio comprobatas ego quoq.
Perluſtratas comprobo,
earumq. ſolidiſſimam doctrinam,
& elegantiam admirans
Hãc tabellã antiquo more, nouo affectu
apponendam cenſui

*Fr. Franciſcus Bordonus Parmenſis.*

---

*A.R.P.F. Cornelij Sanſeuerini Placent. ex Com. Caiacij, Olim & c. Ord. Min. Conu. Prouincialis Cardin. Farneſij Th. intimi familiaris, domeſtici, cõmenſalis &c. Iudicium de Tabulis A.R.P. Laur. Longi Sac. Som. Theol. familiaris, ac commenſalis Eminentiſſimi Cardinalis Hieronymi Columnæ.*

Præſentes Tabulas mirificè elaboratas
Viator aſpice, ac ſuſpice,
Si quæras Artificẽ; Hic eſt Lõgus Orator,
Poeta, Hiſtoriographus, Philoſophus,
Theologus, Iuriſconſultus,
Poſt ipſas nouus Apelles deliteſcit,
Sapientibus notus.
Quamuis Incognitus Academicus,
Innominatus, Olympicus, humoriſta.
Qui ſtylo, penicilloue potius,
quàm calamo vſus
Profundas ſpeculationes,
ingenuas deciſiones, iucundas
Incidit, pingit, deſcribit varietates.

Nõ quas priſci obtulerunt Lõgi Quirites
comparatos exercitus,
Deuictos Reges, deductas Colonias,
ædificatas Vrbes præmonſtrantes;
Sed quibus Arca Iſrael cõpaginatur,
Cœleſtis Sponſæ Thalamus conſtruitur,
Salomonis ferculum componitur,
Vt vno intuitu profligentur hoſtes,
ſecuriter quieſcat animus,
In Maieſtatiſq. Throno pectus cõſideat.
Siſte ergo, & ſaltẽ harũ demirare faſtigia
Violaceis, purpureis, aureiſq. infulis
præmunita; Hæc, vt reliqua
Honorem certè promerẽtur, ac laudem.

# THEOLOGI, IVRISCONSVLTI

## Alijque Polihyſtores, Authores Librorum, ex lectione profecimus, & quos in Operibus noſtris citauimus, vel commemorauimus.

ABbas Panormitanus, Abrahamus Brouius, Abulenſis Toſtatus, Abraham Ortelius, Accurſius, Acevgna, Achilles Graſsus, Achill. Matius, Adricomius Chriſtianus, Adrianus, Adamus Tanner, Adam. Conzen, Adamus Tanerus, Adamus à Maudé, Addo Vienen. Epiſ. Ægidius Coninch. Æg. Romanus, Ælianus, Æneas Syluius, Æneas Vicus, Æmilius Ferretus. *Alberti*. Alb. Bolognetus, Alb. Blitis, Alb. Brunus, Alb. Caſſaneus, Alb. Magnus, Alb. Pighius. Albanus Cardinalis, Albericus Mallettus, Alcocer, Alderamus, Aldrouus, Aldus Manutius. *Alexandri*. Alex. Alenſis, Alex. Ambroſinus Alex. Caretus, Alex. Arioſtus, Alex. Ambroſius, Alex. de Neuo, Alex. Imola, Alex. Ludouiſius, Alex. Pelegrinus, Alex. Peſantius, Alex. Sperellus, Alex. Tarragnus, Alex. Turrianus, Alex. ab Alexandro, Alex. Maſſaria, Alex. Trouſſet, Alex. Scaltretus, Alex. Piccolomineus. *Aloyſij*. Aloy. Bariola, Aloy. Turrianus, Aloyſ. Albertus, Aloy. Nonarinus, Aloy. Lippomanus, *Alphonſi*. Alph. Arragonius, Alph. Caranza, Alph. de Caſtro, Al. Giaconus, Al. Mendoſſa, Al. Moditius, Al. de Leone, Alph. Viualdus, Al. Villegas, Al. Vega, Al. Narbona, Al. Rouellus, Al. Vera Crux, Alph. Salmeron, Al. Villagut, Al. Toſtatus Abulenſis, Al. Curiel, Al. Regius. *Ambroſij*. S. Ambroſius, Ambr. Calepinus, Ambr. Patarinus, Ambr. Catharinus, Ammianus Marcellinus. *Anaſtaſius*. Anaſt. Germonius, Anaſt. Bibliothecarius. *Andreæ*. And. Alciatus, And. Alberius, And. Aretinus, And. Aluarus, And. Blancus ſub nomine Candidi Philareti, And. Gaſtaldus, And. Duualius, And. Fachinettus, And. Hernienſis, And. Molfeſius, And. Eborenſis, And. Tiraquellus, And. Victorellus, And. Dandulus, And. Pintus Ramirez, And. Maſius. *Angeli*. Ang. Aretinus, Ang. Clauaſius, Ang. de Peruſio, Ang. Gambilius, Ang. Vbaldus, Ang. Pientinus, Ang. Politianus, Ang. Portinarius, S. Anſelmus, Anſelmus Parm. *Antonij*. Ant. Albertinus, Ant. Auguſtinus, Ant. Bonfinius, Ant. Butrius, Ant. Beierling. Ant. Albitius, Ant. Cornius, Ant. Cottonus, Ant. Corſettus, Ant. Corduba, Ant. M. Coratius, Ant. Campus, Ant. Dauroultius, Ant. Eſcobar, Ant. Faber, Ant. Fernandez, Ant. Franchus, A. Grauatius, Ant. Gama, Ant. Gomez, Ant. Gabrielus, Ant. Lazarius, Ant. de Leone, Ant. Diez de Cabrera, Ant. Literatus, Ant. Moure, Ant. Merenda, Ant. de Innoioſa Dominicanus, Ant. Naldus, Ant. Poſſeuinus, Ant. Perez, Anton. Puteus, Ant. Quintanadueñas, Ant. Roſallus, Ant. Ruinardus, Ant. Ricciardus, Ant. Ricciullus, Ant. Raguſius, Ant. Saluator, Ant. Sanctarellus, Ant. Souſa, Ant. Stella, Ant. Sillus, Ant. Theſaurus, Ant. Zara. *Antonini*, S. Antoninus, Anton. Diana, Ant. Burrus, Antonin. Roſcius, Antonius Aretius Eugubinus, Angelicus Aproſius, Arriaga,

 Apol-

Digitized by Google

Apollodorus, Appianus Alexand. Archidiaconus, Ariſtoteles, Archangelus Burgon. Armendariz, Arnoldus Coruinus, Arnaldus, Albertinus, Archangelus Rubeus, Arnobius Afer. *Aſcanij*. Aſc. Tambuninus, Aſc. Clemens, Aſc. Martinengus. Aſtenſis, S. Athanaſius, Athanaſius Kircherus, Aufredus, Auentinus, Aulus Gellius, Aurelius Caſſiodorus. *Auguſtini*. S. Auguſtinus, Aug. Anconitanus, Aug. Barboſa, Aug. Beroius, Aug. Eugubinus, Aug. Iuſtinianus, Aug. Lancellotus, Aug Lopez, Aug. Tornielius, Aug. Viganus, Aug. Valerius. Auerroes, Auicena, Auila, Aymon Crauetta, Aymon Corius.

BAldus Vbaldus de Peruſio, Balthaſar Gomez de Aneſcua, Balthaſar Ayada, Bartolus de Saxoferrato, Baptiſta Trouamala. *Bartholomæi*. Bartholomæus ab Angelo, Bar. Amicus, Bar. Dulcinus, Bar. Bellincinus, Bar. Bernzplus, Bar. Cartagena, Bar. Cepolla, Bar. Caſſaneus, Bar. Fumus, Bar. a S. Fauſto, Bar. Gyptius, Bar. Gomez, Bar. Gauantus, Bar. Ledeſma, Bar. Fanenſis, B. Medina, B. Olla, Bar. Quaſada, Bar. Peregrinus, Bar. Quartus, Bar. Soccinus, Bar. Silicetus, Bar. Salonius, Bar. à Saxo ferrato, Bar. Torres, Bar. Vgolinus, Bar. Vechius, Barbatius, S. Baſilius, Baſilius Pontius, Belſbelius, Belletus, Beda Venerabilis. *Benedicti*. S. Benedictus Abbas, Ben. Pererius, Ben. Fernandez, Ben. Mariottus, Ben. Arias Montanus, Ben. Mandina, Ben. Mazzotta, Beroſus Chaldæus. *Bernardi*. S. Bernardus Abbas, Ber. Baſilis, Ber. Comenſis, Ber. Diaz, Ber. Iuſtinianus, Ber. de Buſto, Ber. Brito, Ber. de Landriano. *Bernardini*. S. Bernardinus, Ber. Cirillus Roſignolus, Ber. Longus, N. Ber. Longinus, Ber. Sandoual, Bernal. S. Bonauentura Cardinalis, Bonauent. Angelus, Bonguinus Caualcanus, Burchardus Vormacienſis Epiſc. Bullarium Romanum, Budeus Guillelmus, Blaſius Viegas.

CAmillus de Curte, Celſus Hugo. *Cæſaris*. Cæſ. Baronius, Cæſ. Carena, Cæſ. Chryſpolus, Cæſ. Bonfinius, Cæſ. Loginus, Cæſ. Lambertinus, Caſtellus Bobadilla. *Caroli*. Carolus Landiſinianus, Car. Malletus, Car. Ruſinus, Car. Sigonius, Car. Tapia, Car. Mecignus, Car. Graſſis, Car. Graſſalius, Caramuel Ioannes, Caſtro Palao Fernandez, Campanillus, Candidus Philaretus, Caſtillus de Bobadilla, Catechiſmus Romanus. *Chriſtophori*. Chr. Anguianus, Chr. Landinus, Chr. de Pace, Chr. Porcius, Chr. Clauius, Chr. Marcellus. *Claudij*. Clau. Solerius, Clau. Seicelius, Clau. Carrinus. *Cornelij*. Corn. Iadſenius, Corn. Rangolius, Corn. Benincaſius, Corn. Tacitus, Coſmus Philiarchus, Cœlius Calcagninus, Cœlius Rodiginus, Conſtantinus Felix, Clemens Alexandrinus, Collegium Conimbricenſe, ac Mexicanum Soc. Ieſu, Collegium Complutenſe, & Salmanticenſe. Encæteorũ Corſettus, Corduba, Crottus, Curtius, Cuſpinianus, Cromius, Concilia Tridentinum, Calcedonenſe, Carthaginenſe Florentinum, Lateranenſe, Toletanum, Hiſpalenſe, Arauſican, Mileuitan, & alia, Cutilus, Curtius Inghiramus. *Cyrilli*. S. Cyr. Alexandrinus, S. Cyr. Hieroſolymitanus, Cyr. Francus, S. Cyprianus Epiſc.

DAuid Maudem, Decius Cyrillus, Decius I. C. Daniel Fidelis, Dares Phrygius. *Didaci*. Did. Aluares, Did. de Brito, Did. Caſtillius, Did. Lopez, Did. Perez, Did. Narbona, Did. Cantara, Did. Couarruuias, Did. Nugnus, Did. Spinus, Directoriũ Inquiſitorum cum notis Franciſci Pegnæ, Did. Celada, Dictis Cretenſis. *Dionyſij*. Dion. Areopagita, Dion. Carthuſianus, Dion. Exiguus, Dion. Caſſius Loginus, Dion. Petauius, Dion. Halicarnaſſæus, Dion. Alexandrinus, Dion. Caſſius

Hiſt.

Hiſt. Diodorus Siculus. *Dominici.* Dom Bannez, Dom. Grauina, Dom à S Geminiano, Dom. Iacobatius, Dom. Soto, Dom. Thaſius, Dom à S. Pontiano Dom. Mirabellius, Dom. Mellinus, Domitius Camerota, Driedo, Durandus, Dolionus, Donatus Boſſius, Dionyſi⁹ Areapagita, Dionyſius Carthuſianus, Dionyſius Alexandrinis, S. Dorotheus, Eemanuel de Nazera.

ELigius Baſſęus. *Emanueles.* Eman. Barboſa, Eman. Theſaurus, Eman. Aluarius, Eman. Rodriquez, Eman. Sà, Eman. Suarez, S. Epiphanius, Eudoxius Locatellus, Eraſmus Cochier, S. Ennodius, Egeſippus, Engelbertus S. Ephrem, Euagrius, Eulogius, Euſtachius à S. Paulo, Euſebius Epiſc. Cęſareæ, Euſeb. de Herera, Eucherius Epiſc. Lugduni, Euangeliſta Roris, S. Epiphanius, Euſtachius, Eutropius, Eutychianus.

FAſolus, Fabius Turretus, Fabius Albergatus. *Federici.* Fed. Petrucius, Fed. Senenſis, Fed. Matius, Fed. Marilar. Felix Contelorius, Felinus, Felinus Sandęus, Feneſtella. *Ferdinandi.* Ferd. de Caſtro Palao, Ferd. Mendoza, Ferd. Matuta, Ferd. Caſtellius, Ferd. Loazes, Ferd. Hughellus, Ferd. Rebellius, Ferentinus, Flaminius Pariſius, Flauius Blond, Flauius Cherubin, Flores de Mena, Fernandez Heredia, Ferdin. Eſcalantus, Fortunius Lycetus, Florimundus Raymundus. *Franciſci.* Fra. Alcozer, Fra. de Auila, Fra. Antonius Glianes, Fra. Aretinus, Fra. Garzia, Franc. Bordonus Parm. Fra. Baldus, Fra. Coquetius, Fra. Brunus, Fra. Ceſpedes, Fra. Curtius, Fra. Ghiſlerius, Fra. Galettus, Fra. Ghetius, Fra. Gyraldinus, Franc. à Ponte, Fra. Lopez, Fra. Berius, Fra. Maurolycus, Fra. Guicciardinus, Fra. Lugo, Fra. Longus à Coriolano, Fra. Ouiedo, Fra. Mantica, Fra. Merolla, Fra. Munoz, Fra. Molinus, Fra. Pinellus, Fra. Mendoza, Fra. Meioris, Fra. Ribera, Fra. Ortiz, Fra. Pegna, Fra. Pellizarius, Fra. Ripa, Fra. Remundus, Fra. Sarmiento, Fra. Sanſouin, Fra. Pitigianus Fra. Souſa, Fra. Syluius, Fra. Sonnius, Fra. Patianus, Fra. Toletus, Fra. Torreblanca, Fed. Turrianus, Fra. Titelmanus, Fra. Torrnius, Fra. Zipęus, Fra. Suarez. Fra. Ripa, Flaminius Paſiſius, Fulgentius Pinellus, Fulnius Androtius, Fructuoſus Bisbe, Fulbertus Carnotenſis, Fragoſus.

GAlenus. *Gabrieles.* Gab. Biel. Gab. Paleotus, Gab. Prateolus, Gab. Pereira, Gab. à S. Vincentio Excalceat. Gab. Ineinus, Gab. Vaſquez. *Gaſpares.* Gaſp. Antonius Theſaurus, Gaſp. Caldetinus, Gaſp. Hurtadus, Gaſp. Loartes, Gaſp. Retuſinus, Gaſp. Scioppius, Gaſp. Bugatus, Gaſp. Sanctius, Gaſp. Sanchez, Genebrardus, Gaufridus, Gennadius, Geſualdus Bononius Capuccinus, Gaudentius Merula. *Georgij.* Geo. Merula, Geo. Natta, Geo. Polachus, Geo. Rittershuſius, Geo. Longus, Geo. Agricola, Geo. Ederus, Geo. Venetus. Gerardus Mercator, Gilbert, Gloſſæ in ius Canonicum, & Ciuile, Gondiſaluus Villadiego, Gordonus. *Gregorij.* S. Greg. Papa, Greg. Seruanctus, Greg. Turonenſis, Greg. Cedrenus, Greg. Viuienus, Greg. Nazıazenus, Greg. Niſſenus, Greg. Caraffa, Greg. Garzia, Greg. Lopez, Greg. Martines, Greg. Sayrus, Greg. Valentia. Gyrardus Fracchettus, Glaber Rodulphus, Guarinus, Grumerius, Granadus. *Guillelmi.* Guill. Benedictus, Guill. Cantarellus, Guill. Baldeſanus, Guill. Pepinus, Guill. Tyrius, Guill. Redoanus, Guill. Budęus, Guill. Caſſadorus, Guill. Longus Cardinalis ſexti decretalium author, Guill. Durandus Speculator, Guill. Mercerus. Guido à Bayſſo, Guido Carmelita, Guido Papa, Gargiarchi Prefes.

HAles. *Hectores*. Hect. Boethius, Hect. Pintus, Hect. Felicicus. Hafſenus, Henningus Arniſæus. *Henrici*. Henr. Botteus, Henr. Caraſius, Henr. Gandauenſis, Henr. Glareanus, Henr. Henriquez, Henr. de Seguſio Cardinalis Hoſtienſis, Henr. Villalobos, Henr. de Haſſia. Hermanus Buſembaum, Hermanus Kirchnerius, Hercules Mareſcotus, Hermius Sozomenus, Hippocrates. *Hieronymi*. S. Hieronymus Dalmata, Hier. Bardus, Hier. Cagnolus, Hieronymus Bolſecus, Hier. Emiſerus, Hier. Campanilis, Hier. Cardanus, Hier. Cenedo, Hier. Bochius, Hier. Ceualos, Hier. Fernandez, Hier. Garzia, Hier. Gabriel, Hier. Gigas, Hier. Gonzales, Hier. Gratianus, Hier. Ghilinus, Hier. Gatticus, Hier. Gibalinus, Hier. Gratus, Hier. Ferrantinus, Hier. Honuphrius, Hier. Lauretus, Hier. Laurentius, Hier. Llamas, Hier. Magonus, Hier. Manfredus, Hier. Oleaſter, Hier. Ruellus, Hier. Vecchiet, Hier. Oſorius, Hier. Rodericus, vel Rodriquez, Hier. à Sorbo, Hier. Rubeus, Hier. Treuele, Hier. Vuelerus, Hier. Venerus de Leiua, Hier. Platus, Hier. Surita. *Hippolyti*. Hipp. Rimualdus, Hipp. Marſilius, Hipp. Bottacoſa, Hipp. Marraccius. *Horatij*. Hor. Mandoſa, Hor. Gambarupta, Hor. Herbaldus Elnonenſis, Hor. Turſellinus. Homobonus de Bonis, Honufrius Panuinius, Honorius Longus, Hircius Oppius. *Hugones*. Hug. Grotius, Hug. Cardinalis, Hug. de S. Victore. Hughellus, Hurtadus G.

IAmblicus, Iuboienus Compilator Caſſij Longini I. C. *Iacobi*. Iac. Almainus, Iac. Aluarez de Paz, Iac. Bennius, Iac. Beluiſus, Iac. Capellus, Iac. de Caſtillo, Iac. Caietanus, Iac. Lapus, Iac. Faber, Iac. Gaddius, Iac. Gordonus, Iac. Graffius, Iac. Granadus, Iac. Mancinus, Iac. Greſerus, Iac. Donfret, Iac. Meienus, Iac. Montanus, Iac. Menochius, Iac. Pontanus, Iac. Puteus, Iac. Philippus Bergom, Iac. Sprengerus, Iac. Simancha, Iac. Salianus, Iac. Sbrozius, Iac. à Vitriaco, Iacobinus de S. Georgio, Ianellus, S. Ignatius martyr, Illephonſus Veracrux, Ilelph. Perez Lara, Innocentius IV. Pontifex, Illuminatus Moronus Bergomenſis. *Ioannes*. Io. Andreas, Io. de Anania, Io. Ægidius Dominicanus, Io. Agricola, Io. Benedictus, Io. Bonifacius, Io. Angelus Boſſius, Io. à Cochier, Io. Alphonſus Curiel, Io. Capreolus, Io. Alphonſus de Moſcoſo, Io. Ægidius Trullench, Io. Albertus Vidmanſtadius, Io. Antonius Flaminius, Io. Antonius à S. Georgio Card. Alexandrinus, vulgò Præpoſitus, Io. Aquilius, Io. Aſinius Rubeus, Io. Antonius Maſſobrius, Io. Antonius Geloſus, Io. Bollandus, Io. Lopez, Io. Boechius, Io. Bodinus, Io. Boemus, Io. Baptiſta Bizozerus, Io. Bapt. Caccialupus, Io. Baltramus, ac Gueuara, Io. Bapt. Confectus, Io. Caſſianus, Io. Bapt. Coccinus, Io. Bapt. Conradus, Io. Bapt. Lezana, Bapt. Lupus, Io. Baptiſta Pinellus, Io. Bapt. Signius, Io. Bapt. Antonuccius, Io. Bapt. Sanſeuerinas, Io. Bapt. Pegna, Io. Bapt. Scottia, Io. Bapt. Poſſeuinus, Io. Bapt. Viuianus, Io. Bapt. Valenzuola, Io. Brugmanus, Io. Bapt. Gargiareus Præſes, Io. Benedictus, Io. Bernardus Diaz cum Salzedo, Io. Bertachinus, Io. Bolognettus, Io. Brunellus, Io. Bondenus, Io. Cuſpinianus, Io. Calderinus, Io. Cephalus, S. Io. Chryſoſtomus, Io. de Eſchobar, Io. Coſta, Io. Crombecius, Io. Capreolus, Io. Campegius, Io. à Cruce, vel della Cruz, Io. Capiſtranus, Io. Caramuel Epiſcopus Campaniæ, & Satriani, Io. de Carthagena, Io. Climacus, Io. Bochiſeus, Io. Crotus cum moncado, Io. Dominicus Montagnola, Io. Curopalata, Io. Cuſpinianus, Io. Degnnus, Io. Diaconus, Io. Dubrauius, Io. Dilectus, Io. Duns Scotus, S. Io. Damaſcenus, Io.

Io. Driedo, Io. Durantus, Io. Eniratus, Io. Faber, Io. Figuerius, Io. Friburgius, Io. Rauiſius Textor, Io. Franciſcus Leo, Io. Purpuratus, Io. Hieron. Sopran. Io. Franciſcus Suarez, Io. Franciſcus Capiblanchus, Io. Franc. Ferettillus, Io. Franciſcus Andreolus Com. Riuaſſij Preſes Conſilij Ducalis Placentiæ, Io. Franciſcus Leo Theleſinus Epiſc. Io. Franciſcus Ripa, Io. Franc. Picus, Io. Gaterius, Io. Garzo, Io. Gutierez, Io. Geminianus, Io. Graſſius, Io. Garzias, Io. Gerſon, Io. de Heuia, Io. Kiene, Io. Henriquez, Io. Hieronymus Albanus, Io. Honorius, Io. Igneus, Io. Imola, Io. de Indagine, Io. Lanſpergius, Io. Lignanus, Io. de Lugo Card. Io. Lupus, Io. Lodinus, Io. à Lapide, Io. Lopez, Io. Longus, Io. Longinus Canon. Cracouienſis, Io. Medina, Io. Miſſinger, Io. Magnus, Io. Maior, Io. Malderus, Io. Mariana, Io. Maria Polmanus, Io. Maldonatus, Io. Menochius, Io. Machadus, Io. Maria Nouarinus, Io. Marquez, Io. Molanus, Io. Mariana, Io. Monachus, Io. Montanus, Io. Maria Belletus, Io. Maria Monticellus, Io. Nider, Io. Neuiſanus, Io. Narbona, Io. de Quando, Io. Petrus Puricellus, Io. Nauclerus, Io. Nodinus, Io. Paduanus, Io. Platea, Io. Soria, Io. Oſorius, Io. Omnibonus, Io. Paulus Lancellotus, Io. Pierius Valerianus, Io. Petrus Creſcentius, Io. Petrus Fontanella, Io. Petrus Bimius, Io. Petrus Surdus, Io. Petrus Barchius, Io. Petrus Mouetta, Io. Petrus Maphæus, Io. Picus Mirandulanus, Io. Pineda, Io. Poſſeuinus, Io. Perlinus, Io. Præpoſitus, Io. Piſius, Io. de Prato, Io. Puteanus, Io. Pedrazza, Io. de Sala, Io. Roias, Io. Lucidus, Io. Reuſinus, Io. Sylua, Io. Salas, Io. Sanchez, Io. Schneideuinus, Io. Stephanus Durandus, Io. Sanctius, Io. Tabienſis author ſummæ Tabienæ, Io. Turrecremata, Io. à Sancto Thoma, Io. Villanus, Io. Valerius, Io. Vaſæus, Io. Vigerius, Io. Vuigers, Io. Yriberne, Io. Zonaras. Iodochus Clichtoneus, Ioachimus Myſingerius, Iornandes Gothus, Iordanus Saxo. *Ioſephi*. Ioſ. Aldrete, Ioſ. Angles, Ioſ. Acoſta, Ioſ. Riccius, Ioſ. Hebræus, Ioſ. della Cerda, Ioſ. de Ianuario, Ioſ. de Hortu, Io. Blancanus, Ioſ. Ludouicus, Ioſ. Maſcardus, Ioſ. à Maria, Ioſ. Longus, Ioſ. Romanus, Ioſ. Seſſa, Ioſ. Scaliger, Ioſ. Ripamontius, Ioſ. Maria Marauilia, S. Iſidorus, Iſidorus Peluſiota. *Iulij*. Iul. Cęſar, Iul. Africanus, Iul. Solinus, Iul. Bellus, Iul. Camillus Del minius, Iul. Camillus Ferettus, Iul. Capitolinus, Iul. Caluus, Iul. Cartharius, Iul. Cęſar Madius, Iul. Clarus, Iul. Cęſar Rainerius, Iul. Nigronus, Iul. Firmanus, Iul. Fatoldus, Iul. Obſequens, Iul. Laurentius, Iul. Roſeus, Iuſtus Lipſius, Iuſtinus, Iuuenalis.

LAbata, Lactantius Firmianus, Lactantius Pincellus, Lęlius Mancinus, Lęlius Zechius, Laertius Diogenes, Leander à Sancto Sacramento Bretalceatus, Leander à Murcia, Leander Albertus, Lambertinus, Lancellotus Conradus, Lanfrancus de Oriano, Lapus de Caſtilionchio. *Laurentij*. Laur. Beatigarius, Laur. Caliaceus, Laur. Catullus, Laur. Maſellius, Laut. Franctus, Laur. Peirynus, Laur. Portellus, Laur. Palacius, Laur. Surius, Laur. Rodulphus, Laur. Syluanus. Lilius Gregorius Gyraldus. *Leonardus*. Leon. Duardus, Leon. Galganettus, Leon. Leſſius, Leon. Coqueus, Leon. Portius, Leon. Aretinus, Leon. Iuſtinianus, Leon. Rubeus, Leon. Vairus. Leo Papa, Leo Caſtrenſis, Leo Allatius, Lynceus, Lycetus. *Lucæ*. Luc. Vadingus, Luc. Floronus, Luc. Pinellus, Luc. Caſtellinus, Luc. Aſſarinus, Luc. Ancones, Luc. Tudenſis, Luc. Vetus Th. Lucius Florus, Luc. Annęus Seneca, Longus Græc. Lupus de Palacio, Ludolphus. *Ludouici*. Lud. Bela, Lud. Babbo, Lud.

Bono-

Bononienſis, Lud. Carbo, Lud. Galbiatus, Lud. Bloſius, Lud. Froes, Lud. Granatenſis, Lud. Guicciardinus, Lud. Yſtella, Lud. Carraciolus, Lud. Carroolus, Lud. Carrerius, Lud. Caſpenſis, Lud. Richeomus, Lud. Tena, Lud. Cellotius, Lud. a Cruce, vel Cructus, Lud. de S. Ioann. Lud. Alcaſar, Lud. Gomez, Lud. Lopez, Lud. Meſſia, Lud. Meratius, Lud. Miranda, Lud. Molina I. C. Lud. Molina Th. Lud. Monteſinus, Lud. Paramus, Lud. Peruſinus, Lud. Romanus, Lud. Velaſquez, Luyſius, Lucius Marinæus, Ludulphus Saxo.

MAiolus, Maraccius, Marcellus, Maſcardus, Megala. *Marci.* Ma. Antonius Cucchus, Ma. Antonius Maceratenſis, Ma. Antonius Sabellicus, Ma. Antonius Berarduccius, Ma. Antonius Natta, Ma. Antonius Peregrinus, Ma. Antonius Genuenſis, Ma. Antonius Marſilius, Ma. Antonius Scipio, Ma. Antonius Laurianus, Marc. Alterius, Marc. Mantica, Marc. Luſardus, Marc. Tullius Cicero, Marc. Vidalis, Ma. Gazenſis, Ma. Marulus, Ma. Rutilius, Marchinus, Marcellinus de Piſe, Marianus Scotus, Marianus Soccinus, Marianus Freccia, Marinus de S. Ioſeph, Marquardus Suſannius, Martha. *Marij.* Mar. Pilterius, Mar. Antoninus, Mar. Italus, Mar. Nizolius. *Martini.* Mart. Alphonſus Viualdus, Mart. Ayala, Marchantius, Mart. Becanus, Mart. Bonacina, Mart. Breſſerus, Mart. Bortellanus, Mart. Cromerus, Carillo, Mart. del Rius, Mart. Fornarius, Mart. Funes, Mart. Garzia, Mart. Laudenſis, Mart. Ignatius, Matt. Ledeſma, Mart. Nauarrus, Mart. de Magiſtris, Mart. Eſparza, Maximonus. *Matthæi.* Matt. de Afflictis, Matth. Boratus, Matt. Kellisonius, Matt. Feltrius, Matt. Radetus, Matt. Galenus, Matt. Rubeus, Matt. Bonnus Matt. Palatius. Matth. Longus, Matth. Palmerius, Matth. Veſtmonaſterienſis, Mauritius de Alzedo, Mazagnanus, Amogeidius, Marſilius Ficinus, Maxentius, Methodius. *Melchiores.* Melch. Canus, Melch. Loterius, Melch. Zambranus, Menandrius, Mendoza, Mercurus Dominicanus, Memoriale Clericorum Al. Ludouiſij. *Michaeles.* Mich. Craſſus, Mich. Ferrus Manriquez, Mich. Ricardus, Mich. Medina, Mich. Palacius, Mich. Ricius, Mich. Zanardus, Mich. Timotheus, Mich. Buchingerus, Mich. Glycas, Mich. Iſelius, Mombritius Boninus, Monaldus, Molanus, Miranda.

NAtalis Comes, Naxera, Nellus de S. Geminiano, Nicephorus Calliſtus. *Nicolai.* Nic. Baldellus, Nic. Boerius, Nic. Cauſinus, Nic. Ægidius, Nic. Aragonius, Nic. Baſelius, Nic. Sanderus, Nic. Dionyſius, Nic. à Gauna, Nic. Euerardus, Nic. Eymericus, Nic. Cuſanus, Nic. Garzias, Nic. Perottus, Nic. Sander, Nic. Serar. Nic. Pimenta, Nic. Moſcouienſis, Nic. Lyranus, Nic. Dolionus, Nic. de Milis, Nic. Vbaldus. Nicaſius, Nicodemus de Florentia, Nicephorus Conſtantinopolitanus, Nilus, Niquetius.

OCcham nominalium inſtitutor, Ocho, Octauius Rubeus, Octauius Pantagatus. *Octauiani.* Octau. Cacheranus, Octau. Veſtrius, Octau. Martinus, Octau. Vulpellus, Octau. Zucharus, Olaus Magnus, Olderus Vitalis, Oldradus, Odo, Oliuerius Mazzuchellus, Onuphrius Panuinius, Oloſius, Oleaſter, Origenes Adamantius, Oſſuna, Oſeſchus, Olympiodorus, Ouiedus, Orpheus, Otho Heurnius, Ouidius, Optatus Mileuitanus, Otho Friſigenſis.

P*Auli.* Pau. Areſinus Epiſc. Pau. Caſtrenſis, Pau. Comitolus, Pau. Borgaſius, Pau. Eſtad. Pau. Bleazarius, Pau. Fraxinettus, Pau. Sherlog, Pau. Fuſchius, Pau. Iouius,

nius, Pau. Morigius, Pau. Æmilius, Pau. Regius, Pau. de Angelis, Pau. Riccius, Pau. Glemonenſis, Pau. Interianus, Pau. Corſettus, Pau. Layman, Pau. Giera, Pau. Langius, Pau. Squillantis, Pau. Moſilius, Pau. Oroſius, Pau. Daonus, Pau. Bizarrus, Pau. Venetus, Pau. Santorius, Pau. Palacius, Pau. Plaſecius, Pau. Squilas Pau. Solodius, S. Paulus, S. Paulinus, Pau. Manutius, Paulinus Petriſlauenſis, Pax Iordanus, Patritius, Papyrius Maſſonus, Paſchalius Conbeſtius. *Petri*: Pet. Alli-gomptius, Pet. Ala, Pet. Ancharanus, Pet. Andreas Ganiazus, Pet. Anelius Perſicus, Pet. Antonius Petra, Pet. Aragonius, Pet. Antonius Eſcobar, Pet. Comeſtor, Pet. Bongus, Pet. Crinitus, Pet. Galatinus, Pet. Alliacus, Pet. Auguſtinus Morla, Pet. Antonius Lazarius, Pet. Ioann. Capriata, Pet. Berchorius, Pet. Aureolus, Pet. Damianus, Pet. Barboſa, Pet. Bembus, Pet. Bayus, Pet. Bellochius, Pet. Binsfeldius, Pet. de Cabrera, Pet. Brixienſis Epiſc. Pet. Cotonus, Pet. Comitolus, Pet. de Caſtro, Pet. Cabrera, Pet. Galeſinus, Pet. Nauis, Pet. Caballus, Pet. Cabrera, Pet. Ceuedo, Pet. Cornelius, Pet. Creſpinus, Pet. Caniſius, Pet. Duenas, Pet. Faber, Pet. Follerius, Pet. Reyna, Pet. Garſias, Pet. Franciſcus Baſſetinus, Pet. Franciſcus Zenus, Pet. Meſſia, Pet. Gregorius, Pet. Hurtadus, Pet. à S. Ioſeph, Pet. Tholoſanus, Pet. Ledeſma, Pet. Lorca, Pet. Lombardus, Pet. Marthęus, Pet. Maria Campus, Pet. Marcellus, Pet. Marranus, Pet. Moneada, Pet. Moſſeus, Pet. Mexias, Pet. Pithoeus, Pet. Maurus Aretinus, Pet. Soto, Pet. Vbaldus, Pet. Nauarra, Pet. Nunnoz, Pet. Nunnoz de Auendano, Pet. Sanchez, Pet. de Quiedo, Pet. Rodulphus, Pet. Ochagauia, Pet. Paludanus, Pet. Paulus Paris, Pet. Toloſanus, Pet. Philippus Cornelius, Pet. Valerianus, Pet. Rebuffus. *Philippi*: Phil. Franc. Phil. à Sanctiſs. Trinitate, Phil. Decius, Phil. Beroaldus, Phil. Gamachęus, Phil. Rubeus, Phil. Paſcalius, Phil. Porrus, Phil. Maynerius, Phil. Fauarius, Philipp. Probus, Phil. Diez, Phil. Faber, Philibertus, Piſanella, Picinellus, Pighius, Pighettus, Picus Mirandulanus, Pius Maria Canarinus, Pius Maria Quartus, Pius Rubeus Placentinus, Pinus Ramirez, Perez, Pererius, Philo Iudęus, Platina, Plinius Iunior, & ſenior, Plutarchus, Plato, Polybius, Polydorus Porta, Ptolomęus, Pomponius Mela, Pontanus, Polydorus Virgilius, Pompeius Vizzanius, Procopius Garzeus. *Proſperi*: Proſp. Aquitanus, Proſp. Farinacius, Proſp. Veſtius, Ptolomeus Alexandrinus, Prudentius.

QVintus Iulius Hilarion, Quintus Curtius, Quintanaduenas, Quintilianus Rhetor, Quintilianus Mandoſius, Quintilianus Septimius Florens Tertullianus.

RAnutius Picus, Ragolinus Rhaminuſius, Rabanus Maurus, Raymundi: Raymundina Summa. *Raphaelis*: Raph. Fulgoſius, Raph. Aneſa, Raph. Raſtellius, Raph. Cumanus, Raph. à Turre, Raph. Volaterranus, Regineus Sixtinus, Reſeribus. *Ricardi*: Ric. de Sancto Victore, Ricard. de Mediauilla, Ricard. Briſtous, Rica. Hallo, Raynerius Foroliuienſis, Rodobaldus Parinus, Raymundus Capitinus. *Roberti*: Rob. Bellarminus, Rob. Lancellotus, Rob. Maranta, Rob. Nauportius, Rob. Caracciolus, Rob. Ruſca, Rob. Holkot, Rob. Goſtles, Rob. Gaguinus, Rob. Licius, Rochus Curtius, Rodericus de Arriaga, Rodericus Acuna, Rodericus Sanctius, Rodericus Toletanus, Rupertus Abbas, Ruſſonus Repertorium Inquiſitorum, Ripaldus, Rolandus à Valle, Roſella, Rogerius Houedenus.

Ro-

Robertus Pontanus, Rota Romana, Ruinus, Rutilius Benzonus, Roffectus, Raffel-
lius, Remigius Seraphin, Romualdus Celus.

SAlazar, Salianus, Salustius Criſpus, Salucanus, Samuel Lublinius, Salfoſa, Sa n-
ctorius, Sanctarellius, Saluator Raffus, Saluator Vitalis. *Sebaſtiani.* Seba ſt.
Acoſta, Sebaſt. à Bononia Capuccinus, Sanctus Fabianus, S. Maria, S. Gomez,
S. Zianus, S. Barrad. S. Faciuta, S. Cæſaris, S. Medices, S. Munſter, S. Rubeus,
S. Vantius, S. Ximenes, Secundus Lancellottus, Scipio Claramont, Seuerus, Sulpicius.
*Seraphini.* Seraph. Freitas, Seraph. Razius, Seraph. Oliuarius, Seraph. de Seraphinis,
Silius Italicus, Sfortia Pallauicinus Cardin. *Simeones.* Sim. Maiolus, Sim. Caſſia.
Sim. Vaz Barboſa, S. Metaphraſtes, Simplicianus Mutinus, Spondanus, Sidonius
Apollinaris. *Sigiſmundi.* Sig. à Bononia, Sig. Loffredus, Sig. Scaccia, Sigebertus,
Scipio Rubeus, Scip. Glareanus, id eſt Angelicus Aprofius, S. Beneuolus. *Stephani.*
Steph. Alcuinus, Steph. Aufenius, Steph. Auila, Steph. Bauy, Steph. Coſta, Steph.
Emmerlitius, Steph. Fagundez, Steph. Lambertengus, St. Leodienſis, St. Vinaldus,
Steph. Iulianus, Steph. Nobis, Steph. Spinula Somaſch. Steph. Quaranta, S. Pighius,
S. Quaranta, S. Orphanus, Sophronius, Sozomenus, Stanislaus Roſcius, Solerus,
Suetonius Tranquillus. *Syluestri.* Syl. Barrochioccius, Syl. Maurolicus, Syl. Prieras,
Syl. Aldobrandinus, Syluius Titius, Sylueira, Syluanus Razzius, Strabo Amaſeus,
Suidas.

TArquinius Merula, Tarquinius Gallucius, Theodoretus, Theophilus Alexan-
drinus, Theodoric. Appolden, Theodor. Gongonez, Theodor. Tuingus,
Theodorus Bellanus, Theatrum Vitæ humanæ, Theophilus Brunus, Tertullianus.
*Thomæ.* S. Thom. Aquinas, Th. del Bene, Th. Boſinſegnius, Th. Bredembachius,
S. Thom. à Villanoua, Th. Odericus, Th. Campeius Ælius, Th. Grammaticus, Th.
Dempſter, Thom. à Ieſu, Th. Maluenda, Th. Spinula, Th. Bozius, Th. de Mer-
cato, Th. Sanchez, Thom. de Vio Caietanus, Thom. à Ieſu Maria, Thom. Talla-
maſſenſis, Th. Cantipratenſis, Th. Khempius, Th. Treugillus, Thom. Zerola,
Th. Beuxamis, Th. Tamburinus, Th. Vedinus, Th. Lentinus, Th. Stapletonius,
Th. Triuiſanus, Th. Torellus, Th. Valdenſis, Th. Valaſcus, Th. à Voragine, Th.
Declaius, S. Th. Forcarhius, Titus Liuius Patauin. Tilmanus Heshuſius, Tobias
Nonius, Tiberius Ferrarius, Triſtanus Calchus, Trithemius Abbas, Tullius
Cicero.

VArro. *Valerij.* Val. Anſelmus, Val. Maximus, Val. Reginaldus, Velius Lon-
gus, Venantius Fortunatus, Verrius Flaccus, Vbertus Folieta, Velleius Pa-
terculus, Vegetius. *Vincentij.* Vinc. Candidus, Vinc. Filuccius, Vinc. Ferrerius,
Vinc. Mainardus, Vinc. Bironchius, Vinc. Litara, Vinc. Carthanus, Vinc. Vitialis,
Vmbertus Locatus, Vrinis Neapolitanus, Virginius Boccacius, Victor Vtic.
*Virgilij.* Virg. Maro, Virg. Ceparius, Virg. Maluezius. Volcatius Gallicanus,
Vlockembec, Vignerius, Volphangus à Vorburgo, Vuillelmus Lindanus, Vſuardus,
Vuolfredus, Vuolfradus Strettenhoff, Vlyſſes Aldrouandus, Vuillelmus Langius.
Ximenes, Xenophon. Vtibertus.

ZAcharias Paſſaligus, Zachar. Bouerius, Zachar. Lippeolus, Zanallus, Ze-
phyrinus, Zonaras, Zuuardus, & alij plurimi, quos breuitatis gratia præ-
termitto.

# INGONI TAVRELLI

*Doctoris Phil. Theol. Iuris Conſulti V. C. Inſcriptio.*

NI lapis es, Lector, lapidem mirare loquentem,
Quæ vel muta ſilex vera ſilere nequit.
Longorum referunt Capitoli ſaxa triumphos,
Laurentis Longi hic ſed lapis acta refert.
Tertius octo ſuperbis ſecla Nouember inibat
Cœlicolis ſacrum Sole oriente diem. Kal. Noumb. M. DC. III.
Cum peperit Stephano Laurentem Barbara coniux
Manibus & lauit lux ſacra fonte ſacro.
Quos imitaretur Diuos vt ſemper haberet
Mente, memorque foret mortis vbique ſuæ.
Parma per ingenuas hunc duxit Palladis artes, M. DC. XII.
Moxque per Aſtreæ, per Themidiſque lares.
Eloquium, ſophiam, ſacra dogmata, iura, Matheſin,
Et Mores docuit, Pieridumque modos.
Dogmata maiori tutatus in æde probante
Doctorum cœtu laurea ſerta tulit. M. DC. XXV. die viij. Decembr.
A patrio ſerti, proprioque à nomine lauri
Omen habens retulit congrua ſerta ſophis.
In terris cum ſe peregrinum ſciret, ad Vrbes
Se varias Italum contulit, ac Populos.
Parma dedit Mutinæ 1626. Iuuenem, Ferraria Romæ M. DC. XXVIII.
Tibur 1629. & Vrbis tenuit mox Amerina virum. 1630. 1631. 1632.
Petre tuam Romæ ſacra prima litauit ad vrnam,
Longa Sacerdotum cui dedit Alba decus, M. DC. XXIX.
Aemyliane tui cœtus vexilla ſecutus,
Se, & ſua ſacrauit per tria vota Deo. M. DC. XXXII. xvj. Febr.
Ad Mare Tyrrhenum per Tybrim vectus Hetruſca
Litora luſtrauit mox Ligurumque plagas.
Genua detinuit, 1633. Dertona, Placentia, deinde M. DC. XXXIV.
Vrbs Regina, mari quæ imperat Adriaco. M. DC. XXXV.
Euganeæque Vrbes, Benaci litus amænum
Hunc mox ſuſcepit, Cenomanumque caput. M. DC. XXXVI.
Inde Subalpinos, Foſſani mænia adiuit. M. DC. XXXVII.
Taurini poſthæc, Euaſidumque domos. M. DC. XXXVIII.

Hunc

Hunc Mox Vercellæ, & concuſſa Nouaria bello,
Et Mediolani mænia vaſta vident.
Ad Diui Caroli tumulum quum ſacra peregit,
Ambroſij innumeros vidit ibique libros.
Adriacam rurſus venit reuocatus ad Vrbem M. DC. XXXVIII.
Hinc gemini maris eſt vectus vtroque ſinu.
Delphinos comites habuit ratis æquore in alto, M. DC. XXXIII.
Et maris & terræ multa pericla tulit.
Pluribus inuidiæ modo tempeſtatibus acti
Suffulſit Longi Sacra Columna latus.
Hunc Academiæ Vicetia iungit, Olympi
Cui nomen Nymphæ nempe dedere iugi. M. DC. VI.
Ad Trebiam rediјt Venetis modo vectus ab oris
Ante nouem vitæ luſtra peracta ſuæ. M. DC. XXXXVI.
Longus vbi Pœni Sempronius obſtitit armis,
Longus ibi Laurens vt noua bella gerat.
Pugnauit, vicitque armis Tritonidis Hoſtes
Tutatus Tabulas, pacificaſque Tubas,
Quas modo doctrinæ ſolido conflauerat ære,
Mox chalcographicis ediderat que Typis.
Applauſere patres, Tyrio quas Roma galero
Cingit, & aſſenſum ſponte dedere ſuum.
Victricem retulit, quam præfert nomine, laurum,
Iamque triumphales edidit ære libros. *Opera Laur. Longi vide pag. xxviij.*
En Vates Lauro perdignus, ſurget in aula
Pernotus, Nato viſus in Orbe nouus.
Atque vel in Muſis doctrina Plato reſurgens,
Is mores vnus Pallade namque regit.
En Vir Apollineus Muſas regit alter Apollo,
Laurentis Longi ſic Anagramma docet.
Sed magis ipſa probant hoc multa volumina, Longus
Quæ proſa, & vario carmine ſcipta dedit.
Quæ Caſsi Longi Parmenſis opuſcula vincant,
Conſcripſit Laurens verſibus ipſe ſuis.
Auſonijs cecinit, Thuſcis, Graijſque Camænis
Heroas, Diuos, Chaſmata, Templa, Duces,
Parmenſi, Venetoque Duci, Liguriquе, Sabello,
Et Duci Ateſtino carmina grata dedit,
Santonas edomitos cecinit, 1630. flammaſque Veſeui M. DC. XXXII.

Itali-

Italicum bellum, Regis & arma Gothi, M. DC. XXXI.
Romulidum, Venetumque patrum, Ligurumque triumphos
Iura, Magiſtratus, geſta, domique, foris.
Illiaco, Latioque ſatas è ſanguine gentes,
Et Longæ ſcripſit res, monumenta domus.
Diuiparæ, Diuæque tulit Soteria Longæ, M. DC. XXXXIII.
Effigies Diuis, & ſimulacra dicans.
Bericeo quod clara iugo Vicetia 1428. templum 1643. 1645.
Adriacique partes quod poſuere mari. M. DC. XXX.
Quæque Placentinis fundari iuſſit in oris
Deſignata ſua Virgo parenſque manu. M. DC. XXVI.
Quæque Columba ſuo ſignauit miſſa volatu,
Deſcripſit Longus carmine, & Hiſtoria.
Sacra fori Metanœa tui, documenta ſalutis,
Officia, & quid ſit faſque, nefaſque docet. 1650. 1660.
Hęreticos Fidei Clypeo ſic depulit ictus
Aduerſus veram dogmata falſa fidem.
Abſtruſas rerum cauſas, myſteria ſcripſit,
Quæque Deum noſtri ferre coegit Amor. 1635. 1660.
Spicula Diuini, pharetramque excudit Amoris, M. DC. XLV.
Dans Pſalmos, Hymnos, Cantica ſacra, Preces. 1633. 1650.
Subiectos alijs docuit parere minores,
Obſequij leges, imperijque tulit. M. DC. XXXVI.
Obſequio imperium, ſolidis virtutibus aurum
Poſtpoſuit, Terræ deliciaſque Polo.
Perfectæ virtutis iter, legumque tenorem
Edocuit, vitijs antidotumque dedit. M. DC. XL.
Virginis auſpicijs pacati ſyſtema mundi M. DC. XXXII.
Edidit, effigies verſibus expoſuit.
Quod pater Vrbanus vidit, geminique Nepotes, M. DC. XXXIII.
Purpureique patres, quos pia Roma colit,
Laudarunt Authoris opus, Libroſque probarunt,
Ad commune bonum quos dedit ille Typis.
Cœlicolum feſtas celebrauit carmine luces,
Quoque Dei mater debet honore coli, M. DC. XLIV.
Scripſit & expreſſit pia deſideria, vota,
Fundendas ſuperis nocte, dieque preces. M. DC. LII.
Cantica Iordanis. Thuſcum reuocauit ad amnem M. DC. XXXIV.
Struxit & Aonijs amphitheatra iugis. 1628. 1626. 1627.



Digitized by Google

Carminibuſque gradus varios diſtinxit Hetruſcis, M. DC. LVIII.
  Et Latijs, Muſæ quæ cecinere nouem.
Cantigiæ cecinit Carlotæ Virginis acta, M. DC. XLVII.
  Quæ templum ſtruxit colle Cabera tuo M. DC. LIII.
Deſcripſit varias vrbes, loca, tempora, mores,
  Euentus varios, geſta profana, ſacra M. DC. L.
Authores, Regeſque, Vrbes cui ſceptra dedere
  Illuſtreſque viros, Pontificeſque canit.
Et peregrinantum mores, legeſque locorum,
  Quæque viatori ſint adhibenda refert M. DC. L.
Excijt ad bellum ſacrum Regeſque, Duceſque
  Aduerſus Scythicas, Hæreticaſque acies. M. DC. XLVI.
Et ſtratagema ſacrum, vincendi quoslibet Hoſtes
  Edocuit verum cum ratione modum. M. DC. XLVI.
Chriſticolæ retulit victricia militis arma
  Hoſtibus è victis capta trophęa tribus. M. DC. XLVII.
Agmina virtutum vitijs contraria, pugnas,
  Quas cum carne gerit ſpiritus, explicuit.
Atque Salutares Tabulas, Lituoſque, Tubaſque,
  Quot Iubilęorum iam ſonuere Tubæ M. DC. L.
Sępius expoſuit diuini Oracula verbi,
  Edocuitque alios ire ſalutis iter.
Multa tulit, fecit, docuitque, inuenit, & auxit,
  Compoſuit, graphicis multa Typiſque dedit.
Athletam Chriſti docet, exercetque paleſtra,
  Vt pugnam ſemper victor inire queat. M. DC. XLVIII.
Parma, Padus, Scultemna, Tybris, Nar, Stura, Biſamnis,
  Adria, Benacus, Bacchilioque, Anio
Sacra miniſtrantem, pandentem Palladis artes,
  Pluraque ſcribentem detinuere diu.
Nunc Trebia Eridano qua iungitur, ipſe labori
  Non parcit, libros edit, agitque ſacra, M. DC. LX.
Auſpice cuncta Deo ſe ſe feciſſe fatetur,
  Abſque Dei auxilio ſe nihil eſſe putat.
Vt palmes ſine vite nequit producere botros,
  Et niſi ſubnixam fulciat vlmus eam.
Redde Deo grates, legis hæc qui ſcripta, viator,
  Non poſſunt aliter marmora muta loqui.
Multa licet ſileam Longi pręconia vatis,
  Hæc tamen haud potui pauca ſilere ſilex.

LAV-

# LAVRENTII
# LONGI
# PARMENSIS
## THEOLOG. CONGREG. SOM.
## *TABVLA GENERALIS*
# SACRAMENTORVM MARE

**Seniores, & Sedilia ante Thronum Dei, & Agni in diuina Apocalypſi Cap. IIII. reuelata repręſentans:**

Hoc eſt generalem, ac ſingularem de Sacramentis Doctrinam ſecundum probabiliores Doctorum tam antiquorum, quam recentiorum ſententias, & Ciuitatum Patriarchalibus, Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus ſedibus inſignium breues Chronologias exhibens.

*Opus Theologiæ Moralis, ſacræ, & exoticæ eruditionis ſtudioſis, & Sacramentorum miniſtris, ac Superioribus animarum Paſtoribus, Præſulibus, Confeſſarijs, & Eccleſiaſticis omnibus vtiliſſimum.*

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. MARCHIONI

IOSEPHO ZANDEMARIÆ

Placentiæ Epiſcopo, & Comiti D.D.D.

PLACENTIÆ, Apud Stephanum Sirenam. M.DC.LIX.
*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. MARCHIONI

# D. IOSEPHO ZANDEMARIÆ

## PARMENSI,

*Placentiæ Epiſcopo, & Comiti.*

LAVRENTIVS LONGVS S. P. D.

EA eſt Sacramenti ratio, vt totum omnibus, & totum ſingulis dari poſſit, & tantũ vnus, quantum mille ex eo ſumãt. Propterea ne mireris, Illuſtriſs. Præſul, ſi Sacramentorũ Mare, quod non Geographicis, ſed Theologicis Tabulis deſcriptum omnibus, & ſingulis Eccleſiæ præſulibus, vt primarijs Sacramentorum miniſtris dedicaui, tibi quoque morem ſcriptorum ſecutus ſpecialiter dedioem. Præſertim cum ad hoc faciendum moueant me, & alliciant nomen, cognomenque tuum, quæ diuinæ gratiæ augmentum, & profectum Domini ex Mari hoc prouenire ſignificant. Hoc etiam iure ſuo ſibi poſtulat paſtorale, ac primarium munus tuum, quod eſt Sacramentorum Mari vitreo ſimili chryſtallo diuinæ gratiæ aquam viuam continenti miniſtrando aſſiſtere: quod etiam ad reliquos diuini gregis Paſtores, Apoſtolorum ſucceſſores, Eccleſiarum Principes, præcipuos Sacramentorum miniſtros pertinet. Hos ſeniores à Diuo Ioanne in Apocalypſi viſi, & in ſedibus ſuis adſtantes Mari vitreo ante thronum Dei ſignificabant. Per Mare autem vitreum ſimile chryſtallo Sacramenta aquis diuinæ gratiæ redundantia ſignificari Lyranus, Carthuſianus, & alij Apoca-



Digitized by Google

lypſis interpretes docent, ab illis autem diuinæ gratiæ augmentum, ſpiritualem animarum profectum in via Domini produci certum, & apud omnes in confeſſo eſt. Hoc ſubobſcurè innuunt nomen tuum Ioſeph, quod augmentum, & profectum Domini interpretantur, & Ioannes de Marijs cognomen tuum vulgo Landemaria dictum à Ioanne de Marijs gentis tuæ à Mario ſepties Romæ Conſule, Cimbrorum, ac Teutonum triumphatore deductæ principe. Vox enim Ioannes gratiam ſignificat, Marij à Mari dicti fuere. Hinc Marij Genuenſes de Mari vulgo appellantur. Tibi ergo tanquam vni ex ſenioribus Vitreo Sacramentorum Mari aſſiſtentibus, & in ſede Placentinæ Hieroſolymę ſedenti debetur quicquid de Sacramentis in Iudeæ olim Hieroſolyma à Chriſto Dei filio inſtitutis generatim, & ſingillatim ſcriptum à me Placentiæ, cum augmento æneis Typis recuditur. Eius eſt arbor, in cuius ſolo radices agit, vel naſcitur. Tuus ergo eſt liber hic, quia in Placentinę Eccleſiæ tuæ ſolo tanquam arbor, cuius cortex tenuior liber propriè dicitur, radices egit, & publica luce donatus quaſi natus, ac, vt Liber, Bacchus, inquam, renatus homines denuo per Sacramentum renaſci, atq; diuina gratia augeri, & in via Dñi Dei Noſtri proficere docet, vt ad ſpirituale gregis tui augmentũ, profectumq. animarumq; ſalutem, quod diuinorum diuiniſſimum eſt, te auſpice, te duce cooperetur. A nomine tuo, ac cognomine certa futuri euentus ſumpſit auſpicia. Abs te optimo Paſtore, qui frequenti Sacramentorum adminiſtratione, & publica, ſolemnique circumgeſtatione per vrbem, & expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, diuinique agni in Altaris throno ſedentis, & annua gregis tui viſitatione, nec non Eccleſiaſticarum ædium reſtauratione, ac ſtructura commiſſæ tibi Eccleſiæ ſpirituale, ac temporale augmentum vigilanti ſolicitudine curas, ſpero operi meo honoris, & protectionis incrementum acceſſurum. Hoc igitur lęta, exporrectaq. fronte hilaris datoris donum re paruum, affectu dantis maximum ſuſcipe, ac Vale.



Digitized by Google

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Præſuli

# IOSEPHO IANDEMARIÆ PARMENSI

## EPISCOPO PLACENTIÆ, ET COMITI.

*Laurentius Longus Parmenſis S. P. D.*

SVme Placentini doctiſſime Paſtor ouilis,
De Sacramentis quæ ſcripſi, dicta Ioanni
Quæ Mare ſunt vitreum, diffundens vndique viuæ
Gratiæ aquam, quæ corda lauans confirmat, & auget,
Et contra Sathanæ inſidias, atque ignea tela
Munit, vt hæc veluti clypeo depellere poſſint,
Per Mare chryſtallo ſimile hoc tranſire neceſſe eſt,
Omnibus ad ſedem diui tendentibus agni,
Per Mare ceu rubrum diuini ſanguinis vndas
Significans opus Iſacidum fuit ire phalangi
Pinguia promiſſæ properanti ad paſcua terræ.
Agmina Niligenum pelago hoc ſubmerſa fuere,
Et cum Rege ſuo currus, equiteſque furentes.
Sanguine ſic Chriſti merguntur crimina mundi,
Et peccata ſacro delentur noſtra cruore.
Eſt Sacramentum MARE CASTVM nomine verſo,
Reque animas reddens caſtas, donanſque ſalute,
Corrupit quas culpa, Deo fecitque rebelles.
Hoc debetur opus tibi de ſenioribus vni,
Quos in conſpectu diuinæ ſedis amatus
Præuidit Patmi vates in ſedibus altis
Circunſtare Mari vitreo, commiſſa quod illis
Cura miniſtrandi ſit Sacramenta per vrbes.
Bis duodena notant has alta ſedilia patrum,
Quæ certo incertum numero ſignante notantur,
Ante Thronum conſpecta, Dei quo conſidet agnus,

*Mare vitreũ ſimile chryſtallo ante thronum Dei S. Ioannes in Apocal. c. 4. Lyranus Dionys Carthuſ. Alcazar. Io. Lugo.*

*Sacramentũ anagramma Mare Caſtum.*

*XXIIII. Seniores in ſedilibus XXIIII. in Apocal. c. 4. ſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, &*



Digitized by Google

*Epiſcopi in Ciuitatibus ſuis.*

Pro culpis hominum qui cæſus ab orbe creato
Sacra libri ſeptem potuit reſerare ſigilla,
Quæ totidem diuina notant myſteria, ſigna,

*Placentia Romanorum Colonia deducta Conſulib. T. Sẽpronio Longo, & P. Cornelio Scipione anno mũdi 3836. Romæ cõdita 535. ante Chriſtum 217.*

De quibus hic agimus. Tua nempe Placentia ſedes
Eſt Romanorum præclara Colonia Longo
Conſule ducta prius, quam Pœnus ſcanderet Alpes,
Et cum Romuleo collatis agmine ſignis
Hoſtili Trebiam fœdaret ſanguine fluctus.
Hac tu ſede ſedes, tenuit quam Caſſius olim
Inclitus, & Latia diuus de gente Sabinus,
Et Victor: Mauruſque. tuis myſteria ſacra
Diſpenſas populis, vitrei velut æquoris vndas,
Vnde oritur non vana Venus, ſed gratia, Diuis
Quæ gratos homines reddit, ſummoque parenti,
Perque ſalutarem Calicem, Sapientia legit

*Sancti Epiſcopi Placentini.*

*Io. Baptiſta Calix Vicarius Gener. Placentiæ.*

Quem ſibi, & impleuit populis ſacra dona miniſtras,
Commiſſas his paſcis oues, luſtraſque frequenter,
Tartareoſque lupos ſacris ab ouilibus arces,
Inuigilaſque gregis, noctuque, diuque ſaluti
Reſtauras collapſa, nouas & conſtruis ædes,
Relliquijs augeſque ſacris altaria diuum,
Et ius cuique ſuum reddis, ſonteſque coerces.
Afficis hos pœnis, meritis & præmia pendis,
Vt tuearis, oues nulli pareiſque labori,
Ac fluxas contemnis opes, ſummaſque putaſti
Diuitias placuiſſe Deo, populumque fidelem
Formare, & ſanctis componere Legibus vrbes,
Et ſubiecta tibi cum multis oppida caſtris
Inuiſis, vultumque tui cognoſcis ouilis.
Auſpice te pietas creſcit, cultuſque Tonantis

*Ioſeph Augmentum, & profectus Domini. Interpretatur.*

Augetur, virtus capit incrementa, vigetque
Relligio. Ioſephe tuo quod nomine ſignas,
AVGMENTVM pręſtas altaribus, ædibus, aris,
Diuinoque gregi, qui per te proficit almo,
PROFECTV DOMINI, nutu qui temperat orbem,
Inuiſiſque frequens per plana, per ardua, montes,
Et valles ſuperans, quas reſpicit Apenninus,
Quoſque Tarus, quos Nura rigant, Longinaq. campos,
Quoſque Ardæ, Trebięque lauant vicina fluenta,

Et

Digitized by Google

Et pater Eridanus, reliquos qui ſuſcipit amnes,
Et petit Adriacum ſeptena per oſtia pontum.
Audijt hic quondam Diui mandata Sabini,
Cui ſucceſſor ades, ſubitoque receſſit ab aruis
Præſulis, vndiuago quæ flumine merſerat ante
Aggeribus, quos ipſe ſtruis, Phaethontis ad amnem,
Hunc procul ire iubes, cogiſque frementibus vndis
A tibi ſubiectis longè diſcedere campis,
Et quas ipſe domos, & celſa palatia nuper
Ad Sentimentum, Metiani ad littus amœnum,
Vmbriferumque nemus, ſtupet amnis, & inde retortis
Fluctibus applaudit, caput inclinatque merenti,
Et Nymphas, Cycnoſque ſuos tua dicere geſta,
Res dignas Paſtore ſacro, laudeſque referre
Vult, iubet, Eridani applaudunt tibi numina, Nymphæ,
Et Fluuij quicumque Padum comitantur, honori
Gratantur Ioſephe tuo, gentiſque vetuſtæ
A Mario ductæ, domuit qui Teutonas armis
Romuleis, Cimbroſque feros, encomia dicunt;
Quæ Parmam Latios inter deducta colonos
Floruit, & claros Heroas protulit orbi,
Quos inter Marius princeps fuit ille Ioannes,
Cuius prudentes nomen tenuere nepotes
IANI DE MARIA geniti qui gente vocantur.
Nunc Iandemariæ corrupto nomine dicti.
Te Ianum docet eſſe nouum, ſimilemque bifronti,
Qua regis, & paſcis populos, prudentia mentis
Præteritum ſpectans tempus ſimul, atque futurum,
Hoc Ianum feciſſe ferunt, qui nomina monti
Ianiculo fecit, dictus fuit ante Noemus,
Qui genus humanum diris ſeruauit ab vndis
Diluuij, vitiſque ſator, vinique repertor
Venit in Italiam, Latijſque reſedit in oris,
A vinoque, Iain Syria quod voce vocatur,
Inuento Iani nomen ſortitus honorum,
Et Maria hic primus ſulcauit naue reperta,
Tu populum Ianus ſeruaſti peſtis ab vndis,
Cœleſtiſque iræ contagia dira minantis
Diluuio, & vino pietatis amanſque reperto

*S. Sauini præcepto obedinit Padus.*

*Metianum à Metijs, quorum extant Placentiæ Monumenta dicitur vulgo Mezanum.*

*Ioannes de Marijs Parmenſes dicũtur vulgo Zandemaria.*

*Ianus idem, ac Noe vini inuentor.*



Digitized by Google

Iratum precibus placaſti numen olympi,
Fulguraque in pluuiam vertiſti, in lilia tela,
Tela triſulca, tuo referuntque ſtemmate virgæ,
Symbola iuſtitiæ, pietatis lilia ſigna,
Perfecti Paſtoris habes inſignia virgas,
Floribus adiunctas, geminas, quarum altera nomen
FVNICVLI, nomen tenet altera virga DECORIS
Allicis hac, illa cogis bona ad omnia amanda,
Ac facienda gregem, quem Cœli ad paſcua ducis.
Tales ipſe Deus virgas aſſumpſit, vt almum
Paſceret, à dira quod morte redemit, ouile,
Sanguine quodque ſuo macula mundauit ab omni.
Hoc tibi commiſſum tutaris, paſcis, & auges,
Pauit vt Ægypti populos Ioſephus egentes
Triticeis opibus, regnum Pharaonis & auxit.
Triticeo tu carne agni velamine tecti,
Circumferre tibi placuit quem ſæpe per vrbem,
Nobilium comitante virum, populique cohorte;
Sæpe & adorandum populo proponere in aris,
Eiuſdemque decus ſtudio curare perenni,
Es diuina tuis ouibus dare pabula ſuetus,
E vitreiſque Maris potum dare dulcibus vndis,
Quod Saluatoris manantes fontibus amnes
Efficiunt, hominumque lauant peccata dolentum.
Offendiſſe Deum, lachrymis commiſſa piantum,
Ad quod adhortaris populos ſermonibus aptis,
Perque oratores ſacros, quos mittis ad omnes,
Commiſſi quas cura gregis complectitur, oras.
Non aliena tuo ſunt hæc à munere Præſul,
Quæ Tabulis deſcripta meis tibi dedico, dono.
Hæc cape porrecta ſolitus qua fronte benignè es
Excipere authorem tibi parua volumina dantem,
Qui maiora daret, ferrent ſi pondera vires.
Hunc manibus dignare tuis euoluere librum,
Auſpicijs exire tuis qui gaudet in auras,
In lucemque tuo ſub nomine prodit ab vmbris,
Felicemque meum, fortunatumque laborem,
Grata tibi fuerint ſi munera noſtra, putabo.
Viue, diu longumque vale, Longique memento.

*Aſſumpſi mihi duas virgas, vnā vocaui decorem, alteram vocaui funiculũ, & paui gregem. Zach. 10.*

AD

# AD LECTOREM.

IAm tibi Chiſticolæ deſcripſi militis arma,
Vincendique artem, ſtratagemmata ſacra, Tubaſq.
Mox indicentes Iobelei gaudia terris,
Et ſacra Chriſticolas Reges ad bella vocantes:
De Sacramentis tibi do nunc ſcripta recenter,
Lector, vt ediſcas, quæ conuenientia cunctis
Sint elementa ſacris, quæ debita forma ſit vni
Cuique, & materies, quæ intentio, menſue miniſtri, *Argumentum Operis.*
Quos ritus ſeruare decet, quæ, & quanta poteſtas
Eſſe miniſtrantis, doctrinaque debeat illi,
Cui liceat præbere ſacrum, vel ſumere, quoue
Tempore præceptum, lexque obliget accipientem,
Siue miniſtrantem, quali ratione, modoque
Et quo fine, loco, quæ conſuetudo tenenda, *Tabularum Salutarium Argumentum.*
Quæue caracterem producant ſacra, ſigillum
Quod iubeat Metanæa, quibus peccata fatenda
Adiunctis, qualis confeſſio debeat eſſe,
Eius & exceptor, quæ, & quanta piacula cuique
Iniungenda reo, ſibi quæ peccata referuent
Abſoluenda ſacri Paſtores, ſoluere ab illis
Quis peccatorem confeſſum talia poſſit,
Iniunctas pœnas mutare, & vota fatentum,
Tollere cenſuras, veniam concedere culpis,
Quæ præſtanda homini Iubilæi tempore, vt illum
Obtineat Romæ, quoue Indulgentia pacto
Accipienda, Crucis quæ priuilegia bulla
Contineat, patribus quæ Mendicantibus orbis
Concedat Paſtor, Monachas audire fatentes
Crimina quis valeat, quæ ſint iteranda Fideli
Sacramenta, docet liber hic, & cætera ſcitu
Digna, Sacerdotes omnes quæ diſcere oportet,
Vt bene fungantur tractandi munere ſacra.
Multa probabilibus rationibus aſſero ductus,
Quæ potes amplecti ſecura mente, nec vltra
In dubium reuocare licet, contraria quamuis
Viſa probabilior fuerit ſententia multis.

Namque

Namque probabilitas interna, externaque firmat,
Quæcunque aſſerui placitis, rationeque tuta,
Doctorum placitis veterum ſimul, atque recentum
Hæc confirmaui, docuere hæc Diuus Aquinas,
Et Bonauentura, & Scotus, Durandus, & Ales,
Atque Paludanus, Gabriel, Richardus, Ochamus,
Antoninus honos mitræ, Lombardus, & Abbas,
Syluester, Fumus, Raymundus, & Angelus, Angles,
Toletus, Sotus, Molina, Megala, Nauarrus,
Viualdus, Caieta tuo de nomine dictus,
Atque Panhorme tuo, tuo & Adria nomine clarus,
Suarius ingenio vaſtus, nec Vaſquius illo
Inferior, Nugnus, Bannes, geminuſque Ledeſma.
Fagundus, Lamas, Ochagauia, Syluius, Hortes,
Lorca, Rodericus, Tannerus, Vegha, Palaus,
Zerula, Rodriquius, Coninch, Miranda, Gauantus,
Sanchius, Henriques, Peyrinus, Beia, Polachus,
Villalobos, Bacinus, Paſqualiguſque, Diana,
Caramuel, Lugo geminus, Bonacinaque, Longus
A Coriolano dictus, Laymanque Buſembaus,
Eſcobar, Auſonius Cottonus, Tamburrinus,
Beccanus, Crucius, Camerota Salonius ingens,
Paſſerinus amans Legum, Lezana, Salaſque,
Bordonus, Fauſtus, Portellus, Martinonus,
Gordonus, Baldellus, item Filiuccius ingens
Peres, Baſilius, Legionis Pontius aſtrum
Corduba, Comitolus, Conradus, Spinula, Naldus,
Leſſius Ouiedus, Lopes, Granadus, Auerſa,
Arriaga, Aluarius, Bardus, Vitalis, Amicus,
Guttieres, Medina, Salas, Trullencus, Aragon,
Sa, Reginaldus, Breſſerus, Monteſinus,
Mercorus, Azorius, Sayrus, ſeu Regia Clauis,
Viguerius, Gerſon, Corneio, Candidus, Albus,
Quæ mage tuta tibi ſit opinio mente tenenda,
Oſtendo breuibus quaſi per compendia verbis,
Hæc mare ſulcanti tibi ſit magnetica pyxis,
Quos ſcopulos demonſtro tibi ratione, caueto.
Ne tua frangatur ratis, aut mergatur ab vndis,
Hæc per Symplegadas ducet te pura columba,

*Doctores citati in hoc Opere.*

Am.

Digitized by Google

Ambages fugio multas, liteſque ſcholarum,
Vtiliora ſequor, fructus ego quæro relictis
Floribus, ac folijs, cupio prodeſſe legenti,
Cui permulta breui comprenſa volumine dono.

---

## *D. Paulus Carrara Præpoſitus Generalis Congregationis Somaſchæ.*

TAbulas Sacramentorum, & aduerſaria moralia Reu. Patris D. Laurentij Longi noſtræ Congregationis Sacerdotis Theologi à duobus patribus, quos cenſores eiuſdem operis eſſe iuſſimus, recognita, & probata, vt publicè edi poſſint, concedimus; Si ita ijs, ad quos pertinet, videatur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas damus. Venetijs in Collegio Sanctiſſimæ Trinitatis die 14. Aprilis anno 1659.

*D. Paulus Carrara Præpoſitus Generalis Somaſchæ Congreg.*

Locus ✠ Sigilli.

D. Paulus Faa à Secretis.

Cen-

Digitized by Google

# *Cenſura, & approbatio Reuerendi Admodum Patris Magiſtri Michaelis Angeli Fariſelli Prioris Prouincialis Ord. Seru. Theol. Sereniſs. Principis Ranutij Farneſij Ducis Parmæ, Placentiæ, &c. Conſultoris Sancti Officij Inquiſitionis Placentiæ.*

TAbulas de Sacramentorum, & Aduerſaria Moralia A. Reuer. Patris D. Laurentij Longi Parmenſis Cleric. Reg. Congreg. Som. & Theologi familiaris Eminentiſſimi Principis Cardinalis Columnæ de mandato Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Fr. Caſimiri Plateæ Cremonenſis Ordinis Prædicatorum, Inquiſitoris Placentiæ ſumma attentione recenſui, & nihil in ijs inueni Catholicæ noſtræ Fidei, & bonis moribus contrarium, ſed Doctrinam ſanam ſecundum Doctorum Theologorum, ac Canoniſticorum placita, Summorum Pontificum, ac Conciliorum Decreta in ijſdem maximè probo, & publica luce digna cenſeo. Datum Placentiæ in ædibus Sanctæ Mariæ Platearum die 16. Maij 1659.

*Fr. Michel Angelus Seruita Conſultor Sancti Officij.*

---

## IMPRIMATVR.

*Fr. Caſimirus Inquiſitor Placentiæ.*

*Io. Baptiſta Calix Vicarius Generalis &c.*

*[illegible]ianus Præſes Magiſtratus Sereniſſimæ Cameræ.*



Digitized by Google

# LAVRENTII LONGI TABVLA GENERALIS SACRAMENTORVM,

## IDEST

## DE SACRAMENTIS GENERATIM.

### Quid ſit Sacramentum, & quale ſignum, Sacramentorum inſtitutio, neceſſitas, Martyrium. Cap. I.

1 SAcramentum à ſacro dictum idem eſt, quod Grecis μυςηριον, & tam apud ſacros, quã apud profanos ſcriptores varia ſignificat, aliquando ſecretum, vt *Tobia cap. XII. Sacramentum regis abſcondere bonum eſt, & Apocal. cap. XVII. dicam tibi Sacramentũ, & ſapientę 2. neſcierunt Sacramenta Dei, mulieris*, aliquando pro iuramento *ſumitur, vt Baruch. 5. ſemel peierratus nec teſtis fit, nec accedat ad Sacramentum*, ſic militare Sacramentum pro iuramento accipitur, dicitur & pactum iuramento firmatum. Sacramentum aliquando pro myſterio Diuino accipitur, *vt Apocal. 1. Sacramentum ſtellarum*, & à Leone Pontefice ſermone X. Chriſti Paſſionem diuinæ miſericordiæ Sacramentum appellante: aliquando pignus à litigantibus in ſacro loco poſitum denotat, dandum illi, cui à iudice fuerit adiudicatum. *vt apud Varonem lib.* 4. Apud Theologos vero, ac ſacri Iuris Doctores Sacramentum eſt rei ſacræ ſignum, vel cæremonia ſacra, per quam homo ſacratur, & initiatur. *vt ait S. Thomas a Sacramenta propriè dicuntur illa, quæ adhibentur à Dei cultoribus ad quandam conſecrationem.* Sacramentum ab eodem, & à Magiſtro ſententiarum ſic deffinitur. *Sacramentum eſt viſibile ſignum inuiſibilis gratiæ ad populum Dei diuinitus ſanctificandum.* Verum hæc deffinitio etiam Sacramentis antiquæ legis, vt circuncisioni conuenit, quę gratiam per Chriſtum conferendam ſignificabant, & legalem quandam ſanctificationem conferebant. Sacramenta autem nouæ legis ſignificant, & conferunt gratiam Deo homines reconciliantem, vel ſanctificantem. *Propterea Sacramentum nouæ legis eſt ſenſibile ſignum, à Chriſto inſtitutum ſignificando producens ſanctificantem gratiam. b ſiue eſt ſignum ſenſibile, & efficax gratiæ inuiſibilis diuinæ, quæ per ipſum hominibus mortalibus confertur ad ipſorum ſanctificationem à Chriſto*

inſti-

*inſtitutum*. Eſt autem ſignum ſacrum externum, practicum, ac ſtabile, publicum, ſignificans eam, quam actu confert gratiam ſuſcipientibus illud, y in quo differt à figuris, ac Sacramentis veteris teſtamenti, quæ gratiam ſanctificantem non producebant. Signum eſt quia præter ſpeciem, quā ingerit ſenſibus, aliquid, hoc eſt diuinam gratiam, latentem manifeſtat. eſt ſacrum, quia ex Chriſti inſtitutione nem ad ſupernaturalem finem ſanctificationis tendit. Omne autem Sacramentum, vt ſignum eſt, aliquam analogiam habet cum re ſignificata; omne enim ſignum proportionem aliquam cum re ſignificata habere debet, vt intuentes illud in notitiam rei ſignatæ diuerſæ veniant. *Ideo D. Auguſtinus ad Bonifaciū epiſtola XXIII. Sacramenta, inquit, quandam ſimilitudinem habent earum rerum, quarum ſunt Sacramenta, quam ſi non haberēt, omnino Sacramenta non eſſent*. Sunt verò ſigna publica, & ſtabilia, authoritate publica inſtituta; nam ad ſanctificandos homines, vt membra Eccleſiæ diriguntur. Adhoc autem his medijs vtitur prouidentia publica authoritate communitatem gubernans. Sunt ſigna ſtabilia, quia durāt, tāquā perennes fontes in Eccleſia ita exigente, vt ſint remedia indigentibus, & ratio ſigni in Sacramentis eſt aliquid reale, morale. quia mouet ad percipiendam rem ſignificatam, quod non faceret, ſi eſſet aliquid fictum ratione, vel vt ait Scotus, ens rationis, ſiquidem habet connexionem analogicam, ſeu ſimilitudinariam cum re ſignificata. Sacramenta ſunt ſigna practica, quia efficiunt, quod ſignificant, & ſcilicet veram ſanctitatem per gratiam, & conſecrant Deo hominem aliquo ſpeciali modo ſaltem conſecratione legali. Sacramentalia verò, vt inauguratio Abbatis, aqua luſtralis non ſignificant, nec conferūt ex vi propria veram ſanctitatem, ideo non ſunt Sacramenta. Cæterum Sacramentum, vt Sacramentum, vniuocum eſt reſpectu Sacramentorum nouæ, ac veteris legis, & vtraque enim habent rationem formalem Sacramenti, quæ in hoc conſiſtit, vt ſanctificando ſignificat gratiam, hominemque vniet dedicatq. Deo, tali autem, vel alio modo ſignificare, ac dedicare pertinet ad differētias ipſorum tam nouæ, quam veteris legis Sacramentorum, quæ omnia conueniunt vniuocè in ratione Sacramenti, non figuræ. & *S. Thom. 2.2. quæſt. 102. a. 5. & p. q. 66. Magiſt. in 4. d. 1. & Catech. Rom. Scotus, Suar. Pill. Coninch, Laym. Anerſa 3. p. q. 60. Villal. ex D. Dionyſio c. 1. de Hierarch, Chryſoſt. homil. 83. in Matth. Auguſt. in Pſalm. 33. Brancatus, Paſqual Lug. Card. y Palatius in 4. diſpu. Suar. ſacr. d. 3. Paſqual. d. 64. ſ. 3. contra Scotum in 4. d. 2. quæſt 2. Vaſq. d. 128. & Victorinus, Magiſt. ſot. Hurtad. Paſq. Bellarm. Canus*,.

2 Septem Sacramenta à Chriſto Domino inſtituta fuiſſe, & credimus, eorum meminerunt ſacri ſcriptores Baptiſmi, & pœnitentiæ, *Ioannes Euangeliſta cap. 3. & 20.* Euchariſtiæ, & Ordinis *Mattheus cap. 26.* Confirmationis *Lucas Actorum cap. 8. & 19.* Extremæ vnctionis *Iacobus cap. 5.* Matrimonij *Paulus ad Epheſios 5.* Baptiſmo regeneramur, ac renaſcimur, & in Dei Filios adoptamur, confirmatione augemur, ac ſolidamur, penitentia ſanitatem animæ culpis amiſſam reparamus; Extrema

vn-

vnctione integram ſalutem deletis culparum reliquijs obtinemus, & in vltimo agone confortamur. Ordine idonei miniſtri Sacramentorum efficimur; per matrimonium filios ad Fidelium propagationem coniuges generant. De Baptiſmo ait Chriſtus, *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in regnum cælorum*; de Euchariſtia *Ioannis 6. niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis*. De pænitentia *Ioannis 20. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. De Confirmatione, *Lucas actorum* 8. *ac* 19. capite agit referens per impoſitionem manuum, vt per ſignum ſenſibile confirmatos ab Apoſtolis fuiſſe eos, qui baptizati fuerant, & Spiritum Sanctum accepiſſe, & varijs linguis locutos fuiſſe, quod donum nunc non datur paſſim, ſed gratia inuiſibilis cõmunicatur per manuum impoſitionem. De extrema vnctione, *Iacobus 5.* ſic habet *vngentes eum oleo in nomine Domini, & ſi in peccatis fuerit, dimittentur*, & de Ordine, *Paulus, ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi cum impoſitione manuum præsbyterij*. De matrimonio *ad Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto, & in Eccleſia*. Sacramenta dicuntur fluxiſſe è latere Chriſti, ex quo per Longini militis haſtam aperto ſanguis, & aqua effluxit, quatenus à Chriſti ſanguine virtutem accipiunt. Aqua baptiſmum, & ſanguis Euchariſtiam principalia Sacramenta ſignificarunt. Omnis gratia diuina nobis per Ieſum Chriſtum caput noſtrum datur, ideo Sacramenta ab eo ſolum inſtitui potuerunt tanquam diuinæ gratiæ canalia à capite in membra influentis. virtus autem productiua gratiæ non poteſt rei creatæ, tanquam cauſæ principali communicari, ergo nec poteſtas inſtituendi Sacramenta, quæ Dei propria eſt, quia ipſe ſolus ijſdem poteſt efficaciam tribuere, ſenſibilia ſigna determinare, ijſdemque gratiam ſuam tanquam inſtrumentalibus cauſis alligare. Hieroſolymæ autem in montis Sion cænaculo Chriſtum poſt vltimã cænam præcipua Sacramenta inſtituiſſe credimus, & præſertim Euchariſtiam, Ordinem, Pænitentiam, Confirmationem, extremam vnctionem, & poſt reſurrectionem ſuam ibidem Apoſtolis poteſtatem dediſſe confirmandi fideles, & à peccatis abſoluendi, ligandi, ac ſoluendi facultatem, vt quando eis dixit, *ſicut miſit me pater, & ego mitto vos, & inſufflauit, & dixit accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Ioan. c. 20.* Baptiſmum in Iordane, cum à Ioanne baptizatus fuit, inſtitutum à Chriſto fuiſſe, matrimonium vero in nuptijs Canna Galileæ eleuatum fuiſſe in Sacramentum credibile eſt. In Tabore Monte Galileæ prope Nazaret apparens Chriſtus diſcipulis, & pluſquam quingentis fratribus ſimul docendi, ac baptizandi poteſtatem dedit dicens, *data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Matth. c. 28. *Ita a Doctores communiter, & Concil. Tridentinum ſeſſ. 7. can. 1. & ſeſſ. 14. c. 1. Catech. Rom. contra Victorinum, & Magiſtrum in A. 55. Ambroſius, Cyprianus, Auguſtinus, Io. Lug. Paſqualig. Brancat. Bononius, Auerſa. Suar. Vaſq. Bonac.*

Digitized by Google

*Bonac. Coninch. & ita Scotus, Gabriel, Vaſq. Durandus, Fr. Lug. Paſq. D. Auguſtin. contra Ricardũ. Henriq. Valentiã, Hurtad. & alios.*

3 Sacramenta poſtquã inſtituta fuerunt, cęperunt eſſe neceſſaria ad ſalutẽ, nõ cuncta cunctis, nec eadem iiſdem. Baptiſmus neceſſarius eſt, nõ ſolũ præcepti, ſed etiam medij neceſſitate, nam ſine eo, vel in re, vel in voto nullus ſaluatur. Item Pænitentiæ Sacramentum homini in læthale ſcelus lapſo neceſſarium eſt in re, vel voto. Euchariſtia ſaltem neceſſaria adultis ex vi præcepti. Vnctio extrema ſaltem neceſſaria eſt his, qui poſt peccatum læthale cõmiſſum nullum aliud Sacramentum recipere potuerunt, nec perfectè peccatum propter Deum deteſtantur, ſed imperfectè, hoc eſt formidine pænæ à Deo infligendæ. idem dic de Confirmationis Sacramento, quod qui recipere nollet tempore mortis conſcius ſibi læthalis culpæ, nec aliud Sacramentum ſuſcipere poſſet, peccaret grauiter. ſe enim damnationis periculo exponeret expectans contritionem ſolam, quæ multum difficilis eſt. temerè enim recuſaret remedium facilè, cum quo, & attritione ſoluari poſſet. Ordo, & matrimonium non ſunt neceſſaria ſingulis, ſed toti Eccleſiæ, *Ita S. Thom. 3. p. q. c. 5. Suar. Auerſa Occagauia, Diana, Fr. Lug. l. 1. c. q. 1. Bonacin. & alij.*

4 Sic veteris legis Sacramenta alia erant omnibus neceſſaria, vt eſus agni paſcalis, alia ſolis maribus, vt circunciſio, nam fæminæ nõ circuncidebantur, alia Leuitis ad Sacerdotij gradum promotis, vt conſecratio. Circumciſio fuit verũ Sacramentũ *b*, quia fuit ſignũ ſenſibile ſignificans gratiã per Chriſtum dandam, & ſanctitatem legalem conferens, de ea Paulus ad Romanos 4. ſcribit: *Signum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei*, ſuperaddita fuit circumciſio remedio peccati originalis, quod conſiſtebat in proteſtatione facienda ſimul cum circunciſione. hæc inſtituta præcipuè fuit ad diſtinctionem populi Iſraelitici à cæteris nationibus, & ad ſolemnem fidei proteſtationem, qua circunciſus in populum Dei acceptabatur. Illa autem proteſtatio fidei cum cæremonia circunciſionis ad peccatum originale delendum fiebat. *b Concil. Florentinum in decreto Eugenij D. Thom. 3. p. q. 60. a. 3. & Doctores vna ſuum cum patribus Iuſtino, Ireneo, Chryſoſtomo, Cyrillo, Damaſceno, Tertulliano, quos citat Paſqualigus diſp. 67. negantes circunciſionem inſtitutam fuiſſe in remedium peccati originalis contra DD. Auguſtinum, Bedam, Cyprianum, Proſperum, Bernardum, Ruper. Abbates, Gregorium, Innocentiũ III.* ſed ex dictis facilè conciliantur, quia circunciſio delebat peccatum originale ſimul cũ proteſtatione fidei, non vero ſine hac.

5 Martyrium quamuis non ſit Sacramentum, vicem tamen Sacramenti, quod aliquis recipere non poteſt, ſupplet, & baptiſmus ſanguinis appellatur. ſanguine enim baptizatur, & peccatorum omnium veniam, pænæ omnis, ac culpæ remiſſionem conſequitur, qui per aquam verbo vitæ non regeneratus, ſiue infans, ſiue adultus baptizari cupiens, ſed non valens pro Chriſto moritur. eſt autem Martyriũ lethalis cruciatus pro Chriſti fide, vel pro vera virtute toleratus. Infantes in maternis vteris cum matribus ſuis interempti in odium veræ, ac orthodoxæ fidei, martyrij lauream conſequuntur. martyrium enim pue-

ris

nis, aliiſque rationis vſu carentibus diuinam gratiam confert ex vi operis operati, ſicut Sacramenta. Ideo infantes Herodis iuſſu occiſos morientes Martyrum flores Sancta vocat, ac veneratur Eccleſia. In adultis verò ratione vtentibus ad martyrium validè conſequendum ſufficit peccati lethalis deteſtatio timore pœnæ à Deo infligendæ, quam attritionem vocant, excluſo omni peccato actuali, ac peccandi affectu. Martyrium enim, vt Sacramenta, gratiam non ponenti impedimentum tribuit, & vt aiunt, ex attrito facit contritum, hoc eſt perfectæ peccatorum deteſtationis defectũ ſupplet. Bona fides etiam credentis ſe lethalis culpæ expertẽ eſſe ſufficit, vt quis martyrij ſui fructu non defraudetur. Verum ſi quis baptiſmi, vel pœnitentiæ Sacramentum commodè ante Martyrium recipere poſſit, illud omittere non debet, alioquin ſcienter contra præceptum diuinum, & Eccleſiaſticum grauiter delinquit, quo Sacramenta illa in mortis periculo ſumi iubentur. Martyrium gratiam gratum facientem, & eius augmentum vltra meritum patienti Martyri impertitur, immo, vel primam gratiam confert eam non habenti, *quicumque etiam*, Inquit Auguſtinus, *non percepto regenerationis lauacro prò Chriſti profeſſione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis. Aug. lib. 13. de Ciuit. Dei, Nauar. Medina, Soto Suar. Bellarm. tom. 3. l. 1. D. Thom. 22. q. 124. a. 2. Caietan. Scotus in 4. l. 1 Bonauent. Bonon. tr. 3. cap. 3. Syluest. Baptiſ. & alij.*

6 Cauſa efficiens Sacramentorum eſt Deus fons viuus, ac indeficiens, & cauſa gratiæ. Cauſa inſtrumentalis, ſiue inſtrumentum coniunctum, Chriſtus, vt homo, cuius paſſio fuit cauſa meritoria Sacramentorum, nobis enim meruit congruè gratiam, quæ per Sacramenta confertur. Quia verò Chriſtus Deus, & homo eſt, ideo cauſa principalis, & cauſa Sacramentorum, inſtitutor, & author eſt, Apoſtoli verò promulgatores, & diſpenſatores myſteriorum Dei, qui idoneos eos fecit miniſtros noui teſtamenti *2. Corinth. cap. 3. Bononius tr. 1. c. 3. nu. 7.* Miniſter Sacramentorum eſt cauſa inſtrumentalis miniſterialis, inſtrumentum ſeparatũ. Character vero eſt cauſa moralis actionis cauſæ inſtrumentalis, *D. Thoma 3. p. 1. D. Antonin. 3. p. tit. 14. Sayr. l. 2. c. 3. q 7. Vaſq. q. 135. Chamerota, Bonon. tr. 1. c. 3.* vide, quæ de ſingulis Sacramentis ſcripſimus.

## De Sacramentorum materia, & forma. Cap. II.

1 Omnia nouæ legis Sacramenta conſtant rebus, & verbis; rebus, vt materia, verbis vt forma. Materia alia eſt remota, alia proxima, remota eſt, quæ in Sacramentum aſſumitur, proxima eſt vſus rei ſenſibilis, & actio hominis. Materia remota baptiſmi eſt aqua. Confirmationis chriſma; Euchariſtiæ panis, & vinũ; pœnitentiæ peccata, Extremæ vnctionis Oleum benedictum; Ordinis Sacerdotalis calix cum vino, patena cum hoſtia, matrimonij vir, & fæmina contrahentes, ſeu nubentes. Materia verò proxima baptiſmi eſt ablutio, confirmationis, & extremæ vnctionis eſt

vnctio, Eucharistiæ ſpecies ſacramentales, pœnitentiæ ſunt actus penitentis, id eſt peccatorum deteſtatio, confeſſio, & ſatisfactio. Sacerdotij eſt porrectio calicis cum vino, patena cum hoſtia. Matrimonij eſt traditio corporum, formæ vero Sacramentorum ſunt verba, quæ à miniſtris ipſorum proferuntur, cum intentione debita Sacramenta conficiendi, pœnitentiæ, & matrimonij Sacramenta validè conficiuntur, etiamſi aliquod temporis ſpatium inter materiam, & formam intercedat cum enim alterum iudicij, alterum contractus rationem habeat, diſtantiam aliquam temporis inter materiam, & formam admittunt. In Euchariſtia verba non ſolum ſunt forma conſecrationis, ſed etiam Sacramenti, cum tali tamen vnione morali, quæ ſolum requirit extrinſecum influxum, non vero coexiſtentiam temporis, aut loci. Secus vero res ſe habet in Sacramentis babtiſmi, confirmationis, extremæ vnctionis, & ordinis. In quibus diligenter curandum eſt, vt quantum fieri poteſt, materia, & forma ſimul concurrant præſertim in baptiſmo, & ordine, qui enim baptiſmo caret, reliquorum Sacramentorum capax non eſt; qui verò ordinis expers eſt, neque Euchariſtiam conficere, neque alia Sacramenta, excepto baptiſmo, conferre poteſt. Neceſſe eſt enim, vt aliqua ſit materiæ cum forma coniunctio, vt Sacramentum ex vtraque fiat; Ergo ſimul vtraque concurrere debet ſaltem ſecundum aliquam ſui partem, oportet igitur, vt qui alicui Sacramentum adminiſtrat, dum abluit, vel vngit, formalia verba proferat, videlicet, dum baptizandi caput aqua perfundit, eodem tempore baptiſmi formam pronunciet, vt cum ablutione, vel vnctione formæ prolatio ſiat. Satis tamen eſt, ſi actu ſaltem ablutionis, vel vnctionis forma proferatur, vt habetur ex Concil. Florent. Doctores communiter cum D. Thoma 3. p. q. 90. a. 9. Scotus in 4. d. 1. q. 1. Sayr. de Sacram. l. 1. c. 4. n. 7. Suar. q. 3. diſp. 2. ſ. 2. Coninch. 3. p. q. 66. n. 41. Bonac. diſp. 1. q. 2. p. 2. Paſqualig. d. 65. Lugo. ſ. vterque, Auerſa de Euchar. q. 1. ſ. 8. Villal. Nauarr. Tolet. lib. 2. cap. 19. Scotus in 4. d. 6. q. 5. Maior Gabriel. Zambranus. Geſualdus, Baronius. Fr. Lugo l. 1. c. 1. q. 55. Ricardus, Syluester, Rimale, Ricar. Bonacina n. 18. Contra Scotum in 4. d. 3. q. 1. P. Ledeſmam, Coninch. Suar. Vaſq. Vader. Sa. Villal. Vegam Bonac. d. 1. p. 1. num. 15. Layman l. 5. tr. 2. c. 7. n. 5. Dian. p. 5. tr. 4. r. 6. Henriq. Fern. Heredia, aſſerentes validum fieri Sacramentum, ſi poſt factam ablutionem, vel vnctionem forma proferatur, vel ſi paulò poſt prolatam formam incipiat ablutio, vel vnctio, quia vt aiunt, ad morale compoſitum, quale eſt Sacramentum, ſufficit moralis coniunctio partium. Sed hæc doctrina nullo modo ad praxim deducenda eſt, licet ſpeculatiuè probabilis ſit ob grauium doctorum authoritatem, quam ego alias ſecutus docui, immò tutius eſt in tali euentu Sacramenta ſub conditione iterare materiam, ac formam eodem tempore adhibendo. Sic Cordubenſis Antiſtes plurimos iterum baptizari iuſſit, quos Parochus Ruthi Oppidi per deuennium proferens formam poſt ablutionem baptizarat, Zambr. Henriq. & alij. In Sacramento pœnitentiæ, etiam ſi confeſſio abſolutionem præcedat, ſuffi-

ſufficit, ſi reliquis pœnitentis actus ſalutem ſpiritualis, qualis quiſque eſſe in eo, qui incidit in ſacrilegium poſt confeſſionem peccatorum ſuorum; ideo in hoc Sacramento tanta coniunctio ſimul materiæ, ac formæ, quanta in reliquis Sacramentis, excepto Matrimonio, quod fieri per procuratorem poteſt, quia contractus eſt conſiſtens in corporum mutua traditione, & acceptatione acquiritur. *Coninch. Bonac. Tolet. l. 2. c. 19. num. 2. Bonacina l. 1. num. 24. & alij.*

12 Ex diuinis literis, & Eccleſiæ traditione, & communi patrum conſenſu materias, & formas Sacramentorum à Deo humana carne induto deſignatas fuiſſe conſtat: ideo nequeunt ab Eccleſia mutari, & ſi mutentur ſecundum ſubſtantiam, irritum fit Sacramentum: ſecus, ſi ſecundum accidentia mutentur, quiſquis ergo materiæ, vel formæ ſubſtantiam mutat, vel incertam materiam, vel incertam formam, ſine cauſa cogente adhibet, lethali culpa ſe inquinat. Grauis etiam mutatio accidentium, vel modi ab Eccleſia præſcripti graui culpa non vacat, vt conſecratio vini abſque mixtione aquæ, vel panis fermentati à Latinæ Eccleſiæ Sacerdote facta. Contra verò leuiter peccaret quiſquis particulam *enim* in conſecratione omitteret, vel qui ſine iuſta cauſa baptiſmi formulam vernacula lingua pronunciaret. At excuſantur Latinæ linguæ ignari. Mutatur ſubſtantia materiæ, cum ea adhibetur ad Sacramentum, quæ nec nomine, nec ratione cum materia a Chriſto præſcripta ſecundum prudentum iudicium conuenire cenſetur, neque Eccleſiæ vſu approbatur; vt ſi quis non naturali, ſed artificiali aqua, qualis eſt roſacea baptiſmum cuipiam miniſtret; ſecus verò, ſi frigida aqua in calidam, azimus panis in fermentatum mutetur. Hæc enim eſt accidentium mutatio. Formula Sacramenti ſecundum ſubſtantiam mutatur, cum verborum ſenſus alius eſt, ac diuerſus ab eo, quem Eccleſia in Sacramentorum adminiſtratione obſeruat, variatur autem, vel vnicæ literæ mutatione, vt ſi quis *baptiʒet in nomine Matris, & Filij, &c.* mutatur forma vel detractione particulæ, vel additione, vel verſione in aliam linguam, vel vocis mutatione in Synonimam, vel verbi in aliud, vel formæ corruptione, vel praua pronunciatione, vel interpolatione, ſeu interruptione. Tu *ergo miniſter.*

*Vel formæ demas nil, addas, nil variabis.*

*Verbaque ne mutes, corrumpes, ne moreris.*

Si quis baptizans poſtquam dixit, *ego te baptizo*, perſtrepentes pueros, vel nebulones arguens, dicat *faceſſite hinc procul*, vel *abite*, vel *ſilete pueri*, & poſtea reliqua baptiſmalis formulæ verba ſubdat, verum baptiſmum conficit, ſecus, ſi inter priora, & poſteriora formulæ verba ſpatium ſemihoræ, vel quadrantis intercedat. Reliquæ mutationes formæ ſenſum verborum nil variantes, non impediunt, quominus Sacramentum fiat: vt ſi verba tranſponantur, vel balbutiendo proferantur, vel ſolæciſmus, vel barbariſmus in iis committatur. Si quidpiam formæ addatur, vel in principio, vel in fine, non tanquam ſubſtantiale aliquid, manente eadem verborum formalium ſignificatione, vt ſi ante, vel poſt formam baptiſmi dicatur, *in nomine B. Virginis Mariæ*



Digitized by Google

& aliorum Diuorum abſque intentione attribuendi illis æqualem authoritatem, cum tribus diuinis perſonis, ſed animo implorandi B. M. Virginis, & aliorum Sanctorum interceſſioné, Sacramentum baptiſmi, vel confirmationis validè conficitur, ſecus verò ſi miniſter intentionem habeat baptizandi, vel confirmandi *in nomine* id eſt *in virtute B. M. Virginis*, & aliorum Cælitum æquè, ac *in virtute patris, & filij, & ſpiritus Sancti*; fit enim mutatio ſubſtantialis formulæ cum errore contrario eidem. *Ita a Suar. to. 3. diſp. 2. ſ. 3. Vaſq. 3. p. diſp. 129. c. 5. & Reginal. l. 26. nu. 20. Villal. ex cap. Retulerunt de conſecr. diſt. 4. & Suar. to. 3. diſp. 2. ſ. 2. Bonac. d. 2. q. 2. p. 4. Tolet. lib. 2. c. 19. Henriq. Trullench. & S. Thom. 3. p. q. 60. a. 8. Suar. Fr. Lug. l. 1. c. 1. q. 2. Marchan. tr. 1. c. 2. q. 2. Nugnus, Dian. p. 5. tr. 5. r. 41. & C. ſi non ſanctificatur, de conſecr. d. 4. Thom. 3. p. q. 60. a. 8. Suar. Laym. l. 5. tr. 2. c. 3. Dian. p. 3. t. 4. r. 48. Bonac. d. 1. q. 2. Sylu. Armil. , Tabien. , Sot. Henriq. Nugn. F. Lug. contr. Vaſq. Graff.*

3 Si quis mentis errore circa materiam, vel formam Sacramenti deceptus non aliter, quam ſecundum errorem ſuum Sacramentum conficere velit, nihil efficit. illi enim deeſt intentio diuinæ inſtitutioni conformis, & vt ſi quis Arianus non habeat intentionem conferendi baptiſmi cum inuocatione trium diuinarum perſonarum, niſi filius ſecundam diuinam naturam minor ſit patre; vel ſi Græcus nolit hoſtiam conſecrare, niſi panis fermentatus neceſſarius ſit ad Sacramentum conficiendum, vel ſi Sacerdos exiſtimans ad valorem Sacramenti neceſſariam eſſe aquæ cum vino commiſtionem in calicem, nihilominus ſolum vinum infundat; vel ſi quis matrimonium contrahat putans ſe illud validè non contrahere propter impedimentum dirimens, quod ſubeſſe falsò putat, vel ſi confeſſarius exiſtimans inuocationem Sanctæ Trinitatis, & pronominis, *Ego*, expreſſionem ad validam abſolutionem peccatorum neceſſariam eſſe, cum tamen in forma abſolutoria omittat, nihil omnino operabitur, & caret enim efficaci intentione ad Sacramentum conficiendum neceſſaria. Idem dicendum de eo, qui non habet intentionem conficiendi Sacramentum per aliqua verba formæ neceſſaria, quæ per errorem exiſtimat non eſſe ſubſtantialia, ſeu neceſſaria. Si quis verò animum habeat faciendi, quod Chriſtus inſtituit, nec mentis ſuæ errorem contrarium ſubſtantiæ Sacramẽti prodat, validè Sacramentum efficit. Per generalem enim intentionem faciendi inſtitutum a Chriſto Sacramẽtum excludit errorem, ne illud irritum reddat. & ideo baptiſmus Hæreticorum vtentium debita forma validus eſſe cenſetur; quia credibile eſt eos habere voluntatem operandi, quod vera, & orthodoxa ſolet facere Eccleſia. & Secus verò, qui profert formam in alio ſenſu ab eo, quem ſancta recepit Eccleſia, vt ſi quis per verba conſecrationis intelligat corpus ipſe ſuum, non Chriſti, & dicere velit, *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus* effectiuè, id eſt id ex quo conficitur, & ex quo conſtat corpus meum, alludens ad illud Ariſtotelis dictum, *ex ijs conſtamus ex quibus nutrimur*, ſi quis proferens verbum Græcum *baptizo*, quod idem ſonat, ac Latinum [illegible] intentionem habeat ſolam abluendi

mem-

membrum, quod aqua perfundit, & nihil aliud præſtandi, quam ablutionis externæ nihil ſignificantis actum, Sacramentum non efficit. Si quis debita materia, & forma vtatur cum intentione faciendi, quod Chriſtus inſtituit, & ſi aliqua verba formæ addat, quæ ad ſubſtantiam Sacramenti pertinere falsò arbitratur, vt illa, *quod pro vobis tradetur*, vel ſi aliqua formulæ Sacramentalis verba neceſſaria nō eſſe falsò credat, integram tamen formulam proferat cum intentione faciendi ſecundum diuinam inſtitutionem, ſacramentum verè facit. e Si quis etiam cōſecrationis formæ addat verbum, vt ſi dicat, *hoc eſt quodammodo corpus meum*, idem ſignificans, ac ſi dicat, *hoc eſt ſimile corpori meo*, non verò idem corpus, irritum reddit Sacramentum; ſecus vero, ſi velit indicare verum corpus cum incorporeo exiſtendi modo. Si quis *baptizet in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto* ſignificare volens perſonarum diuinarum inæqualitatem, nihil efficit. Si verò ſolum ritum accidentalem variare velit, probabile eſt eum baptiſmum validum eſſe. *Ita a S. Antoninus p. 3. t. 14. c. 13. Ricard. in 4. d. 3. a. 2. q. 3. Fr. Lug. l. 1. c. 1. q. 3. Fauent. S. Thom. 3. p. q. 60. a. 8. Gabr. Marſil. Suar. Coninch. Laym. b Bonac. d. 1. q. 2. p. 1. nu. 28. Suar. ſect. 3. y Durand. 4. d. 3. q. 2. num. 4. Palud. Lug. & alij. e Filliuc. tr. 1. num. 66. C. Palaus to. 4. t. 18. d. 1. p. 9. & cap. rebaptizat 107. cap. ſiue hæreticus, c. de Arianis 108. de conſecr. d. 4. e Suar. d. 2. ſ. 4. Coninch. Bonacina, Trullen. 4. Kuſij 2. p. d. 129. Bonac. num. 25. Laym. Villal. Suar. F. Lug. num. 37. & alij.*

4. Quiſquis extra neceſſitatem in dubia materia, vel dubia forma, vel dubia poteſtate Sacramentum confert, grauis culpæ reus efficitur, nam periculum ſubit irritum ſacramentum efficiendi, fideles decipiendi, ac defraudandi; in neceſſitate vero tam ex parte miniſtri, quam recipientis, ſi non adſit materia certa, vel qui certam formam nouerit, vel qui certam habeat poteſtatem, Sacramentum conferre licitè poterit, præſtat enim dubium Sacramentum indigenti miniſtrare, quam nullum. a immo ex charitate, ſeu miſericordia agenti adminiſtrandum erit, b & in dubio præferenda eſt opinio, quæ animabus fauet. *a Scot. Valentia to. 4. d. 6. q. 2. Suar. to. 3. d. 16. ſ. 2. Coninch. Henriq. Bonac. d. 1. q. 2. p. 1. nu. 32. Filliuc. Lug. q. 4. Sot. Salaſ. Brancatus. b Zambr. c. 1. num. 4. Sà, Paulus tr. 13. c. 6. d. p. p. 9. Baldel. Suar. Prepoſitus, Putean. Camer. Tanner. & alij.*

5 Non modo in iis, quæ à iure Eccleſiaſtico, vt à decretis Pontificum, ac Conciliorum pendent, y ſed etiam in iis, quæ ab inſtitutione diuina ſunt, a licet inſtante neceſſitate Sacramentum miniſtrare ſecundum opinionem probabilem relicta certa. Eccleſia enim ſupplet iuriſdictionem in Sacramento pœnitentiæ, & defectum conditionis neceſſariæ in matrimonij contractu, vbi adeſt opinio probabilis, vel titulus coloratus cum errore communi, & periculum faciendi inualidum Sacramentum, ratione neceſſitatis honeſtatur. Conſulendum tamen eſt pœnitenti, qui confiteri velit Sacerdoti habenti iuriſdictionem ſecundum opinionem probabilem, vt ſimul aliqua peccata venialia confiteatur, e cùm omnis Sacerdos à venialibus abſoluere poſſit, quicquid



Digitized by Google

*Salas, & Nugnus,* contra ſentiant e & ſaltem indirectè à mortalibus, quoties Sacramentum vel omittendum eſt, vel hoc, aut illo probabili modo miniſtrandum, tali materia, vel forma probabili vti licebit. Non enim nos tam exponimur periculo, quam illud ad vitandum maius malum, permittimus. Sic Epiſcopus non inueniens balſamum, poterit confirmationis Sacramentum oleo ſimplici benedicto miniſtrare; & neceſſitate exigente licebit baptiſmum conferre, vel in extremitate digiti, vel calcanei, vel in capillis, vel in ſecundina pelle; & naturali aqua deficiente adhibere lixiuium, vel aquam roſaceam, vel vnicam aquæ guttam, vel ſalem in aqua ſolutum. Charitas enim erga proximum alioquin abſque baptiſmo moriturum præferenda eſt religioni Sacramenti; præterea quando Doctores aliqui probabiliter aſſerunt Sacramentum hoc, vel illo modo validè fieri poſſe, licet eorum opinionem etiam extra neceſſitatem actu ſequi. In moralibus enim ſufficit magna probabilitas ſententiæ, vt ſecundum eam rectè operemur. Ad formandum rectæ conſcientiæ dictamen ſatis eſt, non obſtante formidine oppoſiti, vel periculo irritum Sacramentum faciendi, y *l. Barbarius, Henriq. l. 5. c. 14. Suar. 3. p. to. 4. d. 26. Leſſ. l. 2. c. 29. num. 68. Bonac. d. 5. c. 7. Monteſin. Filliuc. Rufil. Villal. Garcia, Hurtad. Palaus, Auerſa, Th. Sanch. Diana p. 2. tr. 13. r. 2. F. Lug. nu. 50. Ouiedo tr. 5. c. 3. p. 4.* z *Suar. Palaus, A. Perez, Auerſa, Laym. Sal. Villal. Sanch. Dia. l. 1. nu. 50 Henriq. Leſſ. l. 2. c. 2. q. 29. d. 8.* & *Tho. Sanch. Baſil. Leon. Palao, Coninch.* e *contra Nugnum, & Salas 1. 2. tr. 8. d. 1. nu. 285.* a *Laym. Fill. Suar. Vaſq. Coninch. Bonac. Oued. Auerſa de pœnit. q. 11. ſ. 4. Lug. nu. 53. Medina, Salon. Vaſq. Sayr. Sanct. Baſil. Pala. Lug.*

6 Si quis probabilem materiam, vel formam adhibeat relicta ea, quam Eccleſia per conſuetudinem receptam, vel per ſpecialem conſtitutionem adhiberi in Sacramentorum adminiſtratione iubet, ſacrilegium committit ob periculum inualidè faciendi Sacramentum. Eccleſia enim non ſupplet defectum materiæ, vel formæ; non licet igitur aliquem ſacro fonte abluere *in nomine genitoris, geniti &c.* nec confirmare abſque balſamo, nec typham conſecrare in Euchariſtiam. Nec probabilem materiam, aut formam certa relicta adhibere fas eſt, etiamſi Eccleſia nihil de hac, vel illa adhibenda decreuerit. z Periculum enim faciendi Sacramentum inualidum euitandum eſt, ne fideles eius fructu defraudentur. *Ita* a *Suar. to. 3. d. 16. ſ. 2. Vaſq. 1. 2. d. 63. c. 2. Sanch. de matr. l. 3. d. 20. nu. 4. Palud. Sot. Sancius, Villal. Palaus, Monteſin. F. Lug. l. 1. num. 54. Ouied. l. 1. num. 34.* u *P. Sot. de Euch. ſ. 2. Valentia to. 4. d. 6. q. 2. Suar. Salas, Filliuc. tr. 1. nu. 69. Suar. Bonac. Laym. Trull. & alij.*

7 Eiuſdem generis materia, & forma eadem vbique terrarum, & tam in Græca, quam in Latina Eccleſia ad ſingula Sacramenta validè conficienda ſufficiunt, quia ſicut teſte D. Paulo ad *Epheſ. 4. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.* Ita vna eſt materia, vna forma in ſingulis Sacramentis à Chriſto ipſorum authore deſignata: a ideo Latinus vtens formula Græca in baptiſmo, & conſecrans fermentatum panem, & Græcus azimum, Sa-

cra-

Digitized by Google

cramenta conficerent, licet peccarent contra ritum Eccleſiæ quiſque ſuæ, neque obſtat, quod matrimonium, vbi Tridentini Concilij decreta obſeruantur, clandeſtino contractu validè non celebratur. Secus verò vbi Tridentinum non eſt receptum, hoc enim pendet à ratione contractus, qui eſt matrimonij materia, & forma, & faciendus eſt ſecundum locorum conſuetudinem, & legem. Ideo expreſſio conſenſus, quæ validè fit in tali loco, vel tempore, ſine tali conditione, ac ſolemnitate, qualis eſt aſſiſtentia parochi, non ſufficit, vbi lex Tridentina recepta eſt. Et quamuis Græci Sacerdotes in Eccleſia Græca ſciente, ac conſentiente Romano Pontifice per ſolam manuum impoſitionem initientur, dicente Epiſcopo *diuina gratia, quæ ſemper infirma ſanat, & quæ deſunt, ſupplet, creat, ſeu promouet N. venerabilem Diaconum in præsbiterũ*. Et talis mos antiquitus, vbique obſeruabatur, quod ad manuum impoſitionem, à qua & Diaconi apud Græcos ordinantur ſine traditione libri, vel calicis, qua Latini diaconi initiantur, vt Sacerdotes porrectione patenæ cum hoſtia, & calicis cum vino. Chriſtus enim pro Sacramento ordinis adminiſtrando non materiam peculiarem, & formam ſpecialem, materialiter ſumptas, ſed tantum generatim, & in communi præſcripſit, vt conferatur Ordo per aliquod ſenſibile ſignum ſignificans poteſtatem, quæ traditur, & per verba idem ſignificantia, idcircò conceſſit Eccleſiæ poteſtatem aſſignandi materiam, ac formã peculiarem, vel particularia ſigna poteſtatis, quæ initiando confertur. Propterea Eccleſia pro temporum diuerſitate diuerſa ſigna, ſiue aliam, &



aliam in Ordinationis materiam, formam ſacræ determinauit. y. *vnde credimus neque* Innocentius Pontifex, *quod niſi eſſent forma poſteà inuenta ſufficeret ordinatori dicere. Sis Sacerdos, vel alia æquipollentia verba, ſed ſubſequentibus temporibus formas, quæ ſeruantur, Eccleſia ordinauit. Cap. præsbiter nu. 1. de Sacramentis*, & quidẽ poſſet ſummus pontifex aliam ordinationis formulam præcipere, & ſolo verbo Diaconum, vel Sacerdotem creare dicendo *eſto Diaconus*, *eſto Sacerdos* β quemadmodum ſi alicui dicat, *eſto Epiſcopus*, iuriſdictionem Epiſcopalem eidem tribuit, cum huius collationis forma á Chriſto minimè præſcripta fuerit. α *Suar. to. 3. d. 2. ſ. 3. Vaſq. 3. p. d. 129. c. 5. Reginal. lib. 26. nu. 22. Fill. tr. 1. nu. 70. Bonac. d. 1. q. 2. p. 3. Vinald. F. Lug.* β *Concil. Carthag. 4. can. 3. & 4. ſ. 5. Dionyſius, Clemens, Damaſus, quos ſequitur Bellarm. to. 3. l. 1. de ordine Arcudius l. 6. c. 3. Vaſq. d. 239. Io. Lug. d. 2. ſ. 5.* γ *Bellarm. Lug. c. Amicus tr. 7. d. 2. ſ. 4. Marchinus de Ord. tr. 2. p. 7. c. 2. Auerſa, Arcud. Ricard. Fornar. Præpoſ. Diana p. 8. tr. 1. Reſol. 42. F. Lug.* δ *Angel. l. 2. C. de crim. Sacril. Decius, Felinus, Rebuff. Iacobutius, Gygas Victoria de ord. q. 5. F. Lug. num 84. contra Azor. to. 2 l. 3. c. 29. q. 4. Philiarch. Dianam p. 8. tr. 1. r. 28.*

8 Si quis Tyrannus in contemptũ Eccleſiæ, aut proteſtationem hæreſis iubeat materiam, vel formam dubiam in Sacramento adhiberi, alioquin mortem minitetur, ei minimè obediendum eſt, ſed mors potius ſubeunda. α nam qui ei obediret, cenſeretur Eccleſiam contemnere, vel hæreſim ſapere. Si verò non in contemptum

... materiæ, vel for- Eccleſiæ vſum quiſpiam Catholicus præciperet, quod certum eam eſſe putaret, non peccaret, qui ei obtemperaret, & cum tali materia, aut forma Sacramentum miniſtrando ſub conditione; Sic enim periculum, & irriuerentiam euitaret, nec præceptum Eccleſiæ de certa materia, aut forma adhibenda, cum vitæ diſpendio, & grauiſſimo damno quemquam obligat, & nemo tenetur ſuccurrere proximo ſuo cum periculo vitæ. *Ant. Perez. certum.* 10. *c.* 12. *num.* 64. *Bonac. di.* 1. *q.* 2. *p.* 1. *Io. Sanch. d.* 44. *Trullen. Coninch. Diana p.* 3. *tr.* 6. *r.* 48. *F. Lug nu.* 57. *Henriq. l.* 1. *c.* 9. *num.* 7. *Martin.* 1. 2. *q.* 19. *a.* 6. *Ouiedo tr.* 5. *c.* 5. *p.* 4. *nu.* 32.

9 Peccat grauiter contra iuſtitiam, & charitatem, qui miniſtrat Sacramentum ſecundum opinionem probabilem relicta ſententia tuta inuito illo, cui miniſtratur Sacramentum. Hoc certum eſt in Parocho, qui debet certum miniſtrare Sacramentum ex officio, & Parochiani ius habent Sacramentum certum petendi, præſertim baptiſmum, euchariſtiam, ac abſolutionem Sacramentalem. *Ouied. tr.* 5. *c.* 3. *p.* 4. *nu.* 43. *Io. Sancius dup.* 44. *nu.* 1. In Sacramentis ad ſalutem non neceſſarijs neceſſitate ſalutis, vt in Confirmatione, matrimonio, & extrema vnctione licet quandoque miniſtro opinionem probabilem ſequi relinquendo probabiliorem excepto Sacramento ordinis ob rationem ſpecialem in Sacerdotio, ſine quo alia Sacramēta confici nequeunt, idem etiam dicendum de Sacramento pœnitentiæ, quod iterabile ſanis, excepto mortis periculo cum opinione probabili aliquando adminiſtrari poteſt, quia non ſequitur inde damnum notabile, *Lorca diſp.* 39. *m.* 2. *Ouied. l.* 1. *Ant. Perez. Sayr. Sanchez Becan.*

10 Valde probabile cenſeo iterationem Sacramenti ſub conditione factam ob dubitationem etiam leuem, quam ſcrupulum vocant, non eſſe peccatum lethale, quia appoſita conditio iterationem Sacramenti, ſi validum ſit, aufert & & plerunque inaduertentia, vel ignorantia ineluctabilis excuſant, neque hic vlla irriuerentia, vel irriſio, quam aliqui hic fingunt, interuenit, ſed dubitationis tollendæ gratia fit conditionalis iteratio, qua ſedatur conſcientia dubitantis, an validum ſit Sacramentum. Nec peccatum cenſeo ſub conditione aliquem iterum abſoluere à peccatis, cum dubitatur propter obliuionem, vel inaduertentiam, an aliquis abſolutus fuerit, dubium aliud eſt negatiuum, quo mens nec aſſentit, nec diſſentit alicui parti, aliud poſitiuum, quo mens alicui parti aſſenſum præbet cum formidine oppoſiti, quoties adeſt dubitatio, ſiue negatiua, ſiue poſitiua, ſiue facti, an ſcilicet Sacramentum collatum fuerit, ſiue iuris, an ſcilicet valuerit propter oppoſitas rationes probabiles, tunc Sacramentum ſub conditione repetendum, ſic enim animarū ſaluti conſulitur, & nullum eſt iterationis periculum, *quia non poteſt in iterationis crimen venire, quod omnino factum eſſe neſcitur, cap. paruulos, & cap. cum itaque de Conſecrat. diſt.* 4. *Villalob. to.* 1. *tr.* 4. *diff.* 4. *nu.* 1. *&* 2. *F. Lug. nu.* 60. *contra Bonac. d.* 1. *q.* 2. *p.* 1. *nu.* 36. *& C. placuit ne conſecr. S. Thom.* 3. *p. q.* 66. *art.* 9. *ad* 4. *Suar. to.* 3. *d.* 22. *ſ.* 1. *Vaſq.* 3. *p. d.* 146. *Zambr. Diana Trull. Dian. Bonac. Lug.*

11 Mi-

11 Minor dubitatio ſufficit ad iterãda Sacramenta, quæ ſecundum ſe non ſunt iterabilia, ſcilicet baptiſmũ, confirmationem, & ordinem, quam ad alia repetenda, ꝟ nam illa Sacramenta, quæ caracterem imprimunt, niſi ſemel certò recipiantur, nunquam recipiuntur, & baptiſmus, & ordo adeo neceſſarij ſunt, vt ſine illis alia Sacramenta non valeãt. Quoties vrget præceptum miniſtrandi Sacramẽtum, non ſolum poteſt, ſed etiam debet repeti ſub conditione Sacramentum, de cuius valore dubitatur, a miniſtro, cuius officium eſt illud miniſtrare? Hinc parochus rogatus a parentibus infantem baptiſmo dubio luſtratum iterum ſub conditione baptizare debet, vt certior eiuſdem ſalus reddatur, quod etiam parentes curare debent. ꝟ *Villalob. l. c. diff. 3. nu. 1. F. Lug. nu. 63. contra Sotum in 4. d. 1. q. 1. a. 8.* ꝟ *Vaſq. d. 14. n. 28. Zambr. vide cap. vltimum de baptiſmo.*

## De effectu Sacramentorum. Cap. III.

1 Sacramenta nouæ legis producunt gratiam nõ ex opere operantis, ideſt per modum meriti, & impetrationis, ſed ex opere, vt aiunt, operato: ideſt ex natura ſua, eo modo, quo cauſæ naturales effectus ſuos producunt. 2 Nam baptiſmus, & pœnitentia delent peccata, Deo reconciliant; ꝟ primam gratiam, qua peccatum originis, & læthalis culpa abolitur, & expiatur, ſuſcipientibus conferunt, idcirco Sacramenta mortuorum appellantur, quia peccatoribus per peccatum lethiferum mortuis, & mortis æternæ reis, vitam gratiæ reddunt. Cætera verò Sacramenta viuorũ dicta ſecundam gratiam primæ adaugent iuſtitiæ incrementum, efficiuntq; vt *qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*; quandoque etiam accidit, vt Sacramenta viuorum ad augendam primã gratiam à Chriſto inſtituta mortiferũ peccatum deleant, & primam gratiam per accidens producant, vt dum aliquis læthali culpa obſtrictus, ſe tamen in gratia Dei eſſe exiſtimat; & ad Sacramenti receptionem ſufficienter diſpoſitum putans bona fide illud recipit. 3 Omnia enim Sacramenta nouæ legis ex ſe conferunt gratiã nõ ponentibus impedimentum, quod obicẽ metaphoricè vocant. Quia peccatum læthale veluti ianuam diuinæ gratiæ claudit, ſed qui bona fide Sacramentum Euchariſtiæ, vel Confirmationis, vel Ordinis, vel Matrimonij recipit exiſtimans ſe eſſe læthalis culpæ purum, nullum impedimentum diuinæ gratiæ obijcit. Ergo illam recipit, qua peccatum mortiferum deletur, cuius oblitus eſt, vel quod ſe iam expiaſſe confeſſione, vel contritione falsò putat; Sacramenta omnia ex inſtitutione ſua gratiam ſignificant, ergo illam producunt, cum nullum opponatur impedimentum à recipiente bona fide. Non eſt maior ratio cur Sacramenta mortuorum producant ſecundam gratiam, cum ſine peccato mortali recipiuntur, quam quod Sacramenta viuorum primam gratiam non ponentibus obicem tribuant. Nec prima gratia ſecundum eſſentiam à ſecunda gratia differt, ſed ſecundum accidens, quatenus n. læthalem culpam tollit prima gratia; quatenus ſuper-

per-

Digitized by Google

peruenit primæ ſecunda dicitur. *a Ita Concilium Florentinum, Mileuitanũ, Arauſicanum, Tridentinum ſeſſ. 6. c. 9. & ſeſſ. 7. can. 6. 7. 8. SS. Auguſt. Ambroſ. Cyprian. l. 2. Ep. 2. Leo Papa ſerm. 4. de natal. Hieron. Epiſt. 83. b Ex Epiſt. D. Pauli ad Eph. 5. ad Tit. 3. Ioan. 3. Marci vlt. art. 2. Palaus tr. 18. d. 1. p. 7. Paſqualig. &c S. Thomas 3. p. q. 62. a. 1. y idem 3. p. q. 79. a. 3. & q. 80. a. 4. Palud. Richard. Sot. Sylu. Victoria, Veg. Palacios, Suar. 3. p. to. 3. d. 6. 2. ſ. 1. Bellarm. l. 4. de Euch. Conin. Henr. Tol. Fagund. Albritius P. Ledeſ. Fr. Lug. l. 1. c. 2. q 3. Dian. contra Villal. to. 1. tr. 4. S. Bonau. in 4. d. 13. Gabriel, Maiorem, Vaſq. d. 205. c. 4.*

2 Vt Sacramenta viuorum primã gratiã ſuſcipientibus afferant, non ſufficit ignorãtia, vel obliuio quantumuis inculpabilis læthalis peccati, quo eorum ſuſceptores obſtricti ſunt. Sed neceſſe eſt, vt peccatum deteſtentur formidine pœnæ à Deo infligendæ, & bona fide ea ſuſcipiant credentes ſe læthalis ſceleris puros eſſe, quatenus vel inuincibiliter ignorant ſe læthaliter peccaſſe, vel ſe peccatum contritione deleuiſſe exiſtimant, vel licere ſibi cum ſola attritione Sacramentum ſuſcipere. *b* Nam ſecundum legem communem peccatũ voluntariè commiſſum non remittitur ſine voluntaria deteſtatione ſimpliciter honeſta. Sine hac enim peccatum non retractatum gratiæ diuinæ portam occluderet. Nam cenſeretur habituali affectu adhuc in corde retineri. Præterea ad Sacramenta viuorum dignè recipienda, & præſertim ad ſacram Synaxin neceſſaria eſt cordis puritas ſine conſcientia peccati læthalis, per ſe enim Sacramenta viuorum ad augendam gratiam inſtituta ſunt. Diuina ergo lege naturali obligamur ad gratiam iuſtificationis prius obtinendam, quã Sacramenta viuorum ſuſcipiamus. Nos tamen excuſare poteſt inculpabilis ignorantia peccati, vel præcepti, vel attritionis, quam contritionem putemus; attritio non impedit, quominus gratia recipiatur, quinimo animam præparat ad eam per Sacramentum ſuſcipiendam. Vt per Baptiſmũ, ac pœnitentiam accidere poteſt, vt quis nec peccatum læthale committat Sacramentum ſuſcipiendo, nec gratiam cum illo recipiat. Si nimirum læthalis culpæ reus, & attritione hoc eſt imperfecta peccatorum Pœnitentia carens, & ſe ritè probatum, hoc eſt benè diſpoſitum ad illius ſuſceptionẽ inculpabili ignorantia exiſtimet. *a Ita b Sot. in 4. d. 7. q. 1. a. 7. Filliuc. tr. 4. nu. 169. Bonac. d. 1. q. 6. p. 2. Suar. to. 3. d. 63. ſ. 2. Valentia Henriq. contra Durandum, Palud. S. Antonin. p. 3. tit. 12. c. 6. §. 7. Catherinum. c Ita Suar. Filliuc. num. 170. Fagund. cum alijs præcept. 3. l 4 c. 2. nu. 14. F. Lug. num. 22. contra Durandum, Sot. Catherinum.*

3 Nonnulli, quorum ſententiam valdè probabilem eſſe ait *Filliucius*, dicunt attritionem cognitam ſufficere, vt aliquis per Sacramenta viuorũ primam gratiam recipiat. Is enim, inquiunt, non ponit obicem; nam attritio ſola ſufficit, vt quis per Baptiſmum, & pœnitentiæ Sacramentum amiſſam Dei gratiã recuperet. Hanc opinionem non aſpernor, nec amplector, certum eſt nullum Sacramentũ conferre gratiam, antequam re ipſa ſuſcipiatur. *a* Hæc enim promittitur ſuſcipientibus illa, vt conſtat de Baptiſmo *ex Marci vltimo capite*, de Con-

Confirmatione ex *Actorum cap. 2.* de Euchariſtia *ex Ioannis cap. 7.* producunt autem Sacramenta gratiam in momento naturali perfectam eorum ſignificationem, ac ſumptionem terminante. ß Agunt enim, vt ſunt totum quodam morale ex materia, & forma compoſitum, & vt habens ſignificationem practicam vnumquodque ſuam, hanc autem in vltimo puncto temporis, quo completur ſignificatio Sacramenti, & quando vltimum verbum formæ profertur. Ergo, & tunc conferunt gratiam, niſi obice culpæ lethalis impediantur, quæ fictio dicitur, & hæc duplex eſt alia poſitiua alia negatiua; poſitiua eſt peccatum in ipſa Sacramenti ſuſceptione commiſſum, negatiua eſt carentia diſpoſitionis neceſſariæ ad Sacramentū ſuſcipiendum. Fictio ſiue poſitiua, ſiue negatiua impedit, quominus recipiens Sacramentum gratiam conſequatur; cæterum ad fictionem tollendam ſufficit cordis contritio, vel attritio cum Sacramento, quando ſufficit pro diſpoſitione ad ipſum, ſi ſumptio præcedentis Sacramenti ſacrilega fuit. Hæc enim duo vim habent delendi omnia peccata; ſic cum obex negatiuus coniungitur cum peccato commiſſo poſt Sacramentum, neceſſaria eſt contritio, vel attritio cum Sacramento, hæc ſiquidem ſola peccatum tollere poſſunt. Obex vero negatiuus non coniunctus cum peccato ſubſequente per ſolam attritionem tolli nequit, ita, vt gratia producatur, hanc enim attritio ſola producere non poteſt, nec Sacramentum fictè ſuſceptū, cum non maneat ipſe, nec in ſua virtute, & nullum Sacramentum habet vim delendi peccata futura. *Sot. 4. d. 11. q. 2. a. 2. Suar. d. 8. ſ. [illegible] Ca-minch. q. 62. Fillinc. tr. 1. n. 101. Lug. c. 3. q. 4.* ß γ *Paſqual. diſp. 67. ſ. 4. & 6. Durand. c. Palaus to. 4. tr. 18. Vaſq. d. 160. nu. 14. Scotus, & alij contra Palud. Suar. Bonac. d. 1. q. 6. C. Palaus Villalob.*

4. Probabilis eſt eorum ſententia qui aſſerunt Sacramenta omnia cum peccato mortiferi ſceleris ſuſcepta, quibuſque nihil defuit præterquam diſpoſitio ſuſcipientis recedente poſtea fictione, ſeu culpa per contritionem vel attritionem reſpectiuè conferre gratiam ex opere operato. Eadem enim eſt Sacramentorum omnium ratio quoad efficaciam ſupernaturalem, ſed ſecundum D. Auguſtini ſententiam, quam Doctores vnanimiter ſequuntur, conuenit Baptiſmo fictè ſuſcepto recedente culpa lethali gratiam producere, ergo idem cæteris conuenit Sacramentis; & hæc ſententia eorum dignitatē, & efficaciam extollit, ergo admittenda eſt, ac reliquis aliorum opinionibus præferenda. Diuus Auguſtinus contra Donatiſtas libro primo, & tertio, & ſexto ſcribit baptiſmum, quem hæreticus ſuſcipit incipere valere ad ſalutem, cum ad reconciliationem Eccleſiæ venerit, operarique in hæretico reconciliato remiſſionem peccatorū; quia ſanctum eſt, & ſemen Chriſti quod iniquitate ſuſcipientium poſſui non poteſt. Et D. Thomas idem de Pœnitentiæ Sacramento docet. *In 4. ſent. d. 17. q. 3. a. 4.* idem de alijs Sacramentis docent *Caietanus, P. Soto, Henriq. Bonac. d. 1. q. 6. p. 3. Cabrera, Diana p. 3. to. 4. nu. 15. Nugnus, Gambac. alij.* Solam Euchariſtiam, & Pœnitentiam excipit, quia facilè repeti poſſunt; ſolam verò Euchariſtiam, ſi poſt conſumptas ſpecies obex tollatur, excipiunt. *Suar. 3. p. [illegible] ſ. 6.*

ſ.6. Fillinc. tr. 1. nu. 138. Leſſius 3. p. q. 69. Trull. Luguſ. vterq. Villalob. contra Paſqualig. d. 67. ſ. 5 & Iuriſtas cum gloſſa in cap. tunc valerè Io. Medina q. de confeſſ.

5 Si quis poſt indignè ſumptam Euchariſtiam peccatum ſuum perfectè deteſtetur, ac contritione doleat, antequam Sacramenti ſpecies in ventriculo eius depereant, diuinam gratiam è caritate Sacramenti profluentē recipit, dicente Chriſto apud Ioannem 6. *qui manducat me, viuet propter me*. Et rurſus *in me manet, & ego in illo*. Multo magis hoc dicendum eſt de eo, qui bona fide, hoc eſt putans ſe læthali culpa carere, qua tamen obſtrictus manet, Euchariſticam dapem ſuſcipit, & peccatum ſuum ante conſumptas ſpecies deteſtatur, hic enim *iudicium ſibi non manducauit, ac bibit*, cum ſe bene præparatum exiſtimaret, immo etiam poſt conſumptas ſpecies ſublato obice, qui culpabiliter haud poſitus fuit, probabile eſt Sacramenti fructum eius ſuſceptori, non denegari. *Ita Caiet. 3. p. q. 79. a. 1. Coninch: Palud. Suar. Leſſius, Bonac. d. 1. q. 6. p. 3. Henriq. cũ D. Thoma, & alijs F. Lug. l. 1. c. 3. q. 4. nu. 35. & 36.*

6 Ad tollendum obicem negatiuũ, cum quo ſuſceptum eſt Sacramentum ſufficit cordis attritio moraliter peccata omnia deteſtantis, a hæc ratione voluntarij aufert peccatis ante Sacramenti ſuſceptionem commiſſis, in quo ratio obicis conſiſtit. Cæterum cum ſublato obice Sacramentum reuiniſcit, producit gratiam ſecundum menſuram diſpoſitionis, hoc eſt maiorem magis diſpoſito, a quemadmodum cum Sacramentũ abſque læthali culpa ſumitur maiorem, vel minorem gratiam pro maiori, vel minori diſpoſitione ſuſcipientis producit. Nam eadem ratio in vtroq. euentu militat. *Ita a Palud. Suar. Diana, Coninch. Leſſius, Palaus. Bonac. d. 1. q. 6. p. 6. nu. 3. Cabrera, Luguſ. vterque, Auerſa 3. p. q. 62. ſect. 4 a Card. Lug. d. 9. num. 71. Vaſq. contra Leſſium, Coninch. Auerſam aſſerentes contrariam ſententiam probabilitatis metam attingere.*

## De homine recipiente Sacramenta. Cap. IV.

1 NVllum Sacramentum, excepta Euchariſtia, validè conficitur, aut miniſtratur adultis, & rationis vſu pollentibus, niſi adſit ipſorum conſenſus, ſiue actu, ſiue virtute, ſiue habitu non reuocato præſens. Volentibus enim, & non contradicentibus tãtum beneficium dari ſuauis Dei prouidentia vult, *cui voluntariè ſacrificari debemus. Ille vero, qui nunquam conſentit, ſed penitus contradicit nec rem, nec characterem recipit Sacramenti*, inquit Innocentius III. *quia plus eſt expreſsè contradicere, quam minimè conſentire*. *qui fecit te ſine te non ſaluabit te ſine te*, inquit Auguſtinus, neminē Deus per Sacramenta iuſtificat, niſi liberè volentem. Ad ea autem validè, ac cum fructu recipienda, ſatis eſt cõſenſus non reuocatus. Ideo in concilio Carthaginenſi, & Arauſicano decretum fuit, vt ægrotis, qui loqui nequeunt, Sacramenta miniſtrentur, ſi præteritæ voluntatis teſtimoniũ aliorum verbis habeatur. Sic amentes qui cum antea mentis compotes eſſent, Bap-

Baptiſmum petierunt, hec voluntatẽ hanc retractarunt, baptizandos eſſe aſſerit *Innocentius III. cap. maiores §. finali, a b idem cap. maiores §. item quæritur de Bapt. S. Thom. S. Bonau. Palud. Alenſis, Richard. Syl. Sotus, Gabriel. Vaſq. d. 137. num. 11. & 14. Bonac. Trullench. Lug. Laym. Palaus, Henriq. Coninch b S. L. Pap. Ep. 89. Conc. Carthag. II. cap. 34. Arauſic. 1. Can. 12. S. Auguſt. cap. cum paruulis de conſecr. d. 4. Fr. Lug. l. 1. c. 4. n. 1. contra Gloſſam in cap. maiores de Bapt. & Caietanum 3. p. q. 68.*

2 Quæuis voluntas quantumuis coacta ſufficit, vt Baptiſmus validè ſuſcipiatur, nam voluntas coacta eſt ſimpliciter libera, licet aliquid inuoluntarij admixtũ habeat, & ideo iure naturę ad valorem actuum ſufficit, niſi iure aliquo poſitiuo ſtatuatur, vt irriti habeantur; quale eſt Matrimonium metu contractum *c. de Iudeis d. 45. Vaſq. 3. p. d. 157. n. 10. Bonac. Zambr. Coninch. F. Lug. c. 4. q. 2.*

3 Ad Sacramenta validè ſuſcipienda, ac miniſtranda, excepto Pœnitentiæ Sacramento, non eſt neceſſaria aliqua fidei, vel attritionis diſpoſitio; vel pius voluntatis motus, ſed ſola attentio ſufficit, ideo hæreticus, qui baptiſmum, vel ordinem ſecundum verè Eccleſiæ ritum ſuſcepit, non eſt iterum batizandus, nec ordinandus, & ſi quis baptiſmum ſuſcipit, vt lucrũ faciat, vel ſcelus aliquod patret, valet baptiſmus, *vt ſcribit Auguſtinus contra Petilianum lib. 2. c. 95. & lib. 8. de Baptiſmo c. 14. Suar. Vaſq. Pilliuc. tr. 1. nu. 133. Palaus, Lug. nu. 15.*

4 Qui læthali culpa carent præter animum recipiendi Sacramentum ad recipiendum diuinę gratiæ fructum in Sacramentis viuorum, nulla alia diſpoſitione indigent: Illa enim conferunt gratiam ex opere operato, vbi nullo peccati obice impediuntur, a verum propter reuerentiam Sacramentis debitam, & ad augumentum gratiæ decet ſuſcipientes ſe ad pietatem excitare, & generatim peccata omnia deteſtari, ne forſan cum obice ea recipiant, adulto etiam ſine peccato læthali baptiſmũ ſuſcipienti ad delendũ originarium peccatum ſatis eſt pius animi motus, fidei ſcilicet, ac ſpei, quæ feratur in Deum. Qui vero mortiferum ſcelus commiſit, ac nondum deleuit, per contritionem, vel attritionẽ ad Sacramenti fructum percipiendum diſponi debet, id colligitur ex verbis illis in actis, y Apoſtolorum (pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum) decet enim, ac par eſt, vt qui ſe à Deo per peccatum auertit, ſe ad Deum per pænitentiam conuertat. Ad gratiam autem Baptiſmi, vel Confeſſionis Sacramentalis poſt mortiferum ſcelus commiſſum ſufficit attritio cognita cum peccatorum omnium mortalium deteſtatione ſaltem implicita ; y & animus non peccandi poſthac. *Ita D. Auguſtinus, aliiq. SS. Patres, ac Trident. Concil. ſeſſ. 14. c. 4. a Ita S. Thom. 3. p. q. 79. a. 8. Scot. in 4. d. 4. q. 7. Palaus tr. 18. p. 13. nu. 2. Suar. Laym. Coninch. Pilliuc. nu. 13. Bonac. nu. 10. Ouied. tr. 7. contr. 6. p. 6. b Ita DD. citati Fr. Lug. l. 1. cap. 4. q. 1. n. 21. y S. Th. in 4. d. 6. q. 1. a. 3. Durandus d. 4. q. 2. d. 1. Henriq. Laym. Villal. Bonac. Suar. Cabrer. Vaſq. Coninch. n. 31. contra Caietan. 3. p. q. 18. art. 2. Sot. Adrian. Alenſ. Medin. Cord. y Coninch. 3. p. q. 62. num. 31. Nugnus, Poſſeuin. Lug. Palaus ex Conciliis Arauſicano, Mileuano, Trident. ſeſſ. 6. can. 3. & c. 3.*

5 Ad

Digitized by Google

5 Ad percipiendum fructum reliquorum quinq. Sacramentorum, quæ viuorum Sacramenta dicuntur, neceſſaria eſt læthalis culpæ perfecta deteſtatio in homine eiuſdem conſcio. Illa enim ex ſua inſtitutione vitam, ſeu gratiam Dei in ſuſcipiente requirunt, quam augeant, & corroborent ad dignè recipiendam Euchariſtiam neceſſe eſt confeſſionem ſacramentalem præmittere, ſi Sacerdos à Confeſſionibus adſit, ad reliqua verò viuorum Sacramenta dignè ſumenda ſufficit cordis contritio in homine mortalis culpæ ſibi conſcio. Maioris tamen certitudinis gratia præſtat peccata ſua Confeſſionis Sacramento expiare. Si quis verò inculpabiliter ignoret ſe læthale ſcelus commiſiſſe, vel ſibi contritionem neceſſariam eſſe, vel ſe perfectè culpæ ſuæ læthalis pœnitere falsò exiſtimet, non ſolum rem, ſed virtutem Sacramenti percipit, hoc eſt diuinam gratiam. Nam bona fides eum excuſat. *Ita Doctores citati, & Theologi vnanimiter aſſerunt. S. Thomas 3. p. qu. 72. a. 7. F. Lug. nu. 25.*

6 Oblitus peccatorum ſuorum, vel inculpabiliter ignorans pœnitentiam eſſe ad ſuſcipiendum Sacramentum neceſſariã, ſi cum amore proprij boni ſupernaturalis, vel cũ ſpe ſalutis æternæ baptiſmum ſuſcipiat, probabilius eſt eum iuſtificationis gratiam conſequi. Licet enim ad remiſſionẽ actualis peccati neceſſaria ſit perfecta deteſtatio peccati, attamen, ſi ſit virtualis, qualis eſt dilectio Dei propter ipſum reſpectu contritionis, ad iuſtificationem extra Sacramentum ſufficit. Ita actus ſpei cum Sacramẽto ſatis eſt, quatenus virtute continet attritionem, ideſt dolorem de peccatis metu æternæ pœnæ; Charitas enim fertur in bonum Dei, vt Dei eſt, ideo offenſam Dei, vt Dei eſt, virtualiter odit, ac deteſtatur. Ita ſpes tendit in bonum ſupernaturale proprium, vt proprium eſt, & peccatum, vt malum propriũ virtualiter deteſtatur. Hęc eſt virtualis attritio, quæ cum Sacramento ad delendam peccati læthalis maculam ſufficit, vt dilectio Dei extra Sacramẽtum. Si Baptiſmus ab adulto ſuſceptus cum fide, ac ſpe attritionem virtualem continente læthalem culpam ab eo commiſſam delet, cur Sacramenta viuorũ cum ſpe attritionis defectum ſupplente ſuſcepta idem non poſſunt? *Ita F. Lug. l. 1. c. 4. q. 3. nu. 26. cui fauent, Caietan. 2. p. q. 86. a. 2. Scotus diſt. 3. q. 4. a. 3. Coninch. n. 36. Leſſius 3. p. q. 72. num. 24.* qui dicit ad confirmationem ſuſcipiendam cum fructu ſatis eſſe attritionẽ virtualem.

7 Nullum veniale peccatum, vel in receptione Sacramenti, vel ante eam commiſſum, & adhuc placens impedit præcipuum Sacramenti effectum. a Solum enim mortifera culpa obſtat diuinæ gratiæ, nec iuſtificanti gratiæ, nec eius augumento venialis culpa repugnat: nec abſurdum eſt hominem peccare leuiter, & ſimul Sacramentũ ſine obice recipientem fieri ſanctiorẽ. verum enimuerò venialis culpa in Sacramenti receptione admiſſa, vel adhuc placens recipienti ſui ipſius remiſſionem impedit, & ſecundarium aliquem Sacramenti fructum, ſcilicet ſpecialem Dei fauorem, vberius auxilium, feruentiorem deuotionem impedit. b Minuit enim diſpoſitionem ad Sacramentum ſuſcipiendum: ergo & fructum, qui ad menſuram diſpoſitionis datur, diminuit, neque ceſſandũ eſt à Sacramentorum ſuſceptione, etiamſi inanis gloria eam, vt ancilla-

do-

nominiam committetur, vel ſi vanitatis cupido ad Sacramentum ſuſcipiendũ excitet; Modo vltimus, & adæquatus finis in ea vanitate nõ conſtituatur ita, vt Sacramenta ob illam ſolũ recipiantur; alioquin, etiam ſi vrgeret præceptum, nõ bene reciperentur; Hoc.n. lethale ſcelus eſſet; a ſ *Ita contra Caietanum 3. p. q. 79. a. 1. P. Sotum lect. 9. docent S. Th. 3. p. q. 79. Suar. 3. p. to. 3. d. 7. ſ. 4. Filliuc. q. 4. Leſſ. 3. p. q. 69. n.* 10. Licet tam Clerico, quam Laico Sacramentum quodlibet viuorum accipere, etiam ſi lethalis culpæ ſibi cõſcius ſit, quoties contritionis actum ante Sacramenti ſumptionem moraliter elicere nequit, neq; illud ſine notabili ipſius infamia omittere poſſit exempli gratia in ſubita infidelium irruptione, ſi timeat fidelis, ne ab illis Euchariſtia conculcetur, vel comburatur, nec poſſit præ temporis anguſtijs perfectè peccatum ſuum deteſtari, neq; Sacramentum occultare, poterit illud abſq; nouo peccato illud ſumere. Idem dicendum de alijs Sacramentis viuorum, vt ſi quis læthali ſcelere obſtrictus nec poſſit hic, & nunc perfectè de peccato ſuo propter Deum ſummè dilectũ dolere, nec Sacramentum ſine graui aliorum ſcandalo omittere; nam, vt ait Diuus Bernardus, quod pro charitate introductum eſt, non debet contra charitatem militare. Si Laicus iam iam recepturus Euchariſtiam de manu Sacerdotis recordetur peccati mortiferi, nec tempus habeat perfectè illius deteſtandi poterit Sacramentum ſine nouo peccato accipere; idem dic de Sacerdote rem diuinam faciente, qui peccatum lethale ſuum perfectè deteſtari nequit, præ temporis anguſtijs, nec abſtinere ſine ſcandalo recedere, vel ſine infamiæ periculo. *Ita Vaſq. d. 207. c. 2. Io: Lug. d. 14. cap. 2. Diana p. 5. tr. 13. n. 74. probabile dicit Gaſp. Hurtado, Ochagauia F. Lugo l. 4. cap. 6. q. 5. Martinon contra Suarium 3. p. tom. 3. q. 66. Coninch. q. 80. num. 4.*

## De Sacramentis ab indigno Miniſtro non petendis. Cap. V.

1 GRauiter peccat, qui petit Sacramentum à non potente, vel volente validè, ac ritè illud miniſtrare, a vt qui petit Extremam vnctionem ab homine Sacerdotalis ordinis experte, vel abſolutionem à non habente iuriſdictionem, vel Ordinem ab Hæretico antiſtite, vel ab eo qui debitam ordinationis materiam, vel formam adhibere non ſolet. Nam inducit illum ad ſacrilegium, & ad fictum Sacramentum miniſtrandum. Illicitũ eſt Sacramentum petere ab illo, qui nequit illud abſque graui culpa miniſtrare, vt qui cenſura aliqua, vel directa prohibitione tenetur, vel non habet poteſtatem miniſtrandi, culpa pœnitenti defectu iuriſdictionis in eum. *Suar. 3. p. to. 3. d. 18. ſec. Filliuc. Coninch. Henriq. Lug. d. 8. nu. 1.*

2 Circa neceſſitatis tempus ab excommunicato non tolerato Sacramentum petere, ac recipere nõ licet; a ſi de cauſa enim violaretur lex Eccleſiaſtica communicationem præſertim in diuinis cum excõmunicatis interdicens, & hæc vnanimis doctorum omnium ſententia eſt. Qui verò in periculo mortis verſatur, à quouis etiam non tolerato anathemate Baptiſma, ſ recipere.

Digitized by Google

cipere poteſt, & pœnitentiæ Sacramẽtum, dum alius Sacerdos non adeſt, eſt enim vtrumque Sacramentum ad æternam ſalutem neceſſarium. Quamuis per contritionem ſaluari poſſit homo, eam tamen elicere difficulter valet, & de ea certus eſſe raro poteſt. *Ita a ß Suar. to. 3. d. 11. ſ. 1. Zambr. Villal. Canus, Auila, Alterius, Sayr. Vaſq. 3. p. q. 95. a. 1. Coninch. Leſſius F. Lug. l. 1. c. 5. q. 1. contra Durandũ Palud. S. Thom. 3 p. q. 64 a 6. v Syl. Nau. c. 27. nu. 272. Reginal. l. 32. n. 7. Sayr. Victoria Fill. Henriq. Suar. Auil. Villal. Lug.*

3 Chriſtianus morti proximus ſi peccata ſua fateri nequeat, Euchariſtiam, vel extremam vnctionem, vel confirmationẽ à miniſtro non tolerato licitè recipere poteſt. Sic enim ſola attritione de peccatis dolens poterit accedẽte Sacramento aliquo Deo reconciliari. ß Verum ſi poſſit infirmus abſolui à peccatis, vel aliud Sacramentum accipere, probabilius eſt ei non licere à Miniſtro non tolerato Euchariſtiam, vel extremam vnctionem accipere, e quia in illis circumſtantijs ſcandalum, & infamia Catholicæ religionis ſequeretur. Ideo Sanctus Martyr Hermenegildus noluit Euchariſtiam ab Ariano Epiſcopo accipere. *ß Auila, Coninch. Zambr. Bonac. d. 2. qu. 2. par. 2. Suar. Filliuc. nu. 76. F. Lug. nu. 8. e P. Ledeſma de Euch. c. 9. concl. 12. Canus Henriq. Auila, Alter. Leſſ. Zambr. F. Lug. num. 9.*

4 Non caret probabilitate ſententia aſſerentium nõ ſolum Baptiſmum, & Pœnitentiam, ſed etiam ſacram Synaxim à miniſtro non tolerato in mortis periculo recipi licere, a & idẽ de extrema vnctione probabiliter aſſerunt aliqui. ß Magnum enim robur, & auxilium morituris, & cum Dæmone pugnaturis vtrumq. præſtat Sacramentum, venialia peccata delet, patientiam, ac fortitudinẽ animi auget. *a Suar. 3 p. t. 3. d. 32. P. Led. Bonac. Mercer. Guttier. Corneio. a ß Praepoſit. 3. p. q. 1. Dian. p. 5. tr. 5. r. 81. F. Lug. l. 1. c. 5. q. 1. nu. 9.*

5 Sacramenta à Miniſtris cenſuræ nota affectis, ſed toleratis petere vrgente neceſſitate extrema licet; v nam tunc licet ea petere à nõ toleratis; ergo multo magis à toleratis, quia ea tunc vtrique licitè miniſtrare poſſunt. De peccatis ſuis tanquam de Dei ſuper omnia dilecti offenſis doleant, & abſolui à cenſuris curent. Nec ſolum extrema, ſed etiam communis neceſſitas, vel vtilitas magna petentis ſatis eſt, vt Sacramenta à toleratis licitè petantur. ß videlicet cum præcepto diuino, vel Eccleſiaſtico Sacramentum aliquod ſumere iubemur, vel adeſt occaſio pleniſſimam lucrandi Indulgentiam, vel reficiendi ſpiritum aduerſus grauem tentationem, vel diuini auxilij aduerſus graue diſcrimen impetrandi, nam Martinus V. è Columnenſium Principum Familia Pontifex Maximus in extrauagante Conſtitutiõne omnibus Chriſtifidelibus indulſit, ac conceſſit, vt nulla in re toleratos vitare teneantur. Sed liberè cum illis in quauis re communicare valeamus; ergo ab illis Sacramenta petere, & accipere licet, vbi iuſta cauſa exigit, & illi, qui ab Eccleſia tolerantur ſcelerum ſuorum perfectè pænitẽtentes, & cenſurarum abſolutionem, procurantes Sacramenta licitè, ac validè miniſtrabunt, Eccleſia tunc ſuſpendente cenſurarum effectum in gratiam fidelium, qui toleratorũ opera indigent. Nec priuilegium Martinianæ

Digitized by Google

nianę Extrauagãtis Bullę ad Parochos, &c. ad paratos, duntaxat Sacerdotes reſtringendum eſt, ſed ad omnes toleratos extendendum, nam de omnibus toleratis ſine vlla exceptione loquitur. verum vbi alius Sacerdos, idoneus, & nulla cenſura notatus adeſt, ad eum recurrendum pro Sacramentorum ſuſceptione eſt. *Ita* & *Doctores omnes ſentiunt*, licet in aliquibus diſſentiant, *Ledeſm. cap. 6. concluſ. 12.* & *Diana p. 5. tr. 9. r. 83. Scot. Lop. Sanch. Alterius, Bonac. de cenſur. d. 2. q. 2. Raynaud. F. Lug. l. 1. c. 5. q. 1. nu. 15. Suar. to. 5. d. 11. ſ. 4. Sa, Vinald. Coninch. Filliuc. tr. 1. n. num. 70. Leſſ. probabile hoc exiſtimant contra Caiet. D. Thom. nu 4. d. 39. q. 1. Viguer. c. 15. Adrian. Vaſq. 3. p. q. 93. a. 1. Nauar. aſſerentes Martinũ V.* voluiſſe tollere, quod erat iuris poſitiui, ne inciderent in cenſuram communicantes cum toleratis, non verò quod erat iuris naturalis, ſcilicet ne peccent, qui alios ad peccandũ adducunt. Verum dicendum eſt conſtitutionem illã extrauagantem *ad euitanda* indirectè concedere toleratis, vt licitè Sacramenta miniſtrent ea requirentibus, & ſic non peccant. Nam conceſſo altero correlatiuo, conceſſum cenſetur regulariter & alterum *Abbas in c. qui Clerici de iure patr. nu. 7. Bartol. in l. 1. C. de cupreſſis l. 10.* & *Henr. Suar. Coninch. Filiu. Ledeſm. F. Lug. num. 19. contra Couarru. Leſſ. Henriq. Tol. l. 1. n. 86* aſſerentes non licere peti Sacramenta à toleratis, niſi Parochi ſint.

6 Non licet excommunicato tolerato ſponte offerre ſe ad miniſtranda Sacramenta, & non niſi rogatus ſit, ea miniſtrare licitè poteſt, debet tamen prius de peccatis ſuis propter Deũ dolere, & cenſuræ abſolutionem petere, vel procurare, quod ſi obtinere nequeat, proponat illam petere. Nec minus probabile videtur licere propter ſolam vtilitatem, & liberam electionem noſtram citrà neceſſitatem petere Sacramentum à tolerato, quem exiſtimamus ſine peccato miniſtraturũ, licet alij Sacerdotes adſint nulla cenſura notati, tunc enim non præbemus anſam peccati, & beneficio bullæ extrauagantis ad euitanda vtimur, *Fagund. præcep. 2. c. 5. nu. 19. Suar. Coninch. Filiu. Reginal. Henriq.*

7 A Sacerdote, quem indignè miniſtraturum eſſe prudenter credimus, Sacramenta petere, & accipere poſſumus quotieſcunque aliqua noſtra, vel aliena neceſſitas, aut ſpecialis vtilitas id exigit, ſiue ſit Parochus, ſiue non, ſiue ſit paratus, ſiue imparatus, qui cũ peccato miniſtrabit, cum tamen licitè poſſit miniſtrare. Neceſſitas enim, vel vtilitas ſpecialis iuſta eſt cauſa petendi Sacramẽtum, quod licitè Sacerdos miniſtrare poteſt, ſi peccata ſua perfectè deteſtari velit, non enim ipsũ inducimus ad peccandũ, ſed eius peccatum iuſta de cauſa permittimus, nec lege charitatis tenemur ea omittere, quæ nobis neceſſaria ſunt, aut valdè vtilia, ne proximus occaſionem peccandi ſola malitia ſua liberè inde arripiat. Nam ob corporalem neceſſitatem, vel vtilitatem propriam, vel alienam petere licet mutuas pecunias à fæneratore illicitas poſtulaturo vſuras, & iuramentum à periuraturo, vel per falſos Deos iuraturo; multo magis ob ſpiritualem neceſſitatem, vel vtilitatẽ propriam, vel alienam Sacramenta ab eo petere licet qui ea ſacrilegè miniſtraturus ſit. Secus verò dicendum ſi nulla neceſſitas ſit, vel vtilitas ſpecialis proueniat ex receptione Sacramenti

menti ab hoc Miniſtro potius, quam ab alio; qui adeſt, & pari ſatisfactione miniſtrabit abſq. peccato. ℞ Charitas enim exigit à nobis, ne, quando ſine detrimento noſtro poſſumus, occaſionem peccandi proximo noſtro præbeamus, etiamſi ex malitia ſua, aut fragilitate in peccatũ lapſurus ſit; niſi hic ſit doctior, & vtilior, quique melius pœnitenti conſulere, difficultates, & ſcrupulos tollere poſſit. Præſtat.n. à docto miniſtro, licet peccatore, Sacramentã ſuſcipere, quàm ab indocto, ſed bono viro. ℣ *Quia ſi cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadent*. Sufficit autem ad hoc neceſſitas non valde grauis, vt præceptum Eccleſiæ, vel magnũm aliquod feſtum, vel indulgentia occurrens. *Ita & S. Tho. 3. p. a. 6. Sanch. de Matr. l. 7. d. 9. num. 8. Naldus, Fagund. Nugn. Viuald. Henriq. Trullench. Vaſq. F. Lug. l. 1. c. 5. q. 3. nu. 24.* licitum eſſe Sacramenta petere à Parocho, vel à parato Sacerdote indignè miniſtraturo aſſerũt *Valentia to. 4. d. 3. q. 5. P. Ledeſm. Cabrera, Carthagena Diana p. 4. tr. 4. r. 2.* ℞ *Sotus 4. d. 1. qu. 5. a. 6. Nau. c. 14. nu. 28. Reginal. l. 1. nu. 165. Bonac. d. 1. q. 6. p. 5. Suar. to. 3. d. 18. ſ. 4. Sayr. Coninch. Villal. Palau. to. 4. tr. 18. p. 15.* ℣ *Auerſa 3 p q. 64. ſ. 11. Coninch. Trullench.* ℞ *Suar. Filiuc. Bonac. Coninch. Lug.*

8 Maior neceſſitas, vel vtilitas requiritur, vt Sacraméta petamus à Miniſtro non parocho, vel non parato, quam à parocho, & à parato ea indignè miniſtraturo. Maius enim ius habemus petendi à parocho, qui autem vtitur iure ſuo nemini facit iniuriam. *leg. iniuriarũ ff. de iniurijs* minus inducitur indirectè paratus, quam non paratus. Sufficit autem communis vtilitas, quæ ex Sacramentis percipitur, vt eadem à parocho, vel à parato indignè miniſtraturo petere, ac recipere liceat, niſi alius adſit, qui dignè ea miniſtret. vt verò à parocho, vel à non parato, ſacrilegè operaturo Sacraméta petantur, maior cauſa requiritur, videlicet præceptum Eccleſiaſticum, quo diuinæ rei intereſſe, vel Sacramenta recipere iubeamur, vel iuſta cauſa non differendi nimium eorum receptioné, ne eorum vtilitate diù careamus, præſertim ſi petens, læthalis culpæ ſibi conſcius ſit. *Martinus, & Petrus Ledeſma, Valentia to. 4. d. 3. qu. 5. Cabrera, Carthagena, Dianæ p. 3. t. 4. r. 59. Filliuc. Bonac. Vaſques Pitigian. Sanch. Auerſa Fr. Lug. q. 3. nu. 27.*

## De Miniſtro Saramentorum. Cap. VI.

1 SOlus homo in corpore mortali vitam degens poteſt eſſe Sacramentorum legitimus miniſter. Chriſtus enim non Angelis, aut Beatis, ſed hominibus tãtum viatoribus poteſtatem miniſtrandi Sacramenta cõceſſit; vt cum Apoſtolis ſuis dixit, *Matth. 28. euntes docete omnes gentes baptizãtes eos*; & quæ ſequuntur, & Lucæ 22. *hoc facite in meam commemorationem*, & Ioan. 20. *quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, his de Baptiſmi Eucharistiæ, & pœnitentiæ Sacramentis addit Paulus Apoſtolus 1. ad Corinthios 4. vniuerſim de omnibus loquẽs *ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*, & conuenit, ac decet à viatoribus miniſtrari, quæ pro viatorum ſalute à Chriſto inſtituta fuere. ℣ Et ſi

Am-

Digitized by Google

Amphilochius ab Angelo Epiſcopali dignitate initiatus fuit, teſte Nicephoro, id diuina, & ſpeciali diſpenſatione factum eſt. β Quod etiam fieri poſſe Diana, Turrianus, & alij docent. Excepto autem Baptiſmo, & Matrimonio, non poteſt quilibet eſſe Sacramentorum miniſter, ſed ij ſolum, quibus per Sacramentum ordinis ab Eccleſia conceſſa eſt ea miniſtrandi poteſtas. γ Oportet autem Sacramentorum miniſtrum eſſe rationis compotem, alioquin careret debita intentione. Cuiuis igitur rationis vſu pollens Baptiſmum miniſtrare valet, Matrimonij Sacramentum omnes baptizati nullo impedimento obſtricti, Euchariſtiam, & Extremam vnctionem quilibet Sacerdos, abſoluere à peccatis Sacerdos iuriſdictionem habens, confirmare, & ordinibus initiare ſolus Epiſcopus ſecundam legem ordinariã poteſt. Nemo ſibi validè Sacramenta miniſtrare valet, præterquam Euchariſtiam, & Matrimonium. δ Nõ poteſt homo cæleſti beatitudine, ac gloria donatus Sacramentum miniſtrare. Quia non eſt militantis Eccleſiæ membrum, nec orationem fidei fundere valet, cum fide careat. Has autem conditiones exigit D. Iacobus de Extrema vnctione ſic loquens, *inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum &c & Oratio fidei ſaluabit infirmum*. Quod ſi Beati, & Angeli quãdoq. Sacramenta miniſtrarunt. ε Hoc ex ſpeciali priuilegio illis Deus cõceſſit. Si tamen beatus denuo ad mortalẽ vitam reuocatus in corpore mortali reſurgat, poterit Sacramenta validè, vt antequam moreretur, miniſtrare, ſecus verò ſi corpus gloria cæleſti donatum reſumat. Nam ſtatu viatoris ad Sacramentorum miniſtrationẽ neceſſario ζ careret.

α *S. Thom. 3. p. q. 64. a. 7. Suar. Paſqual. Coninch. Bonac. d. 1. q. 3. p. 1. Trullench. Sylueſt. Lug. & alij communiter.* β *Niceph. l. 11. c. 20. Turrianus to. 1. lib. 3. c. 17. Auguſtinus Bern. d. 17. ſ. 1. n. 15. Diana p. 12. r. 109.* γ *S. Tho. & alij comm.* δ *Trid. Concil. ſeſſ. 7. Can. 10. S. Aug. Ep. 108.* ε *Sayr. l. 2. c. 3. q. 1. a. 2. de Sacram. F. Lug. Paſqual. d. 72. ſ. 1.* ζ *Card. Lug. de Sacr. d. 8. nu. 2. & 3. F. Lug. l. 1. c. 2. q. 1. num. 1. contra S. Tho. 3. p. qu. 64. art. 7. Sylueſt. Auerſam q. 64.*

2 Sacramentorum valor, & effectus per ſe non pendet ex fide, vel Sãctitate Miniſtri, ſed à poteſtate eidem à Chriſto, vel ab Eccleſia conceſſa per Sacramentum ordinis. Sic enim Chriſtus voluit, ne ob dubiam probitatem Miniſtrorum dubius ſit Sacramentorũ valor, ac fructus, ſcilicet gratia, & character. Miniſter non confert in virtute propria, ſed in nomine, & virtute Dei, vt Miniſter Chriſti, *hic eſt, qui baptizat*. Gratia Sacramenti ex meritis Chriſti naſcitur, &, vt aiunt, ex opere operato non ex opere operãtis, cuius nec probitate augetur, nec improbitate minuitur. Sic deffinitum fuit à Siricio Pontifice Ep. 1. ad Himerium, ab Innocẽtio I. à Leone, ab Anaſtaſio II. à Concilijs Niceno, Carthaginenſi, Arelatenſi, Conſtantienſi, & Tridentino *ſeſſ. 7. can. 4. & 12. S. Auguſt. l. 3. de Bapt. contra Donatiſtas S. Thom. 3. p. q. 64. a. 5. Suar. Vaſq. Peſant. Nagn. Bonac. l. 1. Laym. l. 5. tr. 2. c. 5. Villal. F. Lug. l. 1. c. 2. q. 2. Paſqual. Tol. l. 2. cap. 20. Auerſa, Bellarm. l. 1. c. 26. de Sacram.*

3 Sacramenta ex officio ſubditis ſuis miniſtrare debet Parochus, quoties ipſi eá rationabiliter, atque opportunè

tunc petunt, vt quoties vrget præceptum, vel adeſt feſtum, aut iubileum, vel pleniſſima Indulgentia, aut tempus, quo talia Sacramenta recipere ſolent, vt puta, ſingulis menſibus, vel octauo quoque die, vel quoties aduerſus grauiſſimam tentationem munire ſe Sacramenti virtute volunt, vel ad Spiritualem profectum faciendũ, vel ad conſeruandam Dei gratiam Sacramentis indigent. Hæc enim ſecundũ rationem, qua à Chriſto inſtituta fuere, miniſtrari debent, ſed Sacramenta pænitentiæ, & Euchariſtiæ ab eo inſtituta ſunt, vt non ſolum tempore à lege ſtatuto, ſed etiam quoties ipſorum vſus ſpectatis circumſtantijs perſonæ, loci, & temporis, & indigentiæ ſecundum prudentis viri iudicium exigitur, ac ſaluti cuiuſq. conducit. a Debet autem Parochus non ſolum neceſſitati, ſed etiam vtilitati ſubditorum conſulere. b Excuſatur tamen, quando rationabili de cauſa impeditur, quominus Sacraméta miniſtret, vt ſi morbo laboret, vel ſi longiore itinere, vel labore fatigatus, vel ſi negotio magni momenti occupatus ſit, quod in aliud tempus commodè differre non poſſit, vel ſi ſubditus extra neceſſitaté importuno tempore Sacramenta petat: vt ſi hora prandij, vel ſomni, vel noctu in Eccleſia cõfiteri peccata velit. c Cæterum grauiter peccat Parochus, qui ſine cauſa ſubditis ſuis Sacramenta rationabiliter petẽtibus denegat, & ita ſe difficilem, & infenſum, nedum moroſum ea poſcentibus exhibet, vt deinceps ita frequenter non audeant ea poſtulare. Paſtoris enim eſt non ſolum oues paſcere, ſed ad paſcua deducere, & allicere. d quamuis verò citrà tempus neceſſitatis, aut magnæ vtilitatis ſemel, aut iterum Parochus Pænitentiæ, aut Euchariſtiæ Sacramentum ſuis miniſtrare differat, graue culpam non committit, modo dilatio tanta non ſit, vt ſubditi ea petentes iure ſuo priuari cenſeantur. e *Laym. l. 5. tr. 6. c. 13. Bonac. d. 4. q. 5. p. 1. Filliuc. tr. 4. nu. 264. Suar. d. 72. ſ. 3. Vaſq. Fagun. Palau. F. Lug. Io. Sanct. d. 47. cõtra Ricardum, Syluest. Armil. Io. Medinam, Villalob,* aſſerentes Parochum non teneri miniſtrare Sacramenta ſubditis, niſi quando hi tenentur ea recipere ratione præcepti, aut neceſſitatis, vt paſcate, vel in mortis periculo, vel inſignium feſtorum, vel Iubilei tempore. *Henriq. Villal.* a *Tolet. l. 5. c. 5. n. 7. Azor. to. 1. l. 2. c. 17. q. 10. Nau. Valentia, Sot. Viual. Sà, Auerſa, Manuel,* qui probabiliter aſſerũt teneri Parochũ ſubditis Sacramenta miniſtrare petẽtibus ea ob præcepti obligationẽ, vel animi deuotionẽ. *Bonac. Suar. Fagun. Sancius nu. 10. F. Lug. l. 1. c. 2. q. 1. nu. 10.* a *Poſſeu. Tol. l. 1. nu. 7. Auer. & Io. Sanc. Nugn. Henr. F. Lug. contra Bonac. d. 5. q. 2. p. 4. §. 2. nu. 23.*

4 Non peccat Parochus, ſi ipſemet ſubditis ſuis Sacramenta nõ miniſtret, dummodo per alium idoneum Miniſtrum ipſis annuentibus, & non inuitis hoc præſtet. f Nam qui per alium facit, per ſe ipſũ facere videtur. Secus verò, ſi ſubditi ab ipſomet Paſtore ſuo Sacramentis paſci, non ab alio velint. Iure enim ſuo priuari ſine culpa à Parocho nequeũt, cui cedere poſſunt. Adhoc. n. Parochus reſidere in paræcia ſua debet, vt volentibus, & egentibus ipſum Sacramentum miniſtret. g Eccleſia illa vidua eſſe dicitur, quę licet paſtorem habeat, inutilem tamen perhibetur h habere, qui non deſeruit Eccleſiæ, non facit fructus ſuos.



Digitized by Google

Nam beneficium datur propter officium. Quiſquis ergo officium nō præſtat, beneficij fructus percipere iure nequit. Nec pœna hæc iudicis, ℞ ſententiam requirit, nec à Conſtitutione Tridentini Concilij, ſed à iure naturæ pendet. Si quando Parochus non poteſt omnibus ſubditis per ſe ipſum Sacramenta adminiſtrare, poteſt, ac debet per Vicarium, vel Coadiutorem officio ſuo ſatisfacere. λ Ad quod præſtandum electa ſunt induſtria perſonę. Poteſt autē ſubditos ad religioſos Mendicantes ibidē habitantes mittere, vt ab ijs Sacramenta recipiant. *Ita* ξ *Ioan. Sanch. d. 47. n. 2. F. Lug. l. 1. c. 2. q. 2. contra Suar. to. 3. d. 72. ſ. 3. Filliuc. to. 4. n. 268. Fagun. Bonac. d. 4. q. 5. p. 1. Vaſq.* ℞ *Cap. Extirpandæ de prabendis. Graff. to. 1. Concil. 1. nu. 7. & lib. 2. c. 97. Cordub. Couar. Vaſq. Garcia, Poſſeu. Declaratio Cardinal.* ξ *Io. Sanch. n. 4. Couar. Cord. Graf. ex cap. inter corporalia.* ℞ *Garcia de Beneſ. p. 2. cap. 2. num. 52.* λ *Vaſq. 3. p. to. 4. q. 93. d. 6.*

5 *Bonus Paſtor animam ſuam*, hoc eſt vitam ſuam, *ponit pro ouibus ſuis*, vt teſte Ioanne 9. verbis, & exemplo ſuo docuit Chriſtus, qui pro noſtra ſalute mortem in cruce tulit, & vnicuique de proximo ſuo mandauit, ac legem illam dedit. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis in vicem, ſicut dilexi vos*, Ioan. 15. *& nos debemus*, inquit Ioan. 3. *pro fratribus animas ponere*, quæ verba expendens D. Auguſtinus in libro de mendacio verè dicit. *Temporalem vitam ſuā pro æterna ſalute proximi non dubitabit Chriſtianus amittere*. Quanto magis animarum Paſtor hac lege obligatur concurrente iuſtitia cum charitate. Hic igitur, ſi neceſſitas extrema poſtulet, tenetur etiam cum vitæ ſuæ diſcrimine Sacramenta, ſine quibus nemo æternam ſalutem conſequi poteſt, vt Baptiſmum, indigenti miniſtrare, alioquin abſque Baptiſmo morituro. Nam id ipſius officium exigit, quo in pluribus, quam cæteri Sacramentorum Miniſtri, qui animarum curam non habent, obligantur; ſicut enim miles in prælio etiā cum extremo vitæ diſcrimine pugnare tenetur pro Principe ſibi ſtipendia ad hoc ſoluente. Ita Parochus, cui datum eſt beneficium propter officiū, vt bonus Paſtor pro animarum periclitantium ſalute vitæ ſuæ periculum ſubire tenetur; ſpirituale etiam bonū proximi, ſine quo ſalus eſſe nequit, cuilibet temporario bono, etiam proprio anteferre debemus. Ideo ſi populus in infidelitatis errore verſetur, vel ab aliquo Sathanæ Miniſtro hæretica, ac damnata doctrina decipiatur, vel omni Sacerdote deſtitutus peſte laboret, egomet cum propriæ vitæ periculo, remedium ſi poſſum adhibere, debeo, quamuis Parochus non ſim, quanto magis animarum Paſtor in extrema neceſſitate ſpirituali ouibus ſuis opem ſalutarem ferre debet, ſacra pabula miniſtrare, etiam ſi ob id periculum mortis illi immineat, niſi Miniſtros idoneos conſentiente ordinatio præſule ſibi ſubſtituat, qui vices ſuas gerant. *S. Thom. 2. 2. q. 26. a. 5. Caietan. Bannes, Malder. Valent. Regin. l. 4. n. 359. Tolet. Laym. Coninch. Torres, Azor. Suar. Bonac. Decal. d. 3. q. 4. p. 4. Nau. Palaus F. Lug. l. 1. cap. 2. q. 3. n. 23. Suar. 3. p. to. 4. d. 44. ſ. 3. Sayr. Facund. Filliuc. tr. 3. n. 98. Capeauille, Barboſa de Parocho c. 27. nu. 12. Fernand. Molfeſ. & alij.*

6 Cæteros vero Miniſtros animarū curam ex officio minimè habentes te-

neri cum diſcrimine vitæ baptizare puerum alias ſine Baptiſmo moriturū, etiam cum periculo vitæ alij negant. a quia illa non eſt neceſſitas per ſe, ſed accidens; alij verò probabilius aſſerūt, quia nihil refert, vndè veniat proximo extrema neceſſitas, in qua eidem opē ferre charitatis lege iubemur b probabile etiam eſt Sacerdotes, quibus nulla animarum Paſtoralis cura eſt, non peccare, ſi mortis periculo exponere ſe nolint Sacramentum pænitentiæ, vel Baptiſmum adultis miniſtrando tēpore neceſſitatis; y cū per ſolā peccatorum ſuorum deteſtationem propter Deum ſuper omnia dilectum æternam ſalutem conſequi valeant; nam Baptiſmus in voto ſufficit, cum re haberi non poteſt. Sic tempore hoſtilis inuaſionis, ac peſtilentiæ Sacerdotes muneris paſtoralis expertes fuga ſibi conſulere poſſe, etiamſi deficiant Parochi, non improbabile exiſtimo; ſecus ſi conuenientibus remedijs adhibitis contagiū valdè minuatur, adeo vt vitæ periculum euidens non ſit. & Contritionis actum elicere neſcientibus, ſi in mortis diſcrimine conſtituti Baptiſmum, vel Sacramentalem abſolutionem petant, etiam cum periculo vitæ, quilibet Sacerdos ſuccurrere charitatis lege tenetur. 1 *Sotus de ſecreto m.2.q.2. Sa v. Charitas, Armil. Tabien. Maiol. Fauet. S. Thom. de perfect. v. ſp. c.14. b Suar. de char. d.9. ſ. 2. nu.3. Valentia Laym. Bonac. Decal. d. 3. q.4. p. 4. F. Lugo c. 2. q.3. nu.26. d Palaus to. 4. tr. 21. p.20. nu. Nau. Valen. Suar. Bonac. Coninch. Lug. & alij.*

7 Parochus etiam cum periculo vitæ debet Sacramētum Pœnitentiæ periclitantibus ſubditis miniſtrare; quamvis enim perfecta peccatorum deteſtatio propter Deum cū voto; .i. deſiderio Sacramenti Pœnitētiæ, vel Baptiſmi ſufficiat, nihilominus, quia perfectæ Pœnitentiæ actus adeo difficilis eſt; vt ſi Sacramentum pœnitenti non miniſtretur, is periculum damnationis ſubeat. Præſertim cum morti proximum morbus debilitet, æternæ formido pænæ conturbet, & tartareus hoſtis tentationum telis acrius oppugnet. e Cæterum parochus ad euitādam mortem poteſt ſe præmunire remedijs aduerſus contagioſam luem, armis aduerſus hoſtes. Curet autem vt, dum peſte laborantibus ſpiritualia remedia affert, ipſi ad oſtium, vel feneſtram accedant, vel egrediantur è cubiculo, vel loco peſte infecto, vel ſi nequeant, hortetur eoſdem amotis arbitris, vt altiore voce grauiora peccata, quæ ſine nota poſſunt, confiteātur, & mox ipſos abſoluat, vel ſi nolint alta voce peccata fateri, cautè accedat Parochus, & grauiora confitentes cæteris omiſſis citò abſoluendo ſe expediat, f & ſi certò ſciat ægrotos nullius lęthalis culpę ſibi conſcios eſſe, vel ad bene moriendum paratos, vel ante è vita deceſſuros, quam illuc, vbi ſunt, peruenturus ſit, licebit eidem certum vitæ periculum euitare ad eoſdem non accedendo. Interim Deum pro ipſorum ſalute precabitur. Tanto autem cautius mortis diſcrimen euitare Parocho ſoli licebit, quanto pluribus alijs ipſe neceſſarius eſt, nec ſucceſſorem ſibi facilè inuentum iri exiſtimat. n *Ita e Syluius 3 p. to.2. q.32. a.3. Nugn. Suar. Maior, Manuel, Villal. Poſſeu. c 5. n.50. Filliuc. tr.1. n.99. Laym. Palaus. f Maior 4. diſt. 23. q.1. Laym. Capeauill. Zambr. F. Lug. num.28. & 29.*

8 Sacramenta Euchariſtiæ, a & Ex-

Digitized by Google

Extremæ vnctionis, β miniſtrare debet ſuis animarũ Paſtor tempore peſtis, vel mortis; ſi abſque morali periculo mortis poſſit. Quamuis enim ad æternam ſalutem non ſint ſimpliciter neceſſaria confeſſis, & abſolutis; valdè tamen vtilia ſunt ob magnos diuinæ gratiæ fructus, quos producunt. Verũ ſi pænitens ægrotus non potuit confiteri, & Pœnitentiæ ſigna dedit, Parochus ei Sacramenta Euchariſtiæ, γ & Extremæ vnctionis, δ etiam cum periculo vitæ præbere debet, & maximè ſi infirmus contritionis actum elicere neſciat; quia attritio cum Sacramento primam gratiam producit, & tunc Extrema vnctio ad ſalutem tam neceſſaria eſt, quam Confeſſionis Sacramentum à Parocho etiam cum periculo vitæ adminiſtrandũ, ſed ſi infirmus aliud Sacramentũ ſuſceperit, vnctio tunc neceſſaria non eſt ε Sacerdos vero, qui non eſt Parochus, ſi Euchariſticum panem morituro, cum periculo vitæ ſuæ miniſtrare nolit, non peccat ζ nam ſine illo æterna ſalus obtineri poteſt. α *Molfeſ. to. 1. tr. 4. c. 3. nu. 52. Lug. q. 3. nu. 31.* β *Suar. Filliuc. nu. 160. Palaus to. 4. tr. 26. p. 8. nu. 5.* γ *Valent. to. 3. d. 3. qu. 4. p. 3. Suar. Fill. Io. Sanch. Diana p. 3. tr. 4. r. 174. Auerſa. Lug.* δ *Io. Sanch. Lug.* ε *Suar. Fill. Poſſeu. c. 9. nu. 41. Diana* ζ *C. Palaus tr. 21. p. 20. nu. 2. F. Lug. l. p. 1. c. 2. q. 3. nu. 30.* κ *Barboſa c. 27. nu. 15. Maior, Capeduil. & alij.*

9 Tempore peſtis non licet Parocho fugere, & gregem ſuum deſerere. Excuſari enim non poteſt, quominus morientibus Sacramẽta præbeat. etiã ſi mortem timeat. Nam bonus Paſtor animam, hoc eſt vitam ſuam pro ouiũ ſalute mortis periculo exponere debet, niſi Miniſtro æquè idoneo vices ſuas conceſſu Epiſcopi committat. ι Tunc ſi corpore diſcedat, animo tamẽ ac prouidẽtia adeſſe, ac gregi ſuo omni ſolicitudine cõſulere debet, ne quid omibus ſuis neceſſarij deſit. Sed ne tunc Parochi κ peſte ſæuienre diſcedant, poteſt Epiſcopus vetare, *Nald. v. Paroch. Ratil. Benzon. de fuga l. 1. d. 1. q. 1. concl. 4. Rip de peſte; M. A. Genuen. cap. 61. Piaſec* ι *S. Anton. Valentia Chapeau. Barb. c. 17. n. 14.* κ *Duard. l. 1. c. 2. q. 2. Scipio. Rubeus. S. Congreg. an. 1576. vide Poſſeu. & Barboſam de Paroch. l. 1. num. 21.* docentes modos, quibus Parochi periculũ mortis euaderi poſſint.

10 Miniſtraturus Sacramentum ſe ad diuinam gratiam recipiendam præparare peccatorum, quorum ſibi conſcius eſt, deteſtatione, ſi miniſter ſit ex officio, & Sacramentum conficere velit, alioquin ſacrilegij reus fiet, vitãque alijs, mortem ſibi ſpiritalem, niſi iam mortuus ſit, inferet. Sancta enim ſanctè tractanda ſunt; præſertim quæ homines ſanctos efficiunt α quanquã ſolam attritionem ſatis eſſe ad dignã Sacramentorum adminiſtrationem aſſerunt nonnulli, β veruntamen in confeſſione non eſt neceſſe Sacramẽti in peccato adminiſtrati ſpeciem explicare, quia circumſtantias aggrauantes confiteri neceſſe non eſt. γ Cæterum ad Sacramenta dignè miniſtrãda peccatorum Confeſſio neceſſario præmitti non debet, ſed peccata ſatis eſt prius propter Deum deteſtari, δ quod ſi quis ſe actũ contritionis elicere non poſſe animaduertat, debet Pœnitentiæ Sacramento ſe præparare ad Sacramenta miniſtranda alijs. ε *Ita* α *S. Thom 3. p. q. 64. a. 4. Caietan. Filliuc. tr. 1. nu 86. Bonac. d. 1. q. 3. p. 2. Suar. 3. p. to. 3. d. 16. Nugn. Peſant.*



Digitized by Google

*Henriq. Vaſq. Layman. Poſſeu. Coninch. F. Lug. & alij Nau. Azor. p. 1. l. 4. c. 4. Campan. Cunha, Barboſa c. 17. nu. 4.* b *Ledeſma c. 6. p. 7.* y *Lug. c. 2. q. 4. contra Ledeſmā, Villal.* b *Suar. ſ. 3. Laym. Vaſq. Ledeſma, Bonac. n. 3. Villal. F. Lug. nu 34. cum alijs contra Marſilium, & Adrianum in 4. qu. 3.* e *Barboſa l. 1. Bonac. & alij.*

11 Quandoq. tamen accidere poteſt, vt Sacerdos ſe Deo reconciliatū eſſe per contritionem cordis, quam verè non habet, ignoranter exiſtimans ſine culpa Sacramentum conficiat, ac miniſtret. Hominem enim humano modo operantem ineluctabilis ignorantia excuſat. f Nec peccat, qui moribundū aliquē Baptiſmi, vel Cōfeſſionis Sacramento expiat læthalis culpæ pondere preſſus, ſi ſubitò per Pœnitentiam perfectam non reſurgat, cū peccato aſſuetus tempus non habet vacādi rationibus ad contritionem corda excitare ſolitis, vel præſens neceſſitas, ac perturbatio Miniſtri animum à cōſideratione peccati diuertit. Ceſſat .n. irriuerentia ob neceſſariam accellerationem Sacramenti, quo proximo in tanta neceſſitate citò ſuccurrendum g Sacramenta ad ſalutem animæ neceſſaria miniſtrantem in peccato improuiſa neceſſitas proximi excuſat; ſecus verò, ſi nō neceſſaria miniſtret, etiamſi mortis periculum immineat; excuſatur etiam Sacerdos, qui excipiens cōfeſſionem moribundi non habet tempus vacandi perfectè peccati ſui deteſtationi, & & vrgens neceſſitas citò abſoluendi cōfitentem diſtrahit à peccati proprij dolore Miniſtrum Sacramenti. Nec grauiter peccat Confeſſarius, qui peccati mortiferi ſibi cōſcius ad audiendam alicuius confeſſionem accedit animo excitandi in ſe actum contritionis, antequam Pœnitentē abſoluat. x Audiendo .n. peccata alterius non agit, ſed patitur, & nihil Sacramentale facit. Ergo nec peccat, interim ſe ad peccati ſui deteſtationem, antequam abſoluat, parare poteſt m ſecus vero dicendum cenſeo de miniſtrante Sacramenta Baptimi, Confirmationis, Ordinis, & Extremæ vnctionis, ſi læthali ſcelere obſtrictus incipiat ablutionem, vel vnctionem animo pœnitendi ante formulæ Sacramantalis prolationem. k Ablutio enim, & vnctio tunc ſunt actiones Sacramentales in peccato non faciendæ ob reuerentiam Sacramentis debitam. Excipe tamen baptizantem in neceſſitate, ac periculo mortis, qui licet peccati læthalis reus ſit, & maximè ſi Laicus ſit, non tam citò poteſt pænitentiæ virtute peccatum ſuū abolere, quam Baptiſmum moribundo miniſtrare citiſſimè debet. f *Suar. to 3. d. 16. ſ. 3. Fill. tr. 1. nu. 86. Henriq. Ledeſma, & alij vnanimiter* n *Coninch. 3. p. q. 64. nu. 22. Vaſq. Laym.* b *Suar. l. 1. F. Lug. n. 38.* x *Diana p. 1. tr. 7. reſ. 47. Aucrſa, Io. Lug. contra Suar. Poſſeu. Bonac.* k *Suar. to. 4. d. 28. ſ. 1. Poſſeuin. c. 5. nu. 41. Auerſa, Io. Lug. d. 8. nu. 158 vide quæ ſcripſi Tab. 2. cap. 28.*

12 Cenſeo eum grauiter non peccare, qui læthalis culpæ ſibi conſcius Euchariſticas particulas ab alio Sacerdote conſecratas diſpenſat, a ſi hoc ſaltem cum peccatorum deteſtatione imperfecta, quæ attritio dicitur, reuerenter faciat, ſecus, ſi ſine attritione, vel ſcelere nondum confeſſione expiato Deum ſub ſpeciebus illis tangere audeat. Si peccauit Oza b Sacerdos tangens arcam fœderis, & ſtatim diuinam vltionem expertus, & percuſſus mortuus eſt iuxta arcam Dei

quan-

Digitized by Google

quanto magis peccat Sacerdos in peccato læthali tractãs manu corpus Domini, ſi peccatum ſuum non deteſtetur. α *Vaſq. 3. p. diſp. 136. c. 3. Nugn. Sylvius, Cabrera, Henricus, Ledeſma vterq. Reyna, Ioan. Crucius Diana p. 2. tr. 14. r. 23.* β γ *2. Reg. c. 7.* Contraria ſententia valde probabilis eſt in peccato mortali miniſtrantem Sacramentum Euchariſtiæ exitialis ſacrilegij reũ effici, dicente Nicolao Pontifice *adulterum Sacerdotem miniſtrãdo Sacramentum Euchariſtiæ ſe tantummodo lædere, & vnde alijs commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbere, cap. finali 15. q. 8. S. Thom. dict. 5. q. 2. a. 2. Palud. Sot. Sayr. Suar. Valent. Coninch. Chameroza, Reginal. Bonac. Ricard. Filliuc. Villal. Dian. Fagun. Laym. Trull. Leſſ. F. Lug. nu 40.*

23 Secundum hanc ſententiã, qui Euchariſtiam multis vna tantũ actione indignè miniſtrat, non multa peccata, ſed vnum tantum committit; γ quia vnica eſt actio moralis in vno cõuiuio ſacro, modo ille ab initio animum habuerit Sacramentum pluribus miniſtrandi, ſecus ſi circa ſingulos diuerſos voluntatis actus habuerit: in Confeſſione autem huius ſacrilegij perſonarum, quibus Euchariſtia ſic ab eo miniſtrata fuit, numerus dicendus eſt. δ *Ita contra Coninch. Bonac. Poſſeuin. c. 5. nu. 59. docent Filliuc. tr. 4. nu. 271. Henriq. Manuel Ouiedus tr. 6. c. 5. p. 5. nu. 14. Tanner. 2. 2. d. 4. q. 2. a. 4.* δ *F. Lug. n. 41. de hac re vide Tab. 2. cap. 19. nu. 61.* Qui vero peccati læthalis ſibi conſcius plures Confeſſiones audit, & Pœnitentes abſoluit, tot læthalia peccata committit, quia plura Sacramẽta miniſtrat. *Vaſq. c. 2. d. 98. c. 3. nu. 9. Palao. to. 1. tr. 2. d. 3. p. 3. Bonac. d. 5. q. 5. ſ. 2. Ouied.* *L. 1.* Laicus vero, qui in neceſſitate Sacramentum aliquod, vt Baptiſmũ, vel forte etiã Euchariſtiam priuatim, α vel citrà neceſſitatem matrimoniũ β publicè cum peccati læthalis conſcientia miniſtrat, nouo ſcelere ſe non obſtringit, α β quia non eſt Miniſter ab Eccleſia per cõſecrationem ad miniſtrandum ex officio Sacramentum conſtitutus, ſed ob neceſſitatem miniſtrat. Licet autẽ Laicus contrahens Matrimonium in peccato mortali ſacrilegium priori cu'pæ addat ob indignam Sacramenti receptionem; leuiter tamen peccat ob eius miniſtrationem. Ignoratio enim obligationis miniſterij ſacri rudes laicos, & inanimaduertentia γ a graui culpa excuſat; quinimmo etiamſi animaduertant ſe læthali culpa oneratos, dum Sacramenta in neceſſitate priuatim miniſtrant, aliud læthale ſcelus non patrant. α *Ita S. Thomas in 4. d. 24. q. 1. a. 3. Caietan. Sot. Ricard. Sylu. Suar. to. 3. d. 16. ſ. 4. Laym. Coninch. Bonac. Tolet. Villal. Trull. Sanch. Dian. p. 3. tr. 4. r. 10. & p. 8. tr. p. r. 5. Fr. Lug. l. 1. c. 2. q. 7. nu. 5. Henriq. contra Adrianum in 4. q. 3. Angelum, Vaſq. Palaum, Reginaldum, qui ſententiam ſuam tutiorem appellat l. 26. n. 28.* β *Ita de Matrimonij Miniſtro Sanch. l. 2. d. 6. n. 4. Suar. l. 1. Palud. Sot. Maior. P. & M. Ledeſma, Lop. Henriq. Coninch. Laym. Mouxe, Heredia, Crucius, Guttier. Villal. Filliuc. Dia p. 3. tr. 4. r. 199. F. Lug. nu. 60. Contra Nauar. c. 1. §. Sacerdos de Pœnit. d. 6. P. Ledeſma, Vaſq. 3. p. d. 36. Baſil. Palaum, Hurtad. Martinum Perez de Matrim.* γ *Durand. Gabr. Laym. l. 5. tr. 1. c. 5. Vaſq. & alij.*

14 Quicunq nõ conficiens, nec miniſtrans Sacramẽtum exercet propriũ ordinis ſui miniſterium in læthalis culpæ

pæ ſtatu, mortiferum ſacrilegium non facit, α vt ſi Sacerdos benedicat nuptijs, aquæ, ſali, fructibus, alijſue rebus, & populo cum venerabili Euchariſtiæ Sacramento; ſi Epiſcopus prima tonſura aliquem inſigniat, ſi oleo, aut veſtibus Sacerdotalibus, aut æri Campano benedicat, ſi virgines, Altaria, Templa, Chriſma, Vaſa ſacra conſecret, vel ſi tantum minores ordines, quos non eſſe Sacramenta, ſed Sacramentalia tantum probabilis ſententia eſt, conferat, vel ſi Diaconus, vel ſubdiaconus ordinis ſui officio ſolemniter fungatur, vel ſi ad populum concionē habeat, dum læthalis culpæ vinculo obſtricti tenentur, læthaliter non peccant. Non enim grauis irreuerentia functionibus illis committitur, quas in gratiæ diuinæ ſtatu exerceri nulla lex iubet, nullum de hac re præceptū extat, ergo nec venialis β culpa eas functiones exercendo committitur, quia nulla eſt culpa, vbi nulla violatio præcepti humani, vel diuini eſt. Vel ſi de rebus ſanctis ſanctè tractandis præceptum naturale eſt, leuis materia γ à graui culpa excuſat. α *Ita Suar. to. 3. d. 16. ſ. 3. Bonac. d. 1. qu. 3. p. 7. Poſſeu. c. 5. num. 60. Auerſa 3. p. q. 64. Sot. Valen. Vaſq. Filliuc. Coninch. Fr. Heredia, Io. Crucius, Cabrera, Syluius. Granad. Hurtad. Præpoſ. Marat. Tāner. Dian. p. 3. tr. 4. r. 195. & p. 8. tr. 1. r. 7. F. Lug. q. 6. nu. 44.* β *Vaſq. p. 3. d. 136. nu. 45* γ *Suar. Coninch. Ledeſma, & alij.* Contraria etiam ſententia probabilis videtur, quia indignè tractatur munus ſacrum à Miniſtro ad illud conſecrato, & Gregorius Pōtifex decernit Clericos peccatores eſſe monendos, & ſub interminatione diuini iudicij obteſtandos, vt in teſtimonium ſuæ damnationis in ſuſceptis etiam ordinibus non miniſtrent *cap. quæſitum de temp. ordin. S. Thom. in 4. d. 24. q. 1. a. 3. q. 5. Caiet. Nau. Angel. Sylu. Victor. Sayr. & alij.*

15 Clerici minores ordines cū peccati mortiferi conſcientia exercentes, & ſacra vaſa, purificatoria, ac corporalia lintea tangentes, vel ſacram Euchariſtiam lapſam è terra eleuantes, vel Sacerdoti rem diuinam facienti inſeruientes non modo non peccant, ſed honeſtas actiones exercent, ſi reuerēter hæc faciant. Idem iudicandum cenſeo de Diacono Euangelium, & de Subdiacono Epiſtolam canentibus, cum ſe læthali ſcelere obſtrictos norunt; etiam ſi propius Diaconus ad rei diuinæ operationem accedat. Quāquam hos leuiter peccare probabile eſt, quia naturale præceptum in re leui violare videntur *Sotus in 4. d. 24. q. 1. a. 8. Suar. l. 1. Bonac. n. 6. Sayr. l. 2. c. 7. q. 2. a. 1. Laym. Filliuc. tr. 1. n. 87. F. Lug. l. 1. c. 2. q. 6. Coninch. contra Angelum, & Sylueſtrum v. Clericus, P. Ledeſmā, & alios.* Concionantem in peccato mortali non peccare grauiter cenſeo, rem enim honeſtiſſimam facit nulla lege prohibitam, neque actum ordinis Sacri exercet, quemadmodum, qui corrigit, iudicat, ac docet peccati læthalis ſibi conſcius, nō peccat. *Ita Sotus in 4. d. 1. q. 5. a. 6. Suar. to. 3. d. 16. ſ. 3. Vaſq. Coninch. Bonac. Laym. Villal. Lug. q. 6. nu. 54. Dian. contra D. Tho. in 4. d. 19. q. 2. Caiet.*

16 Omnia Sacramenta tribus perficiuntur videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & perſona Miniſtri conferentis Sacramentū cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, quorum ſi quid deſit, non perficitur Sacramentum, vt Conciliū Florentinum de Sacramentis, ac Triden-

dentionem decreuere: Ille enim, vt Miniſter Chriſti agit, qui habet intentionem faciendi, quod Chriſtus inſtituit, qui per illum baptizat, abſoluit, panis, & vini ſubſtantiam in corpus, & ſanguinem ſuum conuertit; ſufficit autem intentio actualis, vel virtualis faciendi id, quod facit vera Eccleſia, quæcunque ea ſit. Hæc enim intentio reſpicit confusè diuinam inſtitutionem. Ad virtualem intentionem neceſſe eſt, vt præceſſerit actualis intentio, vel in actu ſignato, vel exercito. Intentio merè habitualis non ſufficit ad Sacramentum conficiendum, ſiue ſit ſolus habitus, ſiue volitio præterita iam interrupta. Non enim influit per ſemet in externam actionem libero, & humano modo, quare ſi quis puerum ſacro fonte abluere propoſuerit, & poſtea propoſiti huius nec actu, nec virtute permanentis, tamen non renocati immemor per ſolā imaginationem, vel per conſuetudinem illum aqua perfundat cum verborum prolatione, Sacramentum non efficit, *Bonacina d. 1. q 3. p. 2. §. 3. Sayr. l. 2. c. 4. q. 5. a. 2 Vega, Lug. c. 2. q. 10. n. 81. Suar. to. 2. d. 13. ſ. 3. Coninck. Bonac. Henriq. Laym. Filliuc. Vaſq. contra Henriquium, Nau. Tol. Valentiam.*

17 Si quis miniſtret Sacramentum ſub conditione de præſenti, vel de præterito, valet ſtatim Sacramentum, ſi conditio verè ſubſiſtat; ſecus verò, ſi non exiſtat conditio; nam poſita conditione intentio fit abſoluta; ſi verò conditio deficiat; deficit intentio conferendi Sacramentū. Si verò aliquod Sacramentum ſub conditione de futuro contingenti, excepto matrimonio, conferatur, v. g. ſi quis baptizetur, vel abſoluatur, vel ordinibus initietur, ſub conditione reſtitutionis, vel alterius actionis cras faciendæ, nullum efficitur Sacramentum, quia miniſter non vult illud facere, donec impleatur cōditio, nec tempore conditionis adimpletæ illud facit, cum materia, & forma, quæ ad rationem intrinſecam Sacramenti ſpectant, tunc non exiſtant, matrimonium verò cum ſit cōtractus, ſub conditione de futuro validè celebratur, *Suarez to. 3 d. 3. ſ. 3. Vaſq. 3. p. d. 146. n. 4. Bonac. d. 1. q. 3. Reginal. l. 26 nu. 39. Laym. Filliuc. Villal. Coninch. Fr. Lug. q. 11. Sanch. de matr. l. 5. d. 1.*

18 Conditio de futuro neceſſario non irritum reddit Sacramentum, niſi Miniſter animum habeat ſuſpendendi Sacramentum; donec illa conditio de neceſſario adimpleatur, vt ſi quis dicat. *Ego te baptizo, vel ego te abſoluo, ſi cras ſol orietur*; ſi horum verborum ſit hic ſenſus. Ita verè *te baptizo, quā uerum eſt ſolem cras oriturum*, validè fit Sacramentum. validè etiam fit, ſi Miniſter ſciens, & prudens illud conficiat ſub hac conditione, *ſi Deus ſcit hoc eſſe futurum*, vel *ſi es prædeſtinatus*, ſi conditio ſubſiſtat verum graue ſacrilegium committitur, ſi hoc modo Sacramentum adminiſtretur, & ſic adminiſtratum ſub conditione reiterandum. Grauiter etiam peccat, qui abſque rationabili cauſa in Sacramento conficiendo adhibet conditionem non ſolum de futuro, ſed etiam de præſenti, vel de præterito, nam temerè ſe exponit periculo non conficiendi Sacramentum, ſi conditio non ſubſiſtat. Si vero dubitetur de valore facti prius Sacramenti, vel an materia, vel diſpoſitio recipientis Sacramentum, ſufficiat ad illud conficiendum, ac recipiendum, licebit Sacramentum ſub conditione, vel de præterito, vel de

præ

Digitized by Google

præſenti miniſtrare, α *Henriq. l. 1. c. 16. nu. 7. Villalob. F. Lug. nu. 89. contrà Coninch. q. 64. nu. 81.* β *Suar. l. 1. contra Coninch. l. 1.* γ *Reginal. l. 2.*

19 Ad Sacramentum validè conficiendum requiritur, vt miniſtri intentio ad certam materiam, aut perſonā dirigatur, circa quam ſine deceptione erga ſubſtantiam verſetur. α Nam formæ Sacramentorū, aut pronomen demonſtratiuum habent, aut ad certā perſonam diriguntur. Cum enim miniſtrantis intentio efficax eſſe debeat, oportet, vt circa ſingularia verſetur, nam circa ea actiones fiunt. Debet autem Miniſter in omnibus Sacramētis excepto Matrimonio intentionem ſuam ad præſentem materiam, & perſonam ſimpliciter dirigere ſine vlla exceptione, vel excluſione, vel tacita conditione non faciendi Sacramentū, ſi materia, vel perſona ſit diuerſa, niſi ratio, vel neceſſitas ſpecialis ad limitandam ſic intētionem obliget. β Alioquin ſine cauſa exponet ſe periculo irritum faciendi Sacramentum. Talem etiam intentionem Miniſtri eſſe, qualis eſt debita, & vſitata, cenſendum eſt; ideo ſi quis puerum baptizet, quem putat eſſe puellam, vel ſi Petrum abſoluat putans eſſe Robertum, Sacramentum validè conficit, ſi duas conſecret Hoſtias vnam eſſe exiſtimans, vtranque conſecrat, ſi Epiſcopus initiandis Clericis dicat nolle ſe quenquam cenſurę vinculo innodatum, vel irregularem ordinare, deinde ſi accedentem ad ſe irregularem, vel excommunicatum, quem talem eſſe ignorat præſul, ad ſacrum ordinem ritè promoueat, verum ei confert Sacramentum. Tunc enim à conditione generali recedens, ordinandi hunc particularē intentionem habet. γ Verum ſi Miniſter intentionem ſuam ad hanc perſonam v. g. ad Petrum, vel ad hanc Materiam excluſa omni alia determinet, ſi in alia materia, vel in alia perſona per errorem Sacramentum conficiatur, irritum erit, δ cum intentio Miniſtri ad priorem perſonam, vel materiā determinata maneat. In Matrimonio error perſonæ impedit, quo minus fiat Sacramentum ex defectu conſenſus voluntarij, qui reſpicit indiuiduas conditiones contrahentis, & iuxta illas determinatur ε quod non ſolet fieri in alijs Sacramentis, in quibus conficiendis error ſpeculatiuus Miniſtri intentioni practicæ haud nocet. *Ita* α *Suar. 3. p. to. 3. d. 13. ſ. 3. Fill. tr. 1. nu 79. Coninch. Lug. & alij* β *S. Thom. in 4. d. 30. q. 1. a. 1. Sylu. Swyr. Tab. Vaſq. Tol. Bonac. d. 2. q. 2. p. 4. n. 26. Victoria P. Ledeſma, Sotus, Palaus, F. Lug. c. 2. q. 1. 2. Reginal. Coninch.* γ *Laym. l. 1. tr. 1. c. 4. num. 6. Bonac. Henriq. & alij* δ *Sylu. v. Baptiſmus, Suar. Sot. Filliuc. Villal. Lug.* ε *S. Thom. l. 1. Sot. Sanch. cum alijs de matr. l. 1. d. 18. n. 12. Vaſq. Laym. Villal. & alij.*

20 Contrarietas intentionum ex ignorantia concepta non impedit, quominus fiat Sacramentum, α nullus enim Miniſter, quamuis hæreticus ſit, cenſetur ita velle Sacramentum conficere ſecundum mentis ſuæ errorem, vt nolit facere, quod facit Eccleſia vera, etianſi hæc ſit Romana, & Catholica Eccleſia, quod ille ignorat, talis ſiquidem modus requirit nimiam actuum mentis reflexionem ex odio, & maxima pertinacia prouenientem, propterea ſi Miniſter animum habeat Sacramentum faciendi ſecundum diuinam inſtitutionem, & veram Eccleſiæ conſuetudinem, non vero quod

facit

ſam Romana Eccleſia, quia putat illud fieri poſſe ſine hoc, niſi ſit omnino peruerſæ mentis, eliciet intentionẽ conditionalem hoc modo, ſi poſſum, facere volo Sacramentum à Chriſto inſtitutum non faciendo, quod Romana Eccleſia præſcribit, ſed conditione non ſubſiſtente priuatũ errorem corriget per generalem intentionem, nec intentio præcipua ad faciẽdum Sacramentum neceſſaria impeditur per oppoſitam conditionalem, cum conditio deficit, vt ſi quis baptizare velit ſecundum diuinam inſtitutionem, & ſecundum Lutheranam ſectam, ſi hæc cum illa conueniat, non ſecundum Romanam Eccleſiam, ſi hæc à Chriſti inſtitutione diſcrepet, Baptiſma verè, ac validè fiet, cum appoſita conditio non ſubſiſtat, ſecus ſi contraria volitio ſit præcipua. Hæc enim etiam cõfuſam intentionem ad Sacramentum validè conficiendum neceſſariam deſtruit. *Ita & Suar. to. 3. d. 13. ſ. 2. Vaſq. d. 138. nu. 63. Sanch. l. 2. c. 10. Henriq. F. Lug. & alij ꝑ Suar. l. 1. Bonac. d. 1. q. 3. Filliuc. Coninch. Henriq. l. 1. c. 10. nu. 6.*

21 Chriſtianus falsò exiſtimãs Matrimonium nõ eſſe Sacramentum illud contrahat animo faciendi, quod Eccleſia facit, vel quod Chriſtus inſtituit, verum efficit Sacramentum, nam voluntas vniuerſalis, & confuſa ſufficit, & ſine hac ſaltem non fit Sacramentum, vt ſi quis velit contractum ſolum Matrimonij, non verò Sacramentum inire, nam ſine intentione non fit Sacramentum, *Suar. Sanch. l. 2. c. 10. nu. 6. Henriq. l. 1. F. Lug. nu. 99.*

22 Licet Sacramenta ſine ritibus accidentalibus, hoc eſt ceremonijs ab Eccleſia præſcriptis validè adminiſtrari poſſint; hoc tamen facere non licet, quia traditio, ac primæ fidelium & plura Conciliorum, ac Pontificum decreta, ritus in ſingulis Sacramentis adhibendos præſcribunt, eoſque Eccleſia iubet adhiberi, & legis ſuæ præuaricatores ſecundum grauem, vel leuem materiam grauis, vel leuis culpæ damnat, α contemptum verò huius legis graue peccatum contra religionẽ eſſe certum eſt, ꝑ is autem ceremonias contemnere dicitur, qui eas putans ſuperſtitioſas eſſe, vel ſuperfluas, vel quid ſimile non obſeruat. Ille verò eaſdem non contemnit, qui ex negligentia, & incuria quadam circa earũ obſeruantiã frequenter delinquit exiſtimans ſe leuiter peccare, nec grauiter peccat, vbi leuis materia eſt, qualis eſt omiſſio verbi in precibus, vel alicuius ritus accidentalis, vt eleuationis vel extenſionis, vel coniunctionis manuum in miſſæ celebratione. Excuſat quandoque inaduertentia, vel linguæ impedimentum, vel neceſſitas. Cæterum grauiter peccaret Latinę Eccleſiæ Sacerdos, qui in fermentato pane Euchariſtię Sacramentum conficeret, vel ſi aquæ parum vino in calice non miſceret, qui citra neceſſitatem ſolemnem in Baptiſmo miniſtrando ritum non adhiberet, nec licet Epiſcopo variare, ſeu mutare ritus à Summo Põtifice præſcriptos. Inferior enim non poteſt Superioris legem ꝑ abrogare. *α Concilium Trident. ſeſſ. 7. can. 13. Bellarm. lib. 2. de Sacram. c. 29. Suar. 3. p. to. 3. d. 1. ſ. 1. d. 16. ſ. 5. Reginal. l. 26. nu. 59. ꝑ Filliuc. to. 1. n. 89. Bonac. d. 1. q. vlt. Diana p. 7. tr. 10. r. 31. F. Lug. d. 1. c. 2. q. 12. C. Palaus tr. 18. p. 16. Coninch. Sayr. Valentia, Henriq. Bonon. & alij.*

23 Vnius Sacramenti vnus regulariter debet eſſe miniſter, qui vicem Chri-

Chriſti gerat; Matrimonium duo miniſtrant contrahentes illud, ſponſus, & ſponſa. In cæteris Sacramentis ſi plures ſimul concurrant ſinguli cen cauſæ totales independentes ab alijs formulam Sacramentalem ſimul ſuper debitam materiam proferentes, vt plures Sacerdotes ordinationis die cum Epiſcopo eandem hoſtiam conſecrantes, vnum Sacramentum conficiunt; ſi quis verò formalia verba prius, quam alij finiat, ſolus Sacramentũ perficit, α ſic præcurrens alijs vnus accipit brauiũ. Verum extra ordinationem non licet pluribus eandem hoſtiam conſecrare. β Extremæ vnctionis Sacramentum, ſi neceſſitas poſtulet, plures Sacerdotes miniſtrare licitè poſſent, ſi vnus vnam vnctionem, alius aliã peragant, & partiales formulas proferant. Sic duo Sacerdotes poſſent neceſſitate poſcente Euchariſtiam cõficere, alter hoſtiam, alter vinum in calice conſecrando. α β *S. Tho. 3. p. q. 66. a. 5. Henriq. Lug. num. 107. Suar. par. 3. to. 3. d. 23.*

24 Si vnus in Baptiſmo hominem abluat, alter vero Baptiſmi formulam proferat, non conficiunt Sacramentũ. γ Verba enim illa *ego baptizo te* ſignificant ablutionem Phyſicam, non moralem, & verum ſenſum tunc temporis non retinent, cum verè non abluat, qui formam profert, cum tamen contraria ſententia probabilis cenſeatur; potest in neceſſitate mutus abluere, & mancus Baptiſmi verba proferre ſecundum formulam Græcam, qua Baptiſtæ perſona pronomine non demonſtratur, & verus formæ ſenſus retinetur, δ præſtat enim Baptiſmum dubium, quam nullum indigenti conferre. Verũ ſi formæ partem aliam vnus, & alius reliquam proferat, nullum cõferent Sacramentũ, ε quia formæ ſenſus deſtruetur. *Ita γ contra Marſilium, Caietanum, & Rubeum docent S. Thomas, S. Bonauentura, Trullench. Auerſa, Vaſq. Laſſ. Paleus, Scotus, Aleſſ. Gabr. Richard. Palud. Sot. Brancat. Suar. Coninch. Peſant. Nugn. Pitig. Chamerota, Reginal. Valen. Tol. Bonac. d. 2. q. 2. p. 4. nu. 23. cum alijs, δ Suar. l. 1. Amicus, Hered. Chapeauil. Henriq. cum alijs l. 2. c. 12. num. 1. F. Lug. c. 2. q. 12. nu. 110. contra Meratiũ, Granad. Tanner. Filliuc. Ochagauiã G. Hurtad. Trullench. & alios.*

25 Ad dignè miniſtranda Sacramenta neceſſaria eſt in Miniſtro gratia habitualis re exiſtens, vel ſaltem exiſtimatione. Reuerentia enim Sacremento debita exigit, vt Miniſter lethalis culpæ ſibi cõſcius nõ ſit, ignorantia autem hominis ſe in gratia Dei eſſe probabiliter exiſtimantis eum excuſat in peccato Sacramẽta miniſtrãtem, *Ouied. tr. 7. contr. p. 6. nu. 76.*

## De effectu Sacramentorum. Cap. VII.

1 PRecipuus Sacramentorũ omniũ effectus eſt gratia, tũ habitualis, tum Sacramentalis, ideſt propria cuiuſuis Sacramenti, A quam ſolum moraliter α produci aſſerunt nõnulli, alij verò nõ ſolum moraliter, ſed phyſicè β etiam gigni affirmant. Secundarius effectus trium Sacramentorum proprius ideſt Baptiſmi, Confirmationis, & ordinis eſt indelebilis caracter, de quo Apoſtolus 2. ad Corinthios 2. ſcribit *vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris*, eſt autem caracter inſigne

Digitized by Google

gne quodam animæ impreſſum, eique perpetuò, indelebiliterque adhæret, vt nota, quâ Chriſti milites dignoſcuntur. ψ Sacramenta nouæ legis ſuſcipientibus abſque peccato læthali conferunt gratiam habitualē, à ſic Deo, & Chriſto Domino volente redemptionis noſtræ efficaciam, & liberalitatis ſuæ diuitias oſtendere. Habitualem gratiam virtutes infuſæ, & dona comitantur. Dant etiam Sacramenta gratiam propriam, ac peculiarem, quæ Sacramentalis appellatur. Hæc ſpecialia quædā auxilia ſuperaddit ad conſequendum cuiuſque Sacramenti finem, ε nam Baptiſmus ad cōformandos nos Chriſto, ſeruandaque Dei præcepta fert auxilium, Confirmatio ad confitendā fidem corroborat. Eucharistia charitatem conſeruat, & auget. Extrema vnctio aduerſus tentatoris iniqui tela in Mortis agone nos armat, ac præmunit, pænitentia peccata expiat, & pro ipſis Deo ſatisfacit, Ordo nos ad exercenda religioſe ſacra miniſteria præparat, & inſtruit, Matrimonium efficit, vt coniuges in eo ſtatu fideliter, caſtè, ac piè conuiuant. Ad hæc cōſequēdā neceſſe eſt, vt ſuſceptor Sacramenti tempore, quo recepturus eſt auxilia, in gratiæ ſtatu ſit. Qui.n. in peccato eſt, diuinis, & ſupernaturalibus donis indignus cenſetur; deinde opus eſt, vt careat diſpoſitione, ſeu vitio donis illis repugnante, ſ qualc eſt odium charitati, quæ in Matrimonio, & Euchariſtia datur, contrarium. Voluntaria mentis euagatione, & venialis culpa gratiam Sacramentalem ſæpè impediunt, quæ ſi propter peccatum amittitur, per pænitentiam recuperatur, & præſertim, quæ Sacramentis Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis, Matrimonij, & extremæ vnctionis η produci ſolet, *a Sayr. l. 5. de Sacr. c. 1. a. 3. Reginal. l. 26. nu. 46. Tolet. l. 2. cap. 16.* β *Vaſq. Coninch. Becan. Palaus.* γ *Suar. d. 9. ſ. 2. Bonac. Poſſeuin. Trullen.* η *Catech. Rom. S. Auguſt. l. 2. Epiſt. cap. 13. & Epiſt. 50.* δ *Concil. Triden. ſeſſ. 7. Florent. Suar. Vaſq. Bellarm. Coninch. Paludan.* ε *S. Thom. 3. p. qu. 62. a. 2. Caiet. Reſſent. Filliuc. tr. 1. num. 94. Bonac. d. 1. q. 4. Villal. Paſqualig. d. 54. ſ. 7.* ζ *Suar. to. 3. d. 7. ſ. 4. Fill. n. 100.* η *Henriq. l. 1. c. 10. nu. 8. F. Lug. d. 1. c. 3. q. 1.*

θ Vt ſol in omnes æqualiter ſuos effundit radios, ſic ſol iuſtitiæ Chriſtus ſingula Sacramenta ſuſcipientibus æqualem impertit gratiam, ſi æqualiter diſpoſiti ſint, inæqualē verò inæqualiter affectis gratiam tribuit. Deus enim non eſt perſonarum acceptator, bonorum autem remunerator eſt. Melior diſpoſitio ſubiecti meliorem exigit formam. Ergo & homo melius affectus, ſeu præparatus maiorem gratiam accipit à Sacramento, quod ſuſcipit. Ideo Diuus Ioannes Damaſcenus libro IV. de fide capitulo X. ſic ait *remiſſio peccatorum omnibus æquè per Baptiſmum donatur, gratiæ verò ſpiritus Sancti ſecundū proportionem fidei, & puritatis*. Tridentinum etiam Concilium de iuſtificatione per Baptiſmū loquens ſeſſione VI. cap. VII. dicit ſingulos recipere iuſtitiam *ſecundum menſuram, quam ſpiritus Sanctus partitur ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſq. diſpoſitionem, & cooperationem*, ſicut ſemen bonum pro diuerſa, vel æquali diſpoſitione, ac cultura terræ maiorem hic, minorem iſtic, illic æqualem fructum producit, ita Sacramenta ex opere operato maiorem, vel minorem, vel æqualem pariunt gratiā pro maiori, vel minori, vel æquali diſpoſi-

ſpoſitione illorũ, qui eadem recipiunt. Sacramenta etiam, dum nõ ſint æqualia; nam Euchariſtia cæteris præſtat dignitate, cũ ipſum authorem ac fontem gratiæ contineat, ſecundum diuerſitatem, ac diſparitatẽ ſuam maiorem, vel minorẽ gratiam gignunt, quæ ſunt nobiliora, plus gratiæ afferunt. *Ita ss. Auguſt. Chryſoſt. Nazianzenus apud Suarium ſ. 5. S. Thom. 3. p. q. 69. 5. Bonauent. Alenſ. Ricard. Coninch. Layman. Filliuc. Bonac. Luguſ. verò Sotus contra Caietanum, & Paludanũ aſſerentes Sacramenta producere inæqualem gratiam, illam ex inæquali bonitate Miniſtri, hanc verò ex ſola Dei prædeſtinantis voluntate.*

3 Quiſquis abſque iuſta cauſa Sacramentum petit ab indigno Miniſtro non parato, quem credibile eſt in ipſa adminiſtratione Sacramenti ſacrilegũ fore, contra charitatis legem grauiter delinquit; quemadmodum, qui mutuum à fœneratore cum vetitis vſuris mutuaturo, vel iuramentum à peieraturo, abſque cauſa rationabili poſtulat. Nam charitatis lege generatim tenemur cauere, ne cuiquam grauiter peccandi anſam præbeamus, neue ad grauiter peccatum faciendum, quemquam inducamus, quando ſine graui incommodo, vel detrimento noſtro alterius culpam lethalem euitare poſſumus. Verum ſi abſque vlla neceſſitate, aut cauſa à parato petimus ea, quæ cum eorum graui ſcelere præſtitum eſſe probabiliter exiſtimamus, venialem culpam committimus. Leuiter enim cõtra charitatem delinquimus, cum ſine cauſa petimus ab aliquo facere cum graui culpa parato, quæ abſque culpa præſtare poteſt. Contrariã tamen ſententiam nonnulli probabiliorem exiſtimant, quia ad hoc numero peccatum inducimus eum nulla neceſſitate ducti, quod euitare poſſemus. *Ita Sanchez. Decal. l. 1. c. 8. nu. 4. Buſil. l. 5. c. 18. nu. 50. Suar. Vaſq. F. Lug. c. 5. q. 3. nu. 28. Fagund. præc. 3. l. 5. Villalob.* Et in petitione mutui, vel iuramenti. *Molina to. 2. d. 325. Syluest. Aragon. Valentia, Salon. Sanch. & Sot. in 4. d. 5. q. 6. Caietan. duo Ledeſma, Nau. Bannes, Salas, P. Hurtad. Valboa, Diana p. 7. tr. 12. r. 33. Cartagena, Cabrera, y Valb. P. Hurtad. Diana Sanch. F. Lug. nu. 29.*

4 Probabilis eſt ſententia Doctorũ aſſerentiũ illicitum eſſe à notorio Concubinario, ſeu Scortatore publico Sacramenta petere, vel eius miſſam audire, hoc enim ſacris legibus prohibetur, & illa dignè miniſtrare nequeunt, quia ipſo iure ſuſpenſi eſſe cenſentur. Notorius autem, ſeu publicus Concubinarius ille eſt. Cuius delictum per confeſſionem in iudicio factam, vel per ſententiam, aut legitimam teſtium depoſitionem, vel per euidentiam facti notum eſt. *Ita ex cap nullus, cap. præter hoc d. 32. cap. veſtra, cap. quæſitum, de cohabit. Cler. ac Mulier. Abbas, Maiolus, Syluest. Tolet. Nauar. c. 25. n. 76. Azor. to. 1. lib. 6. c. 7. q. 5. Armilla, Vega, Lop. Ita Doctores in C quæſitum de cohab. Cler. Sylu. v. concubin. Tolet. l. 1. c. 47. F. Lug. c. 5. q. 4. nu. 30.*

5 Verum probabilior eſt ſententia aſſerentium Concubinarios, ac Scortatores etiam notorios nõ eſſe ſuſpenſos, ex vi iuris, nec vitandos in diuinis pluſquam reliquos miniſtros peccatores. Iura enim allata non exprimunt ſuſpenſionẽ latam, ſed ad ſummum ferendam, & Tridentinum Concilium irrogandam iis ſuſpenſionis pœnam decernit, & ſi antiqua iura talem

pœnam

pœnam in notorios concubinatus, aut fornicationis reos ipſo facto ſubeundã ſtatuiſſent, iam contraria cõſuetudine abrogata eſſent, vel extrauagante Martini V. conſtitutione, quæ concedit liberam communicationem cum omnibus, præterquam cum denunciatis, aut notorijs Clerici percuſſoribus. *Ita Suar. 3. p. to. 3. d. 18. ſ. 1. Sot. in 4. d. 1. q. 5. Manuel, Medina Sayr. Auila, Garcia Henriq. Fagund. Coninch. Villalob. F. Lug. c. 5. q. 4. nu. 30.*

## De mercede adminiſtrantium Sacramenta. Cap. VIII.

1 SI neceſſitas extrema vrgeat ſuſcipiendi alicuius Sacramenti, vt Bapuſmi, vel Pœnitentiæ, vel Extremæ vnctionis, vel Eucharistiæ, nec alius adſit Miniſter, quã auarus, qui nolit Sacramentum illud miniſtrare, niſi detur ei pecunia. Licebit ei pretiũ dare, vel etiam pecuniam offerre non ad emendum Sacramentum, ſed ad redimendam vexationem, vel ad eum alliciendum ad opus neceſſarium, ſeu ad tollendum impedimentum prauæ voluntatis. Idque non ſolum in extrema, ſed etiam in graui neceſſitate, tam paruuli, quam adulti facere licebit. In hoc enim facto nulla fit irriuerentia, vel iniuria Sacramento, neque enim dat pecuniam, vt pretium illius, ſed vt inducat Miniſtrum ad faciendum opus debitum, ne priuet aliũ remedio ad ſalutem neceſſario. Nam ſi, vt Adrianus ait, licet Sacerdotem inducere precibus, aut minis, ergo & pecunia, quæ, vt cætera bona temporaria, nobis conceſſa eſt, vt ad æternam ſalutem cõſequendam nos adiuuet. *Ita docent Albertus, Altiſiodorenſis, Adrian. S. Bonauent. in 4. d. 5. a. 2. q. 1. Suar. l. 4. de Simonia cap. 12. Filliuc. tr. 45. n. 12. B. Pontius, P. Hurtad. Bonac. Dian. p. 5. tr. 5. r. 29. Laym. l. 4. tr. 10. Fr. Lug. l. 1. c. 5. q. 5. num. 37. contra D. Thom. Alenſ. Palud. Turrecr. Syluest. Gloſſã in cap. Baptizandis* aſſerentes in nullo caſu licere dari pecuniam quouis prætextu, vel titulo pro Sacramento etiam in extrema neceſſitate *contra Abbatem, Redoanum, Caiet. Maiorem, Angelum, Tabienam, Sot. de iuſt. lib. 9. q. 6. a. 1.* qui non ſolum ad redimendam vexationem, ſed etiã ad emendum Sacramentum in extrema neceſſitate pecuniam licitè dari poſſe contendit, *Leſſ. lib. 2. c. 35. nu. 37. Sotus lib. 9. de iuſt. q. 6. a. 1. Bonac.* qui dicit licitè poſſe dari pecuniam in pretiũ Sacramẽti, & id iurari ſic poſſe in neceſitate, ſi iuramentum Miniſter prauus exigat, & ſi religionis, ac Sacramenti contemptus abſit. Hanc doctrinam improbabilem, & horrendam appellat Suarius; fatetur tamen in tali euentu licere vti amphibologicis verbis, vel cum reſtrictione mentali, qua ſecludatur emptionis intentio, vt ſi à ſuſcipiente Sacramenta verba illa mente addantur iuro me emere Sacramentum, ſi hoc licet, & non aliter, *Suar. nu. 16. Hugol. tal. 1. cap. 6. nu. 5. Bonac. num. 3. Fillinc. Fr. Lug. nu. 41.*

2 Ex his conſequenter dico Miniſtrum non petentem pecunias pro Sacramento, ſed nolentem illud miniſtrare ex odio, alioue prauo affectu licitè poſſe pecunijs, alijſue donis allici vel induci ad Sacramentum indigenti miniſtrandum. Licet etiam pecunias



Digitized by Google

Epiſcopis offerre, vel dare, vt diuini verbi prædicatores, vel Sacramentorum miniſtros mittant in regionem, vel vrbem illis validè indigentem. Sic Tiranno Iudæo, vel Turcæ pecunia licitè dati poteſt, ne Sacramento Euchariſtiæ, quod apud ſortè ſe retinet, iniurias inferat. *Ita Suar nu. 17. Leſſius n. 34. Bonac. n. 4. Villalob. Adrian. Hugolinus Tab. 1. c. 38. n. 5. Fr. Lug. ſ. 5. q. 5. nu. 41.*

3 Pro laboribus extrinſecis vel accidenter coniunctis cum actione ſacra, ſiue eam præcedant, ſiue comitentur, licet aliquid dare, vel accipere. Sunt enim labores temporales, & pretio æſtimabiles; nec cum ſacra actione neceſſariam habent connexionem. Sic Cantores pro cantu, vel modulato ſono in ſacro officio, vel ſacrificio adhibito aliquid exigere ratione laboris poſſunt. Sic Sacerdos, ſi longum iter adminiſtrandi Sacramenti gratia faciat, vel aliquem diu expectet, vt rei diuinæ à ſe faciendæ interſit, pro his iuſtè aliquid exigere poteſt. hæc recepta Doctorum ſententia eſt, *Leſſius l. 2. c. 35. nu. 45. Bonac. de Simonia d. 1. q. 6. Laym. lib. 4. tr. 10. c. 8. n. 41. F. Lug. l. 1. c. 5. q. 4. nu. 51.*

4 Probabilius eſt laborib⁹ extrinſeco ex parte ſolius operantis, qui ſenex, aut tardus, aut debilis, aut nobilis eſt, non augeri pretium operis. Opera enim viri nobilis fodientis terram pluris non æſtimatur, quam ruſtici opera. *Ita Suar n. 11. Fillinc. tr. 45. nu. 49. Fr. Lug n. 51. contra Bonacinam n. 5. & 9.*

5 Pro laboribus intrinſecis ſacræ actioni non licet pretium propriè exigere, vel accipere, ſed ſolum ſtipendium ad ſuſtentationem. *Quia dignus eſt operarius cibo ſuo* Matth 10. *Dignus eſt Operarius mercede ſua* Luca 10. æquum eſt, *vt qui altari ſeruit, de altari viuat.* Labor extrinſecus actioni ſacræ non poteſt ab eius ſanctitate ſeparari, vt prolatio verborum, motio membrorū manans ab intellectu, & voluntate miniſtrantis. Ergo vendi licitè nequit ſine iniuria ſanctitatis intimè eidem coniunctæ, ratione cuius opus ſpirituale cenſetur ſi cū corporali labore concurrente fiat. Cum enim corporalis labor ſine ſpiritualis operis fructu nihil proficiat. *Quiſquis horū alterum vendit, ſine quo, nec alterum prouenit neutrum inuenditum relinquit, ex cap. ſi quis 1. q. 3. S. Thom. in 4. d. 25. q. 3. a. 2. q. 2. Sotus, Caietan. Durandus, Palud. Gabriel. Abul. Abbas, Io. Andreas, Suar. Sylueſt. Villal. Leſſius l. 2. c 35. Laym. l. 1. Bonac. F. Lug. nu 52. Reginald. l. 25. nu 391. contra Adrianum, Altiſiodor. S. Bonauenturam in 4. d. 25. a. 1. q. 4. Angelū, Hoſtienſem l. Clarum, Ricard. & alios.*

6 Labor præcedens, vel ſubſequens actionem ſacram pretio æſtimabilis eſt ex natura ſua; vt ſtudium concionatoris ante ſacram concionem, vel eiuſdem defatigatio in magna vocis contentione, animique intenſa cura, in concionando, & labor Sacerdotis in canenda Miſſa, vel in itinere faciendo rei diuinæ faciendæ gratia, vel Sacramenti adminiſtrandi cauſa. *Ita Bonacina d. 1. q. 6. p. 3. n. 4. Lug. n. 54. contra Suar. l. 4. de Simon c. 2. nu. 3.*

7 Obligatio celebrandi Miſſam, vel Sacramenta adminiſtrandi, aliaue ſacra præſtandi tali tempore, vel loco diſtanti, ſiue expectandi talem horam, ſiue proficiſcendi ad ſtatutum locum ad ſacræ rei operationem pretio æſtimari, ac compenſari poteſt; æquum enim eſt, vt obligatio illa cum ratione corporalis oneris extrinſeci laboris,

vel

Digitized by Google

vel incōmodi ſubeundi in ſacris functionibus præmio aliquo compenſetur. Nam omnis labor optat præmium. *Hæc eſt recepta communiter ſententia Doctorum. Abbas in cap. ſignificatum de præbendis nu. 8. Innocentius ibi, & in cap. 3. de Prælatis. Caiet. v. Simonia reg. 5.* dicens licitum eſſe locare operam ſpiritualem ratione corporalium, quæ per accidens ei adiunguntur. Verum tutius eſt in ſacrarum actionum obligationibus pecuniam accipere titulo ſolius ſuſtentationis, niſi pactum circa ſuſtentationem turpis auaritiæ, vel ſimoniæ ſpeciem non præſeferat, vt ſi Sacramentum non administretur, niſi pecunia ante data ſit, vel de ea danda cautio præſtita ſit. Hoc enim vetitum eſt, *cap. in tantum, & cap. audimus de Simonia. Layman. l. 4. tr. 10. c. 8. nu. 41.*

9 Verum, vt merces Sacerdotum copioſa in Cœlis ſit, & perfectius illud obſeruent, *gratis accepiſtis, gratis date*, præſtat pecuniam etiam ſponte oblatam pro Sacramentorum adminiſtratione non acceptare, vt monet Poſſeuinus, quamuis dicat recipi poſſe, quicquid ſponte fuerit oblatum *cap. 5. num. 15. Fr. Lug. nu. 58.*

## Sacramenta non adminiſtranda ſunt indignis. Cap. XI.

1 Sacramentorum Miniſter nō debet ea indignis miniſtrare, cum enim illi tanquam ſeruo prudenti, bono, ac fideli, quem dominus conſtituit ſuper familiam, hoc miniſteriū commiſſum ſit, Domino parere debet dicenti. *Matth. 7. nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos*, hoc eſt, ne ſacra indignis miniſtrate, α quod præceptum negatiuum eſſe, non affirmatiuum cenſeo, β quale eſt præceptum quintum Decalogi prohibens nos occidere. Cum tamen aliquando ſine peccato occidere hominem poſſimus, vt in bello iuſto, vel ad vim vi repellendam. Sic Sacramenta peccatori indigno quandoque miniſtrare licet, quod ſi iuſta aliqua cauſa miniſtrantem indigno ſacra non excuſat, commiſſionis potius, quam omiſſionis peccatum perpetrat. Quiſquis ergo Sacramenta miniſtrat, eam diligentiam in indaganda ſuſcipientis diſpoſitione adhibere debet, qualem cuiuſque Sacramenti conditio poſtulat, v. g. an qui petit Baptiſmum, fidem, & cætera requiſita habeat v. g. an qui Sacramentum confirmationis, Euchariſtiæ, aut Extremæ vnctionis poſcit, Catholicorum more viuat, & ius habeat petendi, an eum lethalis culpæ nondum expiatę reum eſſe conſtet, nec ne, an qui abſolutionem Sacramentalem petit, propoſitum habeat abſtinendi à culpis, reſtituendi malè ablata, ſatisfaciendi officio ſuo, an qui ordinis, aut Matrimonij Sacramenta petunt, habeant conditiones à Tridentino Concilio γ præſcriptas, *ſeſſ. 21. 23. 24. α Suar. 3. p. tom. 3. d. 18. ſ. 2. Filliuc. tr. 1. nu. 91. Palaus to. 4. tr. 18. p. 14. Lug. & Alij commun. β Vaſq. 3. p. d. 209. n. 6. F. Lug. c. 6. q. 1. contra Suarium d. 67. ſ. 1. γ Sot. Henriq. Bonacina, Palaus, Tolet. Poſſeu. & alios.*

2 Sacerdos, vel Diaconus mortifero ſcelere obſtrictus, ſi ex præconſecratis formulis Euchariſtiam accipiat, duplex præceptum violat, alterum de

 non

non recipiendo indignè, alterum de non miniſtrando indignis Sacramento, propterea duplicem hanc peccati ſui malitiā explicare debet. *Ita Suarez p.3.to.3. d.67. ſ.1. F. Lug. l.1.c.6. q.2. contra Vaſq. 3.p.to.3.d.209.*

3 ſi neceſſitas aliqua grauis occurrat, licet nobis peccatorem aliquem occultum inducere ad conficiendum, ac recipiendum aliquod Sacramentū, quod dignè poteſt, ſi velit conficere, vel ſuſcipere, etiamſi prudenter timeamus, ne is Sacramentum indignè ſuſcipiat, immo etiamſi certo exiſtimemus ſacrilegium ab eo patratum iri in ipſa Sacramenti operatione, aut ſuſceptione, quod illius malitiæ imputandum, nō inductori ad rem bonam, ac ſanctam faciendam v.g. ad rem diuinam agendam die feſto, vt populus ſacrificio Miſſæ interſit, cum nullus alius Sacerdos adſit quam occulti criminis reus. Poteſt enim præuia peccati ſui deteſtatione ad ſacrum myſterium illud peragendum ſe præparare. Et quilibet cū poteſt iure ſuo iuſta petendo ſecundum regulas prudētiæ, & charitatis. *Ita Bonac. de ſacr. d.1. q.6.p.4.nu.6. Fillinc. to.1. nu.9. Poſſeuin. c.5. nu.28. Fr. Lug. l.1.a.6 q.4. nu.12. contra Sotum, & Henriq. Suar. to.3.d.67.ſ.1.* vbi ait Chriſtum, quando dixit (accipite, comedite, vel bibite ex eo omnes) nō inuitaſſe Iudam ad corpus, & ſanguinem ſumendum indignè, ſed ſolum permiſiſſe illius peccatum. Inſtituens enim Eucharistiam opportunè præmiſit conuenientem exhortationem, quam propter Iudam prætermittere non debuit.

4 Peccatori notorio, ſi coram alijs, id eſt publicè, ſiue occultè Sacramentum petat, niſi pœnitentiæ ſigna publicè dederit, ita ut de eius emendatione conſtet, minimè audiendus, vel admittendus, ſed ſi ad ſacram Cōmunionem accedat, arcendus, tales ſunt excommunicati, interdicti, ac manifeſtarij, infameſque, vt Meretrices; Concubinarij, Fœneratores, magi, ſortilegi, blaſphœmi, hiſtriones impudicas comedias in publico repræſentantes, exercentes torneamenta iure interdicta, vel ludos, cum periculo vitæ funambuli ſaltantes in funibus in aere altè extenſis, raptores, & pyratæ, graſſatores, alijque id generis publicè facere ſoliti, quæ ſine læthali ſcelere fieri non poſſe conſtat. Sic .n. cenſentur publici peccatores, donec ab exercitio exitiali læthiferarum actionum abſtineant, *Gloſſa in cap. pro dilectione de conſecr. d.2. Clemens l.8. c.32. Suar. to.3. d.67. ſ.2. S. Auguſt. in c. multi 2. q.1. Chriſoſt. hom. 83. in Matth. Cyprianus Ep.10. 11. S.Thom. 3.p.qu.80. ar.6. Bonac. Duran. Alb. Alenſ. Nugn. Coninch. Riccbard. Palud. Nau.c.22. Syluest. Armilla. Henriq. Vaſq. Fillinc. Poſſeu. Bonac. d.1. q.6. p.4. Laym. F. Lug. c.6. q.4. n.13.*

5 Peccator vel eſt notorius iure, hoc eſt per confeſſionem delinquentis in iudicio, vel notorius eſt euidentia facti, & manifeſtarius dici poteſt. Notorius ille dicitur, cuius delictum ſaltem decem hominibus notum eſt, vel maiori parti Collegij, vel Congregationis, vbi non ſint pauciores, quam decem, ſed hoc notorium eſt ſolum reſpectu illius Congregationis, vel Collegij, illa ſimpliciter notoria cenſeo dicenda, quæ eo in loco cū talibus circumſtantijs geſta, vel euulgata ſunt, vt quarū innoteſcere potuerint, & in hoc prudentis viri iudicio ſtandum eſt, an hoc crimen, vel illud notorium ſit, quod publicum Theologi



Digitized by Google

logi, ac leguleii impropriè appellant. Nam publicum illud propriè Latini vocant, quod commune eſt omnibus, vt populo, vt via, platea, non quod priuatum alicuius eſt, m. *Suar. par. 3. tom. 3. d. 67. Layman. Villal. Poſſeuin. Bonac. d. 1. queſt. 6. num. 1. F. Lug. cap. 6. num. 1.* n *Adrian. in 4. de Euchar. Sylu. v. notorius nu. 4. Nauar c. 25. num. 73.* o *v. Leſſ. Sot. Villal. Poſſeu. Vaſq. d. 209.*

6 Quotieſcumque peccator creditur, vel credi probabiliter poteſt emendatus, ſiue ad meliorem frugem conuerſus in loco, in quo Sacramenta petit. Hæc illi minimè deneganda ſunt, p illum autem vitam ſuam malam emendaſſe putãdum eſt, quando eundem in praua peccandi conſuetudine perſiſtere non conſtat, etiamſi alibi notorius iure, vel facto peccator fuerit. Nam & Deus cor contritum, & humiliatum non deſpicit, & nulla admittitur iniuria erga Sacramentum, quod peccatori expiato, atque emendato tribuitur. Verum ſi credatur fore, vt peccator ille breui infamia delicti euulganda laboret, vbi Sacramentum poſtulet, hoc illi nequaquam tribuendum, donec populo eius pœnitentia rite peracta innoteſcat, q id Sacramenti reuerentia debita poſcit anteferenda breui famæ, ſed ſi fama illius delicti, quo alibi infamis eſt peccator, nunquam peruentura creditur in locum, vbi ille Sacramentum petit, hoc ei denegari nõ debet poſt expiatum pœnitentia crimen, r quia probabile eſt crimen in aliquo loco notorium euidentia iuris, vel facti non poſſe, abſque peccato in alio loco reuelari; s *ita* p *Sotus in 4. d. 1:1. q. 1. art. 6. Suar. 3. p. tom. 3. d. 67. Coninch. qu. 8. F. Lug. lib. 1. cap. 15. 13. 6. queſt. 5. num. 21.* t *Adrianus quod lib. 11. q. 1. Vaſq. 3. p. d. 209 nu. 18. Henriq. P. Ledeſma, Nugn. contra Caietanum 2. 2. qu. 73. art. 4. Bonac. de Sacram. d. 1. queſt. 6. p. 4. num. 12.* Aſſerentes crimen alicubi notorium iure, vel facto poſſe alibi licitè manifeſtari, ſi iuſta cauſa adſit, qualem eſſe exiſtimant in propoſito caſu, ſine cauſa autẽ illud reuelando grauiter peccatur contra charitatem. Alij vero probabilius aſſerunt delictum quando eſt notorium iure, id eſt per ſententiam Iudicis, illius authori denegandum eſſe Sacramentum, non vero quando crimen eſt notorium facto tantum, nec futurum eſt, vt breui, vbi Sacramentum ille petit, innoteſcat, *ita Suarez, Sotus, Coninch. l. c.* interdum datur Parocho libera optio admittendi ad Sacramenta, vel repellendi aliquos prout circumſtantiæ exigunt, *Henriq. lib. 8. cap. 57. num. 2.*

7 Talis præcedere debet peccatoris notorij pœnitentia, qualis eſt Sacramenti adminiſtratio, hoc eſt, ſi notoria ſit eius pœnitentia, ei Sacramentũ publicitus adminiſtrari poteſt, ac debet, verum ſi occultè illud poſtulet, ſufficit occulta pœnitentia, quæ Sacramentorum miniſtro, & alijs, qui forte adſunt, manifeſtè conſtet, u niſi prudenter timeatur, ne hæc Sacramẽti adminiſtratio mox euulgetur ignorata eius ad meliorem frugẽ conuerſione, talis enim adminiſtratio publicæ æquiualet. x Hoc autem de illis peccatoribus intelligendum eſt, qui non accidentaliter, ſed ex inueterata conſuetudine notoriè peccant, nec peccare deſinunt, quales ſunt pellices, concubinarii, ac fœneratores in peccato perſeuerare ſoliti, niſi certum, ac notũ ſit palam eos iam peccare ceſſaſ-



Digitized by Google

ſe, vt qui ſponte iam pellicem domo eiecerunt, vel mortuum iam extulerunt. Qui ſemel, vel bis furatus, vel hominem ex diuturno odio occidit à publica Sacramenti ſuſceptione non eſt arcendus, etiamſi pœnitentia eiuſdem nota non ſit, cum enim peccati ſui pœnituiſſe cenſendum eſt. *ita ex cap. ſi peccauerit 2. quæſt. 1. cap. Scenicis de conſecr. Paludan. Sotus, Nauarr. Suar. tom. 3. d. 67. ſ. 2. Vaſq. diſp. 209. Nugn. Laym. Villal. F. Lug. lib. 1. cap. 6. quæſt. 5. & Palud. Sot. Suar. Vaſq. & Sanc. d. 34. F. Lug.*

8 Peccator notorius, qui proximã peccandi occaſionem nondum reliquit, etiamſi à peccatis, quæ confeſſus eſt, abſolutus fuerit, ad Euchariſtiæ ſibi, vel aliorum Sacramentorum, excepto matrimonio, ſuſceptionẽ minimè admittendus eſt; Quamuis alij occaſionem illam adhuc perſeuerare ignorent. Non enim cenſetur emendatus, qui pellicem, ſeu concubinam domi retinet, ſecus vero dicendum eſt de eo, qui nõ peccandi conſuetudinem, non occaſionem proximam habet. Hic enim ſi publicè ad ſacrã cõfeſſionem acceſſerit, ſacra ſynaxi non eſt interdicendus, nam pœnitens publicè abſolutus à peccatis, quæ committere conſueuit, publica communione dignus eſt. Si vero palam confeſſionis Sacramento expiatus non fuerit, ſatis erit, ſi Sacerdos in publico teſtetur eum confeſſum, & a peccatis abſolutum eſſe. *Nauar. cap. 21. Nugnus, Layman. lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 8. Poſſeuin. cap. 21. n. 4. F. Lug.*

9 Peccatori notorio in mortis periculo verſanti non eſt deferenda Euchariſtia, niſi confeſſione Sacramentali ſe purgauerit, vel pœnitentiæ ſigna dederit. Prius enim publicæ offenſioni ſatisfaciendum eſt, quod tunc confeſſione ſacramentali, vel editis contritionis ſignis fit. Quilibet enim in mortis diſcrimine cenſetur facere, quod poteſt, vt ſaluti animæ ſuæ conſulat: tunc ſi fieri poteſt, occaſio proxima peccandi tollenda eſt, male ablata furto, vel vſura reſtituenda, vel iuratoria cautio exhibenda. *S. Thom. 3. part. quæſt. 8. art. 6. Sot. Sylu. Suar. Tol. lib. 5. cap. 10. Villal. Poſſeuin. F. Lug. lib. 1. cap. 6. quæſt. 5. Io. Sanch. Laym.* aſſerens abſolutè à peccatis in mortis periculo denegandam non eſſe Euchariſtiam.

10 Peccatoris notorij matrimonio aſſiſtere licitè poteſt Parochus, etſi ille deteſtari peccata ſua, ac reſipiſcere, vel monitus nolit. Parochus enim non miniſtrat matrimonium, ſed qui illud contrahit. Contrahens autem coniugium miniſtrare illud poteſt notorio peccatori etiamſi non reſipiſcat. Contractum enim coniugalem voluit Deus reddere difficiliorem per eleuationẽ eiuſdem in Sacramentum. *S. Thom. Sanch. lib. 7. d. 9. num. 8. Lugo de pœnit. d. 14. ſ. 5.*

11 Quando per ſolam confeſſionem auditam Sacerdos nouit peccatum lethale alicuius nondum expiatum, ſeu deletum, eidem Sacramentum occultè petenti denegare poteſt, ſi nullum ſubſit reuelandæ confeſſionis periculum, prætexendo aliquam occaſionem veriſimilem, ita vt ne leuis quidem ſuſpicio criminis occulti inde proueniat, & nullus adeſt, qui ex negatione Sacramenti conijcere poſſit peccati grauis confeſſionem, nullam enim peccatori occulto irrogat iniuriam Sacerdos, ſed Sacramentum indigno, licet occulto non miniſtrat. ille enim in occulto Sacramentum petendi

tendi

Digitized by Google

rendi ius non habet, cum indignus ſit. non peccat tamen Sacerdos, qui Sacramentum illi in occulto petenti miniſtrat, a præceptum enim de euitando alieno ſacrilegio, & de corrigendo fratre peccante non obligat, cũ tanta difficultas adeſt, & periculum frangendi ſigillum. Magna enim cautela opus eſt, vt in eo, qui nauigat, Abydum, vel inter Symplegadas, vel inter Scyllam, & Carybdim. Verum ſi periculum ſit præbendi anſam ſuſpicandi alicui præter eum, qui Sacramentum petit, hoc illi propter ipſius indignitatem denegari, tunc Sacerdos illi Sacramẽtum præbere tenetur, y alioquin confeſſionis ſigillum frangit. Nec licitè poteſt Sacerdos clarè ſignificare petenti ſe propter crimen eius in confeſſione auditum denegare eidem Sacramentum, a cæterum tutius erit Sacerdoti, qui extra confeſſionem peccatum petentis non nouit, eidem Sacramentum miniſtrare. e ita a *S. Thom. in 4. d. quæſt. 1. art. 5. S. Bonauentura diſt. 21 part. 2. Durand. Scotus, Angelus, Victoria, Brancatus, Tabiena, Fernand. Pitigianus, Vaſq. 3. part. quæſt. 109. num. 55. P. Ledeſ. Dian. part. 3. tract. 4. reſol. 46. F. Lug. contra probabilem ſententiam Suarij 3. part. tom. 4. d. 35. ſ. 6. Sanch. Matr. lib. 3. d. ibid. num. 4. Henriq. Baſil. Mart. Delrio, Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 6. Filiuc. Bonacin. d. 2. Facund. Diana ex cap. ſi Sacerdos de offic ord. & ex decret. Clemen. VIII. de Caſuum reſeru. pro Regul. Claud. Aquauiua, anno* 1590. quam ſententiam in praxi tutiorem cenſeo. Licet noſtra ſpeculatiuè probabilior videatur, a *S. Thom. Palud Silu. Sanch. Lap. F. Lug. lib. 1 cap 6. quæſt. 5. y Suar. Coninch. a Laym. F. Lug.* e

12 Cæterum ſi Sacerdos extra confeſſionem Sacramentalem nouit aliquem occultum peccatorem eſſe, & in peccato lethali degere, debet eidem Sacramentum occultè petenti denegare, quando ſine detrimento, & graui periculo vitæ ſuæ illud denegare poteſt. Dum enim peccator illud occultè petit, ius non habet in externo foro ad idem, neque ex occulta denegatione Sacramenti naſcitur infamia, vel damni repulſæ, nec aliorum ſcandalum. hæc enim euitantur, ſi nullus adſit præter Sacerdotem delicti conſcium, & peccatorem, quando ei Sacramentum denegatur, neque hoc illi miniſtrandum eſt. ſi præſentes maiori ex parte norunt peccatum occultum illius, & ſint plures, quam decem. horum enim reſpectu notorium eſt eius peccatum. *S. Thom. in 4. d. quæſt. 1. art. 5. S. Bonauent. Durand. Maior. Richard. Suar. Vaſq. Coninch Bonac. d. 1. quæſt. 6. part. 4. Laym. Villalob. Ritual. Rom. ex C. ſi tamen 6. q. 2. F. Lug.* P. Ledeſma aſſerens contrariam ſententiam non prorſus improbabilem eſſe, quam alibi S. Thomas, & Scotus ſecuti ſunt.

13 Peccatori occulto Sacramentum publicè petenti denegari licitè nequit, ſi ex hoc eiuſdem repulſi infamia ſequatur. Noluit enim Chriſtus ob euitandam ſacrilegam Sacramenti receptionem, quempiam infamiæ nota affici & ita conuenit, ac decet. ſi enim miniſter repulſi indignitatem, ac peccatum probare cogeretur, nimium onus eſſet, cui ſæpe ſuccumberet, quia teſtes non ſuppetunt, vel teſtari nolunt, ne odium ſibi concilient. Si verò probare non cogeretur, nimia eſſet licentia miniſtro, quibuſuis infamiæ notam inurendi. Multi enim iniuſtè



Digitized by Google

famæ ſuæ honeſtæ detrimentum paterentur, ob imprudentiam, vel malitiam miniſtri eos repellentis, & inde magnæ perturbationes, & infamiæ orirentur. Priuatim quidem peccator occultus petita ab eo licentia, ſi opus ſit, moneri poteſt, ne læthale ſcelus, ac ſacrilegium Sacramentum publicè petendo, ac recipiendo committat, verum ſi palam id petat, ei miniſtrandum eſt. Sic ægroto, quem Parochus afferens Euchariſticam dapem audita eius confeſſione inuenit in læthali peccato obſtinatum reſipiſcere nolle, & ſacram communionem publicè petere, eam denegare licitè non poteſt. Sic Epiſcopus ordinis Sacramentum Clerico publicè illud petenti denegare non debet, etiamſi occultè eius crimen nōrit, propter quod Clericus illi gradu moueri, ſeu deponi mereretur, ſi manifeſtum foret. *Ex cap. ex tenore de temp. Ordinat. S. Thom. in 4. d. 9. q. 1. art. 5. & 3. part. q. 80. art. 6. Nugni. Coninch. Vaſq. d. 209. cap. 3. Suar. tom. 3. d. 18. ſ. 2. Filiuc. tract. 4. c. 9. Henriq. cum aliis Poſſeu. Chamer. Graff. Valent. Pitigian. Viuald. Maul. Angles, Sot. Armilla, Nauar. Villal. Bonac. d. 1. quæſt. 6. p. 4. Layman lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 10. & Thomiſ. & ſcholaſtici alij.*

14 Verum ſi abſit periculum infamiæ in petente Sacramentum, & ſcandali aliorum peccatori occulto minime illud miniſtrandum eſt. Reuerentia enim Sacramenti poſtulat, ne indignis præbeatur; cum nulla adeſt iuſta cauſa illud conferendi. Et tunc miniſter omnem lapidem mouere debet, vt indignum à Sacramenti receptione amoueat. Poteſt enim fingere ſe oblitum fuiſſe Hoſtiam conſecrandam apponere, vel præconſecratas formulas defeciſſe, vel immorari ibi ſe amplius non poſſe aliqua rationabili, probabilique de cauſa, quæ adhibita reſtrictione, vel æquiuocatione, ſeu amphibologia mendacia non erūt. Et hac induſtria tam Parochus, quam qui curam animarum non gerunt ad euitandum ſacrilegium alienum vti debent. Frequentius tamen excuſari poterit, quando non eſt paratus, & accinctus ad ſacramenta miniſtranda, ſi eā petentem ad Parochum remittat. Verum ſi paratus ſit difficulter ſe excuſare poteſt, cum ſit tunc quaſi miniſter publicus. *ita Suar. tom. 3. d. 67. ſ. 4. Vaſq. 3. part. d. 209. Bonac. d. 1. quæſt. 6. Fr. Lug. lib. 1. cap. 6. quæſt. 9. Caietan. Durand. Palud. & Maior.*

15 Si ſolus peccator occultus ſacram Synaxim publicè petat, debet Sacerdos, vel Particulas omnes præconſecratas conſumere, ſi commodè poſſit, vel defectum Hoſtiæ conſecratæ prætexere. Idem etiam præſtare poteſt, ſi præter peccatorem alij etiam nullo vrgente præcepto Euchariſtiam deuotionis gratia petant, & fingere obliuionem, vel inaduertentiam poteſt, & Particulas neceſſarias non conſecrare, &, vt peccatorem excludat, alios etiam ſine communione relinquere, quilibet enim opus conſilij omittere debet, vt proximo peccandi certam occaſionem ſubtrahat. Nam & fœmina Miſſam die feſto omittere debet, quando grauiter timet, ne quis eius aſpectu ad libidinem alliciatur. & quilibet etiam proximi ſui læthale ſcelus impedire debet, ſi ſine magno detrimento ſuo poſſit. Leue autem detrimentum eſt, ſi aliqui ſemel à communione ſacra careant, vt proximi ſacrilegium impediatur. *ita Vaſq. 3. part. d. 209. cap. 2. num. 29.*

S. Tho-

Digitized by Google

p. S. Thom. 2. 2. quæſt. 43. art. 3. *Suar. de tract. de ſcand. d. 19. ſ. 3. num. 8. Sanch. Sa. Fr. Lug.* y *Armil. Manuel. Vaſq.*

16 Probabile eſt etiam miniſtrum Sacramentorum prædicta obligatione non teneri, quoties aliquis peccat. Non ex fragilitate, atque infirmitate, ſed ex malitia, ad vitandum enim huius peccatum, nemo conſilij, ac perfectionis opus omittere debet. h Aſt qui ſibi peccati læthalis conſcius vult ſacræ accumbere menſæ, ex mera malitia peccat. Ergo ob iſtius impediendum Sacrilegium non tenetur miniſter alios ſacra communione defraudare, niſi forte timeat, ne peccator ille ſemel amiſſo pudore plura huiuſmodi ſacrilegia commiſſurus ſit. i Prudenter igitur perpendendæ ſunt circunſtantiæ perſonarum, locorum, temporum, quantitas ſacrilegij, vel iniuriæ, ac detrimenti ex ſacræ communionis carentia prouenientis inſontibus. Et quod melius fore cenſetur, faciendum. g *Ioannes Sanchez d. 37. n. 4. F. Lug. n. 16.*

17 Si peccator occultus in eas redigatur anguſtias, vt ſacram communionem ſine periculo vitæ, vel infamiæ omittere nequeat, nec ad eam dignè ſuſcipiendam moraliter præparare ſe poſſit, non improbabile eſt eidem ſcienti, & volenti præberi poſſe Hoſtiam non conſecratam, præpoſita tamen Hoſtia conſecrata, quam populus adoret, poſteà verò ſublata, ſeu mutata, quando peccatori non conſecrata Hoſtia porrigitur. e Eſt enim tunc temporis ſufficiens cauſa fictionis, grauiſſimus enim metus excuſat, ne fiat iniuria Sacramento fictione adhibita, quemadmodum ſi quis mortem Sacerdoti minitetur, niſi conſecret totum panẽ in foro expoſitum, vel niſi quempiam impœnitentem abſoluat, ei licebit verba conſecratoria vel abſolutoria abſque animo conſecrandi, vel abſoluendi proferre. f Sic celebrare Miſſam abſq. veſtibus ſacris, vel ſine altari, vel Calice conſecratis, vel ſine lumine ad euitãdam mortem Sacerdoti licet. Cum aliter euitari nequeat. g Verum conſultius erit in tanto peccatoris diſcrimine, ſi Sacerdos fingat ſe in os eius conſecratam Hoſtiam inſerere, eam tamen ſtatim in pyxidem reponat. h Si hoc ad euitandum mortis, vel infamiæ periculũ ſatis ſit ſicut quandoque expedit confeſſionis ſchedulam alicui non abſoluto tempore præcepti, vel ſolemnitatis, quo ex more confitentur ſodales, vel ſcholares Sacramentum communionis, licet probabile ſit tunc Sacerdotem non teneri adhibere fictionem, i etiãſi poſſit eam adhibere, cõtrariam tamen ſententiam probabiliorem exiſtimo, quia vnicuique Deus mandauit de proximo ſuo. quid ni ergo periclitãti illi ex charitate non ſubueniam fingẽdo, ſi poſſim? licet enim quandoque iuſta de cauſa fingere, nam & Chriſtus, ſe peregrinum fingẽs, quæ facta eſſent Ieroſolymæ finxit ſe neſcire, & finxit ſe longius ire. e *Bonau. in 4. diſt. 9. artic. 2. Albertus diſt. 13. artic. 20. Altiſiodor. Angleſ. Villaloh. Ludou. a S. Ioanne part. prim. tract. de Euchar. quæſt. 2. art. 8. dif. 4. F. Lug lib. 1. cap. 6. num. 65.* f *Diana part. 3. tract. 6. reſol. 83.* h *Henriq. Ioann. Sanchez.* k *Lug. loc. cit. nu. 66. vide Th. Tambur. de Euchar.*

18 Contrariam etiam ſententiam valde probabilem cenſeo non licere, inquam adhibere fictionem in Sacramenti adminiſtratione, cum quilibet

ſe

ſe diſponere poſſit ad illud dignè ſuſcipiendum, ſi velit à peccatis abſtinere, & commiſſa deteſtari, & fingere Chriſtum eſſe, vbi non eſt, religio vetat Idololatriæ contraria. *ita S. Thom. 3. part. quæſt. 80. art. 6. Caiet. Richar. Duran. Gabr. Palud. Sot. Ang. Armil. Suar. Vaſq. Valentia, Reginal. Alenſ. Aſten. Graff. Nugn. Palatios, Malder. Auerſa, Pulaus.* Si peccator notorius Sacramentum publicè petat non ob contemptum religionis, nec ipſius Sacramenti, ſed ob alium finem, & mortem miniſtro minitetur, niſi illud ſibi miniſtret. Poterit hic abſque culpa illi Sacramentum miniſtrare. Si enim occulto peccatori publice Sacramentum ad vitandam ipſius infamiam licitè miniſtrari poteſt, quanto magis ob vitandam necem ipſius miniſtri publico peccatori illud miniſtrari poterit, cum vita ſit altioris gradus, quam fama. neque hoc eſt cooperari ad peccatum, ſed illud permittere iuſta de cauſa, quam poſtea ijs, qui ad fuerint, poterit indicare, vel ſi nequeat, patienter feret propter Deum, qui reuelabit abſcondita tenebrarum. *Ita contra P. Ledeſm. de Euch. cap. 12. poſt. 2. cap. 6. & alios docent Nugnus, 3. part. quæſt. 80. Io. Sanc. Bonac. de Sacram. d. 1. quæſt. 6. part. 4. Fr. Lug. lib. 1. cap. 6. q. 6.*

19 Non eſt miniſtrandum Sacramentum perſonę de peccato grauiter, at vehementer ſuſpectæ, quando ſuſpicio talibus indicijs nititur, vt deponi probabiliter nequeat, vt res pene manifeſta ſit; ita enim ſuſpectus ſuſpicione non leui, nec ſolum probabili ſed violenta, nondum purgata per innocentiæ, & emendationis oſtenſionem notorio peccatori penè æquiualet, vt ſi quis ſolus cum ſola viſus ſit in loco peccatis Venereis opportuno. *Ita S. Thom. in 4. d. 9. quæſt. 1. art. 3. S. Antonin. par. 3. tit. 14. c. 12. Gabr. Rich. Henriq. Vaſq. Suar. Poſſeu. Bonac. Reginal. lib. 29. num. 55. Coninch. Villalob. Fr. Lug. cap. 6. quæſt. 12. num. 70.*

20 Euchariſtia non eſt miniſtranda perſonis de crimine ſuſpectis ad probandam ipſorum innocentiam, vel culpam. Ita vt nocens ſumpta Euchariſtia viſibiliter puniatur, innocens vero nihil mali patiatur. Hoc enim eſt tentare Deum, quod in tali euentu non licet. Vanum enim eſt putare à culpa immunem, quem Deus per Euchariſtiam non punierit. Ideo Summorum Pontificum decreto cautum eſt, ne quis probationem per ferri candentis, vel aquæ feruentis contactum adhibeat. In his ſuperſtitio, vel tentatio Dei plerumque reperitur. Ob eandem rationem probationem per Euchariſtiæ ſumptionem reijciunt vnanimiter doctores. *Ex Capit. Mennam C. conſuluiſti 2. quæſt. 4. Cap. Dilecti, de purg. vulg. Cap. ex tuarum de purgat Canon. in 4. d. 9. Summiſta u Euchar. Caneniſta Cap. ſæpe contingit 2. quæſt. 4. Coninch Bonac. Regin. lib. 29. num. 54. Laym lib. 5. tract. 4. M. Delrio lib. 4. diſ cap. 4. quæſt. 3. F. Lug. num. 73.* Propterea grauiter peccant mariti, qui vxores Euchariſtiam ſumere cogunt, vt ſuſpicionem de adulterio purgent, non enim promiſſit Deus prodere veritatem per Euchariſtiæ ſacræ ſumptionem, quemadmodum in probatione zelotypiæ, quam præſcripſit. *Num. 5. Sot. in 4. d. 12. F. Lug.*

21 Sumere Euchariſtiam ad inſtar iuramenti aſſertorij ad teſtificandam veritatem non eſt illicitum, nec quid ſuper-

ſuperſtitioſum, ſicut enim iurare licet tangendo Crucem, vel Aram, vel Euangelia, ſic iurare licet per Euchariſtiam eam dignè recipiendo, ſi grauiſſima neceſſitas poſtulet, ad probandam iurantis innocentiam. Sic Gregorius Septimus fecit coram Henrico Quarto Imperatore, quem ad ſimile conſcientiæ ſuæ teſtimonium reddendum inuitauit. verum Imperator veritus Dei vltionem ſacram communionem accipere noluit. cæterum Canoni iubenti furtum Monaſterij per Euchariſtiæ ſumptionem indagari contrariâ conſuetudine derogatum eſt. Nec fur occultus prodere ſe tenetur. *S. Thom. in 4. d. 9. quæſt. 1. art. 5. Gabriel. Henriq. Adrian. Suarez. Coninch. Vaſquez. Layman. Maior. Fr. Lug. lib. 1. cap. 6. quaſt. 12. num. 72. & alij contra Bonacinam, & Thomiſtas, Lambertus in Hiſt. Germ. Daurvultius in Catechiſ. exemp. Cap. ſæpe contingit 2. quæſt. 4. Cap. ſi Epiſcopo 2. quæſt. 4.*

LAVS DEO.

SERI-

# SERIES HVIUS OPERIS

## PRIMUS INDEX CAPITUM,

Quæ in hac generali Sacramentorum Tabula, hoc eſt libro de Sacramentis in genere continentur.

QVd ſit Sacramentum, & quale ſignum, Sacramentorum inſtitutio, neceſſitas, Martyrium. Cap. I. pagina 13
De Sacramentorum materia, & forma. Cap. II. pag. 17
De effectu Sacramentorum. Cap. III. pag. 25
De homine recipiente Sacramenta. Cap. IV. pag. 28
De Sacramentis ab indigno Miniſtro non petendis. Cap. V. pag. 31
De Miniſtro Sacramentorum. Cap. VI. pag. 34
De effectu Sacramentorum. Cap. VII. pag. 46
De mercede adminiſtrãtium Sacramenta. Cap. VIII. pag. 49
Sacramenta non adminiſtranda ſunt indignis. Cap. IX. pag. 53

## SECVNDVS INDEX CAPITVM,

*Quæ in Prima Tabula poſt naufragium, ideſt in libro de Baptiſmo continentur.*

BAptiſmi Encomium, Definitio, Inſtitutio. Cap. I. pag. 1
Baptiſmi Materia. Cap. II. pag. 5
Baptiſmi Forma. Cap. III. pag. 10

Qui-

Quinam Baptiſmo expiandi ſunt. Cap. IV. pag. 15
Quando Baptiſmus paruulorum ſub conditione adminiſtrandus. Cap. V. pag. 22
Diſpoſitio ad ſuſcipiendum Baptiſmum neceſſaria. Cap. VI. pagina 26
Quænam monſtra Baptiſmi capacia ſint. Cap. VII. pag. 30
Baptiſmi miniſter ordinarius, & extraordinarius. Cap. VIII. pagina 33
Baptiſmi effectus. Cap. VIIII. pag. 40
Suſceptor, ſeu Patrinus in Baptiſmo, ſpiritualis cognatio, cœremoniæ. Cap. X. pag. 50
De Baptiſmi iteratione, & de alijs ad eum ſpectantibus. Cap. XI. pag. 56

# TERTIVS INDEX CAPITVM,

*Quæ in Secunda Tabula poſt naufragium, ideſt in tractatu de virtute ac Sacramento Pœnitentiæ continentur.*

## XL.

POEnitentia rectè vocatur Tabula Secunda. Cap. I. pag. 73
Pœnitentiæ æthymologia, Latinè, Græcè, & Hebraicè. Cap. II. pag. 74
Quotuplex ſit pœnitentia. Cap. III. pag. 76
Quid ſit pœnitentia, an virtus ſpecialis. Cap. IIII. pag. 78
Qualis virtus eſt pœnitentia. Cap. V. pag. 81
Quinam ſint actus pœnitentiæ, quid ſit contritio, & attritio. Cap. VI. pag. 83
Deteſtatio peccati, an ſit actus abſolutus, & efficax. Cap. VII. pag. 87
De neceſſitate pœnitentiæ virtutis ex præcepto. Cap. VIII. pag. 88
De efficacia pœnitentiæ. Cap. VIIII. pag. 90

De

Digitized by Google

De Sacramento pœnitentiæ. Cap. X. pag. 92
Qualis eſſe debeat confeſſio. Cap. XI. pag. 97
Præceptum annuæ confeſſionis, quatenus Eccleſiaſticum eſt, eiuſque obligatio. Cap XII. pag. 101
Præceptum confeſſionis, quatenus diuinum eſt, eiuſque obligatio. Cap. XIII. pag. 112
Confeſſionis integritas. Cap. XIIII. pag. 116
Confeſſio quandonam iteranda. Cap. XV. pag. 119
Quænam circumſtantiæ peccatorum in confeſſione neceſſario ſint aperiendæ. Cap. XVI. pag. 122
Circunſtantiæ perſonales. Cap. XVII. pag. 123
Circumſtantiæ loci. Cap. XVIII. pag. 136
Circumſtantia numeri, conſuetudinis, temporis, modi, finis, complicis. Cap. XIX. pag. 138
Confeſſarij iuriſdictio. Cap. XX. pag. 153
Confeſſarij electio ex capit. fin. de pœnitentia, & per Iubileum. Cap. XXI. pag. 191
Confeſſarij dignitas, ſcientia, officium. Cap. XXII. pag. 204
Opinio eligenda à confeſſario, & à pœnitentibus, atque a reliquis bene operari cupientibus. Cap. XXIII. pag. 207
Confeſſionis ſigillum. Cap. XXIV. pag. 220
Abſolutio a peccatis, & Caſibus reſeruatis. Cap. XXV. pag. 225
Abſolutio à Caſibus reſeruatis per Iubileum. Cap. XXVI. pag. 240
Abſolutio ab Hæreſi. Cap. XXVII. pag. 243
De abſolutione Moribundi. Cap. XXVIII. pag. 249
De ſatisfactione. Cap. XXIX. pag. 254
Pœnitentiæ, commutatio, & executio. Cap. XXX. pag. 260
Monita ſalutaria confeſſ. ac pœnitentibus. Cap. XXXI. pag. 264
Pœnitentiæ iniugendæ, & remedia cōtra vitia. Cap. XXXII. pag. 268
Remedia aduerſus pudorem noxium eorum, qui peccata ſua confiteri erubeſcunt. Cap. XXXIII. pag. 273
De integritate confeſſionis aduerſus pudorem in confitendo. Cap. XXXIV. pag. 279
Confeſſarius Ordinarius Monacharum qualis eſſe debet. Cap. XXXV. pag. 282
Quando liceat confeſſario Monialium ingredi clauſuram. Cap. XXXVI. pag. 287
Monita obſeruanda à confeſſarijs Ordinarijs Monialium. Cap. XXXVII. pag. 290

Con-

Digitized by Google

Confeſſarius Monialium extraordinarius. Cap. XXXVIII. pag. 295
Monita ſalutaria monialibus à Confeſſario identidem opportunè ſuggerenda. Cap. XXXIX. pag. 298
Monita ſanctimonialibus nouitijs à Confeſſario ſuggerenda. Cap. XXXX. pag. 305
De ſatisfactione per Suffragia, & Indulgentias. Cap. XLI. pag. 309
De ſatisfactione per Indulgentias, & de commutatione pœnitentiæ Sacramentalis in Indulgentias. Cap. XLII. pag. 311
Indulgentiarum vſus, & requiſita ad earum conſecutionem pro alijs Cap. XLIII. pag. 314
Quotuplex Indulgentia ſit. Cap. XLIV. pag. 317
De cauſis Indulgentiæ. Cap. XLV. pag. 321
Neceſſaria ad conſequendam pro ſe Indulgentiam. Cap. XLVI. pag. 320
Neceſſaria ad conſequendum Iubileum, vel Indulgentiam in forma Iubilei conceſſam. Cap. XLVII. pag. 325
Bullæ Cruciatæ Indulgentia. Cap. XLVIII. pag. 336
Bullæ Cruciatæ priuilegium Confeſſarij electio. Cap. XLIX. pag. 337
Priuilegia Bullæ Cruciatæ. Cap. L. pag. 340
Indulgentiæ Religioſis conceſſæ pro viuis, & Defunctis, & alia. Cap. LI. pag. 342
Quinam Indulgentias concedere poſſunt. Cap. LII. pag. 447
Indulgentia quandiu duret, & quando ceſſet. Cap. LIII. pag. 353
De ſatisfactione Sacramentali; quæ pœnitentiæ imperari à Confeſſario poſſint. Cap. LIV. pag. 355
De effectu Sacramenti pœnitentiæ. Cap. LV. pag. 362
De priuilegijs Confeſſariorum Regularium. Cap. LVI. pag. 367
De obligationibus Confeſſarij, quod ad audiendos, interrogandos, & monendos confitentes, & ſupplendos defectus confeſſionum. Cap. LVII. pag. 377
De obligatione ſeruandi ſigillum ſacramentale confeſſionis, & abſtinendi ab vſu notitiæ habitæ ex confeſſione ad externam gubernationem. Cap. LVIII. pag. 387
Additamenta varia ad ſuperiora capita. ibidem. pag. 394
Examen conſcientiæ per decem præcepta Decalogi. Cap. LIX. pag. 401
De facultate abſoluendi à peccatis, & cenſuris ex priuilegijs Regularium. Cap. LX. pag. 404
Cenſura Eccleſiaſtica quid, & quotuplex ſit. Cap. LXI. pag. 419
Poteſtas ferendi cenſuras vnde ſit, & quibus ſit. Cap. LXII. pag. 421
Cauſa materialis cenſuræ. Cap. LXIII. pag. 431
Cauſa materialis remota cenſuræ, id eſt homo cenſuræ obnoxius. Cap. LXIV. pag. 434
Cenſura quomodo ferenda. Cap. LXV. pag. 439
Cenſura iniuſta quæ, & quando. Cap. LXVI. pag. 444
Cenſura excommunicationis. Cap. LXVII. pag. 448



Digitized by Google

Excommunicationis maioris effectus. ibidem. pag. 450
Primus excommunicationis maioris effectus. ibid.
Priuatio participationis paſſiuæ Sacramentorum. ibid. pag. 454
Tertius excommunicationis effectus. ibidem. pag. 455
Quartus effectus excommunicationis. ibid. pag. 458
Quintus excommunicationis effectus, ideſt priuatio beneficiorum Eccleſiaſticorum, & inhabilitas ad ea conſequenda, eorumque fructus. Cap. LXVIII. pag. 461
Sextus effectus excommunicationis, ideſt priuatio ſpiritualis iuriſdictionis, vociſque actiuæ, & paſſiuæ. Cap. LXIX. pag. 464
Septimus excommunicationis maioris effectus eſt priuatio communicationis ciuilis, forenſis, & iudicialis. Cap. LXX. pag. 473
Octaus excommunicationis effectus. ibid. pag. 475
Nonus effectus excommunicationis maioris priuatio Eccleſiaſticæ Sepulturæ. ibidem. pag. 476
Decimus excommunicationis maioris effectus. Cap. LXXI. pag. 477
De ſuſpenſione. Cap. LXXII. pag. 480
Suſpenſionis duratio, & ceſſatio. Cap. LXXIII. pag. 484
Suſpenſiones contra Clericos ſtatutæ. Cap. LXXIV. pag. 486
Suſpenſiones aliæ in Abbates, & in Epiſcopos. Cap. LXXV. pag. 500
Suſpenſiones in Iure ſtatutæ contra Religioſos. Cap. LXXVI. pag. 505
Interdictum. Cap. LXXVII. pag. 512
Priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ interdicti effectus. Cap. LXXIII. pag. 520
Ceſſatio à Diuinis. Cap. LXXIX. pag. 525
Catalogus excommunicationum Papæ reſeruatarum extrà Bullam Cœnæ. ibidem. pag. 526
De Irregularitate. Cap. LXXX. pag. 532
Irregularitas ex defectu Natalium. Cap. LXXXI. pag. 535
Irregularitas ex defectu, ſeu vitio Corporis. Cap. LXXXII. pag. 539
Irregularitas ex defectu Animi. Cap. LXXXIII. pag. 542
Irregularitas ex defectu ætatis, & libertatis. ibidem. pag. 543
Irregularitas ex defectu Sacramenti, ideſt Bigamia. Cap. LXXXIV. pag. 545
Irregularitas ex defectu lenitatis. Cap. LXXXV. pag. 548
Irregularitas ex Homicidio, vel Mutilatione. Cap. LXXXVI. pag. 552
Irregularitas contracta medendo, aut Chirurgiam exercendo. Cap. LXXXVII. pag. 564
Irregularitas ex iteratione Baptiſmi. Cap. LXXXVIII. pag. 565
Irregularitas ex indigna receptione, & adminiſtratione ſacrorum Ordinum. Cap. LXXXIX. pag. 566
Irregularitas ex infamia. Cap. XC. pag. 572
Irregularitas ex delicto Hæreſis, vel Apoſtaſiæ. Cap. XCI. pag. 575
Abſolutio à cenſuris. Cap. XCII. pag. 577
Pij affectus, propoſita, ac preces pœnitentis. Capita ſeptem. pag.

FINIS.

Digitized by Google

# LAVRENTII LONGI THEOLOGI

## TABVLA PRIMA

### Poſt naufragium humano generi ſalutaris.

### HOC EST BAPTISMVS.

## Baptiſmi Encomium, Definitio, Inſtitutio. Cap. I.

IN Armamentario militantis Eccleſiæ, quod in concionibus noſtris, libriſque deſcripſimus, breui edendis, primum ſe ſe offert Baptiſmus prima Chriſtiani militis armatura. Hæc galeam ſalutis, ſcutum fidei, loricam iuſtitiæ, cingulum caſtitatis, gladium ſpiritus, calceamenta in præparationem Euangelij, quæ nos gentium Doctor aſſumere iubet, ſimul complectitur, ac totum hominem circummunit. Hanc Dei armaturam quicunque induit, Chriſtum induit iuxtà illud Pauli Apoſtoli ad Galatas 3. *Quotquot in nomine Chriſti baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* ad hæc appoſitè exclamat Optatus Mileuitanus: *O tunica ſemper vna, & immutabilis, quæ decenter veſtiat, & omnes ætates, & formas, nec in infantibus rugatur, nec in iuuenibus tenditur, nec in fœminis mutatur.* Galeam ſalutis primum induit homo, cum caput ſacris vndis immergit, quę illum verius, quam olim Stygię aquę Achillem, inuulnerabilem reddunt, innocentiæ reſtituunt, & Dei gratiæ: nam *quicunque crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit.* His ſalutaribus aquis ſanantur corruptæ naturæ vulnera, extinguuntur inferorū flammæ; *Homo fonte tingitur* (inquit Euſebius Gallicanus) *momentaneo lauacro, & ab inueterato malo primi parentis abluitur, ſub aquis relinquitur, quicquid flammis debebatur*, vtque ait alter Euſebius Emiſſenus: *Ecce quicquid iniquitatum ſempiternus gehennæ ignis excoquere, & expiare vix poſſet, ſubitò ſacro fonte ſubmerſum eſt, & de æternis debitis breuiſſima lauacri compendio cum indulgentiſſimo creditore tranſactum eſt.* Eſt baptiſmus virtutum vita, peccatorum naufragium, veteris hominis ſepultura, noui hominis in Chriſto regeneratio, natiuitas immortalis, innocentiæ portus, Paradiſi ianua, hoc lauacro culpa eluitur, mors æterna extinguitur, æterna vita producitur. *Baptiſmus eſt ſplendor animarum, carnis abiectio,*



Digitized by Google

*conſcientia ad Deum interrogatio* (inquit Nazianzenus) ſed quid interrogat Deum ſcientiarum Dominum baptiſmus? ſciſcitatur, quærit, quomodo expiatus homo baptiſmatis vnda ſuſcitetur obrutus, quomodo emortuus vitijs, renaſcatur virtutibus, quomodo ſcelerum, ac mortis reus reuiſcat ad gratiam, & innocentiam, quomodo ſuorum peccatorum ſibi conſcius poſt luſtralem ablutionē fælicioris ſanctimoniæ conſcius fiat, diſcatq;

*Nil cōſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*

*Baptiſmus Chriſti nobis eſt ſepultura* (vt aſſerit B. Maximus) in qua peccatis morimur, criminibus ſepelimur, & veteris hominis conſcientia reſoluta in alteram natiuitatem recidiua infantia reparamur, inq; nouum hominem ſecundum Chriſtum regeneramur per ſpiritum Sanctum, qui prolificam vim ſacris liquoribus indit, ſacrique fontis aquas antea ſteriles, ceu maritus vxorem fæcundat: ideò egregiè D. Paulinus de ſacro baptiſmi fonte canit:

*Sanctus in hunc cælo deſcendit ſpiritus amnem.*

*Cæleſtiq; ſacras fonte maritat aquas.* propterea dictum eſt à Chriſto, *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei*. Ioan. 3. Baptiſmo coronamur ad gloriam, diuinæ gratiæ diademate cingimur cæleſtis regni futuri hæredes; quamobrem ait Seuerus Alexandrinus *Eleuant baptizatos ad altare, eiſq; dant myſteria Euchariſtiam, & ſertis coronat eos Sacerdos, fratres mei pſallite hymnum filio dominatori omnium, qui regum corona vos coronauit*.

1 Hoc primum cœleſtis iræ piaculum eſt, Sacramentorū portus, initium ſalutis, per hoc enim regenerationis ſalutare lauacrum quicunq; ex aqua, & Spiritu Sancto renaſcuntur, fiuntq; ex filijs iræ per diuinam gratiam, & adoptionem filij Dei, ab originalis culpæ labe mundantur; Et ſi ante baptiſmum adulti, peccati, etiam mortiferi maculis ſe ſe infecerunt, iam pœnitentes externa peccatorum confeſſione non indigent. Commiſſa enim ante baptiſmum peccata Eccleſiæ clauibus non ſubiacent, ſed luſtralibus hiſce aquis delentur, & peccatores antea impij expiantur, iuſtiq; redduntur, nec baptizatis hominibus pro peccatis ante baptiſmum commiſſis piaculum aliquod imponi debet, ſatis enim pro illis Chriſtus Dei filius voluntarijs cruciatibus ſuis, ac morte, qua nobis vitam peperit, diuinæ iuſtitiæ ſatisfecit, nec pro noſtris tantum, ſed pro totius mūdi peccatis copioſam redemptionem, ac ſatisfactionem obtulit; Malè tamen ablata, & iniuſtè acquiſita reſtituere, & pro iniurijs proximo illatis ſatis facere iubendi ſunt, qui baptiſmo initiantur, alioquin peccare non ceſſarent; ſi aliena detinerent, nec læſis ſatisfacerent, *ita D. Thomas in 4. diſt. 1. q. 68. art. 5. & DD. commun. Megal. verb. baptiſ. ſuſcip. n. 7. Concil. Flor. in decr. vnionis*.

2 Baptiſmus grecè ablutionem, vel potius immerſionem in aquam ſignificat, vnde & *lauacrum* dicitur, & ab effectibus, quos in animo parit, Sacramentalis ablutio, regeneratio, ſignaculum, illuminatio, expurgatio, ſiue expiatio, ſepultura, plantatio à Sanctis Patribus appellatur, & rectè autem definitur his verbis. Baptiſmus eſt Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ. per illud enim homines Deo regenerantur ſpiritu adoptionis, ac renaſcuntur *ex aqua, & Spiritu Sancto*, dum ſpiritualem vitam acquirunt, qua *iuſtus ex fide viuit*. Huc ſpectant

ſtant Apoſtoli de Eccleſia loquentis verba: *Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ*; ad hæc D. Auguſtinus: *Detrahe verbum*, inquit, *& quid eſt aqua, niſi aqua; accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum, vndè iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo?* γ per *aquam* Sacramenti materia, per *verbū* forma intelligitur; idem poteſt etiam clarius definiri his verbis: *Baptiſmus eſt Sacramentum in ablutione hominis per aquam ſub præſcripta verborum formula à Christo inſtitutum ad expiationē peccati originalis primariò, et actualis ſecundariò, vbi opus eſt.* Ablutio enim baptiſmi materia proxima eſt, aqua verò remota, forma vero ſunt verba illa: *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Huius *Sacramēti effectus eſt remiſſio omnis culpæ originalis, et actualis, omnis quoq; pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur*, verba hæc ſunt Concilij Florentini in decreto vnionis. Et hoc multò ante Deus per Ezechielem prædixerat, inquiens; *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*; propterea à Tridentino Concilio decretum eſt, *Vt ſi quis per Ieſu Christi Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, ſed illud dicit tantum radi, aut non imputari, anathema ſit*; totam etiam pœnam peccatis debitam baptiſmate remitti ex Tridentino Concilio conſtat, vbi de baptizatis loquens ait: *Innocentes, immaculati, puri, innoxijq; ac Deo dilecti effecti ſunt, & vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cæli remoretur*; ſecus verò de peccatorum pœna, quæ per ſacramentum pœnitentiæ remittitur, ait, *quæ non tota ſemper, vt in baptiſmo fit, dimittitur*. Hæc autem de pœna peccatis poſt hanc vitam debita, quam gehennalem vocant, dicta intellige, non de humana, aut ciuili, ſeu criminali, quæ quidem non remittitur; laudanda tamen eſſet Principum pietas, qui eam quoque baptiſmum ſuſcipientibus reis condonarent ε quemadmodum Eccleſia irregularitatem omnem ante baptiſmum ob delictum contractam, etiam ob homicidium voluntarium remittit ζ manet quidē poſt baptiſmum peccati fomes, concupiſcentia, ſeu propenſio ad malum, ita tamen diminuta, vt ab illa homo non ſuperetur inuitus; quæ peccatum propriè non eſt; quamuis ab Apoſtolo peccatum appelletur, quia ex peccato eſt, & ad illud inclinat η nec propriè pæna eſt concupiſcentia, ſeu propenſio ad malum, ſicut nec fames, ſitis, morbus, lethum, aliaque huiuſmodi, quæ pænalitates à Theologis appellantur, ſed ex conditione, & ſtatu naturæ corruptibilis manant θ prima igitur expiato peccati, pænęq; ei debitæ baptiſmus eſt; hæc prima poſt humani generis naufragium tabula, ad quam poſt amiſſam innocentiam originalem miſeris Euæ filijs perfugium patet, meritò appellatur; quemadmodum pœnitentia ſecunda naufragorum tabula ex probata Diui Hieronymi ſententia rectè dicitur, quam poſt amiſſam gratiam, & iuſtitiam antea baptiſmo hauſtam ad ſalutem arripere licet, *α Filiucc. tr. 1. c. 1. S. Chryſoſt. S. Aug. α β Catechiſmus Rom. Layman α γ D. Aug. in Ioan. tract.* 80. *δ Conc. Flor & Trid. ſeſſ.* 5. *&* 6. *c.* 14. *ε Catech. Rom. p.* 2. *c.* 2. *ſ.* 45. *ζ Sylueſt. verb. Baptiſ.* 6. *Valentia, Megal η Trident. ſeſſ.* 5. *decr.* 5. *θ D. Thom. in* 3. *p. q.* 69.



Digitized by Google

*69. art. 4. & 3.* ſ *D. Hier. in cap. 3. Iſaia.*

3 *Vna fides, vnum baptiſma eſt* α ſi propriè loquamur, ſi verò metaphoricè, triplex eſt baptiſmus *fluminis, flaminis, & ſanguinis* β; primus eſt aquę, ſecundus pœnitentiæ, & contritionis, quæ eſt perfecta peccatorum propriorum deteſtatio ob Dei amorem, tertius eſt ſanguinis proprij pro Chriſti fide effuſio, ſeu Martyrium, ſanguine enim proprio poteſt quis baptizari iuxtà illud Marci: *Poteſtiſne bibere calicem, quem ego bibiturus ſum, & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari?* (Marc. 10.) ſecundus, & tertius baptiſmi nomen per analogiam, ſeu metaphoram ſibi vendicant; primi enim, & veri baptiſmi per aquam vices ſupplent. Baptiſmus flaminis, ſiue pœnitentiæ ex opere operantis; baptiſmus fluminis ex opere operato; baptiſmus ſanguinis ex priuilegio diuinam gratiam conferunt γ ratione ſacramenti, & neceſſitatis ad ſalutem, baptiſmus aquæ cæteris baptiſmis præſtat; non ſolum enim medij, ſed etiam præcepti neceſſitate omnibus ad ſalutem conſequendam neceſſarium eſt baptiſmi Sacramentum, ſine quo vel re ipſa, vel in voto æterna ſalus obtineri nequit; nàm vt teſte Ioanne 3. Chriſtus dixit. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in regnum Dei,* α *ita D. Paul. ad Epheſ. 4.* β *ad Hebr. 6.* γ *vide D. Thom. 3. p. q. 68. art. 2. Filiucc. tr. 2. cap. 1. & DD. communiter.*

4 Baptiſmũ inſtituit Chriſtus, quoad efficaciam, & vim regenerandi, eadem die, & hora, qua in Iordanis flumine à Ioanne Baptiſta baptizatus fuit α nam vt ait D. Auguſtinus β *Ex quo Chriſtus in aqua mergitur, ex eo omniũ peccata abluit aqua.* Hoc autem factum eſt ante Chriſti paſſionem, à qua baptiſmi virtus completa, ac perfecta fuit; neceſſitas tamen baptiſmi, poſtquam Chriſtus è ſepulcro rediuiuus ſurrexit, hominibus indicta eſt, vt fideles peccato morerentur, & ad nouam iuſtitiæ vitam renaſcerentur; à die autem Pentecoſtes, in quo ſolemnis nouę legis promulgatio facta eſt, baptiſmus neceſſarius eſſe cœpit γ, non verò antè, nulla enim lex ante promulgationem obligandi vim habet: oportuit autem Chriſtum prius pati, & reſurgere, quam hominibus imponeretur neceſſitas aſſimilandi ſe morti, & reſurrectioni eius per baptiſmum. Ideò Apoſtolus ad Romanos ſcribens, *An ignoratis*, inquit, *quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*; probabile etiam eſt baptiſmum à Chriſto in Iordane primo deſignatum, deindè verò inſtitutum fuiſſe, antequam pro hominum ſalute mortem ſubiret, & ſanguine ſuo peccata noſtra expiaret; δ nam, vt referunt Euangeliſtæ, ε baptiſmum Chriſti diſcipuli eius ante paſſionem adminiſtrabant, ergo iam inſtitutus erat. Per diſcipulos ſuos baptizabat Chriſtus, quia ipſe eis mandabat, vt baptizarent, ipſe verò non tingebat aqua, præbebant diſcipuli miniſterium corporis, præbebat ille adiutorium maieſtatis; ξ valdè etiam probabile eſt Apoſtolos ante Chriſti paſſionem baptizatos fuiſſe, vt docet D. Auguſtinus explicans verba illa Chriſti: *Qui lotus eſt per baptiſmum, non indiget, niſi vt lauet pedes,* α *D. Thom. q. 66. art. 2. p. 3.* β *Auguſt. ſerm. 1. Dom. 1. infra oct. Epiph. & ſerm. 36. de temp. D. Hier. Matth.*

*Matth.* 3. *D. Ambr. lib.* 2. *in Lucam, Beda ibid. D. Io Damaſc. & Clichtoneus lib.* 4. *orthod. fid. c.* 4. *Triden. ſeſſ. 6.* 4. *Bellarm. lib.* 1. *c.* 5.

5 Inter baptiſmum Chriſti, & baptiſmum Ioannis magnum diſcrimen eſt, hic enim in ſola aqua Iudaico more baptizabat, Chriſtus verò in aqua, & Spiritu Sancto. Ioannis baptiſmus nec Sacramentum erat, nec gratiam conferebat ex opere operato, nec vllum caracterem imprimebat, vt Chriſti baptiſmus facit, ſed ille ad hunc quædam præparatio de conſilio fuit. Propterea qui à Ioanne baptizati fuerāt, Chriſti etiam baptiſmo expiādi erant, immò ſi quis, vt Ioannes Baptiſta, in vtero matris iuſtus, ſanctuſque factus fuerit, à ſuſcipiendi baptiſmi lege die Pētecoſtes, vel, vt alij aiunt, ab excidio Hieroſolymæ ſufficienter promulgata, immunis non erit, & quamuis cathecumenus aliquis diuinam gratiam per deteſtationem infidelitatis, reliquorumque peccatorum conſecutus fuerit, baptiſmum adhuc ſuſcipere, quamprimum poteſt, debet, vt ex aqua, & Spiritu Sancto renatus, regnum cælorum intrare poſſit, *D. Thom. in* 4. *ſent. Bellarm. lib.* 1. *c.* 20. *Henriq. lib* 2. *c.* 32. *Bonac. diſp.* 2. *q.* 1. *p.* 1. *Pitigian. d.* 2. *q.* 2. *art.* 4. *Durand. Palud. Chamerota, Valent. tom.* 4. *Laym. lib* 5. *tr.* 2. *c.* 1 *n.* 3 *ita DD. cit. & Scotus, Cōnch. Nugnus, Reginald. Henriq. Bonac. loc. cit. & alij.*

6 Sacramentum baptiſmi eſt cauſa inſtrumentalis moralis, & Phyſica gratiæ iuſtificantis, illa enim eſt cauſa inſtrumentalis moralis, cuius intuitu cauſa phyſica vere effectum producit. Deus autem intuitu Sacramentorum Chriſti merita repræſentantium gratiam in ſuſceptoribus eorundem producit. Ablutio verò baptiſmalis non modo eſt ſignū repræſentatiuum, & rememoratiuum, ſed etiam inſtrumentum efficiens gratiæ per phyſicam efficientiam, ſeu productionem, quam verba illa D. Pauli ad Titum indicant, *ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis*. Martyrium verò eſt cauſa moralis tantum gratiæ, quam non producit efficiendo, ſed gratia à Deo illius intuitu confertur, ac producitur, *ita Suar. tom.* 3. *in* 3. *p. d. diſp.* 9. *ſect.* 2. *Nugn. cum D. Thoma* 3. *p. q.* 62. *art.* 1. *Bonacin. diſp.* 2. *p.* 2. *num.* 5. *Candid. d.* 16. *art.* 1.

7 Baptiſmus flaminis, qui in perfecta peccatorum deteſtatione propter Deum conſiſtit, cum Sacramento baptiſmi in voto, ſeu deſiderio, cathecumeni peccata expiat, eumque Deo gratum, ac iuſtum reddit, & in caſu neceſſitatis, in quo nullus adſit, qui illum baptiſmo abluat; ad conſequendam ſalutem ſufficit, itaque homo baptiſmi deſiderio flagrans, ſi abſq; hac ſalutari ablutione è vita decedat, ad cæleſtem patriam protinus euolat; baptiſmus enim illi inuiſibiliter miniſtratur, quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit, *ita cap.* 2. *de Presb. non baptiſ. Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *c.* 4. *Coninck de Sacr. in q.* 68. *Megal. vergal. verb. Baptiſ.* 4. *& DD. communiter.*

## Baptiſmi Materia. Cap. II.

8 Baptiſmi Sacramentum in vſu, ſeu in actione conſiſtit, cum accedente verbo ad elementum fit Sacramentum, non quidem in ipſo

elemẽto, ſed in homine ipſo, qui aqua abluitur. Ideò duplex in hoc Sacramento materia aſſignatur, altera remota, altera verò proxima, quæ non poteſt eſſe res permanens, ſed cum actione tranſit, vt ablutio, neq; enim aqua, vt materia determinatur à forma Sacramenti, niſi quatenus eſt in vſu, dum quis ea abluitur. Materia igitur remota Baptiſmi ex diuina inſtitutione eſt aqua naturalis, eaque tum vera, non factitia, tum ſimplex, non ita cum alio liquore permixta, vt aquæ nomen amittat, deindè elementaris eſſe debet, & abluendo apta, qualis eſt aqua paſſim vtimur, & quidem, niſi neceſſitas excuſet, aqua baptiſmalis debet eſſe benedicta; propinqua verò huius Sacramenti materia eſt ablutio per aquam, ſiue hæc maris, ſiue fontis, aut fluminis, ſtagniuè, aut paludis, ſiue pluuia, aut ros ſit, ſiue calida, ſiue frigida, ſiue colorata, ſiue pura, ſiue denſa, ſiue ex niue, ſiue ex glacie, ſiue ex ſale, quod ex naturali aqua fit, ſiue ex ſulfure profluxerit, *D. Thom. in 3. p. q. 66 art. 4. Henriq. lib. 2. de Baptiſm. cap. 6, Bonacina, Fernandez, Ocbagauia, Hurtadus, Diana p. 3. tr. 4. reſ. 5. & p. 5. tr. 3. reſol. 1. contra Coninchum de Sacr. q. 66. art. 4. d. 1; de benedictione aquæ baptiſmalis vide D. Dionyſ. c. de Baptiſ. D. Cyprian lib. 1. epiſt. vltim. D. Ambroſ. D. Auguſt. lib. 6. contra Iulian.* illa etiam aqua baptiſmo apta eſt, quæ ex ebullientis ollæ euaporatione ipſius operculo guttatim adhæret, & quæ ex lapidibus, vel ex parietibus exſudantibus efluit, *A. Fernandez exam. p. 3. c. 11. & alij.*

9 In dubio autem; vtrum aqua naturalis ſit, vt putà in iure carnium, in lixiuio ad conficiendum baptiſmum adhibere eam non licet, niſi maxima neceſſitas id poſtulet, tunc enim ſub conditione baptiſmus conferri poterit, & poſtea ſub conditione repeti, ſi baptiſmo initiatus ſuperſtes ſit, *Bonac. de Sacram. diſp. 2. q. 2. p. 3. num. 9. Poſſeuinus de off. Curati c. 6. num. 5. Chapeauilla, Kelliſonius, Marchantius, Hurtadus, Lud. S. Io. Mercerus. Henriq. Cabrera, Diana p. 5. trat. 3. reſol. 1.*

10 In extrema neceſſitate non inuenta certa aqua, ſed liquore aliquo, de quo dubitatur, an ſit aqua, ſi nec id ſenſu aliquo guſtu, odoratu, aut viſu percipi poſſit, moribundus, ſiue in mortis periculo poſitus ſub conditione eo liquore baptizari poteſt, neceſſitas enim reuerentiæ Sacramento debitæ præferenda eſt, *Card. de Lugo quem in Romano Collegio docentem audiui, de ſacr. d. 8. ſect. 9. n. 140. & alij.*

11 Si quis deficiente aqua naturali, vita periclitaretur, baptiſmum in materia dubia, vt aqua roſacea, violacea, aliauè è floribus, aut herbis, frondibuſuè expreſſa, vel per diſtillationem elicita ſub conditione conferri poſſe, immò debere probabilis recentiorum ſententia eſt: quamquam baptiſmus poſtea ſi fieri, & naturalis aqua haberi mox poſſit, ſub conditione repetendus eſt, *Io. Puleanus in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. n. 5. Io. Prapoſ. ibidem nu. 22. Adam Tannerus tom 4. diſp. 4. q. 1. Chamerota amicus noſter de ſacr. trat. 2. c. 2. diſp. 2.* & ego, contrariam quidem ſententiam probabiliorem eſſe non nego, quam plerique tuentur, aſſerentes aquam roſaceam ab aqua naturali differre, *D. Thom. 3. p. q. 66. art. 4. ad 5. eiuſq; expoſitores Vaſquez, Nugnus, Syluius, Peſantius, Mercerus, Cabrera, Kelliſonius, M. Funes, Sotus in 4. d. 3. q. 1. Vmaldus, Berarducius. Lateratus, Angles, Vecteria, Carillus, I. B.* Con-

Digitized by Google

*Comedus, Phil. Gamachaeus, P. Milardus, Philip. de la Cruz, Alabardus, Granad. Layman, Arch. Rubeus, Guil. Eſtius, Barboſa, Rodriquez, Marchantius, Poſſeu. Valdenſis, P. à S. Ioſeph, Yribarne, Raguc. Pitigan, Homobon. Binsfeld, Zambr. F. Moura, Fern. Heredia, Henriq; Bapt. ab Angelis, Bonacin. diſp. 2. q. 2. p. 3, Lorch. Molfeſ. Vega, Zechius, Muttin. Zanard. Bizozer, Io. à Cruce, Becan. Valen. Regin. Hurtad. L. S. Io. Ledeſm. Villal. Moſcos, Ochagauia, Diana p. 5. tr. 3. reſ. 2.*

12. In niue, glacie, pruina, grandine, & ſale aquæ ſubſtantia reperitur, & hæc eiuſdem rationis ſunt cum aqua naturali, quamuis ad abluendum proximè apta non ſint, remotè tamen apta ſunt, & ſi reſoluantur, proximé, propterea in extrema neceſſitate, vitæque periculo ſatius eſſet illis ad conferendum baptiſmi Sacramentum vti, ea aliquo modo in aquam reſoluendo, cum ſolo tactu, flatuq; calido nix, glacieſq; liqueſcat, quam neceſſarij huius Sacramenti adminiſtrationem prætermittere. Adhæc Ioannes Maior contactum ſolum aquæ etiam abſq; ablutione ad baptiſmum ſufficere exiſtimat, nix autē, glacies, & grando ſecundum ſubſtantiam aqua naturalis ſunt, *ita contra Doctores proximè citatos, Coninchum, & Petrum à S. Ioſepho, docent Puteanus 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. d. 1. Prepoſit. ibid. Hurtad. de Bapt. d. 1. d. 2.* Niuem, aut glaciem in manibus baptizantis liqueſcentem, ac defluentem ſufficere ad baptiſmum probabile eſt, *Adam Tanner. trat. 4. d. 1. d. 2.*

13. Proximam baptiſmi materiam ablutionem, vt paſſiuam eſſe aliqui probabiliter aſſerunt, ita docent *Suarez in 3. p. tom. 3. d. 20. ſec. 2. Sot. in 4. d. 3. art. 1.* alij verò tam actiuam, quam paſſiuam ablutionem proximā huius Sacramenti materiam eſſe probabilius aſſerunt, *Coninch. q. 66. art. 4. d. 2. Vaſq. P. Ochagauia* vtraq; ſententia probabilis eſt, *Diana p. 5. tr. 3. reſol. 3. & alij.*

14 Humor ex vite, aliouè arbore ſtillans, vel fluens, non propriè aqua, ſed ſuccus videtur, nihilominus, ſi magna neceſſitas vrgeat, ad baptiſmum conferendum adhiberi poteſt, non enim ſatis conſtat, an ab aqua naturali ſpecie differat, *Io. Cruz, A. Fernandez, Henriq. Diana p. 3. trat. 4. reſol. 5. & alij plurimi.*

15 Illa autem aquæ quantitas ad conferendum baptiſmum ſufficit, quæ corpus contingere, & per illud fluere poteſt, vt gutta vna, vel duæ in mortis articulo ſufficiunt: quacunque enim gutta aquæ homo ablui poteſt, modò per corpus, vel corporis partem gutta fluat, *ita Henriq. Vaſq. & ex Panormitano, & Innocentio IV. in cap. debitum de Baptiſmo, Maratius, Hurtadus, Granadus, Præpoſitus q. 66. art. 8. Diana p. 5. trat. 3. reſol. 5.* Baptiſmum illum verum, ac ratum fuiſſe probabiliter aſſerunt, quem mulier quædam digito aqua madefacto infantis faciem Crucis ſigno præmuniens illi contulit, *Comitolus, Filiucc. & alij.*

16 Non licet baptiſmi miniſtro quamlibet aquam naturalem veram, ac puram abſque neceſſitate adhibere, ſed aqua ſacrorum fontium vti debet, *Bonac. tom. 1. fol. 47. num. 8. Reginald. lib. 27. num. 13. Poſſeuinus de Bapt. n. 4. Henriquez, Coninch. q. 66. Syluest. Tolet. lib. 2. cap. 18.*

17 Ablutio, quæ proxime eſt baptiſmi materia, fieri poteſt ſiue immergendo corpus in aquam, ſiue infundendo, & applicando corpori aquam, quæ illud per manentes fluendo tangat, vt



Digitized by Google

animi ſordes, & culparũ labes abluat, *idem d. 2. q. 2. p. 3. nu. 16. ità Doctores communiter.*

18 Infantem materni vteri carcere incluſum, ſi qua corpuſculi illius pars, vel ſolus digitus attingi, vel aqua per fiſtulam, vel ſpongiam, vel per cicatricem matris infuſa ablui poſſit, baptizare licet, infans enim in eo ſtatu à matre diſtinctus, & ſufficienter ex ſemine natus, & ex non homine homo factus, natiuitate minus propriè dicta, natus dici, & baptiſmo initiari poteſt. Nam & infantes è cæſo matris vtero eruti ſacro fonte luſtrantur; hic enim Sacramenti materies, ſubiectum, & forma adeſt, *Suarez loc. cit. d. 20. Valentia, Viualdus, Zãbranus, Victoria, Gabriel, Coninch, Io. Præpoſitus in 3. p. q. 66. art. 8. d. 3. Marchantius, Diana p. 2. trat. 1. reſol. 43. & p. 5. trat. 3. reſol. 12. contra Ochaganiam, Villalob.*

19 Tempore neceſſitatis minimæ partis, vt digiti ablutio ad hoc Sacramentum ſatis eſt. Quin etiam ad baptiſmum conferendum ſufficit, ſi luſtralis aqua capillos, & vngues abluat; illę enim humani corporis partes cenſentur; immò ſi ſecundas, ſiue, vt aiunt, ſecundinam pellem, qua obuolutus puer natus eſt, aqua lauet, ad baptiſmum hæc ablutio ſufficit, ſecundina enim pellis veluti cutis pueri reputatur, *B. Pontius lib. 4. c. 25. nu. 7. Ochagauia, Sotus in 4. d. 3. q. 1. Vaſq. tom. 2. in 3. p. d. 146. Diana p. 5. trat. 3. reſol. 4. Præpoſit. Granad. Hurtad. Cabrera, Moſcoſus, Layman, Torreblanca contra Villalobum, Zambranum, Valentiam,* ideò infantes baptizati in ſecundina pelle ſepultura ſacra priuandi non ſunt, *Diana p. 5. trat. 3. reſol. 112.*

20 Qui in mortis periculo in minima aliqua corporis parte, vt putà in digito, in calcaneo, in capillis baptiſmum ſuſcepit, vel in ſola aquæ gutta, vel in dubia materia, is ſi tranſacto periculo ſuperſtes ſit, ſub conditione iterum baptiſmate expiandus eſt; vt in re tanti momenti de ſuſcepto Sacramento ad ſalutẽ neceſſario certus, & ſecurus ſit, *Coninch. de ſacr. q. 66. art. 9. Præpoſ. Ochagauia, Io. Præpoſit. Diana ibi reſol. 11 contra Hurtadum.*

21 Probabilius eſt infantem ab obſtetrice in vmbilico, per quem fœtus in vtero matris nutritur, baptizari non poſſe; vmbilicus enim cum ſecetur, pars hominis non cenſetur, *Iac. Marchantius trat. 2. de Bapt. c. 1. q. 1. c. 2. Dian. p. 5. trat. 3. reſ. 15.*

22 Si puer agens animam, vt baptizetur, in puteum, vel flumen proijciatur, vel demergatur, ſimulq; baptiſmi formula pronuncietur, baptiſmum ille verè conſequitur, non enim deeſt Sacramenti iſtius materia, nec forma, nec intentio miniſtri, *ita Gabriel, Suarez q. 66. art. 4 Vaſquez, Victoria, Io. Præpoſitus, Ochagauia, Lud. à S. Ioan. Villalob. Gamacheus, Meratius, Layman lib. 5. tit. 2. c. 3 nu. 5. Diana reſol. 14. Panormit. in c. non vt apponeres de Bapt Valentia q. 1. p. 2. contra Sotum, Syluestrum, Henriquez, Ledeſmam, Cabreram, Scotum in 4. d. 5. q. 3. Ricardum, Tabien. Angel. Tolet. Megal.* Neque ad valorem baptiſmi, qui ſubmerſione fit, acceſſe eſt, vt emerſio ab aqua ſubmerſioni ſuccedat, ideſt, vt demerſus infans extrahatur ab aqua, quandoquidem ſola ſubmerſio, vel immerſio ad ablutionẽ baptiſmo neceſſariam ſufficit, *ita Suar. Vaſq. Coninch. Roſella, Filiucc. cõt. Scot. Palud. Marſ.*

23 Verum non licet moribundum puerum in puteum, vel flumen ſuffocandum proijcere, vt ſic baptiſmum, quan-

quando alio modo non poteſt, conſequatur, nulli enim fas eſt propria authoritate quemquam citra defenſionẽ interficere, nec facienda ſunt mala, vt indè eueniant bona: ſi tamen aqua hauriri, vel haberi aliter non poſſet, tunc puer per caniſtrum, vel ſportam, vel funem in aquam demitti, & pronunciatis formalibus baptiſmi verbis, extrahi licitè poſſet, *Laym. lib. 5. tit. 2. c. 4. nu. 5. Hurtadus, Gamachaus, Meratius, Præpoſitus, Diana p. 5. trat. 3. reſol. 14. contra Vaſquium, Ochaganiam, & alios.*

24 Quæcunq; ablutio ſiue fiat immerſione, ſiue infuſione, ſiue aſperſione aquæ ad baptiſmum conferendum ſufficit, vt ex vſu, ac conſuetudine Eccleſię conſtat, nam & Apoſtolos quando vna die quinque millia baptizarunt, & D. Laurentium plurimis inſtante martyrio aſperſione aquæ baptiſmum contuliſſe ferunt; propterea moribundum, ad quem non patet acceſſus, ſatis eſt aqua aſpergere baptiſmi formam proferendo, *Chapenuilla de Bapt. q. 19 Hurtadus, Diana ibi reſol. 19* verum extra neceſſitatis tempus in conferendo baptiſmo ſeruandus eſt vſitatus Eccleſiæ ritus, quo per infuſionem confertur, graue tamen peccatum non eſt immerſione, vel aſperſione aquæ citra neceſſitatem, ſi contemptus, & ſcandalum abſit, baptizare, *Poſſeuinus c. 16. nu 6 Sot Henriq. Granadus, contra Ochagauiam*, ſecundũ Romanæ Eccleſiæ ritum baptiſmus confertur per infuſionẽ aquæ; Sacerdos vaſculo ſeu vrceolo accipit aquam baptiſmalem, & de ea ter fundit ſuper caput infantis in modum crucis, vbi autẽ eſt conſuetudo baptizandi per immerſionem ſacerdos accipit infantẽ, & caute caput eius immergit, & tertia merſione baptizat. Si in aliqua Eccleſia trina merſio vſitata ſit, vna tantum adhiberi poterit cum integra prolatione formæ, ſi periculum ſit in mora, ne infans ante tres merſiones moriatur, *Layman. cap. 4. num. 4. Zambranus, & alij plurimi.*

25 Mater graui morbo correpta, ac morti proxima, etiamſi velit, ſecari & aperiri non debet, vt infans in vtero clauſus eruatur, & baptiſmate luſtretur, non enim facienda ſunt mala, vt indè bona eueniant; veruntamen ſi mulier capite damnata, antequam pariat, morbo corripiatur, ac timeatur, ne vna cum prole, quam in vtero gerit, ante partum intereat, ſeruato iuris ordine ſecari poteſt, ſi ſeruandi, vel baptizandi fœtus ſpes affulgeat: cum enim matris ſcelus necem mereatur, ſectione ius non violatur, *Suarez, Coninch, Layman lib. 4. tr. 2. cap. 3. nu. 2. Ochagania, lo. Præpoſitus, Diana p. 5. tr. 3. reſol. 13. contra Moſcoſum Epiſcop.*

26 Non valet baptiſmus, ſi ſolas veſtes aqua illius attingat, vel aliquid, quod hominis pars non cenſeatur, *Bonac. tõ. 1. fol. 48. nu. 21. Syueſt. Barpt. ab Angelis, Viualdus, Sotus, ſumma Corona, Suar. Valent. Reginaldus, & alij.*

27 Si puer ante inceptam ablutionem moriatur, baptiſmum non conſequitur, ſecus dicendum, ſi poſt primã merſionem moriatur. Verum ſi prolata iam baptiſmi forma, dum infans abluitur nondum perfecta, ſeu finita ablutione moriatur, verè baptiſmum cõſecutus cenſetur, *ita ex Suar Caiet. Sot. Val. Bonac. Granad. Hurtad. Ochagauia, Diana p. 5. tr. 3. reſol. 17. & alij.*

28 Ratus etiam baptiſmus eſſet, ſi infans ſuggrundijs, & decidenti ex tecto pluuiæ ſubmitteretur, atq; ita ablueretur, *Bonac. d. 2. q 2. p. 4. num. 28.*

Baptiſmi

Digitized by Google

## Baptiſmi Forma. Cap. III.

1 BAptiſmi forma Chriſti ipſius verbis præſcripta, & Apoſtolis tradita in Occidentalibus Eccleſijs vſu accepta, & ad hoc Sacramentum conficiendum ſufficiens, ac perfecta hæc eſt. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen;* hac enim forma vtitur Romana Eccleſia omnium mater, magiſtra, ac princeps; hanc igitur perfectam, ac ſufficientem formam, eſſe de fide credendum eſt. α Ad intrinſecam rationem formæ pertinet expreſſa, & clara Sanctiſſimæ Trinitatis nominatio, eiuſdemque trium perſonarum vnitatis, nec non actionis, quæ à baptizante miniſtro exercetur, & perſonæ baptizandæ expreſſio; id enim Eccleſia à Spiritu Sancto edocta, & Apoſtolicis traditionibus innixa tanquam neceſſarium ſemper obſeruauit, ac docuit. β adeò vt baptiſmus, ſiue actus, qui exercetur, vel Sanctiſſimæ Trinitatis, eiuſdemq; vnitatis, vel perſonæ baptizandæ expreſſione confici nequeat, vel inualidè conficiatur. γ Sufficit autem ſi actus baptizandi exprimatur verbo, *baptizo*, vel *abluo*, *lauo*, vel *mergo*, δ ſatis enim his verbis ſignificatur, cur ablutio fiat, quæ propter multa fieri poteſt, ideò expreſsè ad baptiſmi actum determinanda eſt. ε Nihil verò baptiſmi formulæ addendum, nihil detrahendum, nihil immutandum ex ijs, quæ ad rationem præſcriptæ formæ ſpectant; propterea baptiſmus in nomine Chriſti, vel Beatiſſimæ Virginis, vel ſanctæ Crucis collatus, nihil valet. ζ Si quis tamen integræ baptiſmi formulæ addat, & in nomine Beatiſſimæ Virginis, vel ſanctæ Crucis, non animo baptizandi in nomine Beatiſſimæ Virginis, vel ſanctæ Crucis, ſicut in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſed animo opē implorandi, baptiſmum verè conficit. η Ita ſi quis in baptizando omiſſis cæteris particulis, *ego*, *in*, *et*, *amen*, dicat, *baptizo te nomine Patris Filij, Spiritus Sancti*, quamuis peccet, validè tamen Sacramentum hoc miniſtrat, quandoquidem coniunctionum omiſſio, verborum ſignificationem minimè tollit, immò latinæ linguæ magis conuenit particulæ, *in*, omiſſio, cum per Helleniſmum, vel Hebraiſmum formæ addita ſit; θ Vis etiam pronominis, *ego*, in verbo, *baptizo*, continetur, ideò abſque particulæ illius prolatione ratio Sacramenti conſtat; idem dic de particula, *amen*. ι voluntaria autem huiuſmodi particularum omiſſio venialem culpam non excedit ob materiæ leuitatem. κ Secus verò, ſi perſona baptiſmo expianda nec ſpeciatim, nec generatim exprimatur, baptiſmi enim forma determinatè ſignificare actum baptizandi, ideſt ablutionem debet, & conſequēter eum, qui abluitur, alium ab eo, qui baptizat, nemo enim ſe ipſum baptizare poteſt, propterea non valet baptiſmus hoc modo collatus: *Ego baptizo in nomine Patris &c.* λ Nec forma hoc modo vitiata ſubſiſtit, *Ego te baptizo in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Siquidem Chriſtus *in vno nomine baptizare nos iuſſit, dicens: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; noli mirari, quia dixi vnum nomen vbi eſt vna ſubſtantia, vna maieſtas,* vt ait D. Ambroſius.

Digitized by Google

ſius. *u Baptizamur in nomine, non in nominibus, quia hi tres vnum ſunt, & hi tres vnus eſt Deus*, inquit Auguſtinus, *y* nec careret dubitatione baptiſmus collatus hoc modo: *ego te baptizo in virtute, authoritate, maieſtate, aut deitate Patris &c.* ideò ſub conditione repetendus eſſet, *z* nam illum non valere aſſerit Innocentius. *a* Præterea ſi quis baptizans dicat, baptizo te in Chriſto Ieſu, & non dicat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſicut Dominus inſtituit, non eſt verus baptiſmus, vt ait Beda, *b* neq; baptiſmus integer eſt, ſi quidquam ad plenam, & diſtinctam inuocationem perſonarum ſanctiſſimæ Triadis deeſt, *c* vt ſi quis dicat, aliquem abluens, *Ego te baptizo in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, vel in nomine Patris tantum, vel in nomine Christi*, nulla aliarum diuinarum perſonarum mentione facta, baptiſmus ille non valet, *d* & qui ſic baptizat, mortifero ſcelere ſe obſtringit; probabilius tamen aſſeritur, ac tutius ſic baptizatum ſub conditione iterum baptizandum eſſe, ſiquidem baptiſmũ ab Apoſtolis ſolo Ieſu Chriſti nomine inuocato adminiſtratum fuiſſe legimus, *e* atque ideò ſic præſtitum valere nõnulli cum Diuo Ambroſio exiſtimant, *f* idq; ab Apoſtolis factum fuiſſe ex priuilegio ſpeciali, vt Ieſu Chriſti nomen, quod Iudæis, & gentibus nouum, & odioſum erat, honorabilius redderetur. *g* Quamquàm etiam probabilis quorundam ſententia eſt, Apoſtolos nunquam in ſolo Ieſu Chriſti nomine baptizaſſe, ſed ita in actis Apoſtolorum ſcriptum fuiſſe, vt indicetur in nomine, & virtute Chriſti baptiſmum ſuſcipiendum eſſe, ſeruata tamen, & adhibita forma, quam adhiberi Chriſtus iuſſit, dicens: *baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* *h* Nicolaus Pontifex interrogatus olim, an baptiſmus à quodam Iudæo præſtitus valeret, validum eſſe reſpondit, & hoc verum eſſe addidit ſiue in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, ſiue tantum in nomine Chriſti præbeatur, id autem tanquam priuatus Doctor D. Ambroſij ſententiam ſecutus aſſeruit, *i* vt Summi Pontifices, & concilia facere *k* conſueuerunt, *u* ex

*Concil. Florent. in decr. Eugenij, & Trid. ſeſſ. 7. c. 3. ex cap. ad abolendam de hæret. S. Thom. q. 66. art. 5. x Alexander III. c. 1. de Bapt. y Laym. lib. 5. tract. 2. c. 4. z S. Cyprian. epiſt. 73. S. Damaſc. de fide lib. 4. c. 10. Pelagius Papa c. ſi re vera d. 4. de conſecr. S. Thom. art. 6. Richar. art. 2. q. 3. Scot. q. 3. §. tertio, Durand. q. 1. nu. 8. & 9. Palud. q. 1. Bellarm. de Bapt. c. 3. Lorin. in c. 2. Act. Vaſq. d. 143. c. 2. Suarez d. 21. ſect. 3. Henriq. lib. 2. cap. 10. b S. Th. Suar. Sot. in 4. diſt. 3 q. vnd. art. 5. c Concil. Flor. S. Chryſ. Peſant. Vaſq. Barp. ab Angel. Angel. Armil. Syllueſt. Tabien. Bonac. p. 4. num. 6. d Suar. Henriq. Coninch. Duran. S. Thõ. Diana p. 3 trat. 4. reſol. 4. & 48. e ita contra Sylueſt. Viuald. Cand. docent Henriq. Conin. Tol. Bonac. f Sotus loc. cit. Conin. Tol. lib. 2. c. 19. Megal. h Suar. Sot. Sylu. Armil. Viuald g D. Ambr lib. 2. de ſacr. cap. 7. D. Hieron. in epiſt. ad Epheſ. i D. Aug lib. 3. contra Max. c. 32. g Sot. Suar. d. 21. ſect. 3. Conin. Megal. o Innoc. cap. 1. de Bapt. q D. Thom. & Doct. commun. r Alba Apoſt. c. 2. 8. 10. & 19. Nicol Pap. c. à quodam Iud. de conſecr. d. 4. t D. Ambr. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 3. Magiſter in 4. ſent. d. 3. u D. Bonauent. D. Thom. q. 66. art. 6. ad 1.*

*a D.*

D. Cyprian. epiſt. 73. D. Fulgent. de Incar. 6. 11. D. Damaſcenus lib. 4. Aug. lib. 3. contra Max. cap. 7. Suar. Sot. art. 6. Bellarm. lib. 1. Conin. cap. à quodam Iud. de conſecr. d. 4. Bellarm. lib. 4. de Rom. cap. 12. Valent. p. 3. col. 9. Suar. Canuſ. Sot. art. 6. Megal. verb. Bapt. forma nu. 6. Duran. Gabr. Alenſ. & alij plurimi.

2 Ad conficiendũ hoc Sacramentum neceſſe non eſt, vt perſona miniſtri directè in formula exprimatur, ſed baptiſmi formula, qua Græci vtuntur, ad eſſentiam Sacramenti ſufficit, ea autem eſt: *baptizetur N. ſeruus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; hac forma ſi Latinus quiſpiam baptizando vteretur, Sacramentum fidei, & regenerationis quidem conficeret, grauiter tamen peccaret, Eccleſiæ enim propriæ ritum ſeruare quiſq; debet ex præcepto, quod cum de re graui ſit, ſub peccati mortalis pœna obligat, quãquam ſi ſcandalum abſit, & ſuſpicio non occurrat, ne videatur Græcorũ forma vti, quod ſentiat formam noſtram non ſufficere, probabile ſit non eſſe peccatum plusquam veniale *Concil. Fler. de vnion. D. Thom. q. 66. art. 5. ad 1. ita Doct. commun. Sot. in 4. d. 3. q. 1. art. 5. Coninch art. 6. d. 1. n. 35. Megal n. 3. Valent. p. 3. d. 4. q. 1. p. 3. Nugn. in 3. p. q. 66. art. 5. Suar. Candid. d. 26. art. 3. d. 2. Bonacin. tom. 1. d. 1. q. 2. p. 4. nu. 10. & alij plurimi.*

3 Si quis ſalutari lauacro quempiã abluens dicat, *ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filij, in nomine Spiritus Sancti*, Sacramentum verè conficit; repetitio enim nominis tribus perſonis communis, diuinæ naturæ vnitati non repugnat, cum Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus ſit, non tamen tres Dei ſunt. Non aliter validum exiſtimo baptiſmum, quo mulier domi infantem baptizauit, ad ſingulas partes formæ ſic prolatæ aquam illi affundens, ego te baptizo in nomine Patris, *ego te baptizo in nomine Filij, ego te Baptizo in nomine Spiritus Sancti*; non enim irritus eſt baptiſmus ob trinam aquæ affuſionem, vel aſperſionem, ſicut nec irritus eſt ob trinam immerſionem fieri ſolitam, neque ob repetitionem; hæc enim licet in forma conſueta explicitè non fiat, tacitè tamen, & implicitè fit, vt ex conſtructione verborum, & vi coniunctionis, *et*, conſtat, nec copulæ, *et*, omiſſio, baptiſmum vitiat; poſſe tamen in tali euentu baptiſmum ſub conditione iterari non inficior, in eo enim ſatis expreſſa non videtur vnius diuinitatis eſſentia, *Suarez tom. 3. d. 21. ſect. 3. Coninch in 3. p. q. 66. art. 6. Cabrera q. 66. n. 22. Diana p. 2. trat. 17. reſol. 15. Sot. loc. cit. Candid. d. 5. contra Bonacinam nu. 5. Laym. lib. 5. trat. 2. cap. 4. nu. 4. contra Comitolum lib. 1. quæſt. 7.*

4 Baptiſmum collatum ſub forma æquiualentibus verbis prolata valere, probabilis Doctorum ſententia eſt; vbi enim eſt accidentalis tantum formæ mutatio, Sacramentum valet, talis autem mutatio accidit, ſi quis baptizet aliquem in nomine genitoris, geniti, & procedentis ab vtroque, nam hæc etiam propria ſunt diuinarũ perſonarum nomina æquiualentia vocibus Patris, Filij, & Spiritus Sancti; verum quoniam contraria etiã ſententia probabilis eſt, ac communior, quia credibile eſt formam in Eccleſia vſurpari ſolitam in totidem, iiſdem que verbis à Chriſto Domino inſtitutam fuiſſe, cenſeo baptizatum priori modo,

modo, hoc eſt in nomine Genitoris, Geniti, ac procedentis ab vtroq; iterũ conſueta Eccleſiæ forma ſub conditione, ſi non eſt baptizatus, baptizandum eſse, λ vt omnis dubitatio auferatur in re tanti momenti, α *Gloſſ. in cap. multi ſunt d. 4. de conſecr. Caiet. q. 66. art. 5. Victoria de Baptiſ. 13. Laym.* β *D. Thom. q. 66. art. 5. S. Bonau. in 4. diſt. 3. art. 2. q. 3. Richard. Scot. q. 2. Duran. Palud. Gabr. Sot. q. 1. art. 5.* γ *Sot. Suar. d. 21. ſect. 4. Layman. cap. 4. num. 4. & alij plurimi.*

5 Probabilius eſt, irritũ eſſe baptiſmum collatum hoc modo, *ego te baptizo in, vel cum Patre, & Filio, & Spiritu Sancto,* α communis enim Doctorum ſententia eſt, verbum illud, *in nomine,* ad eſſentiam formę pertinere, nam per illud non modo virtus, ſed etiam inuocatio, & profeſſio vnius Dei, triniq; ſignificatur, β ac proinde dubia eſt forma illa: *ego te baptizo in virtute Patris, &c.* plus enim ſignificat nomen, quam virtus, in dubio autẽ, an aliquis verè, ac validè baptizatus fuerit, Eccleſiaſtica ſepultura priuandus non eſt, vt infans, qui ſecundina pelle indutus baptizatus eſt, vel ſub forma dubia, γ *ita* α *contra Comitolum ſentiunt Sot. d. 3. q. 1. art. 5. Valent. tom. 4. d. 4. q. 1. p. 2. Suar. ſect. 2. Henriq. Coninch. q. 66. art 6.* β *S. Hieron. in c. 28. Math. & c. 4. ad Epheſ. S. Ambroſ. lib. 2. de Sacr. S. Aug. Innoc. Laym. loc. cit. Filliuc. tom. 1. tract. 2. c. 3. Candid.* γ *Homobon. de caſib. conſcien vol. 2. p. 7. reſol. 67. Bonac. Dian. p. 4. tract. 3. reſol. 69. & alij.*

6 Si dum baptiſmi formula profertur, intercidat modica aliqua verborum interruptio, & dum Sacerdos baptizans dicit *in nomine Patris*, tuſſiat, oſcitet, aliquem vocet, vel ab aliquo interpelletur, ac deindè ſtatim reliqua verba proferat, baptiſmus valet: ſecus verò, ſi notabilis verborũ interruptio fiat, ſiue per ſimplicem ceſſationem, ſiue per alicuius operis interpoſitionẽ; oratio enim vocibus coniunctis conſtare debet, vt ſignificet animę ſenſa, *D. Thom. q. 60. art. 8. Richard. in 4. d. 3. art. 2. Maior, Sotus, Layman loc. cit.*

7 Si permanente eodem ſenſu verba præpoſterè, vel tranſpoſitione facta proferantur, dum aliquis ſacro fonte abluitur, Sacramentum validè conficitur, vt ſi dicatur in nomine Filij, & Patris, & Spiritus Sancti ego te baptizo, α excipe tamen niſi miniſter hæreſim ſic inducere velit, quaſi aſſerendo filium eſſe principium patris, vel aliumm ordinem emanationis in diuinis ab eo, quem orthodoxa fides docet, tunc enim formalium verborum ſenſus corrumpitur, quapropter baptiſmus in hoc caſu β ſub conditione repetendus eſſet, α *Scotus in 4. d. 1. q. 2. Sot. d. 1. q. 1. art. 8. Coninch art. 6. Megal. n. 10.* β *Alex. Alenſ. p. 4. q. 13. num. 3. Laym. cap. 4. num. 6. Megal. loc. cit.*

8 Si quis dignitate aliqua præfulgens, numerum multitudinis pro ſingulari ponendo dicat, baptizans: *nos te baptizamus, ſiue pro, te,* dicat, *vos,* baptiſmus valet, eſt enim figura ſynecdoche, qua ex pluribus vnus intelligitur. α Idem dicendum eſt, ſi quis vna, eademque forma plures ſimul abluens dicat, *ego vos baptizo*, nam vt confeſſarius vna, eademque abſolutione plures abſoluere poteſt, dicendo, *ego vos abſoluo*, ita quis plures ſimul vnica formæ pronunciatione baptizare valet; β immò ſi duo, vel plures vnum aliquem ſimul ſalutari aqua abluentes dicant, *nos te baptizamus, vel ego te baptizo &c.* & quilibet

in-

intentionem habeat baptizandi independenter ab intentione alterius, ſic collatus ab illis baptiſmus valet, nam & plures Sacerdotio initiati vnam, eandemq; hoſtiam ſimul conſecrant, & plures cauſæ vnum, eundemq; effectum producere poſſunt, vt Phyſiologi docent. γ Verum ſi vterque, alter dependenter ab intentione alterius baptizandi intentionem habeant, baptiſmum verè, ac validè non conferunt, ſiue dicant, *ego te baptizo, ſiue nos baptizamus*; neuter enim per ſe baptizat, ſed cum alio, δ quod ſi plures vnum, eundemque ſimul prolata formula baptizent, vnus tamen baptiſmus eſt; Chriſtus enim, qui vnus eſt baptizans interius, vnum tantum Sacramentum formaliter per plures miniſtros confert; Vnus tantum baptiſmi character imprimitur, vnica gratia confertur, vnum ergo tantummodo Sacramentum eſt formaliter, quamuis multiplex ſit ſecundum materiam, ſic plures actiones materialiter ad vnum effectum ordinatæ, ſeu directæ vnica actio moraliter, & formaliter cenſentur. ε Quando verò plures ſimul ab vno miniſtro baptizantur, plura, baptiſmata ſimul conficiuntur, totidem ſcilicet, quot ſunt, qui baptiſmo expiantur, quot numero characteres imprimuntur, ζ & quot ſubiectis gratia confertur α β *D. Thom. 3. p. q. 66. art. 5. Syluest. verb. Baptiſmi q. 11. Bonac. q. 2. p. 4 num. 21. Candid. d. 16. art. 4. ad 9.* γ *Nugn. 3. p. q. 67. art. 6.* δ *D. Thom 3. p. q. 66. art. 5.* ε *Nugn. loc. cit. Valentia tom. 4. d. 4. q. 2. Filliuc. cap. 4. q. 4. num. 5. Bonac.* ζ *diſp. 2. q. 2. p. 2. p. 4. num. 22.*

9 Baptizantis error in explicatione perſonæ, vt maris pro fœmina, vel plebei pro nobili, aut Principe baptiſmi ſubſtantiam non vitiat; baptiſmi enim miniſter intentionem ſemper habet baptizandi perſonam, quam tunc baptiſmali aqua abluit, alioquin ſacrilegium graue committeret, ſi intentionem haberet non baptizandi alium, quam eum, quem eſſe credit ad ſacrum fontem allatum, cum ſit alius, nec Sacramentum conficeret, *ita Syluest. verb. Bapt. 3. q. 15. D. Thom. in 4. d. 30. q. 1. Sot. art. 5. Valentia, Henriq. lib. 2. c. 8. Coninch. Megal. verb. Baptiſ. forma num. 5.*

10 Sacerdotes, vel Diaconi baptizantes Eccleſiæ ſuę ritum ex pręcepto ſeruare debent, ac formalia baptiſmi verba Latini quidem latinè, Gręci gręcè pronunciare debent. α Laici verò, & obſtetrices vernacula lingua in baptizando vtentes non peccant. Obſtetrices verò ea verba, quibus baptiſmus adminiſtratur vernaculo ſermone ſcire debent, alioquin probabile ſit earum ignorantiam grauiter culpabilem eſſe, ſæpè enim accidit, vt periclitanti infantium ſaluti ſolæ obſtetrices ſuccurrere valeant, maximè cum fœtus nondum natus eſt, ea igitur ſcire charitatis ſaltem lege tenentur, quibus non minus ſaluti ſpirituali, quam corporali infantiũ conſulere poſſint, hæc autem ad illam diriguntur. β α *Reginaldus tom. 2. lib. 27. cap 6. Sotus d. 1. q. 1. art. 8. Bonacina p. 4. num. 17. Nugnus, Diana p. 2. trat. 15. reſol. 46.* β *D. Antoninus p. 3. cap. 15. § 4. Palud. in 4. ſent. d. 5. q. 2. art. 1. Nau. cap. 22. n. 6. Reginal Henriq. Sà, Zambran. Turrecrem. Rodriquex, & alij plurimi.*

11 Si poſt ablutionem infantis formalia baptiſmi verba proferantur, vel poſt pronunciatam formulam baptiſmi, infans abluatur, Sacramentum verè perficitur; ad Sacramentum enim

enim ſiue Baptiſmi, ſiue confirmationis, ſiue ordinis, ſiue extremæ vnctionis, moralis concurſus materiæ, & formæ ſufficit, nam, vt ait Auguſtinus, accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum, *ita contra Richardum, Caietanum tom. 1. opuſc. tr. 26. Nau. c. 22. num. 7. Zambranum, Scotum in 4. d. 6. q. 2. art. 2. docent Henriq. lib. 1. de Sacram. cap. 9. num. 10. Laym. lib. 5. tr. 2. cap. 7. n. 5. Villalob. Fernand. de Haredia p. 6. d. 2.*

## Quinam Baptiſmo expiandi ſunt. Cap. IV.

1 NEmo ſiue infans, ſiue adultus, ſiue vir, ſiue fœmina poſt Euangelicæ legis promulgationem æternam ſalutem conſequi poteſt, niſi baptiſmi Sacramento ſaltem in voto expiatus fuerit. Nam diuini oraculi teſtimonio, α *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in regnum Dei*, quo nihil immundum, nihil culpæ labe conquinatum ingredi valet, neque enim peccatum originatium, in quo omnes, excepta Dei Matre Maria Virgine, concepti ſumus, & filij iræ naſcimur, alia ratione, quam baptiſmi lauacro in mortalis huius vitæ luce expiari poteſt: *noli credere* (inquit Auguſtinus) β *noli dicere, infantes antequam baptizentur, morte prauentos, peruenire poſſe ad originalem indulgentiam peccatorum, ſi vis eſſe catholicus; ſiquidem translatio à ſtatu peccati originalis ad gratiam poſt Euangelium promulgatum ſine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri nō poteſt*, vt Tridentinum Concilium aſſeruit, γ à quo decretum eſt vt, *ſi quis dixerit baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit*. δ Et Concilium Mileuitanum decreuit, *vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, anathema ſit*. ε *Baptiſma circumſioni ſucceſſit; cum ergo circumciſio tam adultis, quam paruulis ex precepto Domini conferretur, nec baptiſmus, qui ſucceſſit loco ipſius, & generalior tamen exiſtit, cum tam viri, quam fœmina baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis, quam paruulis eſt conferendus*; ζ neque id nouum inuentum eſt, ſed teſte Origene: *Eccleſia ab Apoſtolis traditionem accepit paruulis dandū eſſe baptiſmum*, η ideo hoc fide credendum eſt non modo adultos, ſed etiam paruulos baptiſmo expiandos eſſe, quandoquidem omnes in Adamo peccauerunt, θ omnes igitur ad ſalutem æternam, & gratiam peccati expiatricem conſequendam baptiſmo indigent, cuius author Chriſtus Apoſtolis dixit: *prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*, ι *qui vult omnes homines ſaluos fieri*, κ *vult etiam omnes baptizari*, omnibus ergo neceſſarius eſt ad ſalutem baptiſmus neceſſitate medij, ac præcepti ſaltem in voto, ſi re ipſa haberi nequeat, α *Ioann. 3.* β *D. Auguſt. lib. 3. de anima, Concil. Trid. ſeſſ. 7. de Bapt. c. 5.* λ *& ſeſſ. 6. c. 4.* δ *ſeſſ. 7. c. 5.* ε *Concil. Mileuitanum can. 2.* ζ *cap. maiores de Baptiſmo, Concil. Africanum c. 77. Innoc. I. epiſt. 25. contra Pelagianos,* η *Orig. loc. cit. c. 6. D. Dionyſ. Areop. de Eccleſ. hier. c. vlt. D. Auguſt. lib. 10. in Geneſin c. 23 & lib. 4. de bapt.* θ *S. Marci c. vlt.* ι *1. Timoth. 2. D. Thom. 3. p q. 68. & DD. omnes,* μ *S. Paul. ad Rom. 5.*

Baptiſ-

Digitized by Google

*Baptiſmus paruulorum.*

2 Baptiſmus collatus infanti, vel puero rationis vſu carenti ſine conſenſu parentum valet; ad eius enim valorem requiritur tantum, materia, forma, & intentio miniſtri; nam ſuſcipientis intentionem, & fidem ſupplet tacitus Eccleſiæ cõſenſus, & fides in ipſo miniſtro Sacramẽti; α etenim, vt pueri in maternis vteris manentes non per ſe ipſos, ſed ex nutrimento matris ſuſtentantur, ita pueri rationis vſum nondum aſſecuti quaſi in vtero matris Eccleſiæ non per ſe ipſos, ſed per conſenſum, & fidem Eccleſiæ ſalutem ſuſcipiunt, β nam, vt ait Auguſtinus, offeruntur paruuli ad percipiendam ſpiritualem gratiam non tam ab eis, quorum geſtãtur manibus (quamuis & ab ipſis, ſi & ipſi boni fideles ſunt) quam ab vniuerſa ſocietate ſanctorum, & fidelium. Verum quamuis baptiſmus adminiſtratus infantibus infidelium inuitis parentibus firmus, ac ratus ſit; γ non tamen licet pueros infantes ſub cura, & poteſtate infidelium parentum, aut tutorum manentes ipſis inuitis baptizare; iuſtitia enim violatur auferendo illis ius, quod habent, aut religionis violandæ periculum imminet, ſi ſub eorundem cura, & patria poteſtate maneant, vel ſi periculum ſit, ne ſub eorum curam, & poteſtatem redeant, & peruertantur, δ veruntamen ſi paruuli à cura, & poteſtate infidelium parentum, aut tutorum quacunque iuſta ratione abducti, vel abſtracti ſunt, putà iure dominij, belli iuſti, ε vel etiam furtiuè, violenter, & cum iniuria ſublati ab infidelibus Africanis, vel Indis in longinquas, & remotas regiones Chriſtianorum abducti fuerint, ſine eorundem infidelium parentum, vel tutorum conſenſu, licitè baptizari poſſunt: tunc enim ita ſe habent, ac ſi omni parentum auxilio deſtituti ſint, quorum curam his, ad quos peruenerunt, Deus demandauit. ζ Vbi autem non licet infidelium filios inuitis parentibus baptizare, vnius tantum vel patris, vel matris conſenſus ſufficit, vt eorum filij baptizare licitè queant, nam ſi in odioſis partus ſequitur ventrem, η quantò magis in fauorabilibus; ſufficit ergo ſi mater conſentiat, vel etiam pater ratione poteſtatis, quam habet in filios, θ propterea altero parente filium baptizare volente altero reluctante, præferenda eſt voluntas iuſta iniuſtæ in fauorem innocentis prolis, & Chriſtianæ fidei; ι Verum vt apoſtaſiæ periculum, & ſacrilegij auertatur, reluctanti parenti, vel auo proles eripienda, vel ſurripienda eſt, antequam baptiſmi Sacramento initietur. κ Nec etiamſi parentes infideles conſentiant, paruuli eorum baptiſmo expiandi ſunt, ſi poſtea ijſdem reſtitui debeant. λ Porrò Iudæorum, aliorumque infidelium filij ante duodecimum annum, ſi ratione vtantur, ac doli capaces ſint, & baptiſmum petant, poſſunt inuitis eorum parentibus baptizari; ſiquidem Martini V. Bulla duodecim annorum ętatem ad baptiſmum conferendum infidelium filijs requirit, quando aliàs doli, aut diſcretionis γ capaces non ſunt *α ita contra Durandum in 4. d. 4. q. 7. Palud. d. 4. q. 4. S. Antonin. 3. p. tr. 14. c. 13. §. 9. Caiet. 2. 2. q. 10. art. 12. & 3. p. q. 68. art. 10. Vaſq. d. 154. c. 6. Conich. q. 68. art. 10. Laym. c. 4. num. 10. Nugn. Candid. β D. Auguſt. epiſt. 23. & lib. 2. de peccat. meritis c. 25. tom. 7. γ Caiet. 3. p. q. 68. art. 10. Sylu. verb. Baptiſ. 4. q. 7. Azor. 1. p. lib. 8. c. 25. Candid. d. 16.*

Digitized by Google

*l.16. art.5. d.4. D.Thom. 3.p.q.68. art.10. Candid.* c *ita contra Caietan. & Azor. docent Sot. in 4. d.5. q.1. art. 10. Durand. Viuald. Suar. d.25. ſect. 4. Coninch. q.68. ... Vaſq. d.155. c.3. Azor. ... lib.8. cap.25. q. 4. Caiet. loc. cit. ... partum C. de ... vendit.* a *ex Concil. Trid. c.62. c. Iudæi 28. q. 1. ex c. literis de conuerſ. infidel. Palud. Vaſq. Azor. Aegid. Sà, Laym. Nau. conſ. 4. de conuerſ. infid. edit. 2.* b *Laym. num. 10. Lugus de fide.* a *Concil. Tolet. 4. cap. Iudæor. 28. q. 1. apud. S. Thom. art. 22. ex diſt. 45. c. qui ſyncera.* b *Megal. verb. Baptiſ. ſuſcip. num. 2. & alij plurimi.*

3 Chriſtianorum filij inuitis ipſorum parentibus baptizari poſſunt, Eccleſiaſticæ enim iuriſdictioni ſubſunt, & parentes tanquam apoſtatæ puniri poſſent. a Eadem aduerſus hæreticos militat ratio, quia ſcilicet Eccleſiæ poteſtati ſubiecti ad baptizandos filios ſuos compelli poſſunt, eorumq; filij inuitis parentibus catholico ritu baptiſmo initiari, atq; ab eorum cura abſtrahi; Idem de apoſtatarum filijs dicendum eſt, nam ſicut Hæretici, ita Apoſtatæ ad ſeruandam fidem, quam per fidè deſeruerunt, ab Eccleſia cenſuris, & pœnis cogi poſſunt, & filiorum cura, adminiſtratione, & poteſtate, qua indigni ſunt, priuari, vt paruuli ipſi à parentibus hæreſeos contagio infectis ſeparati, ac baptizati à matris Eccleſiæ vberibus catholicæ religionis lacte imbuantur; nam quo ſemel eſt imbuta recens, b ſeruabit odorem teſta diu, a *Sotus in 4. d.5. q.1. art.10.* b *Laym. c.6. nu.11. ex Concil. IV. Toletan. c. 56. in c. de Iudæis diſt. 45. Candid. ... de hæret. in 6.* vbi decretum eſt, vt parentes iure patriæ poteſtatis propter hæreſis crimen excidant.

4 Hæreticorum, & apoſtatarum filij à catholicis baptiſmo initiari poſſunt, quamuis poſt baptiſmum parentibus reſtituendi ſint, etſi cum periculo, ne ab ipſis hæreſeos venena hauriant; peruerſionis enim periculum non adeò propinquum eſt; contingere ſiquidem poteſt, vt ante rationis vſum moriantur, vel vt ignorantia inuincibili laborantes, pertinaces hæretici non ſint, etiamſi à ſuis falſa dogmata edoceantur, ac proindè baptiſmalis fidei donum retineant, & æternam ſalutem conſequantur, ſi commiſſa poſt baptiſmum peccata propter Deum concepto dolore perfecto deteſtentur; & quidem praxis hæc in Germania à viris doctis, ac pijs ſæpius vſurpata eſt. a Quin etiam probabile eſt infidelium filios ab ipſis ſpontè ad baptiſmum oblatos, vt à morbo, vel à Dæmonis vexatione liberentur, baptizari poſſe; b fieri enim poteſt, vt ante rationis vſum obeant, & ſic ſalui fiant; tertia enim pars hominum, qui naſcuntur, ante ſeptennium ferè ex hac vita decedit, a *ita Layman. lib.5. tract.2. c.6. num.12. Diana p.3. tr.5. reſol.7. Granadus, Prępoſitus, Cardin. Lugo de fide d.21. ſect.2. & alij contra Suar. in 3.p. tom.3. d.25. ſect.3. Heredia, Coninch. q.80. art.10. Filliuc. Fern. Candid.* b *Nauar. lib.5. conſil.5. de baptiſ. Azor. cap. 25. q.6. Aduerſa q.68. ſect.3. & alij plurimi.*

5 Infidelium mancipiorum, ſine ſeruorum filij, vel ipſis parentibus inuitis ſacri fontis aqua expiari poſſunt, etiam antequam à parentibus ſegregentur; naturali enim iure infideles patres abutuntur, ideò tanquam indigni illo abſque iniuria priuantur; neq; verò ipſis ſolum ſalutis filiorum curam

curam gerere datum eſt, verum antequam rationis vſum aſſequantur, ab infidelibus parentibus ſeparandi ſunt, vt paternæ infidelitatis immemores rectè viuant, neuè fallaci parentum ſectæ adhæreant, α tutiùs tamen eſt ab infidelibus mancipijs filios ante ſeparare, venundare, vel donare, & mox eoſdem inuitis etiam parentibus baptizare. β Quod facere domini non modo licitè poſſunt, ſed etiam charitatis lege eoſdem ſeruorum ſuorum filios baptizare debent. γ Quin etiam infidelium filios iure belli captos, ipſis parentibus inuitis, baptizare licitum eſt, quandoque etiam fas eſt eoſdem parentibus relinquere, aut reſtituere, vel alijs infidelibus vendere, vel quia dominis nimis difficilè accidit paruulos captiuos alere, & educare, vel quia captiuorum redemptio iure gentium introducta interdum neceſſaria eſt ad pacem, ac fœdera conſeruanda, & maiora bella præcauenda, δ quibus cauſis ceſſantibus infidelium captiuorum filij baptizari debent, & ad hoc domini, qui loco parentum ſunt, charitatis lege tenentur, ε α *ita Vaſq. in 3. p. tom. 3. d. 155. c. 4. nu. 50. L. Turrian. in 2. 2. tom. 1. d. 5. d. 2. Gregor. Coninch. Ruiz. contr. 19. Diana p. 2. tract. 15. reſol. 45. Præpoſitus, Hurtad. Durand. Vaſq. Granado contra Capreolum, Marſilium,* β *Suar. in 3. p. tom. 3. d. 25. ſect. 4. & 5. Sot. in 4. d. 5. Filliuc. tom. 2. c. 6. nu. 148. Nugnus, Cabrera, contra ſent. D. Thomæ, Caietan. Capreoli, Palud. Victoriæ, Catherin. & aliorum,* γ *ita Vaſq. Turrian. loc. cit. Diana ibid. contra Lorcam, vide Reginaldum tom. 2. lib. 27. c. vlt. Azor. p. 1. lib. 8. c. 25. Bonac. de Sacram. d. 2. q. 2. p. 6. Sot. Melfeſ. & alios,* δ *Vaſq. d. 155. c. 7. Henriq. c. 25. num. 1. Coninch. q. 68. art. 10. dub. nu. 87. Laym. nu. 10. Bonac.* ε *Caiet. p. 3. q. 68. art. 10. Bonac. loc. cit. p. 6. n. 12. Candid. d. 16. art. 5. d. 7. & dub. 8.*

6 Liberos infidelium filios inuitis parentibus non captiuis baptizare non licet, vel enim paruuli à cura, & poteſtate parentum auferuntur, ſeu abripiuntur, vel non, ſed parentibus ipſis baptizati relinquuntur, vel ſtatim reſtituuntur. Primum fieri iuſtitia prohibet, nec iure naturali, ac poteſtate, quam habent patres in filios, inuiti abſque iniuria ſpoliari poſſunt, & qui paruulos ab infidelibus liberis abſtraheret, baptizandi eos, & educandi cauſa, cum iniuria, & damno parentum illorum ſaluti conſuleret, & quaſi ſacrificium Deo de rapina offerret, quod illicitum eſſe nemo non videt, cum iuri naturæ repugnet, quod à iure diuino non deſtruitur, ſed perficitur. α Secundum verò ſine catholicæ religionis injuria, & ignominia fieri non poteſt, cum infantes Deo conſecrati per baptiſmum fidei Sacramentum manifeſto apoſtaſiæ periculo exponantur, ſi infidelibus parentibus reliquantur, vel reſtituantur; β quamobrem in Toletano Concilio decretum eſt, vt Iudæorum filij, & filiæ à conſortio parentum ſeparentur, ne eorundem erroribus inuoluantur, γ non licet igitur infidelium etiam ſubditorum liberos baptizare non conſentientibus, vel repugnantibus eorundem parentibus, niſi genitores, vel ipſorum filij mancipia Chriſtianorum ſint, vel niſi infidelium paruuli in euidenti mortis inſtantis periculo, vel articulo ſint, tunc enim extra parentum poteſtatem eſſe cenſentur; nam quod parum diſtat, nihil diſtare videtur; δ Vel niſi perpetuo amentes, nam

& tunc

Digitized by Google

ac tunc inuitis parentibus baptizari poſſunt, alioquin omni ſpirituali remedio deſtituti eſſent, quod dicendum non eſt, cum Deus volens omnes homines ſaluos fieri, ſufficientia etiam omnibus remedia, ac media ſuppeditet ad ſalutē conſequendam; amentes igitur non ſecus, ac infantes moribundi baptizari debent etiam inuitis parentibus, α, β *ita contra Scotum, Gabrielem, Larcam, Eſtium, docet D. Thomas 2.2. q. 10. art. 12. & p. 3. q. 68. art. 10. Sotus in 4. diſt. 5. q. 1. art. 10. Valentia tom. 4. diſp. 4. q. 3. Durand. in 4. q. 6. Richard. in 4. diſt. 6. art. 3. q. 3. Laym. cap. 6. num. 10. Naldus, Lugo, Candid. art. 5. d. 5. & alij communiter, Hurtad. Granad. Præpoſitus, Amicus, Diana p. 8. tract. 1. reſol. 1. γ cap. Iudæorum 28. q. 1. δ ita D. Antoninus, Sotus, Aragon, Acoſta, quos ſequitur I. Granadus de ſacr. in 3. p. contr. 4. tr. 4. d. 5. ſect. 4. num. 19. Suar. d. 25. ſect. 3. Valentia tom. 4. d. 4. q. 5. p. 3. Henriq. c. 25. nu. 2. Comach. q. 68. art. 10. d. 1. num. 76. Hurtad. d. 3. dub. 3. Zambran. c. 1. d. 11. Diana p. 5. tract. 3. reſol. 10. Azor. tom. 1. lib. 8. c. 25. q. 10. Nugn. ε, γ, δ Laym. ibid. Nald. verb. Baptiſm. num. 4. Candid. d. 9. & alij plurimi.*

7 Poteſt Summus Pontifex præcipere, vt infantes filij hæreticorum, & apoſtatarum his inuitis baptiſmo donentur. Eccleſia enim parentes coñare ad fidem, quam deſeruerunt, rurſus profitendam, ac ſeruandam compellere poteſt, ergo & vt filios baptizandos offerant, compellere valet; in ſubditos enim baptizatos licet tranſfugas, ac defectores poteſtatem, quam à Deo habet, merito exercet, *Hurtad. de bapt. diſ. 4. Præpoſitus in 3. p. q. 68. Diana p. 8. tract. 1. reſol. 1. P. Auerſa q. 68. Heredia, Lugo de fide d. 21. ſect. 2. & alij.*

8 Si pater, vel mater infantis eſt fidelis, eiuſdem conditionem ſequitur infans. Et baptizari debet, vel inuito altero parente infideli; potiori enim iure gaudet fidelis etiam mater ad procurandam filij ſalutem, ſic in Toletano Concilio III. ſancitum fuit, vt nati ex patre Iudæo, & matre Chriſtiana baptizarentur; prudenter tamen agendum eſt, nec præcipitandum eſt in conferendo Sacramento, ſi ſpes ſit fore, vt parens infidelis ad Chriſtum conuertatur, vel vt conſentiat, vt proles baptizetur, vel ſi timeatur, ne ab infideli parente filius abſtrahi nequeat ſine maxima difficultate, & Chriſtiani nominis iactura, ita ſi proles ſit ſub cura duorum tutorum, quorum alter Chriſtianus conſentiat, inuito altero infideli baptizari debet; Idem faciendum eſt, ſi ex parentibus infidelibus alter conſentiat, vt filius baptizetur; vnius enim conſenſus ius tribuit Eccleſiæ; immò Gregorius XIII. decreuit, vt infans patre orbatus conſentiente auo paterno baptizaretur inuita matre, *ex cap. 2. de conuerſione infidelium, & ex can. Iudæo 28. q. 1. Valentia, Granadus, Io. Præpoſitus, Diana loc. cit. Concil. Tol. III. cap. 14.*

9 Adulti ex præcepto diuino debent, cum primum commodè poſſunt, ad ſalutare lauacrum baptiſmatis accedere, ideò Eccleſia non poteſt determinare tempus, quo adulti ante finem vitæ baptiſmum ſuſcipere debeant, δ potuit tamen olim determinare tempus, quo miniſtri Eccleſiæ deberent hoc Sacramentum miniſtrare, vt in peruigilio Paſcatis, & Penteceſtes, extra quod tēpus vetuit quemquam baptizari cum Litanijs, alijſque



Digitized by Google

ſolemnitatibus Sanctorum; *n* licebat tamen inſtante neceſſitate, ac periculo baptizare, *t ita Vaſq. Suar. Ochagauia, Diana p.8. tr.1. reſol.2. & alij communiter contra Caietanum, Scotum, Ledeſmam, x ex can. non ratione d.4. & can. duo tempora, Leo I. epiſt. 4.*

10 Si infidelium parentum filius rationis compos baptiſmo expiari poſtulet, baptizari debet, etiamſi eius parentes non cõſentiant, vel reſiſtant. Verum ſi dubitetur, an rationis uſu polleat puer, qui baptiſmum petit, baptizandus eſt; maximè ſi ſeptennis ſit, *α* ius enim patriæ poteſtatis, & ætatis in fauorem Chriſtianæ fidei cedit, nam & ſi parentum alter Chriſtianam, ac catholicam fidem profiteatur, alter verò infidelis ſit, tunc proles, ſiue triennio maior, ſiue minor ſit apud fidelem parentem educanda eſt; *β* etiamſi lege ciuili ſtatutum ſit, vt filius triennio minor apud matrem, & maior triennio apud patrem educetur *γ vide Sot. in 4. diſt. 5 q. 1. art. 10. Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 73. num. 16. Candid. d. 16. art. 5. dub. 15. contra Suar. tom. 3. in 3. p. d. 25. ſect. 3. δ Gloſſa in c. final. de conuerſ. infid. ε l. neque, C. de patria poteſt.*

11 Infantes quamprimum, vbi commodè ad templum deferri poſſunt, ſecundum probatam loci conſuetudinem, & ſaltem intra octauum, aut nonum diem baptizandi ſunt, nam & circumciſio, quæ fuit baptiſmi typus, octauo die ab ortu fiebat, vt Deus præcepit his verbis; *infans octo dierum circumcidetur in vobis*, Gen. 17. Et Chriſtus octauo die circumciſus eſt; propterea per tres, aut quatuor dies baptiſmum differre peccatum non eſt, niſi periculum mortis adſit, *ζ* itaq; in Concilio Mediolanenſi primo ſub S. Carolo Borromæo ſtatutum fuit, vt infantes ante nonum diem à natiuitate baptiſmi Sacramento expientur *η* vltra hoc tempus baptiſmum abſque cauſa differre peccatum eſt, & quidem mortale, ſi vltra duodecimum diem ab ortu differatur, *γ a Sot. in 4. ſent. diſt. 5 q. 1. art. 3. Diana p. 3. tr. 4. reſol. 8. Naldus verb. bapt. num. 2. β Concil. Mediol. 1. p. 2. fol. 24. Suar. in 3. p. tom. 3. d. 25. ſect. 2. γ Henriq. lib. 2. c. 4. nu. 3. Megal. verb. bapt. ſuſcip. nu. 5.* Verum imminente mortis periculo infantes modo nati, & qui nondum perfectè nati ſunt, vel pedem, aut manum, vel digitum extra matris parturientis vterum emiſerunt à quacunque perſona baptizari poſſunt; neceſſitas enim nulli legi ſubiecta expectare non ſinit. *α* quamquam ſi in manu, pede, vel digitis baptizatus ſit infans, iterum poſtea, vbi ex vtero ſaltem capite egreſſus ſit, baptizandus eſt hac conditione, *ſi non es baptizatus, ego te baptizo*, *β* apparentes verò inanime infantes abſque vlla heſitatione baptizari poſſunt; neq; neceſſe eſt illos iterum ſub conditione ſalutari fonte abluere, *γ* ſed omiſſæ ceremoniæ tantum poſtmodum in Eccleſia vbi primum ſine periculo hoc fieri poterit, ſupplendæ ſunt; hac tamen intentione, vt tamquam hoſtis, qui mortales in hac vita infeſtare nunquam finit, perfectè expellatur, ac cœleſtis gratia vberius communicetur, *δ* id autem præcipuè obſeruandum eſt, poſtquam peſtilentia, aut morbus, aut periculum mortis ceſſauit, quando ceremoniæ in priuato baptiſmo omiſſæ fuerunt, à Sacerdotibus in templo commodè ſuppleri poſſunt, *ε* quamquam ſi quis eaſdem abſq; contemptu, & abſque ſcandalo non ſuppleret, id omni-

omninò omitteret, venialem culpam tantum committeret, & vt videtur, α, β, γ, ita Card. *Palaotus in libello Curatorum c. 38. Naldus verb. bapt. nu. 3. P. Blancus verb. baptiſ. caſu 1. dub. 2. ex D. Thom. Prapoſ. Granad. Megal. loc. cit. n. 3. Henriq. B. Pontius lib. 4. c. 25. Ochagau. Dian. Sot. Vaſq.* δ *ex c. 1. de ſacram. non iter. Richard. in 4. d. 6. art. 6. q. 1. Vuald. de baptiſ. c. vlt. Victoria nu. 36. Diana p. 5. tract. 3. reſol. 6. Layman c. 8. num 9. contra Comitelum* ε *Poſſeuin. de offic. Curat. cap. 6. nu. 23. Diana loc. cit.*

12 Puer, qui dum ad ſacrum fontem defertur, moritur antequam baptiſma recipiat ſecundum ordinariam legem ſalutem æternam conſequi, ac regnum Dei intrare non poteſt: quandoquidem illud certiſſimum eſt: *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt intreire in regnum Dei*, α propterea vbi periculum in morá eſt, ne puer abſque baptiſmo decedat, arrepta ſtatim aqua baptizandus eſt, & à quouis, vbilibet, etiáſi forma baptiſmi dubia à neſciente certam formam adhibeatur, baptizari poteſt, β quamquam certam formam adhibendo iterum ſub conditione, ſi baptizatus non ſit, baptizandus eſt: quod ſi periclitante pueri moribundi ſalute aqua non reperiatur prætérquã in profundo puteo, aut in profundo alio lacu, aut flumine in medio vallium, vnde hauriri defectu vaſis, vel funis nequeat, puer ex alto non eſt deijciendus in puteum illum, vel flumen proferendo baptiſmi formam, ſimul, ac puer aquam attigerit; non enim facienda ſunt mala, vt inde eueniant bona: γ fortè moreretur puer antequam ad aquam perueniret ex violento motu, neque illum occidere licet proijciendo, vt baptizetur, hoc enim homicidium eſſet. Verum in tali neceſſitatis euentu licet puerum baptizandum in cribro, vel ſporta, vel ciſta, vel alio vaſe tuto per funem, vel perticam, vel contum, vel per aliud huiuſmodi in puteum, vel flumen cautè demittere, donec tantiſper immergi, & ſtatim educi poſſit, dum formalia baptiſmi verba immerſionis tempore proferantur, ſed longè melius, ac tutius eſt ſudariolum, aliumuè pannum, aut ſpongiam per funiculum in flumen demittere, & indè extrahere, & aqua illius pueri capiti aſperſa, vel admota ita vt illum tangat, baptiſmum miniſtrare, δ, α, γ, δ, *ita Paul. Blancus de baptiſ. caſu 1. dub. 3. Gabriel. d. 4. q. 2. Panormit. de baptiſ. Scotus*, β *Ochagauia de ſacr. q. 5. nu. 17. Diana p. 5. tr. 3. reſol. 4.*

13 Si puer adeò tener, ac delicatus ſit, vt probabiliter timeatur, ne vel baptiſmus ei mortem acceleraturus ſit, etiamſi omnis diligentia, & cautio adhibeatur in eo abluendo, ne detrimentum vitę pueri lus indè patiatur; nihilominus licet eum baptiſmo expiare, ſi alioquin credatur eundem ſine baptiſmo moriturum. Licitum enim eſt propter æternam ſalutem ipſius, qua nullum maius bonum eſt, aliquod detrimentum temporalis vitæ eidem ex actione optima nempè ex baptiſmo cautè, ac circumſpectè ei adminiſtrato imminens permittere, α quemadmodum licet Parocho cum propriæ vitę detrimento hominis confeſſionem excipere, qui niſi audiatur, & abſoluatur, mortifero ſcelere obſtrictus ſit, moriturus morte ſecunda, β ſic æternæ ſaluti infantis conſulendum eſt eum baptizando; etiamſi abſque periculo irregularitatis contra-

hendæ mors illius indirectè acceleretur; maximum enim ſalutis æternæ bonum temporariæ, ac caducæ vitæ præferendum eſt. Verum cum nullum periculum in mora eſt, baptiſmum differre oportet, ſecus ſi neceſſitas vrget mortis, tunc enim baptizandus eſt puer, etiamſi ex baptiſmo magna mortis acceleratio ſequatur *a* *Palud. in 4. d. 3. q. 3. nu. 9. Zambran. c. 1. d. 12. Granadus, Moſcoſus, Cabrera, Diana reſol. 9. contra Scotum, diſt. 5. q. 3. Gabriel. d. 4. q. 2. art. 3. d. 4. Sotum, Ledeſmam.*

## Quando Baptiſmus paruulorum ſub conditione adminiſtrandus. Cap. V.

1 QVuotieſcunq; probabiliter dubitatur, an quiſpiam baptiſmo initiatus ſit, ſub conditione baptizandus eſt, ne æternæ ſalutis amittendæ periculo exponatur, *a* propterea cum tenellus, & paucorum dierum infans ad templi, vel Xenodochij valuas expoſitus inuenitur, niſi chirographum, vel ſchedulam, aliuduè ſignum baptiſmi indicium habeat ſub conditione baptizandus eſt; ſæpè enim mulierculæ de ſpirituali infantium ſalute, quos furtiuè conceptos clam pepererunt, nihil ſollicitæ curam vnam adhibebunt, vt cælatum partum, prolemque à ſe abdicent, & amoueant; quinimò etſi ſchedulam baptiſmi indicem collo appenſam habeat ſub conditione tamen baptizari poſſunt, vt in Cameracenſi, & Eboracenſi Concilio decretum fuit. *b* Si verò inter infideles, vel Anabaptiſtas infans cum ſchedula baptiſmi teſte reperiatur, attamen ſub conditione ſalutari regenerationis lauacro abluendus eſt, ne æternæ ſalutis amittendæ periculum ſubeat: probabile enim eſt ſchedulam illam appoſitam eſſe, ne puer baptizetur, vel vt à Chriſtianis baptizatus credatur, & alatur, *y* idem etiam faciendum eſt, ſi infans abſque ſchedula baptiſmi expoſitus ex colore, vultuque ante menſem natus videatur, *8* vel ſi puer in nemore, vel ſyluis inuentus ſit, & dubitetur, an ex fidelibus parentibus, an verò ex infidelibus ortus ſit *e* ſub conditione baptizandus eſt: cæterum mortalis culpæ reus non eſt Sacerdos, qui puerum non baptizatum ſub conditione baptizat: veniali tamen culpa ſe inquinat. *c* ſi verò baptizatum ſcienter rebaptizet grauiter peccat, & irregularis fit, *n* & qui rebaptizanti miniſtrat, *a* *c. de quibus de baptiſ. D. Thom. 3. p. q. 66. art. 9. ad 4. Scotus in 4. diſt. 6. q. 8. Gabriel. q. 2. art. 3. Palud. q. 4. art. 1. Comitolus lib. 1. q. 1. Vaſq. in 3. p. tom. 2. d. 146. c. 3. Bizozer. Zambr. Eſtius, Prapoſit. Ochagau. Petrus à S. Ioſeph. Diana addit. 10.* *b* *Baron. Annal. tom. 12. Prapoſit. in 3. p. q. 66. art. 9. diſt. 2. Layman. Comitol. Tanner. 3. p. d. 4. q. 2. d. 4. Conimb. Diana contra Hurtad. Ochagau. Henriq.* *y* *Vaſq. loc. cit. c. 4. num. 26.* *8* *Villalob. tom. 1. tract. 5. d. 7. nu. 4. Diana loc. cit. contra Sylueſt. Sot. in 4. diſt. 13. q. 1. Filliuc. tom. 1. tr. 2. c. 6. Ochagau & alios* *e* *Ochagau. q. 11. num. 8. de bapt.* *c* *Lud. à S. Ioan. q. 1. art. 8. d. 1. c. 2. Villalob.* *n* *ex c. ex litterarum 2. de apoſt. Hurt. de irreg. d. 2. dif. 1.*

2 Puer inter Chriſtianos natus, & ab infidelibus captus, & educatus, ſi poſtquam ætate adoleuit ad Chriſtianos

nos reuertatur, & Chriſtianam fidem profiteri volens dubitet, an baptiſmi Sacramento initiatus fuerit, ſacri fontis aqua ſub conditione expiandus eſt, α ſi quidem non conſtat eum poſt ſuſceptum baptiſmum ab infidelibus raptum fuiſſe, neque Ethnicis aſſerentibus illum baptizatum eſſe fides habenda eſt, nec quiſquam fidelis eum baptizatum eſſe teſtificatur, vnius enim hominis fide digni teſtimonium ſufficit modo non ſit infidelis, Iudæus, vel Anabaptiſta, vt quis baptizatus eſſe credatur, β ex decreto igitur Alexandri III. Pontificis, qui re diligenter perſpecta adhuc dubitat, an baptiſmo expiatus fuerit, ſub conditione eſt hoc Sacramento fidei expiandus, α *Diana in addit. 2. reſol. 10. ex P. Ochagauia q. 11. nu. 8. Vaſq. Ioan. de la Cruz, Nugn. Coninch. Palud. Zambr. Villalob. Suar.* β *Gloſſa in c. cum itaque de conſecr. diſt. 34. num. 8. Io. Sancius d. 34. num. 8.*

3 Paruuli infantes dum baptiſmo initiantur, etiamſi ob defectum vſus rationis actualem fidem habere non poſſint, itaut ipſimet actum fidei credendo eliciant: habitualem tamen fidem, quæ vna cum ſpe, & charitate infunditur diuinitus in ipſomet baptiſmo, & actu iuſtificationis vna cum peccatorum remiſſione per Ieſum Chriſtum, cui inſeruntur, accipiunt α *& quoniam accedentem ad Deum oportet credere,* β ideſt actualem fidem habere, hanc etiam ſuo modo dum baptizantur paruuli habent; ipſa enim actio recipiendi baptiſmum eſt fidei profeſſiò, γ ipſũq; baptizari eſt credere, & ipſius fidei Sacramentum fideles eos facit. Nam ſicut credere reſpondetur, qui baptizatur infans, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipſam mente annuendo, ſed ipſius rei Sacramentum percipiendo, δ quo etiam in fide parentum, ſi fideles ſint, ſin minus in fide Eccleſiæ, quæ tanquam præuia diſpoſitio ad baptiſmum ſufficit, ε paruulos ad ſacrum fontem initiari certum eſt, ideò à Tridentini Concilij Patribus decretum eſt, ζ vt ſi quis dixerit paruulos eo, quod actum credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo inter fideles computandos non eſſe, ac propterea cum ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos, aut præſtare omitti eorum baptiſma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ, anathema ſit, ζ & ſi quis dixerit huiuſmodi paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogandos eſſe, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur polliciti ſunt, & vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitam cogendos, niſi vt ab Euchariſtiæ, aliorumq; Sacramentorum participatione arceantur, donec reſipiſcant, anathema ſit, η quamuis autem infantes in fide Eccleſiæ, aut parentum baptizentur, non tamen fideles ſunt, vel iuſtificantur ex aliena fide, ſed ex propria habituali fide, quæ vna cum ſpe, & charitate à Deo infunditur θ α *D. Auguſt. epiſt. 57. Bellarm. lib. 1. c. 11. D. Thom. 3. p. q. 69. art. 6. Scotus, Durandus, Gabriel, & alij omnes, Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 7.* β *S. Paul. ad Hebr. 11* γ *D. Auguſt. lib. 1. de peccat. merit. c. 27.* δ *c. nihil eſt aliud de conſecr. d. 4.* ε *D. Auguſt. lib. 3. de lib. arbitr. c. 23.* ζ η *Trid. ſeſſ. 7. c. 13. & 14.* θ *Megal. verb. bapt ſuſcip. n. 9. vide Bellar. de bapt. lib. 1. c. 11. Iuſtin. q. 56. Dionyſ. Ambr. in c. 11. ad Hebr.*



Digitized by Google

4 Si dubitetur, an quiſpiam baptiſmi Sacramento initiatus ſit, vel an baptiſmus alicui collatus, vt infanti ſecundina pelle incluſo datus valeat, necne, ei poſtmodum vita functo Eccleſiaſtica ſepultura minimè deneganda eſt, *ita Homobon. vol. 2. p. 7. reſol. 67. Bonac. de contr. d. 3. q. 21. p. 1. Diana p. 4. tr. 3. reſol. 69.*

5 Baptiſmi capaces ſunt amentes, & furioſi adultæ ætatis, qui rationis vſum nunquam habuerunt æquè, ac infantes; par enim ratio vtrobique militat; qui verò ratione aliquando vſi ſunt, deindè amentia capti, vel furore correpti fuerũt, baptiſmo nequaquam expiandi ſunt, niſi quando mentis compotes erant, apparuerit in eis voluntas, aut cupiditas ſuſcipiendi baptiſmi, ſiue illum petierint, vel dum lucida rationis interualla haberent, hoc Sacramentum fidei popoſcerint, tunc enim ſecundum mentem, quam mentis compotes habuerunt, iudicandi ſunt: non ſolum enim pœnitentia adultis, qui læthali aliqua culpa ſe ſe contaminarunt, ſed etiam actualis fides neceſſaria eſt tanquam præparatio debita ad baptiſmum, hanc autem per volũtatem ſuſcipiendi baptiſmum ante amentiam, vel furorem oſtendiſſe oportet; immò ne tunc quidem baptizandi ſunt, niſi neceſſitas vrgeat, vel niſi amentia perpetuo duratura credatur, ſed expectandum eſt tempus, quo cum maiori fructu, ac reuerentia Sacramentum illi percipere valeant; idem de dormientibus, qui ante ſomnum baptiſmum petierunt, dicendum eſt, quod de amentibus, ac furioſis, qui ante furorem, vel amentiam ſuſcipiendi baptiſmi voluntatem oſtenderunt: habitualem enim intentionem habere cenſentur, ac proindè baptiſmum in eo ſtatu recipere valent, ac verè recipiunt, ſi baptizentur; ſecus verò, ſi ante furorem, vel amentiam, vel ſomnum baptiſmum non petierunt, vel nullam eius ſuſcipiendi cupiditatem, aut voluntatem ſignificarũt, tunc ſiquidem nec baptiſmum, neque eius characterem recipiunt. Verum ſi dubitetur, an quiſpiam ante amentiam, vel furorem baptiſmum petierit, baptizandus eſt ſub conditione; ſi petijt baptiſmum, modo non conſtet eum in peccato mortali permanſiſſe: melius enim eſt eum cum dubio baptiſmo decedere è vita, quam ſine illo, quod ſi ille qui ante furorem, vel amentiam baptiſmum poſtulauit, deindè furens, & amens reluctetur, nec baptizari ſe patiatur, ligari poteſt, vt commodius baptizetur, quemadmodum etiam furioſus fune vinciri poteſt, ſi reſiſtat, vt ſacro oleo vngatur: & licet etiam baptiſmum ei adminiſtrare, qui illum antequam in phreneſim incideret, petijt, vel ſe eius deſiderio teneri oſtendit, modo non conſtet eum in virtuali complacentia peccati mortalis in phreneſim incidiſſe, ipſum enim deſiderium baptiſmi Eccleſiæ manifeſtum, tum reputabitur ſufficiens attritionis, ſeu deteſtationis imperfectę peccatorum ſignum *D. Thom. q. 68. art. 12. ex c. maiores §. verum, & §. ſed adhuc quaritur, Doct. commun. teſte Megal. loc. cit. n. 10. Sot. in 4. diſt. 5. q. 1. art. 2. Nugnus q. 68. art. 4. Chamer. c. 5. d. 5. Victoria, Gabriel, Henriq. cum alijs Bonac. q. 2. p. 6. nu. 20. Syluest. verb. Bapt. 4 num. 3. 7. 8 Io. Sancius d. 44. num. 42. & d. 38. num. 4 Suar. tom. 3. in 3. p. d 24. ſect. 2. concl. 2. Sot. loc. cit. art. 12. Angl. Syluest. Armil. Scot. Gabriel, & alij plurimi.*



Digitized by Google

6 Siquis ante amentiam, vel phreneſim baptiſmum adultus poſtulauit, nec voluntatem mutauit, nec ſe eam mutaſſe oſtendit, verum poſtea concubinariam vitam publicè, ſeu notoriè egit, nec poſtulans amplius baptiſmum concubinus in amentiam, aut phreneſim incidit, minimè baptizandus eſt: notorijs enim peccatoribus Sacramenta adminiſtranda non ſunt, niſi ſaltem coram vno teſte pœnitentiæ ſigna oſtenderint; a veruntamen ſi peccatum eius, qui baptiſmum poſtulauit etiam coram vno teſte ante amentiam, occultum ſit, & teſtis illũ Parochum vocet ad baptizandum adultum, teſtimonium de poſtulato baptiſmo ferens, quamuis Parochus eius concubinatum nouerit, baptiſmum ei denegare non poteſt; peccatori enim occulto Sacramenta publicè poſtulanti deneganda non ſunt; vt eius infamia euitetur; b ſecus verò, ſi occultus peccator Sacramenta occultè petat, vt ſi ſoli Parocho conſtet adultum aliquem baptiſmum ante amentiam petijſſe, eundemq; in concubinatu vſque ad amentiam perſeueraſſe, eum baptizare minimè poteſt; c ſi verò, qui baptiſmum petijt, antequam demens fieret, Parocho dixiſſet ſe velle à concubinatu ceſſare, ſeq; idcircò concubinam ſtatim non eijcere, quia præmeditari cupit, quomodo expeditius, ac ſuauius, & ſine iactura famæ eandem eijcere valeat, ſi poſt hæc dicta in amentiam incidit, baptizandus eſt: non enim in peccato perſeuerare, ſed opportunum tempus ad expellendam concubinam expectare cenſendus eſt, d quoties autem peccatum petentis Sacramentum aliqua tergiuerſatione celari poteſt, celandum eſt, & Sacramentum eidem miniſtrandum. e Cæterùm infidelis adultus, qui antequam in amentiam incideret, nihil de ſuſcipiendo baptiſmo cogitauit, baptizandus non eſt; cenſetur enim in infidelitate permanere velle; f ſi autem contingat adulto, qui baptiſmum petijt, ſine illo occumbere, Eccleſiaſtica ſepultura donari non poteſt, cum per Sacramenti ianuam in Eccleſiam nondum admiſſus ſit, neque verò cathecumeno Eccleſiaſtica ſepultura, nec diuinum officium impendi poteſt; quanquam piè credi poteſt hunc ſaluum factum eſſe, immò hoc certum eſt, ſi ex contritione cordis baptiſmum petijt; g facienti enim, quantum ex ſe quis poteſt, diuina miſericordia non deeſt, a *Ragiccius de bapt. q. 38. Cabrera de ſacram. q. 68. art. 12. Io. Sanchez d. 44. nu. 44. & d. 38. nu. 4. & DD. communit.* b *Io. Sanc. ibid. & d. 8. nu. 10. & 11.* c *idem nu. 47. & d. 38. nu. 7.* d *Cabrera q. 68. art. 12.* e *Concil. Bracharẽ 1. can. 35.* f *Io. Sanchez nu. 48.*

7 Infidelis adultæ ætatis, ſi in mortis articulo baptiſmum petit, ſed dum baptiſmi miniſter accedit, deſiderium ſuum ſignis indicare nequit, omninò baptizandus eſt, a etiamſi vnicus tantum teſtis, vel ethnicus, ſeu infidelis baptiſmum ab eo petitum fuiſſe aſſerat, b par enim obligatio eſt abſoluendi pœnitentem in articulo mortis, quem vnus teſtis pœnitentiæ ſigna dediſſe aſſerit, ac baptizandi moribundum, quem baptiſmum petijſſe vnus teſtis referat, cum vtrinque proximi ſalus æquè periclitetur, quem ſicut ſe ipſum quiſque diligere debet; prima enim poſt naufragium tabula baptiſmus, ſecunda verò tabula teſte D. Hieronymo pœnitentia eſt; quinimò maior ratio exigit, vt moribundo baptiſmus

tiſmus ab eo ante petitus conferatur; quam vt pœnitentiæ Sacramentum moribundo, à quo edita fuiſſe pœnitentiæ ſigna teſtis vnus refert, miniſtretur; ad hoc enim Sacramentum, cuius materia ſunt actus pœnitentis, maior diſpoſitio, quam ad illud requiritur, & æquius dubitari poteſt, an hoc fieri poſſit, quam illud, a *D. Auguſt. tom. 6. lib. 1. de adult. coniug. & cap. maiores de bapt. Concil. Arauſicanum cap. 11. & Concil. Carthag. 3. c. 34. cap. ægrot. de conſecr. diſt. 4. D. Thom. opuſc. 65. Zambran. de bapt. c. 4. A. Raguc. q. 43.* b *Zambran. c. 1. la. Sancius d. 44. nu. 39. & d. 34. nu. 8. Diana p. 5. tract. 3. reſol. 2. Regin. tom. 1. lib. 8. c. 5.* c *ex c. de quib. de bapt. & Henriq. lib. 2. cap. 24.*

## Diſpoſitio ad ſuſcipiendum Baptiſmum neceſſaria. Cap. VI.

1. IN adultis, qui baptiſmo initiandi ſunt, requiritur intentio actualis, aut virtualis illum ſuſcipiendi, & peccatorum deteſtatio ſaltem imperfecta, quę attritio appellatur a actualis intentio eſt, qua aliquis Sacramentum ſuſcipere vult; virtualis verò eſt, quæ virtute intentionis actualis, quæ iam præceſſit, virtualiter, vt aiunt, perſeuerat, nec per contrariam intentionem, nec per longam temporis intercapedinem interrupta eſt: habitualis verò intentio eſt, quam ex frequentatis actibus genitam quis habet, vt ſi quis ſępè, ac ſæpius baptiſmum ſuſcipere voluiſſet, eumq; poſtulaſſet; neque hanc voluntatem per contrarium actum depoſuiſſet, & quidem habitualis intentio non interrupta ad ſuſcipiendum baptiſmum in dormiente, vel ebrio, qui illum antequam dormiret, vel inebriaretur, poſtulauit, ſufficiens eſt, b collatusq; eidem dormienti, vel ebrio baptiſmus valet; ſecus verò ſi illam contrariã voluntatem à ſe abdicaſſet, & diſſentiens baptizaretur: tunc enim Sacramentum verè non ſuſciperet, c quandoquidem ſuſcipiendi illud non haberet intentionem; in pueris rationis vſu carentibus intentionem, ac diſpoſitionem Chriſtus, & Eccleſia; in cuius fide Baptizantur infantes, ſupplet: ſicut enim Adami voluntas ad contrahendum originale peccatum, & ad poſteritatem eius hæreditaria labe inficiendam ſatisfuit, ita ſecundi Adami, ideſt Chriſti voluntas, accedenſque Eccleſiæ fides ad delendam originalem culpam baptiſmo ſufficiunt; in infantibus ſiquidem, & paruulis fidem, aliamuè bonam, & actualem diſpoſitionem requirere, aliud non eſt, quam ipſis ſenſibus, & euidentiæ veritatis reſiſtere velle, vt ſcripſit Auguſtinus. d Qui in adultis baptizandis intentionem actualem, vel virtualem ſaltem, ſeu habitualem recipiendi baptiſmum requiri, verbis illud oſtendit; *qui creauit te, ſine te, non iuſtificabit te, ſine te,* e ideſt non ſaluabit te, niſi conſentias; æquitas etiam non patitur, vt quis tot tantiſq; obligationibus, quot, quantiſq; baptizatus homo tenetur, inuitus, vel non conſentiens obſtringatur, f ſufficit autem ad baptiſmum validè ſuſcipiendum qualiſcunque conſenſus ſuſcipientis ſiue præſens, ſiue præteritus non reuocatus, voluntarius, etiamſi cum inuoluntario mixtus ſit, videlicet

Digitized by Google

cet vi, aut metu quocunque extortus: nam adhuc voluntarius eſt; & quidem expedit baptiſmum tali conſenſu ſuſceptum validum, ratumq; eſſe, ne Dei nomen conuicijs, ſeu blaſphemijs afficiatur, ne ve ſuſcepta fides vilis, ac contemptibilis habeatur, & ita Chriſtus inſtituit, idque Eccleſiæ traditio, & praxis oſtendit: neque verò fides, nec bona alia diſpoſitio ad valorem baptiſmi neceſſaria eſt, ſed ſufficit libera ſuſcipientis voluntas, ſaltem ſub aliqua ratione confuſa faciendi, vel ſuſcipiendi id, quod Chriſtiani faciunt, vel ſuſcipiunt, quicquid illud ſit; baptiſmus enim non pendet à fide, aut iuſtitia illius, cui miniſtratur, vel à quo ſuſcipitur, ſed à virtute Dei, per quam efficitur, & verbiſque Euangelicis conſecratur, & tunc Sacramenti huius collatio characterem imprimit, quando contrariæ voluntatis obicem obſiſtentem ſibi non inuenit, vt in volente baptiſmum quocunque modo accidit, & etiamſi ob malum finem, vt ob flagitium perpetrandum, vel ob captandum Principis fauorem, vel ob temporale lucrum baptiſmi Sacramentum petatur; ita conuenienter inſtituit Sacramenta Chriſtus, vt eorum vſus vniuerſalis, & exploratus eſſet; & quatenus moraliter ſciri poteſt, ſciretur, vtrum homo Sacramentum ſuſcepiſſet, nec ne, nam neque miniſtrantis, neque ſuſcipientis malitia Sacramenti valorem impedit: dummodò vtriuſq; voluntas concurrat, huius ad ſuſcipiendum, illius ad miniſtrãdum Sacramentum, quod vbi materia, forma, & intentio adeſt, verbumque accedit ad elementum, diuina virtute perficitur, & idem de omnibus Sacramentis, excepto pœnitentiæ Sacramento dicendum eſt; à propterea ille baptiſmũ, & characterem ſuſcipit, qui fictè ad illũ ſuſcipiendum accedit, aut per vim, vel metum coactus cõſentit, & ſic baptizatus Eccleſiaſticæ iuriſdictioni, & poteſtati ſubeſt, à qua ad ſeruandam Chriſtianam fidem abſolutè cõpelli poteſt, *& tunc valere incipit ad ſalutem baptiſmus, cum illa fictio veraci confeſſione receſſerit, quæ corde in malitia, vel ſacrilegio perſeuerante peccatorum abolitionem non ſinebat fieri*, & ſecus verò dicendum eſt de eo, qui vi, aut metu coactus ſine intentione recipiendi baptiſmum baptizatus eſt: nemo enim Sacramentum recipit, niſi conſentiat, ita Deus ſuauiter omnia diſponens inſtituit, vt non niſi conſentientes Sacramentis initiarentur, & neque valet baptiſmus ei adminiſtratus, qui nec conſentiens, nec diſſentiens erat; ſed dubius hærebat, an illum recipere vellet, nec ne: nam neceſſariam intentionem ſuſcipiendi baptiſmi verè, & deliberatè non habuit; & nec baptiſmo expiatus eſt, nec eius charactere inſignitus, qui nunquam baptizari voluit, vel ſi quando voluit; hanc voluntatem poſtea depoſuit, & ſi verò dubitet, an intentionem habuerit ſaltem virtualem, iterum ſub conditione baptizandus eſt, ne in incerto eiuſdem ſalus relinquatur, *& ita Doctores apud Bonac. d. 2. q. 2. p. 6. nu. 14. 23. 24. Layman lib. 5 tr. 2. c. 6. nu. 2. ex D. Auguſtino, Sotus in 4. diſt. 1. q. 5. art. 8. Scotus in 4. diſt. 6. q. 6. Bonac. de ſacram. in genere d. 1. q. 3. p. 2. Candid. d. 16. art. 6. dub. 1. D. Thom. p. 3. q. 68. art. 4. Suar. in 3. p. tom. 3. d. 24. ſect. 1. Nugn. Sancius. Herinq. Marratius, Villalob. Diana. p. 3. & 5. tr. 3. reſol. 23. S. Auguſt. epiſt. 57. ad Dardanũ, S. Thom. p. 3. q. 68. art. 12.*

*Vaſq.*

Digitized by Google

*Vaſq. & Peſant. ibid. Henriq. lib. 2. c. 24. Pitigan. Valentia, B. ab Angelo, Philiar. Tolet. lib. 2. c. 21. num. 4. Angles, Chamer. Bonac. q. 2. p. 6. num. 15. e S. Auguſt tract. 72. in Ioan. tom. 9. D. Thom. loc. cit. art. 4. ; ita Doct. cit. Bonac. num. 15. D. Thom. art. 7. Sotus in 4. diſt. 5. q. 1. art. 7. Candid. h Aleuſ. p. 4. q. 18. num. 1. S. Bonau. in 4. d. 4. art. 2. q. 1. Richard. d. 6. art. 3. q. 2. Maior, Laym. loc. cit. nu. 2. Innocen. III. in c. maiores §. item quæritur de Baptiſ. Candid. ex Auguſt. 3. ethic. Concil. Tolet. IV. c. 56. can. de Iudæis d. 45. & ex c. factis oſtendimus de conſecr. d. 4. Megal. verb. ſuſcip. Bapt. nu. 4. i D. Thom. art. 8. ad 3. Suar. d. 24. ſect. 2. a S. Auguſt. lib. 2. contra Petilian. c. 35. & lib. de catechiz. c. 17. S. Thom. q. 68. art. 8. Aleſ. p. 2. q. 18. Richar. Maior. ex c. maiores, & c. de Iudæis d. 54. Laymann. nu. 3. n S. Thom. art. 8. ad 1. ex c. maiores de Bapt. & c. de Iudæis d. 45. S. Thom. art. 8. Suar. d. 24. ſect. 2. o a nuno valere de conſecr. d. 4. Megal. loc. cit. ; Innocent. III. in c. maiores, Sot. Candid. o Sot. diſt. 5. art. 7. Pitig. Graſ. ſchop. lib. 1. c. 3. Henriq. Bonac. p. 6. nu. 22. contra Caietanum, π Bonac. nu. 17. g Sotus loc. cit. art. 7. Candid. d. 16. art. 6. dub. 4.*

2 Vt peccatum originale, & actuale quodcunque baptiſmate expietur, & virtute, ac meritis Chriſti penitus deleatur, atque adeò vt prima gratia peccati expiatrix, & iuſtificatrix in huius Sacramenti ſuſceptione recipiatur, e neceſſe in primis eſt, vt adultus ſuſcipiens baptiſmum fidem ſupernaturalem, Chriſtianæ iuſtitiæ fundamentum, habeat, eumque peccatorum actualium pœniteat, nec non, vt diuina mandata, ac legem Chriſti ſeruare proponat. Nam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & ſine pœnitentia placare Deum peccatis offenſum, *qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, & qui non crediderit, condemnabitur*. ß *Iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti*, vt ait D. Paulus, quamobrem Seruator Mundi Apoſtolis præcepit, vt docerent omnes gentes, & deinde baptizarent; prius enim doceri res ad Chriſtianam fidem ſpectantes oportet, dein hac doctrina, & fide præparatum hominem baptizari. Quamquam ad ſuſcipiendum validè Sacramentum non neceſſaria eſt recta fides ſupernaturalis; ſed ſufficit voluntas ſuſcipiendi baptiſmum; non perficitur per iuſtitiam, & fidem miniſtrantis, aut ſuſcipientis eundem, ſed per virtutem Dei, ∂ ideó fieri poteſt, vt aliquis abſque fide diuinitus infuſa Sacramentum, & characterem illius recipiat, vt qui ab hæretico inſtructus baptizatur habens intentionem ſuſcipiẽdi Sacramentum à Chriſto inſtitutum; neque enim rebaptizandus eſt. Veruntamen gratiam, & remiſſionem peccatorum non recipit, ε ad quam percipiendum in baptiſmate detestatio peccatorum actualium cum propoſito vitãdi peccata in poſterum præcedere debet, vt ex verbis illis colligitur in Actis Apoſtolorum. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum*, ζ alioquin ſine pœnitentia, & ſine propoſito vitandi peccata quamuis baptiſmi Sacramentum aliquis recipiat, attamen peccati originalis, atque actualium culparum veniam, & gratiam non conſequitur; η ad hanc autem veniam, & gratiam aſſequendam neceſſaria non eſt perfecta peccatorum deteſtatio, quam contritionem appellant, eſtq; integra conuerſio ad Deum

ſuper

Digitized by Google

ſuper omnia [illegible]: ſed ſufficit attritio, ſeu qualiſcumq; dolor animi de peccatis omnibus generatim, non ſpeciatim de ſingulis, vel tantùm de aliquibus in ſpecie, de cæteris verò confusè, & generaliter, ex ſupernaturali motiuo conceptus, vt ex æternæ formidine pœnæ; non enim maior præparatio ad baptiſmi, quam ad pœnitentiæ Sacramentum requiritur, ſed ad hoc ſufficit imperfecta illa pœnitentia, quæ virtute cœleſtium clauium perficitur, & in contritionem conuertitur; igitur qui mortalis ſceleris ſibi conſcius [illegible] ſed peccaſſe dolet ob timorem [illegible] pœnæ, ad ſalutare lauacrum [illegible] ſecurus accedat: nec ei opus eſt, vt externa peccatorum confeſſione ſe prius expiet; nam vt D. Ambroſius ait. *Etiamſi non confiteatur [illegible] peccatum, qui venit ad baptiſmum; tamen hoc ipſo implet confeſſionem omnium peccatorum, quod [illegible] iuſtificatur, hoc eſt, [illegible] ad gratiam tranſeat*, ſatis, inquam eſt, ſi de peccatis ſuis doleant, vel ob metum infernorũ cruciatuum, vel ob turpitudinem peccati, dum Sathanæ, & omnibus pompis eius abrenunciant &c. ſi qui tamen baptizandi [illegible] peccata ſua cõfiteri vellent, eſſet eorum confeſſio audienda; non vt [illegible] opus ab eis exigeretur, [illegible] peccata, quibus aſ[illegible] ſpiritualis norma vitæ [illegible]; idcircò, & cathecumenis opera pœnitentiæ ad criminum abolitionem inſtar medicinæ ſalubriter præ[illegible]. Neque verò peccata ante baptiſmum commiſſa poſſunt eſſe materia ſubiecta abſolutioni Sacramentali poſt baptiſmum; propterea ſi quis fictè, idest ſine fide, aut pœnitentia baptiſmum ſuſceperit, fictionem ipſam, & peccata poſt baptiſmum à ſe commiſſa dumtaxat confiteri debet; fictionis enim culpa non deletur per baptiſmum, ſed per pœnitentiam ad claues ordinatam; fictione autem remota, baptiſmus effectum ſuum producit, & omnia peccata tum ante baptiſmum, tum in ipſa baptiſmi ſuſceptione commiſſa, etiamſi ſint ſacrilegia in baptiſmum, recedente fictione delentur, ideò in Sacramentali exomologeſi minimè explicanda ſunt, *Concil. Carthag. IV. c. 1. Layman. c. 6. nu. 3. Marcus Euang. c. 11. S. Paul. ad Rom. 3. can. Baptiſmus de conſecr. d. 4. D. Thom. p. 3. q. 68. art. 8. Sotus in 4. diſt. 5. q. 1. Candid. D. Thom. ibid. art. 8. Pitigian. d. 4. q. 5. art. 2. Angl. q. 2. art. 6. Valent. d. 4. q. 3. p. 3. Regin. Henriq. Chamerota, Bonac. q. 2. p. 6. Act. 3. ex c. pœnitentia d. 3. D. Thom. art. 8. & DD. commun. Megal. verb. bapt. ſuſcip. nu. 5. Nugn. q. 69. art. 9. Villalob. tom. 1. d. 19. D. Thom. q. 68. art. 4. & q. 79. art. 3. Candid. Diana, contra Adrian. Aleſ. Med. Cord. S. Ambr. lib. 3. de ſacram. c. 2. S. Bonau. in 4. d. 16. p. 2. art. q. 2. Coninch. Henriq. & alij, Layman. lib. 5. tr. 2. c. 6. num. 4. Maior in 4. d. 4. q. 2. Laym. ibid. Nugn. 3. p. tom. 1. q. 69. art. 10. Cabrera, Syluius, Io. de la Cruz, Villalob. Diana p. 3. tr. 4. reſol. 14. ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. Megal. loc. cit. nu. 6. Caiet. p. 3. q. 86. art. 2. Valentia tom. 4. d. 4. q. 3. Candid. d. 16. art. 6. dub. 13.* qui docent, attritionem, idest imperfectam deteſtationem peccatorum in genere ad baptiſmum ſuſcipiendum ſufficere; eſt autem attritio peccatorum dolor, quo metu gehennæ, & pœnarum, vel propter turpitudinem peccati auertitur voluntas ab illo, vt formidiſ-

ter,

ter, vel actualiter propoſitum non peccandi includat cum ſpe veniæ, *ita DD. modo relati communiter.*

3 Adulti baptiſmum ſibi ad ſalutem ex diuino præcepto neceſſarium, quamprimum commodè poſſunt, ſuſcipere debent, eſt enim Sacramentum fidei, ſine qua nemo poteſt placere Deo, & eſt introitus in Eccleſiam Chriſti; ad quam omnes quamprimum properare debent. quemadmodum homo vbi ad rationis vſum peruenit, ad Deum ſeſe conuertere debet, ita fidem in Deum profiteri, quod maximè in baptiſmi ſuſceptione fit. ideò grauiter peccat, qui ſine neceſſitate diu baptiſmum difert, α Eccleſia tamen hominibus non baptizatis, vel cathecumenis ſuſcipiendi baptiſmi tempus lege directè obligante præſtituere nequit; cum iudicium in neminem exerceat, qui non prius in ipſam per baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus; quid enim mihi inquit Apoſtolus, β de ijs, qui foris ſunt, iudicare? γ cognita tamen baptizandorum diſpoſitione, poteſt Eccleſia certum illis tempus ad ritè, ac decenter ſuſcipiendum baptiſmum deſignare, vltra quod diferentes baptiſmum abſque neceſſitate contra diuinum præceptum delinquant. δ, α *S. Thom, art. 3. Nazianz. orat. de S. Bapt. Chryſoſt. homil. 1. in Acta, β S. Paul. 1. ad Corinth. 12. γ Conc. Trident. ſeſſ. 14. c. 2. δ Suarez d. 31. ſect. 2. α, γ, δ Laym. loc. cit. Diana p. 8. tr. 1. & alij.*

## Quænam monſtra Baptiſmi capacia ſint. Cap. VII.

1 OMnis, & ſolus homo ſuſcipiendi baptiſmi capax eſt, non ſatyrus, non genitus ex fœmina, & bruto; ſolus enim homo ad expiandum originale peccatum ab Adamo per virilem virtutem, ac generationem traductum baptiſmo indiget; α monſtrum verò ex viro, & fœmina genitum, ſi homo ex capite, vel pectore humanam formam habente, cenſeatur, baptizandum eſt; nam & ipſe filius eſt Adæ ex corpore, & anima conſtans; ſecus verò ſi humanum caput, pectuſque non habet, ſed ferinam, ac beſtialem formam capite, ac pectore præſeferat, ſub qua rationalem animam non eſſe credatur, β idcircò nec baptizandum eſt. Si verò dignoſci nequeat, ſed dubitetur, an ſit homo, ſub conditione baptizandus eſt his verbis: *ſi tu es homo, ego te baptizo;* ſic enim ſacrilegij periculum vitatur, & adiuuatur ille, ſi homo eſt. Quod, vt dignoſcatur, baptiſmus diferri poteſt, niſi neceſſitas vrgeat, & mortis periculū inſtet. Quod ſi monſtrum duo capita diſtincta, & duo corpora habeat, duplici baptiſmo luſtrandum eſt, ſemel in vtroque capite; vel vno, eodemque actu vtrumque ſimul caput abluendo, pronunciata in numero multitudinis forma; *ego vos baptizo* &c. duo enim homines ſunt, etiamſi ventrem vnum habeant. γ ita, ſi vnum corpus humanum duo capita habeat, quale monſtrum ego Parmæ vidi, vtrumque caput ſimul abluerem, ac baptiſmi formulam in numero plurali, vt dixi, pronunciarem hac intentione, vt ſi vnus eſſet homo, vnum baptizarem, ſi autē duo, vtrumque ſimul; valde enim dubium eſt, an vna tantum anima monſtrum illud informet, an verò duplex. Primum mihi

mihi probabilius videtur, vnum ſcilicet hominem Bicipitem eſſe; cum vnum tantum pectus, & conſequenter cor vnum, quod vitæ principium eſt, & primum in homine generatur, ac viuit, vnius animæ præcipuam ſedem habeat, itaque duobus illis capitibus cor vnum, & animam vnam eſſe probabilius exiſtimo, immò alterum ex illis capitibus ſuperfluum eſſe naturæ. Nihilominus, vt periculum omne cautè euitetur, alterum caput, quod principalius, ac præſtantius exiſtimatur, conſueta forma abſolutè baptizari poteſt, alterum deinde ſub conditione. *Si non es baptizatus, ego te baptizo*, δ cætera denique monſtra, vt Cynocephali, *quorum canina capita, atque ipſe latratus magis beſtias, quam homines confitetur*, teſte Auguſtino, ε Cyclopes vnum oculum media in fronte habentes, Pygmæi ſtatura cubitales, & qui ſine ceruice oculos in humeris habere dicuntur; aliaque huiuſmodi monſtra, de quibus meritò dubitatur, an homines ſint, ſine conditione, ſi baptiſmi capaces ſint, baptizari licitè non poſſunt, *aut enim homines non ſunt*, inquit Auguſtinus, aut ex Adamo ſunt, ſi homines ſunt. ζ natum ex beſtiali coitu monſtrum habens caput beſtiæ, cætera verò humanæ formæ membra ſub conditione, *ſi eſt homo*, baptizari poteſt, non aliter, ϑ, α *D.Thom. Henriq. c.21. Barth. ab Angel* §.132. *Bonac. q.2. p 6. n.3. Candid. art. 5. diſt.1. & alij* β γ, δ *Tolet. lib.1. c.21. num. 6. Chamer. c.5. d.11. Syluest. verb. bapt. 3. q.10. Regin. Sot. in 4. diſt.3 q.1. Tabien bapt.6. Armil. num. 52. Graff. p. 2. lib.1. c.4. Viuald. Poſſeuin. Megal. nu.12. Comitol. lib.1. q.8. Maior in 4. diſt. 6. q.1. Layman. c.6. nu.13. Cand.* ε, ζ *S. Aug. de Ciuit. Dei lib.16. c.8.* η *Nau. lib.3. conſil.3. Laym. contra Comitolum lib.1. q.4.*

2 Baptiſmo expiari poſſunt adulti ſurdi, ac muti, α dummodò voluntas eorum teſtimoniũ ſui dixerit β oſtendendo ſignis, ſe baptiſmum cupere, ac petere, ac pœnitentiæ ſignis iidem ſe ad hoc Sacramentum paratos eſſe innuerint, etiamſi illi à natiuitate ſurdi, ac muti ſint. Credendum enim eſt, eos à Deo, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum, ſupernaturalis fidei ad ſalutem neceſſariȩ cognitione illuminatos eſſe, ita vt implicitè ſaltem credant, quæ Chriſtiana credit Eccleſia, & tactos dolore intrinſecus peccatorum ſuorum pœnitere; Deus enim in neceſſarijs, non deficit, qui vult omnes homines ſaluos fieri. Poſſunt etiam ſurdi, ac muti illi ſignis tantum inſtrui, quantum ad ſuſcipiendum baptiſmi characterem ſatis ſit; adhoc enim ſufficit voluntas ſuſcipiendi baptiſmum ſub confuſa intentione faciendi id, quod Chriſtiani faciunt, quicquid illud ſit. Quemadmodum cathecumenos retinentes adulterina conſortia, ſi deſperati, & intra ſe pœnitentes iacuerint, neque pro ſe reſpondere potuerint, quia amiſerunt vſum linguæ, non alio modo baptizandos eſſe putat D. Auguſtinus, ita etiam mutos, ac ſurdos pœnitẽtiæ ſigna edentes, vt tundendo pectus, oculos, manuſque ad cœlum attollendo, ſi baptizari ſe velle nutibus ſignificauerint, baptizandos eſſe cenſeo, γ idem etiam de mutis, & ſurdis, qui in terris infidelium ſe cum alijs ad ſuſcipiendum baptiſmum miſcent, aſſerere non dubito, conſulto tamen Epiſcopo, vel Parocho, vbi Epiſcopus deeſt. huiuſmodi mutos, ac ſurdos, antequam baptizentur, exami-

mi-

Digitized by Google

minandos eſſe, an intelligant hoc Sacramentum pro ſalute animæ à Deo inſtitutum eſſe, atque ideò ſuſcipi, ac ſuſcipiendum eſſe intelligant, atque an eadem de cauſa baptiſmum nutibus poſtulent, an fidem de Deo habeant, an eos peccaſſe pœniteat. Quibus ſi annuerint, baptizandi ſunt. ♦ Si quis verò adultus à natiuitate ſurdus, mutus, ac cœcus eſſet, non ſecus ac ſi amens foret, baptizandus eſt; ne ad ſalutem æternam neceſſario remedio careat. Vix enim ſufficientem rerum moralium cognitionem ad peccandum habere poteſt, ε tutius tamen eſt huiuſmodi cæcis, mutis, ac ſurdis baptiſmum ſub conditione animo retenta impertire, ♦ α *ex c. paruuli de conſecr. d. 4.* β *c. ægrotantes diſt. 4.* γ *Megal. verb. Bapt. ſuſcip. num. 11. Coninch.* ♦ *Lopez inſtit. p. 1. c. 12. Diana p. 5. tr. 6. reſol. 1. Moſcoſus tom. 2. c. 5. nu. 7.* ε *Coninc. art. 12. nu. 94.*

3 *Confiteor vnum baptiſma* eſſe ex Niceno ſymbolo, *vna fides, vnum baptiſma*, inquit D. Paulus, eſt; & hoc Sacramentum reiterari non poteſt, quia characterem imprimit, vt Confirmationis, & Ordinis Sacramenta, quæ eadem de cauſa iterabilia non ſunt, Vt à Tridentino Concilio definitum eſt his verbis: *Si quis dixerit in tribus Sacramentis Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, indelebile, vnde ea iterari non poſſint, anathema ſit*; α ſiquidem redditus ſemel habilis ad recipienda Eccleſiæ Sacramenta, non indiget, vt rurſus ad eadem habilis reddatur per baptiſmum. Hoc Sacramento ſignificatur mors, & ſepultura Chriſti, cui commoriuntur, ac conſepeliuntur, qui baptiſmum recipiunt. Chriſtus autem peccato mortuus eſt ſemel: ideò & nos ſemel tantum cum illo commori, & conſepeliri debemus. Quamobrem mortale ſcelus perpetrant, qui baptiſmum ſcienter reiterant, ſiue miniſtrando illum, ſiue ſuſcipiendo, ſiue cooperando, & quaſi iterum Chriſtum crucifigere dicuntur, β ac de hæreſi vehementer ſuſpecti, & ſacræ inquiſitioni obnoxij ſunt, γ atque irregulares; ♦ quando tamen rationabiliter dubitatur, an quis baptizatus ſit, vel an baptiſmus datus alicui valeat, ſub conditione reiterari poteſt ε. α *Concil. Lateran. c. firmiter, Florent. in decreto Eugenij verſ. quinto, Trident. ſeſſ. 7. can. 9. D. Thom. 3. p. q. 63. art. 6. Suar. d. 22. ſect. 2. Bellarm. lib. 1. de pœnit. c. 13.* β *C. qui bis de conſecr. diſt. 4.* γ *Gloſſa in c. ne ſacrum baptiſ. iteret. Ioan. de Anan. in c. 2. de Apoſt. Bunaventu. C. ne ſacrum bapt. Farinac. de hæreſi q. 181. n. 23.* vbi probat eum, qui baptiſmum reiterat, apoſtatam eſſe à fide. ♦ ε *Megal. loc. cit. nu. 15. & in 3. p. l. 7. c. 2. q. 3. & Doct. commun.*

4 Adulti baptiſmo initiandi, prius Chriſtianæ fidei myſteria edoceri, nec non per aliquos menſes, antequam baptizentur, probari debent. nam & baptiſmi author Chriſtus id Apoſtolis præcepit, vt prædicarent Euangelium omni creaturæ, & docerent omnes gentes baptizantes eas. Catechiſmus igitur ante baptiſmum præmittendus eſt: verum ſi neceſſitas, ac periculum mortis vrgeat; vtcumque expoſitæ fidei ſi petens baptiſmum aſſentiatur, baptizandus eſt, *ita Tolet. Zambran. de bapt. c. 1. d. 14. Sancius d. 44. n. 41. Diana p. 5. tr. 3. reſol. 20. & alij.*

5 Matri graui morbo laboranti non licet conſentire, ſe adhuc viuam ſecari,

cari, vt cæſo ex vtero puer extrahi, & baptizari poſſit, ſi adhuc viuat; prægnantis enim vteri ſectio directa matris occiſio eſſet, diuina lege vetita, nec facienda ſunt mala, vt inde eueniant bona, vt D. Paulus monet. α Et ſi mulier grauida à Iudice capitali ſupplicio damnetur, ſententiæ executio differenda eſt, donec mater pepererit, β ne fortè ſimul cum matre exciſus ab eius vtero puer moriatur. Verum, ſi eadem mulier morte damnata in carcere lethali morbo laboret, ac periculum ſit, ne ante partum moriatur, poteſt ſeruato iuris ordine, prius quam intereat, ſecari; nulla enim illi mortem meritæ iniuria fit, nil contra ius committitur; γ veruntamen hoc ſolum fieri debet, quando ſpes eſt, filium non moriturum, ſaltem antequam baptizetur β, α *Coninch. de Sacr. to. 1. q. 66. art. 7. & Doct. cōmun. D. Paul. Rom. 3. β ex l. prægnantis, ff. de pœnis, ita Couar. 4. var. c. 4. Reginal. Barth. ab Angelo, Victoria, Viualdus, Bonac. d. 2. q. 2. p. 6. nu. 9. γ ita Coninch. loc. cit. Diana p. 2. tr. 15. nu. 44. Suar. q. 68. art. 11. cont. Comitol. & Malder.*

## Baptiſmi miniſter ordinarius, & extraordinarius. Cap. VIII.

1 QVilibet homo ratione præditus, ſiue fidelis, ſeu infidelis, ſeu hæreticus, ſiue mas, ſiue fœmina ſciens, ac potens debitam baptiſmi formam proferre, & materiam applicare hoc Sacramentum, fidei validè miniſtrare poteſt, α quamuis, excepto neceſſitatis caſu, iis tantum baptizare liceat, quibus datum eſt, vt iure ſuo, non extraordinaria aliqua poteſtate baptizent, vt Sacerdotibus ordinis poteſtati adiunctam iuriſdictionem habentibus, & Epiſcopis, nec non, eorum conceſſu, Diaconis, β non verò inferioribus Clericis ſolemniter baptizare licitum eſt. Solus, inquam, Sacerdos ex vi ordinationis ſuæ, & ex officio huius Sacramenti miniſter ordinarius eſt; cui enim data eſt poteſtas ſuper corpus Chriſti verum, eidem etiam ſuper corpus Chriſti myſticum iure conuenit, vt fideles per baptiſmum colligere poſſit: inter Sacerdotes autē primum locum tenet Epiſcopus, ſecundum Parochus, tertium ſimplex Sacerdos, qui quamuis ex vi Sacerdotalis ordinis validè, ac dignè hoc Sacramentum extra neceſſitatem miniſtrare valeat, ad hoc tamen licitè præſtandum indiget iuriſdictione, quam ei Epiſcopus concedere poteſt, in baptizandos; γ Diaconus verò non ex vi ordinationis ſuæ, ſed ex conceſſa ſibi ab Epiſcopo, vel Parocho poteſtate miniſterium huius Sacramenti exercere valet. Diaconus enim ordinatus eſt, vt Epiſcopo, & Sacerdoti deſeruiat. β Valde etiam probabile eſt, ſolemne baptiſmi miniſterium Subdiacono, ſeu Clerico non Diacono à Summo Pontifice committi poſſe; nam ſolemnitas, & cœremoniæ Baptiſmi inſtitutæ ſunt iure Eccleſiaſtico, ſupra quod Summus Pontifex diſpenſandi facultatem habet; δ cum ius poſitiuum relaxare valeat. Verùm ſi Diacono inferior Clericus, vel Laicus, immò etiam Diaconus abſque Sacerdotis, vel Epiſcopi conceſſione quempiam ſolemniter baptizet, irregularis fit; ε ſecus verò ſi abſque ſolemni ritu priuatim baptizet, baptiſ-



Digitized by Google

mus enim priuatim datus, non eſt actus ordinis, ſed tantùm ſolemniter adminiſtratus; qui autem ordinis, quo initiatus non eſt, actum exercet, irregularis fit; ε Verùm, quamuis baptiſmum miniſtrans extra neceſſitatem, abſque ſolemnitate irregularis non ſit, grauiter tamen peccat; ζ item ſi Sacerdos ſimplex extra neceſſitatem, abſque Epiſcopi, vel Parochi conſenſu baptizet, lethali ſcelere ſe obſtringit, θ non tamen excommunicatur, vel irregularis fit; nam hæc pœna in eum ſic delinquentem à iure ſtatuta non eſt. Cæterum, vt quilibet homo ſiue mas, ſiue fœmina, ſiue fidelis, ſiue infidelis habens intentionem faciendi, quod Eccleſia facit, vrgente neceſſitate, aut periculo mortis, baptiſmum miniſtrare poſſit, à Chriſto inſtitutum eſt, quod Eccleſiæ vſus, & traditio oſtendit. Et æquum fuit, vt neceſſarium omnibus Sacramentum in materia omnibus communi, & paſſim obuia ita inſtitueretur, vt ab omnibus neceſſitatis tempore adminiſtrari poſſet; ι ideò Eugenius Pontifex in decreto ſuo ait: *In caſu neceſſitatis non ſolum Sacerdos, vel Diaconus, ſed etiam Laicus, vel mulier; immò etiam Paganus, & Hæreticus baptizare poteſt.* κ Verùm in tali euentu maioris ordinis, vel dignitatis in miniſtro huius Sacramenti ratio habenda eſt; ita vt, præſente Sacerdote, vel Epiſcopo, non baptizet Diaconus, præſente Diacono, non baptizet inferior Clericus, præſente Clerico, non baptizet Laicus, ſeu profanus, neq; præſente viro, fœmina; denique, neque præſente fideli baptizato, alius non baptizatus, hæreticus, vel apoſtata baptiſmum conferat; λ huius autem ordinis violatio abſque neceſſitate, vel ſine rationali cauſa culpa non vacat; ſecus verò ſi cauſa ſubeſſe cenſeatur, vt quia in neceſſitate melius ſcit baptizandi modum obſtetrix, quam vir præſens; vel ſi virum accedere non decet ad baptizandum infantem nondum omninò ex vtero editum. μ Porrò neque Angelus, neq; anima à corpore ſeparata, quemquam baptizare poteſt; non enim homo eſt, nec vitalia verba proferre poteſt; homo verò beatus, cuius anima corpori vnita eſſet, atque illud viuificaret, ſi baptizaret, baptiſmus validus, ac ratus eſſet; homo enim eſt, ν vitaliaque, ac formalia verba proferre valet; ex diuino etiam priuilegio, & potentia Dei abſoluta Angelus, vel anima baptizare validè poſſet ο, *α ex c. firmiter de Summa Trinit. & ex Concil. Florent. in decreto Eugenij IV. c. ad limina 30. q. 1. c. in neceſſit. c. Romanus d. 4. de conſecr. D. Thom. q. 67. art. 3. Richard. & alij communiter apud Bonac. q. 2. p. 5. nu. 4. β Tertull. de baptiſ. c. 17. D. Hieron. contra Luciferianos, Concil. Florent. & Bracharen. c. 51. Gelaſius ad Epiſc. Lucaniæ in c. Diaconos d. 93. Vaſq. d. 147. c. 4. Sot. in 4. d. 4. Laym. c. 7. nu. 3. Caiet. 3. p. q. 67. art. 1. Suar. d. 23. ſect. 2. Valentia tom. 4. diſt. 4. q. 2. Candid. γ ex cap. conſtat de conſecr. d. 4. D. Thom. 3. p. q. 67. art. 2. Doct. commun. apud Cand. art. 4. δ. 5. c. interdicimus 16. q. 1. θ Suar. tom. 3. in 3. p. d. 23. ſect. 2. Candid. d. 7. contra Nugnum ι c. 1. de cler. non ordin. bapt. Candid. 3. κ c. de cler. non ordin. miniſtr. D. Anton. 3. p. tom. 28. c. 1. Nugn. Suar. tom. 3. p. q. 31. ſect. 4. num. 4. Valentia tom. 4. d. 4. q. 2. λ Diana p. 3. tr. 4. reſol. 4. contra Palud. Syluest. ι c. interdicimus 16. q. 1. Nau. c. 22. num. 17. Candid. d. 16. 13. μ Eugen. IV. in decr. Florent.*

vide

*vide D. Thom. 3. p. quæſt. 66. Vaſq. Henriq. Angel. Philiarch. Tolet. Victor. Angles, Bonac. p. 5. num. 4. diſt. 5. Sot. Syluëſt. Viualdus, Suar. Vaſq. Laym. c. 7. nu. 3. Richard. in 4. diſt. 5. q. 1. Conincb. q. 67. d. 2. Suar. d. 23. ſect. 2. Laym. loc. cit. nu. 4. Chamerot. c. 4. d. 4. Henriq. Pitigian. Graff. Bonacin. p. 5. num. 7. §. Caietan. 3. p. q. 64. art. 7. Candid. dub. 19. Nugnus 3. p. quæſt. 64. art. 7. D. Thom. 3. p. q. 64. art. 7. D. Thom. 3. p. quæſt. 64. art. 7.*

2 Probabilius eſt, Laicum, qui præſente Sacerdote infantem in mortis periculo verſantem baptizat, lethalis culpæ reum eſſe, ſi abſque rationabili cauſa id faciat; Sacerdoti enim, qui iure diuino, & Eccleſiaſtico cæteris in officio ſuo præferendus eſt, iniuriam facit, dum ſe illi præfert, & eius munus ſibi vſurpat; quamquam ſi præſente, nec renuente Sacerdote Laicus abſque contemptu moribundum infantem baptiſmo initiet, leuiter tantùm peccare videtur; quemadmodum etiam ſi Laicus coram Diacono, vel fœmina coram viro baptiſmum alicui in mortis periculo miniſtret, mortali culpa ſe non inquinat; cum enim nullus iſtorum ex officio ſit miniſter baptiſmi, leuis inter eos ordinis inuerſio eſt, & ſi fœmina præſente viro peritior, vt obſtetrix infanti baptiſmum conferat, nullam culpam committit; ille autem, à quo baptiſmus petitur, cauere debet, ne ob conſcientiæ ſcrupulos morientem ſine baptiſmo relinquat, dum miniſtrum magis idoneum expectat, ſed ſi dubitetur, an expectatus miniſter opportunè venturus ſit, in periculo conſtitutum baptiſmali tingat lauacro; ſic enim operari longè ſecurius eſt. Idem ſi dubitet, an infans baptizandus vita periclitetur, nec pro rei, aut temporis qualitate diſcedere queat, alium accerſat idoneum miniſtrum, & , ſi moram periculum non patiatur, ipſemet eum baptizet, & ſi latinæ linguæ ignarus ſit, baptiſmi formulam vernacula lingua proferat potius, quàm ſe errandi periculo exponat, *Ricard. loc. cit. Io. Cruz, Pitigian. Sylvius, Nugnus, quos Diana refert p. p. 3. tract. 4. reſol. 4. Io. Fr. Suar. lib. 5. verb. Baptiſmum contra Laym. lib. 5. tr. 2. c. 7. nu. 4. Valentia tom. 4. d. 4. q. 2. p. 1. Sot. in 4. diſt. 4. q. 1. art. 2. Suar. tom. 3. d. 31. ſect. 4. Laym. loc. cit. Zambr. Henriq. Granad. Moſcoſus contra Reginal. tom. 2. l. 27. c. 6. Zambran. de baptiſ. c. 1. d. 15. num. 5. & 7. Diana loc. cit. & alij.*

3 Vnus baptiſmatis vnus tantum miniſter eſſe debet. verùm ſi plures ſigillatim, & integrè eundem baptizent, vt duæ cauſæ totales, baptiſmus valet, ſed ſi alter hominem abluat, alteri verò baptiſmi formam proferat, vel intentionem inter ſe ſi partiantur, Sacramentum non conficient; itaque ſi ex duobus, mutus alter infantem abluat, alter mancus formam ore pronunciet, baptiſmus non valet; verum, quia contrarium etiam probabiliter aliqui docent, in mortis periculo baptiſmum ſub hac conditione miniſtrare licet: *Nos te baptizamus, ſi hoc modo baptizare poſſumus, in nomine Patris &c.* tutius enim eſt dubio baptiſmate, quam nullo animarum ſaluti conſulere. cæterùm ſi is, qui hoc modo baptiſmo initiatus eſt, è mortis faucibus euadat, iterum ſub conditione ſalutari lauacro expiandus eſt. Idem dicendum, ſi tempore peſtis nullus pateat ad puerum acceſ-



Digitized by Google

ſus, vel quia ædes infectæ à magiſtratu occluſæ ſunt, vel quia illuc prohibetur ingreſſus, vel quia miniſter ligatus eſt, vel truncatus manibus, & alter, qui adeſt, neſcit, vel non poteſt baptiſmi formulam proferre, tunc alter illam procul proferre, iuſſo altero puerum abluere, poteſt, & ſub conditione puerum baptizare. Verùm, vbi poſtea ſe obtulerit occaſio recipiẽdi certum, & indubitatum Sacramentum, baptiſmus ſub conditione iterandus erit γ, α *Filliuc. tom.1. tr.2. c.5. nu.77. Suarez, Vaſquez, Coninch. quos citat, & ſequitur Hurtad. d.6. Tanner. de ſacr. cont. 4. tr.2. d.4. q.2. diſt.1. Maratius, lat. Granad. Layman. c.8. nu.7. Caietan.* β γ *in 3. p. q.67. art.6. Marſilius in 4. q.4. art. 6. d.11. Fernandez de Heredia de baptiſm. p.5. lib.9. Io. Chapeauilla de baptiſm. q.20. Diana p.5. tr.3. reſol.26. & alij.*

4 Baptiſmi miniſter extraordinarius eſt Diaconus. quandoquidem Epiſcopus in Diaconi ordinatione dicit: *Diaconum enim oportet miniſtrare ad Altare, baptizare, & prædicare*; verùm iure canonico decretum eſt, *vt Diaconi abſque Epiſcopo, vel Presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis fortaſſis ordinibus lõgius conſtitutis neceſſitas extrema compellat.* α Deficiente igitur Epiſcopo, vel Sacerdote, vbi neceſſitas extrema vrget, poteſt Diaconus ſolemniter baptiſmi Sacramentum miniſtrare ſine mandato Epiſcopi in ſua Diœceſi, & Præsbyteri in ſua Parochia; ex horum autem mandato, ſiue Epiſcopi, ſiue Præsbyteri iuſſu in abſentia eorum, vel, vbi non adeſt Sacerdos, cui Epiſcopus, vel Parochus impeditus miniſterium hoc demandare poſſit, ſiue ob extremam neceſſitatem, vt ſi propter baptizandorũ multitudinem, aut grauem morbum, vel excommunicationis cenſuram Epiſcopus, vel Parochus, neque per ſe, neque per ſubſtitutum Sacerdotem ſatisfacere poſſit, tunc Diaconus ſolemniter baptizare poteſt. Et quoniam ad extraordinarium officium Diaconi ſpectat baptizare, dubitandum non eſt, quin Diaconus aliquem in articulo mortis ſine mandato Epiſcopi, vel Parochi vtroque abſente, vel impedito, vbi alius Sacerdos non eſt, ſolemniter baptizare poſſit; nam tunc etiam officium ſuum exercet. ideò ſolemniter baptizans in extrema neceſſitate abſq; Epiſcopi, vel Parochi mandato, nec peccat, neque irregularis eſt: præſertim ſi non vtatur ſtola more Sacerdotum, ſed Diaconorum. Sacerdotis enim officium non vſurpat, ſed proprium exercet, quod eſt ſolemniter baptizare. Huic ſententiæ Romanus Catechiſmus fauet, vbi de Epiſcopis, Sacerdotibus, & Diaconis locutus ait: *extremus ordo illorum eſt, qui cogente neceſſitate ſine ſolemnibus cæremonijs baptizare poſſunt,* β verùm, quia contraria ſententia probabilitate non careret, & à nonnullis probabilior cenſetur, γ tutius, & expeditius erit Diaconis in neceſſitatis euentu baptiſmum abſque cœremonijs ſolemnibus miniſtrare (vbi ab Epiſcopo, vel Diacono hoc illis demandatum non ſit) quod & Laicis vrgente neceſſitate conceſſum eſt, α *Gelaſius Papa in c. Diaconos diſt. 93.* β *Cathechiſ. p.2. c.2. de baptiſm. Suarez in 3. p. tom. 3. d.23. ſect.3. Valentia d.4. q.2. p.1. Layman. lib 5. tr 2. c.7. nu.3. Sot. in 4. d. 4. q.1. Vaſq. d.147. c.4. Megal. de miniſtro nu.4. contrà* γ *Coninchum. q.67. d.3. num.26. Iac. Vrtad. de ſacr. d.2.*

Digitized by Google

*d.2.dub.4. Dianam p.5.tr.3.reſol.28.*

5 Si Laicus, quicunq; ille ſit, aut Clericus cuiuſcunque ordinis, excepto Sacerdote, extra tempus neceſſitatis baptiſmum alicui miniſtret etiam priuatim, quamuis baptiſmum validè conferat, nihilominus mortiferum ſcelus committit; alienum ſiquidem officium in re tam graui ſibi vſurpans Sacramento iniuriam facit, quod ob ſui reuerentiam à ſolo Sacerdote extra neceſſitatem conferri poſtulat, & ſi Sacerdotali ritu cum ſolemnibus cœremonijs adhibita ſtola, vel etiam ſine illa baptizet, grauius peccat, & irregularis efficitur, niſi ſit Diaconus, α vel niſi ignorantia inuincibili laboret credens, hoc ſibi licitum eſſe, ſi abſque præſumptione, ac contemptu baptizet: vel ſi inferior Clericus Diaconum negligat abſque contemptu, peccatum mortale non committit, neque irregularitatem contrahit, quæ ob peccatum mortale ſolum contrahitur; quandoquidem ob culpam hæc pœna impoſita eſt; β ſic error baptizantis ſe ipſum excuſat non ſolum à mortali, ſed etiam à veniali, vt ex Alexandri III. verbis conſtat, qui de puero, qui ſe ipſum baptizauerat, ſimpliciter credens hoc ſibi licere, γ *ſi*, inquit, *talis continuo deceſſiſſet, ad cœleſtem patriam protinus euolaſſet propter Sacramenti fidem, etſi non propter fidei Sacramentum*; igitur nec veniali culpa ſe infecit; multò magis opinio ignorantis, non licitum ſibi eſſe extra caſum neceſſitatis baptizare, à mortali culpa excuſabit, & forſan à veniali, α *c.1. de cler. non ordin. miniſter. Megalius 3.p.c.2.q.2. & in promptuario de miniſtro baptiſm. nu.6. Præpoſitus, Suarez d.31.ſect 4. Sot. d.4.q.1. Caſpenſis tom.2.tr.27.* β *Caiet. in 3.p.q.67. ad art.4. & 5. Sot. in 4. diſt.4. q.1. art.3. concl.3.* γ *ex c. debitum de baptiſm. Caiet. Megal.* Poteſt Summus Pontifex concedere Laico poteſtatem conferendi baptiſmum ſolemniter; ſolemnis enim ritus iure Eccleſiaſtico inſtitutus eſt, quod Pontifex relaxare valet, *ita Amicus tom.7.d.11. ſect.3.nu.52. Hurtad. de bapt.d.2. diſ.2. Diana p.8.tr.1.reſol.57. & alij.*

6 Quiſquis aliquem baptizat, ſimul habere debet intentionem faciendi id, quod Chriſtus inſtituit, vel quod Eccleſia faciẽdi intentionem habet, cum ipſe huius actionis animatum inſtrumentum ſit, quod non ſolum mouetur, ſed etiam ſe ipſum quodammodo mouet, quatenus membra ſua ad operandum voluntariè mouet. ideò intentionem ſuam principalis agentis, ideſt Chriſti, & Eccleſiæ intentioni ſubijcere, ac conformare debet, α ſi quis autem baptizando non haberet intentionem faciendi, quod facit Chriſtus, vel Eccleſia, nec conferendi Sacramentum, ſed deriſoriè tantũ ablueret, non Sacramentum, ſed ſacrilegium enorme efficeret; nam ſecundum Tridentini Concilij decretum, β *ſi quis dixerit in miniſtris, dum Sacramentum conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia, anathema ſit.* neceſſe tamen non eſt, vt talis intentio actualis ſit, ſed ad perfectionem Sacramenti ſufficit habitualis, ſeu virtualis intentio, quam miniſtrum habere cenſendum eſt, quando ad baptizandum, vel aliud Sacramentum conficiendum, & miniſtrandum accedit animo faciendi, quod facit Eccleſia, & ſi poſtea in conficiendo Sacramento eius cogitatio ad alia diſtrahitur; ex virtute enim primæ intentionis non



Digitized by Google

mutatæ per contrariam voluntatem Sacramentum perficitur; ſtudioſè tamen curare debet miniſter, vt etiam actualem intentionem habeat; γ nec minus actuali, vel virtuali, ſeu habituali intentione Sacramentum validè confert Sacerdos, qui peruerſa intentione fœminam baptizat, vt ea mox abutatur, quamuis grauiter peccet. talis enim peruerſitas intentionis veritatem Sacramenti non aufert, quemadmodum nec intentio iocandi ſimul cum intentione baptizandi, qualem D. Athanaſius in baptizandis aliquibus pueris habuit, quos verè baptizatos eſſe Alexandrinus Patriarcha indicauit. δ Cæterùm defectum neceſſariæ intẽtionis in miniſtro baptiſmum, aliudue Sacramentum cõficere ſimulante, neq; intentionem faciendi, quod facit Eccleſia, habente ab ipſomet Sacramentorum authore Deo non ſuppleri, probabilior, ac tutior eſt Doctorum ſententia; nam miniſtro ad Sacramenta conficienda neceſſariam eſſe intentionem Chriſtiana fides docet, & Concilium Tridentinum decernit; neque ex vlla promiſſione, vel lege, vel ratione conſtat, debitam intentionem miniſtri à Deo ſuppleri, ε quicquid alij contra fortè non improbabiliter aſſerant; homini enim, inquiunt, quantum poteſt, & ſcit, facienti non deeſt Deus, qui omnipotentem ſuam virtutem non omnem Sacramentis alligauit ζ, α *D. Thom. in 3. p. q. 64. art. 8. ad 1. Suar. d. 31. ſect. 5. Henriq. lib. 2. cap. 29. Regin. lib. 27. nu. 48. Nau c. 22. nu. 7. Graff. p. 2. lib. 1. c. 3. Victoria, Bonac. Megal. & alij communiter*, β *Trident. ſeſſ. 7. can. 11.* γ *D. Thom. q. 64. art. 8. ad 3. Barth. ab Angelo diſt. 1. §. 30. Vinald. de ſacr. c. 3. nu. 9. Angles, Bonac. de ſacr. in gen. d. 1. q. 3. p. 2. §. 3. n. 21.* δ *D. Thom. art. 10. Megal. de min. baptiſm. num. 11. Tol. lib. 2. c. 20. Graff. 2. p. lib. 1. c. 3. num. 36. Bonac. loc. cit. Barth. ab Angelo diſt. 1. §. 55.* ε *Henriq. lib. 1. c. 10. num. 3. Filliuc. tr. 1. c. 5. num. 8. Homobon. Nald. Sylvius, Fernand. de Heredia, Suar. Cabrera, quos citat Diana p. 3. tract. 4. reſol. 17. contra* ζ *Barth. ab Angel. d. 1. §. 31. Syluest. verb. Baptiſm. 6. nu. 3. Angel. Valentia tom. 4. d. 3. q. 5. p. 3. Viguer. Alenſ. Durand. Gabriel apud Filliuc. Zanard.*

7 Præter intentionẽ faciendi, quod Chriſtus inſtituit, vel quod facit Eccleſia, debet baptiſmi miniſter habere notitiam formæ, illamque debitæ materiæ applicare. Sacramentum enim perficitur materia, forma, & intentione miniſtri, α quarum vel vnius defectu ſi collatum Sacramentum baptiſmi, vel ordinis Sacerdotalis irritum, & inualidum ſit, debet, qui illud miniſtrauit, etiamſi opus ſit cum periculo honoris, vel vitæ manifeſtare defectum, & inualiditatem Sacramenti, ſecus non baptizati damnationis periculo exponerentur, non ordinati periculo non conſecrandi. idque in maximum fidelium detrimentum cederet; ſecus verò dicendum eſt de ordinibus inferioribus Sacerdotio, ſi quis eos inualidè alicui contuliſſet, qui poſtea Præsbyterali, ſeu Sacerdotali ordine validè initiatus eſſet; charactere enim Sacerdotali inſignitus cæterorum etiam ordinum, quos antea inualidè ſuſcepit, functiones, & munera validè exercebit, & nullum inde fideles detrimentum patientur. ideò priores defectus in ordinatione Diaconi, vel Subdiaconi commiſſos non tenetur eorum miniſter cum periculo

ho-

Digitized by Google

honoris, & vitæ manifeſtare. ſic confeſſarius pœnitentem, quem inualidè abſoluit, ſi ſine ſcandalo reuocare non poſſit, vt redabſoluat, vel ſi ſine graui damno eum de abſolutionis datæ defectu admonere nequeat, hoc facere neceſſario non debet. nam tunc poteſt pœnitens per aliam confeſſionem, vel contritionem peccatorum iuſtificari β, α *Bonac. de ſacram. in genere, & alij communiter*, β *Diana p. 5. tract. 13. reſol. 55. ex doctrina Soti in 4. diſt. 24. q. 1. art. 4. Sanchij in opuſc. tom. 2. lib. 7. c. 1. diſt. 14. Ochagauia de ſacram. confeſſ. q. 41. nu. 6. Granadi in 1. 2. contr. 9. tom. 1. diſp. 6. nu. 2. & aliorum*.

8 Sacerdoti nolenti abſque mercede baptiſmum conferre pecunia licitè dari poteſt, vt puerum morti proximum baptizet, niſi aliter baptiſmus obtineri queat. modo pecunia ei non detur animo emendi Sacramentum, ſed alliciendi Sacerdotem ad illud conferendum. Si enim alicui impedienti Sacerdotem pecunia dari poteſt, vt eum baptizare ſinat, quidni etiam pecuniam Sacerdoti dare poſſumus, vt impedimentum illud malitiæ, & auaritiæ ſuæ auferat, & baptizet ſiue infantem, ſiue adultum, ſi alioqui abſque baptiſmo moriturus ſit? & idem etiam dicendum eſt de pœnitentiæ Sacramento in extrema neceſſitate β, α *Leſſius lib. 2. c. 35. diſp. 7. num. 13. Diana p. 5. tract. 13. reſol. 29. Naldus verb. bapt. 1. ex D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. contra Alex. de Aleſ. p. 2. q. 187. Richard. Palud.* β *Diana ibidem*.

9 Vrgente neceſſitate parentes ipſi filium ſuum ſacris vndis abluere, atq; expiare poſſunt, nec ob collatum naro baptiſmum tunc pater, vel mater petendi debiti iure priuatur, vt Ioannes VIII. γ & Paulus V. declararunt; ita, ſi neceſſitas poſtulet, parentes ſuſceptoris, quem patrinum dicunt, munere fungi poterunt, nec inde cognationem ſpiritualem contrahent, quæ maritalem cōplexum impediat; quanquam probabile eſt tali cognationis vinculo non obligari parentes, etiam ſi extra neceſſitatem id faciant, γ *can. ad limina 30. q. 1. Rituale Rom. de miniſt. Bapt.* ε *Suarez,* ζ *& Amicus loc. cit. Diana p. 8. tr. 1. reſol. 57.*

10 Laicum in neceſſitate baptizantem, dum lethifero ſcelere obſtrictus manet, non peccare mortaliter, credibile eſt, quia munus illud non ex officio præſtat: quamquam ſi peccata ſua, cum poſſet, non deteſtaretur, graue quidem, ſed veniale peccatum committeret; minus enim reuerenter erga Sacramentum ſe gereret. Idem de Sacerdote, vel Diacono baptiſmum in peccato mortali miniſtrante in neceſſitate ſine ſolemnibus cæremonijs dicendum eſt; quia tunc non ſe gerit, vt miniſtet ex officio, ſed periclitanti ſuccurrit, *ita Franc. de Lugo c. 2. q. 7. nu. 58. Diana, & alij contra Vaſq. diſ. 136. c. 3. Caſtrumpalaum, Coninch.* Diaconus lethalis culpæ reus ſi abſque contritione baptiſmum ſolemniter permiſſu Sacerdotis miniſtret, mortiferum ſcelus committit, quia ex officio agit, & Sacerdotis vicem dignè ſupplere debet, *ita Prapoſitus, Laym. lib. 5. tom. 1. c. 5.* idem arbitror dicendum de Laico, qui ex Summi Pontificis conceſſione in mortali peccato ſolemniter quempiam baptizaret in neceſſitate.



Digitized by Google

## Baptiſmi effectus. Cap. IX.

1 PRæcipuus, ac proprius baptiſmi effectus eſt peccatorum omnium, ſiue originis vitio, ſiue culpa noſtra contracta ſint, & debitæ illis pœnæ expiatio, vt ſuperius oſtendimus, adductis Ezechielis, a ac Tridentini Concilij teſtimonijs. b cum enim hominem Deo gratum, & amicum reddat, conſequenter omne id, quod amicitiæ Dei aduerſatur, expellit, atq; vt D. Cyprianus c ait, poſtquam vndæ genitalis auxilio ſuperioris æui labe deterſa in expiatum pectus, ac purum deſuper ſe lumen infudit, poſtquam cœlitus Spiritu Sancto in nouum me hominem natiuitas ſecunda reparauit. idem teſtatur D. Auguſtinus: d *Generante carne*, inquit, *tantum contrahitur peccatum originale, regenerante autem ſpiritu non ſolum originalium, ſed etiam voluntariorum peccatorum fit remiſſio*. igitur, vt ait D. Hieronymus; e *Omnia in baptiſmate condonata ſunt crimina*. idem Florentinum Concilium his verbis definit: f *Huius Sacramenti effectus eſt remiſſio omnis culpa originalis, & actualis; omnis quoque pœna, quæ pro culpa debetur. Fundamentum enim religionis Chriſtianæ eſt*, inquit Carthaginenſe g Concilium, *credere, quod per Spiritum Sanctum in baptiſmate fiat remiſſio peccatorum*, nec non pœnæ infernæ illis debitæ, vt Florentini, h ac Tridentini i Concilij Patres aſſeruerunt, Concupiſcentiæ autem fomes in baptizatis ad agonem relinquitur, eius verò reatus abſoluitur. Concupiſcentia enim, quæ eſt animi appetitio natura ſua rationi repugnans, ſi voluntatis conſenſum, vel negligentiam coniunctam non habet, à peccati natura longè abeſt. k neque pœnalitates per baptiſmum auferuntur, qualis eſt concupiſcentia, ægritudo, mortalitas; ſed manent, vt in ijs homines ſegetem, & materiam virtutis habeant, & in hac vita exerceantur ad meritum, & teſtimonium ferant lapſus Adæ, & totius naturæ, & cognoſcant, quanto odio ſuperbos Deus habeat, qui humilibus dat gratiam, a *Ezech. c. 36.* b *Trid. ſeſſ. 5. de peccato orig.* c *Cyprian. epiſt. 2. ad Donatum, & 23. & 73.* d *Auguſt. de baptiſm. paruul. & tractat. 5. in cap. 3. Ioan.* e *Concil. Flor. in decreto de Armenis, & Conc. Carthag. 4. can. 1. Concil. Pariſienſe lib. 1. c. 1. S. Fulbertus epiſc. S. Bernardus de dupl. bapt. Catechiſm. Rom. Megal. Bauny, Bonac. d. 2. q. 2. p. 7. Peſant. Vaſq. Barth. Angel. Philiarch. Tolet. Victoria, P. Ledeſm. Conimb. Nugn. Suar. Candid. Reginal. Anglet. Henriq. Tanner. d. 4. q. 5. dub. 2. S. Thom. q. 69. art. 1. 2. & 3.* Ab huiuſmodi tamen pœnalitatibus, quæ originale peccatum conſequuntur, quales ſunt morbi, dolores, concupiſcentiæ motus, accepti baptiſmi virtute poſt huius vitæ curriculum liberantur, qui eo Sacramento initiati decedunt. per baptiſmum enim Chriſto commorimur, eiuſque merito, & gratia reſurgemus, & mortale hoc, ac corruptibile corpus incorruptibile fiet, *D. Thomas ibid. art. 3. Catech. Rom. de bapt. q. 10. c. 3.*

2 Secundus baptiſmi effectus eſt infuſio gratiæ iuſtificantis, ac ſanctificantis, habitualis, & actualis, nec non virtutum, quæ illi connexæ ſunt, vi-

de-

delicet fidei, ſpei, & charitatis, ac donorum Spiritus Sancti, *a vnde*, ait Concilium Tridentinum, *b in ipſa iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hac omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem*; niſi, qui baptiſmum ſuſcipit, oppoſito obice Sacramenti effectum impediat; virtutes enim illæ ſupernaturales à gratia iuſtificante non magis ſeparari poſſunt, quàm proprietas á natura, cui debetur. ſicut igitur ex fide credendum, gratiam iuſtificantem in baptiſmate conferri, cujus beneficio baptizatus veterem hominem exuit, & nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, induit, ita etiam aſſerendum eſt, virtutes ſupernaturales, & Spiritus Sancti dona ſimul cum ea in eundem baptizatum infundi, vt innocentiæ candore illuſtris, ac iuſtitiæ luce conſpicuus Deo placeat, *a D. Thomas loc. cit. art. 4. 5. & 6. D. Auguſt. ac verba D. Pauli ad Titum 3. c. quibus, Catech. Rom. Conciliam Viennenſe in Clem. 1. de Summa Trinit. b Trident. ſeſſ. 5. & 6. c. 7. Tolet. lib. 2. c. 22. P. Ledeſm. Chamer. Vaſq. 3. p. q. 69. art. 7. diſp. 166. Peſant. Bonac. diſp. 2. q. 2. p. 7. Megal. num. 2. Tanner. tom. 4. d. 4. q. 3. d. 2. Baunij tr. 2. q. 30.*

3. Effectus priuatiuus baptiſmi, ſcilicet remiſſio omnis culpæ, & omnis pœnæ eſt æqualis in omnibus tam paruulis, quam adultis: effectus verò poſitiuus eiuſdem eſt infuſio gratiæ, & virtutum ſupernaturalium ex opere operato, in omnibus quidē paruulis æqualis eſt, qui non in fide propria, ſed Eccleſiæ baptiſmate initiantur, cum æqualis ſit eorum diſpoſitio, adultis verò inæqualiter baptiſmi gratia pro ratione maioris, vel minoris diſpoſitionis infunditur. ideò ſi adultus ad baptiſmum maiori præparatione ad conferendam extra Sacramentum gratiam ſufficiente diſpoſitus accedat, non ſolum maiorem gratiam ex opere operato ex vi Sacramenti recipit; Sacramentum enim magis præparato maiorem gratiam confert; verùm etiam ex vi præparationis maioris ex opere operantis maiorem gratiam conſequitur; huiuſmodi enim præparatio ad conferendam gratiam per ſe ſufficit, vt peccatorum deteſtatio propter Deum ſuper omnia dilectum, & amor Dei ſuper omnia. nam ſicut naturalis cauſa agendo maiorem, vel minorem effectum pro maiori, vel minori ſubiecti diſpoſitione producit, ita baptiſmi Sacramentum inæqualiter pro inæquali diſpoſitione ſubiecti operatur; *a* ex cauſis enim naturalibus proportionabiliter in ſupernaturalibus argumentari licet, niſi contrarium diuinitus reuelatū ſit. Verùm ſi adultus ad ſacrum fontem cum deteſtatione peccatorum ad obtinendam gratiam extra Sacramentum non ſufficiente præparatus accedat, maiorem gratiam ex vi huiuſmodi diſpoſitionis non adipiſcetur, ſed tantum maiorem, vel minorē gratiam ex vi Sacramenti ſecundum maiorem, vel minorem perfectionem pœnitentiæ, qua quis præparatus accedit, obtinebit; nam per attritionem quamtumuis perfectam extra Sacramentum nihil gratiæ confertur; igitur nec ſi attritio cum Sacramento coniungatur, vi ſua, præciſa omni alia vi, quidquam gratiæ ex opere operātis conferet. ſufficit tamen cum Sacramento, & eſt menſura gratiæ, quæ in baptiſmo confertur; & quo maior erit attritio eius, qui bapti-

zatur, maiorem etiam gratiam recipiet. ß quod ſi ad baptiſmum adultus cum contritione remiſſa accedat, maiorem gratiam lucrabitur, quam is, qui cum attritione quantumuis intenſa regenerationis lauacro abluitur: nunquam enim attritio contritionis perfectionem attingere poteſt, nam ſpecie hæc ab illa differt, & perfectioris naturæ eſt. γ neque verò ex ſolo merito, & impetratione boni miniſtri Sacramentum hoc miniſtrantis, ille qui baptizatur maiorem gratiam de condigno recipit: adultus tamen ſi à bono miniſtro hoc Sacramento initietur, merito, ac precibus eiuſdem auxilium aliquod ſupernaturale aſſequi poteſt, quo maiori diſpoſitione præparatus maiorem gratiam in baptiſmo congruenter recipiat; multum enim valet iuſti deprecatio, qui ſibi ipſi cōdignè mereri, & alijs congruenter, & mediatè mereri, & impetrare poteſt, δ meritum condignū à Theologis appellatur opus hominis in hac vita liberum, ſtudioſum, ad alterum aliqua ratione ſpectans, quod ſecundum aliquem modum æquitatis, ſiue iuſtitiæ aliquo munere ab altero compenſari debet; meritum verò congruum eſt opus ſtudioſum, liberum, cui congruum eſt, vt quidpiam conferatur non debitum ex iuſtitia, ſed ſecundum quandam honeſtatem, & decentiam, hoc autem meritum ſupponit in merente, Dei amicitiam, & gratiam.

Cæterum, quamuis actiones noſtræ ſtudioſæ, & liberæ nullam rationem meriti condigni, & ex iuſtitia apud Deum ſimpliciter, & abſolutè habeant, nihilominus ex diuina ordinatione, & promiſſione aliquid de condigno ſecundum aliquem iuſtitiæ & æquitatis modum merentur; ε ideò meritum, quo diuinæ gratiæ augmentum, & gloriam apud Deum meremur, opus iuſtitiæ appellari poteſt ſecundum illud Pauli ad Timotheum *repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*; ζ miniſtri igitur baptiſmi maiorem gratiam deuotione ſua, ac precibus paruulo, qui baptizatur, mereri nequeunt. nemo enim gratiam gratum facientem alteri condignè mereri, excepto Chriſto, poteſt, nec de congruo quiſquam illis mereri eandem valet; hoc enim fieri non poteſt niſi merendo, vt bonum aliquem animi motum habeant, vel vt opus aliquod bonum exerceant. quod quidem infantibus impoſſibile eſt; cum rationis vſu careant; η neque verò eorum ſententia recepta eſt, qui paruulos maiore, vel minore gratia donari aſſerunt, quatenus eoſdem ad maiorem, vel minorem gloriam Deus prædeſtinat. Nam Deus ad inæqualem gloriam non prædeſtinat, niſi ob diuerſitatem meritorum, quæ in paruulis eſſe nequeunt; θ nec prædeſtinantur ad inæqualem gloriam, quod loco alicuius Angeli deſertoris in cœlo ſuccedant; ſatis enim eſt, ſi in beatitudinem, à qua rebelles Angeli ceciderunt, etſi non in eundem gloriæ gradum, ſuccedant. ι Veruntamen, quamuis paruuli omnes æqualem gratiam in baptiſmo conſequantur, non æqualiter ea deindè vtuntur, ſed vnus alio ſtudioſior maiorem ex gratia profectum facit, quem alius iners negligit ι, κ *D. Thom. 3. p. q. 69. art. 8. Negant, S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 14. Sot. in 4. diſt. 6. q. 1. Coninch. Chamer. Reginal. Victoria, Vinald. Bonac. d. 2. q. 2. p. 7. Cand. q. 16. art. 8. Megal. nu. 2. contra Scotum in 4. d. 4. q. 7. Gabr. q. 2. Palud. 2. Negnuom. 4.*



Digitized by Google

*in 3. p. q. 62. art. 1. d. 4. c. 2. Bonac. de ſacr. d. 1. q. 4. p. 3. num. 4. Suar. tom. 3. in 3. p. d. 7. ſect. 3. c. 3.* y *Nugn. loc. cit. q. 62. art. 1. Candid.* & *Suar. Bonac.* z *D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 1. Caiet. ibi.* t *S. Paul. ad Timoth. 4.* a b *Megal. Valent.* c *D. Thom. q. 6. art. 8.*

4 Præterea per baptiſmum anima indelebili charactere conſignatur, a quo Chriſti fidelis à ſeruis Diaboli diſcernitur, & ad reliquorum Sacramétorum ſuſceptionem habilis fit, ad Chriſtianæ religionis cultum, & ad Eccleſiaſticarum legum obſeruátiam obligatur; baptizatus enim Eccleſiæ ſubditus eſt, b propterea baptiſmus vnus eſt, nec iterari poteſt, cum eius character nunquam deleri, nec amitti, ne per peccatum quidem poſſit; nec homo bis renaſci, vel ſecundum ſpiritum regenerari, y neque verò iteratur baptiſmus, cum ex decreto Alexandri III. Pontificis ſub conditione alicui miniſtratur, ſi is baptizatus non eſt, quod ſolum fieri licet, cum re diligenter perquiſita dubitatio relinquitur, an quis baptiſmum ritè, ac validè ſuſceperit; idcircò animarum paſtores, cum infans ad eos defertur, ſciſcitari debent, an is prius ablutus fuerit, nam ſi baptiſmum domi cuſpiam priuatim adminiſtratum eſſe exploratum habeant, & nihilominus ſacram ablutionem in templo adhibita ſolemni cæremonia repetant, ſacrilegi, & irregulares fiunt, a a *c. maiores de baptiſm. Concil. Florent. in decreto unionis, & Trident. ſeſſ. 7. can. 9. Catech. Rom. D. Thom. p. 3. q. 63. art. 6.* a & *Suar. d. 22. ſect. 2. Valent. tom. 4. diſp. 4. q. 1. Graff. Bonac. d. 2. q. 2. p. 6. Megal. & alij.* y *idem & Vaſq. p. 3. tom. 2. d. 156. Azzuiq. Regin. Bellarm. cap. 15. & 16.* b *Catech. Roman. Campanilla, & alij multi.*

5 Reliqui baptiſmi effectus ſunt hominis interioris renouatio ad ſpiritalem vitam, perductio ad gloriam, e regni cœleſtis apertio, d animæ ſanctificatio, e adoptionis gratia, qua baptizati Chriſto capiti tanquam membra copulantur, vt adoptione filij Dei fiant, & habeantur, redempti viuant, conſeruentur, diuinoque lumine illuſtrentur, f & quemadmodum à capite naturali ad membra ſenſus, & motus deriuatur, ita à ſpirituali capite, quod eſt Chriſtus, in ipſius membra ſpiritualis ſenſus, & motus, id eſt veritatis cognitio, & diuinæ gratiæ inſtinctus ad bona opera emanat, nam vt D. Ioannes ſcripſit: *De plenitudine eius nos omnes accepimus*; in eoque, vt in vite palmites viuimus, ac fructum facimus, & ſine eo nihil facere poſſumus, s *S. Cypr. epiſt. 73. & diuerat. Dam. S. Auguſt. lib. 2. de nuptijs, & concup. c. 11. D. Thom. q. 69. art. 4. S. Baſil. de bapt.* e *D. Auguſt. de baptiſ. paruul. c. 21. Trid. ſeſſ. 6. c. 16.* f *Beda in Luc. c. 3. S. Ioan. 3. Megali Bauny tr. 2. q. 30. vide Bonacinam ſecundarios baptiſmi effectus recenſentem, vt collationem ſanitatis, ablationem irregularitatis q. 2. p. 6. Candid. d. 16. art. 8. d. 4. Tanner d. 4. q. 3. d. 2.* ſanitatem baptizatis, vt Conſtantino Magno, redditam, & alios effectus huiuſmodi miraculoſos, & extraordinarios eſſe, & accidiſſe baptiſmo, *Doctores aſſerunt communiter*.

6 Verum baptiſmi effectus oppoſita *fictione* impediri poteſt, quam diuinæ gratiæ repugnantem *obicem* Theologi communiter appellant; a eum verò, qui obſtaculum eidem opponit, *fictum* vocant, is enim in ſuſceptione Sa-

Sacramenti ſe aliquid velle fingit, id eſt, vel Sacramentum, vel eius effectum, quod re vera non vult, cum vel alterutri, vel vtriq; obſtaculū ponat. duplex autem eſt fictio, a altera ipſiuſmet Sacramenti ſubſtantiæ aduerſatur, vt ſi quis voluntate, ſeu intentione ſuſcipiendi Sacramentum, cum adultus ſit, vel alia conditione ad rationem Sacramenti neceſſaria careat. altera verò effectui Sacramenti ſolum repugnat, vt cum aliquis mortiferi ſceleris ſibi conſcius, & ideò imparatus illud ſuſcipit. illa prior fictio non modò baptiſmi effectum impedit, ſed & ſubſtantiam. Sacramentum enim adulto conferri nequit inuito, vel illius ſuſcipiendi voluntate carenti; poſterior hæc fictio non Sacramenti ſubſtantiam, ſed ſolum effectum eius impedit. applicatio enim materiæ cum prolatione formæ, & debita miniſtri, ac ſuſcipientis intentione Sacramentum efficit. gratia verò diuina vna cum peccato mortali, cui aduerſatur, eſſe non poteſt. adultus autem ſine pœnitentia, vel cum præpoſtera voluntate, affectuque ad peccatum accedens ad baptiſmum grauiter peccat, *quia Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum*, & ſine pœnitentia iuſtificari nemo poteſt, quam qui omittit, gratiæ obſtaculum opponit, quæ Sacramenti effectus eſt. b *Caeterum baptiſmus depoſita fictione reuiuiſcit, quoad ad peccati originalis, caeterorumq; peccatorum ante baptiſmum commiſſorum expiationem, & pœnæ iiſdem debitæ remiſſionem, & ſic baptizato prodeſt ad ſalutem*. non enim decebat hominem proprio effectu baptiſmi ſemel ſuſcepti, nec vnquam poſtea iterabilis perpetuo carere, c ideò Chriſtus illius inſtitutor voluit hoc regenerationis Sacramentum, peccati originalis expiamentum, ſublato impedimento, effectum ſuum producere, vt ſublata tabula, aqua ſtatim fluit, quæ ab ipſa impediebatur, ita, ſublato obſtaculo, Sacramentum in ſuſcipiente homine effectum ſuum producit. baptiſmi character indelebilis animæ impreſſus forma quædam eſt, quæ niſi impediatur, effectum Sacramenti ſcilicet gratiam comitem habet cum tota illa extenſione, & intenſione, qua ab initio producta eſſet, niſi impedita fuiſſet, e *quodcunque igitur peccatum, ſiue originale, ſiue actuale ante baptiſmū, vel in ipſius baptiſmi ſuſceptione ante inſtans, ſeu momentum illud, quo Sacramentum hoc ſecundum eſſentiam completur, commiſſum, ſublato per contritionem fictionis obice, Sacramenti huius virtute deletur, etiamſi ſit ſacrilegium contra baptiſmum*. Hinc n, fictione remota, effectum ſuum producit, non ſolum quod ad temporalis pœnæ remiſſionem, ſed etiam peccatorum mortalium, & venialium ſecundum culpam, & pœnam, nec non diuinæ gratiæ, ac virtutum, & donorum concomitantium infuſionem, & quod ad collationem gratiæ ſuo tempore conferendę. *Tunc valere incipit ad ſalutem baptiſmus, cum illa fictio*, inquit D. Auguſtinus, *veraci confeſſione receſſerit, quæ corde in malitia, vel ſacrilegio perſeuerante peccatorum ablutionē non ſinebat fieri*, n hæc ſunt Auguſtini de baptiſmi effectu abſolutè loquentis verba, quæ licet Vaſquius, ita explicet, vt baptiſmus ſolum conducat ad expiationem peccatorum per Sacramentum pœnitentiæ, vel vt obſeruatio neceſſaria præcepti de neceſſario ſalutis medio, quia videlicet præceptum illud



Digitized by Google

ſemel ita expleuiſſe ſatis ſit, vel tanquam neceſſaria diſpoſitio, ac conditio ad pœnitentiæ Sacramentum peccata ipſa poſtea delens; nemo tamen non videt huiuſmodi explicationem coactam eſſe; & à communi Doctorum ſententia recedere, κ & quidem originalis peccati remiſſio proprius huius Sacramenti effectus, nec aliter obtineri poteſt, nec baptiſmus, qui cum fictione ſuſceptus eſt, iterandus; neque enim originalis culpa per pœnitentiam, ſiue contritionem directè remitti poteſt, ſed ſolo baptiſmo per ſe expiatur, qui depoſita fictione reuiuiſcat, neceſſe eſt, *et tunc tanto maiorem gratiam adultis affert, quanto melior eſt diſpoſitio, qua obſtaculum remouetur*; λ quamquam nonnulli eam certam, & determinatam eſſe probabiliter exiſtimant, qualis eſt, quæ infantibus vi baptiſmi confertur, μ eaq; minima eſſe dicitur. diſpoſitio enim remouens obicem non eſt menſura gratiæ reſpectu Sacramenti antea ſuſcepti, ſed remouens prohibens. *Porrò amoto per contritionem fictionis peccato, non modo gratia, quæ ipſimet contritioni obicem remouenti reſpondet, titulo etiam baptiſmi datur, ſed etiam peculiaris aliqua portio, ſeu gradus gratiæ ſanctificantis vi ipſius baptiſmi confertur*; hic enim re ipſa, non nomine tenus reuiuiſcit, & valere incipit ad ſalutem, teſte D. Auguſtino, ν *& aliquando obex, cum negatiuus eſt*, vt defectus, ſeu carentia pœnitentiæ, ac fidei in ſuſcipiente baptiſmum, ad quem eas neceſſarias non eſſe, probabiliter exiſtimat, vel inculpabiliter ignorat, vel non animaduertit, *ſola attritione abſq; confeſſionis Sacramento remouetur, & tunc baptiſmus reuiuiſcens gratiam baptizato tribuit*, quam ſola attritio conferre nequit. in huius autem defectu obex, ſeu fictio impediens baptiſmi gratiam conſiſtit, & accedente attritione aufertur; hæc enim peccatum remouet, quod ſecundum habitum, vel interpretationem ſi perſeueret, gratiæ obſtat, & obex dicitur, ſiquidem imperfectus dolor de peccato, facit, ne ſit voluntarium ſecundum habitum, cum voluntatem ab illo tanquam à re ſibi inuiſa abſtrahat. ξ *Verùm ſi accedens ad baptiſmum intellexit ex præſcriptione Dei, naturaq; ipſius reconciliationis, pœnitentiam cum fide adhibendam eſſe, & tamen eas non adhibuit in baptiſmi ſuſceptione, ei ſola attritio non ſufficit, vt Sacramenti huius effectum conſequatur, ſed confeſſio Sacramentalis ſaltem cum attritione, vel extra confeſſionem contritio neceſſario requiritur*; ο omiſſio enim pœnitentiæ in ſuſceptione baptiſmi eſt culpa baptizati, atque ideò membri Eccleſiæ; igitur non remittitur niſi virtute clauium, ideſt abſolutionis Sacramentalis, vel eius voto, vt ex Tridentino Concilio conſtat, π illa enim omiſſio, prout culpabilis, eſt baptiſmo ſaltem naturâ poſterior. nam tunc primum adulto culpabilis eſt, cum præceptum, quo imperabatur, eſſe deſijt. non deſijt autem propriè niſi ante punctum, quo baptiſmus ſecundum eſſentiam ſuam completus eſt: cum ante illud pœnitentiæ ſit locus, quæ ſi ante verba illa baptiſmalis formulæ, *Spiritus Sancti*, adhibeatur, omnem culpam delet. Præterea hæc fictio accidit baptiſmo; accidens autem naturâ poſterius eſt re illi ſubiecta. abeſſe enim & adeſſe abſque eius corruptione poteſt. ρ *Fictionis igitur culpa non expiatur baptiſmi virtute, ſed pœnitentia in ordine ad cla-*

ues

Digitized by Google

*nes, atque ideò in Sacramentali confeſſione neceſſario explicanda eſt c ſi ad conſummatam vſq; baptiſmi ſuſceptionem durauit*; tunc enim inter peccata poſt baptiſmum commiſſa computatur; cum ab homine baptizato eſſe cenſeatur. quandoquidem baptiſmus prius naturâ characterẽ infundit, quã gratiam iuſtificantem; ideò fictionis illius peccatum eſt materia Sacramẽti pœnitentiæ, ideòque vel per contritionem extra Sacramentalem confeſſionem, vel per attritionem, Sacramento pœnitentiæ addito, neceſſario delendum eſt; ea verò peccata ſolum per baptiſmum expiantur, quorum expiandorum cauſa Sacramentum hoc à Deo inſtitutum eſt; huiuſmodi autem non eſt peccatum in eius ſuſceptione commiſſum, ac cum eodem continuatum, quod omnem baptiſmi efficaciam impedit. *Cum igitur contritio extra confeſſionem, vel attritio eidem adiuncta fictionis vitium, ſeu culpam deleat, ſuadendum eſt illi, qui fictus baptiſmum ſuſcepit, vt alterutra ſibi conſulat, ideſt vera contritione, aut Sacramento cum dolore imperfecto*; etenim Sacramentum effectum ſuum ſublato impedimento, ſeu obice producit: obex autem, ſiue actiuus ſit, vt cum quiſpiam ad peccatum afficitur, & in baptiſmi ſuſceptione lethali ſcelere ſe inquinat, dum exterius abluitur, ſiue negatiuus, vt cum crimen à ſe commiſſum non deteſtatur, vel ſine fide, ac neceſſaria diſpoſitione baptiſmo tingitur, ſuperueniente perfecto dolore, cui contritio nomen eſt, ceſſat, vel attritione confeſſioni veraci adiuncta aufertur, vt D. Auguſtinus aſſerit, q ſola etiam attritio ſufficit ad remouendum fictionis, vel culpæ obicem ante punctum illud, in quo baptiſmus ſecundum eſſentiam completur, nam vt ait D. Thomas, *Baptiſmus aufert culpam, & reatum omnium peccatorum præcedentium baptiſmum, & ſimul etiam exiſtentium cum baptiſmo*, o quamuis nonnulli contritionem ad hoc neceſſariam eſſe exiſtiment, & D. Thomæ verba manifeſtè contraria in ſuam ſententiam detorquere conentur; x ſi verò quis in ſuſceptione baptiſmi lethale ſcelus committat habens exempli gratia propoſitum furandi, occidendi hominem, vel ſcortandi, illudque etiam poſt baptiſmum continuat; tunc ſi baptiſmi effectum conſequi vult, culpam ſuam propter Deum ſuper omnia dilectum deteſtari debet, niſi pœnitentiæ Sacramento expietur, ad quod ritè ſuſcipiendum imperfectus dolor peccatorum ſufficit, cum virtute Sacramenti homo ex attrito fiat contritus. nam extra pœnitentiæ Sacramentum obicem remouere nequit; niſi peccati poſt baptiſmum commiſſi eum perfectè pœniteat, nec tunc peccatorum ante baptiſmum cõmiſſorum veniam obtinere poteſt, niſi ſimul poſteriorum baptiſmo culparum remiſſionem impetret. ad vtramque igitur remiſſionem obtinendam extra pœnitentiæ Sacramentum neceſſaria eſt contritio cum confeſſione in voto, t cum peccatum poſt baptiſmum commiſſum non poſſit per baptiſmum deleri, ad hoc enim inſtitutus non eſt baptiſmus, vt peccata poſt ſe commiſſa deleat. quanquam non improbabilis Suario videtur Paludani ſententia aſſerentis, ſolam attritionem ex ſe ſufficere ad delenda peccata baptiſmum abſq; ſacrilegio ſuſceptum ſubſequentia; ſed contraria opinio proculdubio amplectenda eſt, quæ docet,

*non*

Digitized by Google

*non modo ſacrilegium in ipſa ſacra ablutione commiſſum, ſed etiam quodcunque mortale peccatum à baptizato perpetratum poſt baptiſmum cum fictione ſuſceptum, nec non ipſam fictionem ſine vera contritione* (cui dilectio Dei ſuper omnia ſubindè æquiualet) *vel ſine attritione cum Sacramento poſt baptiſmum ſuſcepto expiari, delerique non poſſe*; quoniam ſola attritio non eſt ſufficiens diſpoſitio ad ſacrilegij, nec peccati poſt baptiſmum commiſſi veniam obtinendam; hoc enim peccatum baptiſmo naturâ, vel ratione poſterius eſt: conſequenter per ipſum propriè non remittitur, nec per attritionem baptiſmo ſuperuenientem; ſacrilegium autem illud, & peccatum hoc quamdiu manent, baptiſmi effectum impediunt; vtrumque igitur Sacramentali confeſſione reipſa, vel in voto expiandum eſt. a Cæterum baptiſmus recedente fictione tantam gratiam confert adulto, qui illum ſuſcepit, quantam contuliſſet, ſi cum tali, ac tanta diſpoſitione receptus fuiſſet, qualis, ac quanta eſt ea diſpoſitio, qua modo fictionis obex auferetur. vt ſi attritio ſupernaturalis, per quam nunc fictio amouetur, quatuor perfectionis gradus habeat, & ſi talis attritio in actuali ſuſceptione baptiſmi adfuiſſet, baptiſmalem gratiam perfectam, vt quatuor, baptizato contuliſſet, modò ceſſante fictionis obſtaculo Sacramentum iam ſuſceptum gratiam totidem graduum perfectionis baptizato tribuit; baptiſmus enim ſemel receptus, amota fictione, tam efficax in operando eſt, quàm initio actu fuerit; ſiquidem habet vim, & efficaciam ex Chriſti meritis ſuſcipientis Sacramentum applicatis, vt quandocunque non impediatur culpæ obſtaculo, effectum ſuum producat, & tantũ gratiæ baptizato Sacramentali virtute tribuat, quantum gratiæ confertur vi diſpoſitionis obicem amolientis, quæ ſi perfectionis quatuor gradus habet, æqualem totidem graduum gratiam conferet homini baptizato per attritionem cum Sacramento iunctam, vel per contritionem obſtaculum amouenti; vtraque enim diſpoſitio ſeparatim ſecundum menſuram perfectionis ſuæ tantam pœnitenti gratiam tribuit, quantam eidem baptiſmus ceſſante fictionis impedimento impertitur. α α hanc quidem gratiam Sacramentum ex opere operato confert. nam vltra operantis meritum tam condignum, quam congruum, vim habet producendi gratiam, qua interior homo regeneratur, iuſtuſque, ac ſanctus fit. Etenim ſi fictionis culpa per Sacramentum cum attritione ſuſceptum deleatur, gratia, quæ tunc confertur non ex opere operantis, id eſt ab attritione, ſed ex operato, id eſt virtute Sacramenti confertur; attritio enim ex ſe ſola ad iuſtificationem, & gratiam dandam, vel recipiendam, vel ad obicem culpæ remouendum non ſufficit; at Sacramentum fictione non impeditum ex opere operato id præſtat, β β & hinc apparet diſcrimen, quod eſt inter baptiſmum, Euchariſtiam, & pœnitentiam, quod pœnitentia, & Euchariſtia cum fictione mortali ſuſcepta effectum ſuum, recedente mox fictione, non producunt, γ γ vt probabilior ſententia tenet. a ſolo baptiſmo quidem poſt ſublatum fictionis obicem gratiam produci, nonnulli putant, δ δ alij verò hoc priuilegium ad Sacramenta Ordinis, & Confirmationis probabiliter extendunt, ε ε nec im-



Digitized by Google

probabilis eorum opinio eſt, ſed valde pia, & Sacramentorum dignitati fauorabilis, qui omnia Sacramenta cum lethifera fictione ſuſcepta, illa poſtea recedente, ſanctificantem gratiam conferre aſſerunt, ε ε quoniam per vſum Sacramenti cuiuslibet Chriſti merita applicantur ex parte Dei, & Chriſti, & ſuſcipienti illud ius datur, vt poſtea fictionem remouens, gratiam, Sacramenti effectum recipiat, quam in ſuſceptione illius non fictus recepiſſet; quamquam aliqui id de Sacramento Euchariſtiæ negent, n n ſed vnuſquiſq; quam mauult ſententiam eligat. Illud verò ſciendum eſt, peccata præcedētia baptiſmum, quod ad culpam, & pœnam baptiſmatis Sacramento deleri, ſequentia verò, & poſteriora baptiſmo ſcelera, quod ad culpam omnem virtute pœnitentiæ, qua fictionis obex amouetur, non autem quantum ad omnem pœnam ϑ ϑ expiari. Porrò baptiſmus à ficto homine ſuſceptus non obſtante fictione characterem indelebilem, cui culpa fictionis non repugnat, nec obſtat, animæ imprimit. deinde recedente fictione reliquos effectus ſuos hoc ordine in eodem puncto temporis producit, in quo quatuor naturæ inſtantia, ſeu momenta conſiderari poſſunt *in priori naturæ momento pœnitentia fictionem tollit, deinde peccata ante baptiſmum commiſſa remittit, tertio animam per gratiam regenerantem iuſtificat, quarto pœnitentia homini per gratiam ſanantem medetur*; prius enim ad ſpiritualem vitam homo per gratiam baptiſmi regeneratur, quàm per pœnitentiam ſanetur, nec generantis, vel ſanantis gratię infuſio ante diſceſſum originalis, & lethalis culpę actualis intelligi poteſt, prior autem ſit in genere cauſæ materialis, & diſpoſitiuæ remiſſio peccatorum, quam gratiæ infuſio ſpectato naturæ ordine; ſiquidem in priori naturæ puncto anima à gratia ſanatur, cum peccatum originale nondum per baptiſmum remiſſum eſſe cenſeatur, quamquam non poteſt intelligi peccatum remiſſum in anima ſine gratiæ productione, dum hæc in via eſt, ſiue ſit in genere cauſæ efficientis peccati expiatricis, ſecus vero in genere cauſæ formalis animam actu perfectè informantis; *a ita ex D. Auguſtino, D. Thom. q. 69. art. 9. Tanner d. 4. q. 5. d. 2. num. 54. cum alijs, ß Bauny q. 18. lib. 3. Megal. Tann. a ß Suarez tom. 3. d. 7 ſect. 4. & d. 28. ſect. 4. Megal. ϑ Salom. Sap. 1. Bau. γ S. Auguſt. lib. de Bap. Theologi in 4. ſent. diſt. 4. Camitel. lib. 1. D. Thom. ibid. Megal. Auguſt. in 4. d. 4. & alij communiter, ε Megal. Tan. n S. Auguſt. lib. 1. de bapt. c. 11. & 12. Sot. in 4. d. 4. q. 5. Adrian. in 5. q. de confeſſ. diſt. 5. Durand. in 4. d. 4. q. 4. Vaſq. d. 159. c. 3. nu. 33. & 34. Scot. in 4. diſt. 4. q. 5. Gabr. q. 1. art. 3. Gloſſ. in c. tunc valere, n S. Thom. q. 69. art. 10. S. Bonauen. in 4. d. 4. p. 1. art. 2. Richard. Durand. Sot. Petrus. Sot. Roſella, Sylu. Caiet. Valent. Suar. d. 28. Tann. q. 3. dub. 2. num. 62. & Thom. ſed, λ Suar. Tann. μ Cand. d. 16. art. 9. dub. 10. Nugn. q. 9. Sot. loc. cit. d. 6. q. 1. Bonacina ... 1. q. 6. p. 3. num. 31. ξ Cabrera d. 3. ſect. 2. & 3. Diana p. 4. tr. 4. reſolut. 4. Bonac. q. ... p. 6. num. 14. ο Bauny. π ex Trident. ſeſſ. 14. c. 2. ρ Syluius in 3. p. q. 69. art. 10. Io. de la Cruz in Directo. p. 2. q. 4. d. 4. c. 2. Cabrera d. 2. Villalob. tom. 1. tract. 5. d. 20. Nugn. Diana loc. cit. Cand. σ Bauny. τ S. Auguſt. loc. cit. υ S. Thom. q. 66. art. 10. Megal.*

*gal. nu. 8. 9. Baun. x Suar. d. 28. ſect. 5. Coninch. & alij, teſte Megl. num. 9. ‡ DD. cit. & omnes commun. Megal. Cand. dub. 9. ex Trident. ſeſſ. 7. c. 10. de Bapt. Valent. Vaſq. Richard. Durand. Maior, Bonau. Caiet. Sot. Tann. loc. cit. d. 2. ω DD. citati, Scot. in 4. d. 4. q. 5. S. Thom. q. 69. art. 10. Tann. num. 78. α α Candid. art. 9. dub. 10. Nugn. tom. 1. in 3. p. q. 62. art. 1. diff. 6. α α β β Suar. in 3. p. tom. 3. diſt. 28. ſect. 4. Nugn. γ γ S. Thom. loc. cit. Valent. tom. 4. q. 4. p. 2. Henriq. c. 27. Regin. loc. cit. nu. 74. Scot. d. 4. q. 5. Philiarchus, Tolet. lib. 2. c. 21. num 5. Vict. q. 23. Angles q. 4. art. 3. c. 1. Chamer. c. 6. Bonac. q. 2. p. 6. nu. 14. & alij apud Sayr. lib. 5. c. 3. art. 11. δ δ Sot. in 5. d. 6. q. 1. art. 8. ε ε Palud. Gabr. Canus, Syluius in 4. q. 69. art. 10. ζ ζ Caiet. tom. 1. opuſc. tr. 5. q. 5. Cabrera q. 69. art. 10. d. 4. Diana loc. cit. η η Suar. diſp. 63. ſect. 8. Villalob. tr. 7. d. 24. θ θ Cand. dub. 10. & 11. D. Thom. D. Aug. & alij plurimi.*

7. *Culpa venialis non impedit effectum baptiſmi, nec præſens delectatio de peccato leuiore*; non enim gratiæ, neque ipſius infuſioni repugnat, ι ι nec obſtat augumento gratiæ, quod ſuſcipientibus alia Sacramenta viuorum confertur. *Verum adultus, ſi cum alicuius venialis peccati delectatione, ſeu complacentia baptiſmi Sacramento initietur, modo illum anteactæ vitæ pœniteat, ſiue perfectè, ſiue imperfectè, ideſt, ob timorem infernæ pœnæ, omnium peccatorum præterquam illius venialis, veniam, & pœnæ iſtis debitæ remiſſionem conſequitur*; complacentia enim de peccato veniali in ipſamet baptiſmi ſuſceptione non impedit infuſionem gratiæ, & cæterorum peccatorum, quæ baptizatus deteſtatur, remiſſionem; ſed obſtat, ne venialis illa culpa, quæ in ſuſcipiendo baptiſmo committitur, nec pœna ei debita deleatur; cum venialis culpa ſine perfectæ, vel imperfectæ pœnitentiæ actu non expietur. κ κ Eſt igitur materia ſufficiens Sacramenti pœnitentiæ; ſecus verò peccata baptiſmum antecedentia, ſine quorum pœnitentia baptiſmum quiſpiá indignè ſuſcepit; hæc enim, recedente fictione, directè, & ſufficienter baptiſmi virtute remittuntur; quamquam non improbabile eſt, aliquando per accidens illa in Sacramentali confeſſione explicanda eſſe, ſi valde enormia ſint, non quidem vt materiam abſolutionis, ſed vt maior malitia fictionis, & ſacrilegij cognoſcatur, λ λ nam probabile eſt, circumſtantias, quę peccatum grauius intra eandem ſpeciem notabiliter reddunt, in confeſſione aperiendas eſſe; quamquam contrariam etiam ſententiam probabilem docuimus. Quando per imperfectam pœnitentiam, quam attritionem vocant, cum Sacramento pœnitentiæ deletur ſacrilegium in ipſa baptiſmi perceptione commiſſum, aut peccatum lethale à fictè baptizato perpetratum, atq; adeò obex, ſiue obſtaculum gratiæ amouetur, tota gratia conſequens à ſingulis Sacramentis baptiſmi, & pœnitentiæ tanquam à cauſis partialibus ſe mutuo adiuuantibus pro modo, & ratione virtutis, & concurſus vniuſcuiuſq; Sacramenti ad effectum eũdem concurrentis producitur. Nec dubitari debet, quin vtrumque Sacramentum cum tali attritione tantam gratiam cõferat, quantam eadem ſingula cum tali diſpoſitione conferrent; nec dubitandum eſt, quin etiam tantum gratiæ conferant, quantum contuliſſent, ſi



Digitized by Google

vtrumq; Sacramentum diuerſo tempore cum ſimili, ſeu æquali diſpoſitione iteratâ receptum fuiſſet, quoniam attritio virtute duplex in propoſito caſu eſt, ideòq; iteratæ attritioni æquiualet; quanquam contrarium probabilius eſſe cenſet Suarius, μ μ Illud deniq; ſciendum eſt baptiſmum fictè ſuſceptum, recedente poſtea fictione, non eſſe cauſam phyſicam, ſed moralem gratiæ, ac morale inſtrumentum; quod enim in rerum natura amplius non eſt, vt baptiſmus antea fictè ſuſceptus, recedente poſtea fictione phyſicè operari nequit; verùm quāuis ex ſe vim non habeat influendi in effectum; moraliter tamen principalem cauſam mouere poteſt, vt effectum ſuū producat. quemadmodum chirographum hominem ad ſoluendas pecunias, aliudue agendum mouet. ſic Deus ratione baptiſmi antea ſuſcepti, amota fictione, quodammodò mouetur ad gratiam conferendam, ν ν ob Chriſti merita, & ſanguinem pro nobis effuſum. Cæterum baptiſmus, & reliqua nouæ legis Sacramenta, quando præſentia exiſtunt, tanquam inſtrumenta phyſicè gratiam producunt; Sacramenta enim à Chriſto inſtituta continere gratiam, quam ſignificant, ipſamque non ponentibus obſtaculum conferre, & efficacia ſigna eſſe Florentini, Tridentini, & Moguntini Concilij Patres declarauere ξ ξ, ι ι *Megal. nu.7. Candid. d. 26. art. 9. dub. 2. Suar. tom. 3. in 3. p. d. 7. ſect. 4. Nugnus q. 62. art. 1. d. 1. S. Thom. 3. p. q. 69 art. 8.* κ κ *Candid. dub. 3. Bonac.* λ λ *Valentia q. 4. p 2. ex Soto, Tanner q. 3. d. 2.* μ μ *Suarez loc. cit. vide Tanner. ibid.* ν ν *Nugn. q. 62. art. 1. d. 7. Valent. tom 4. d. 4. q. 4. p. 2. Cand. dub. 15. Canuſ. Suar. d. 9. ſect. 2.* ξ ξ *Concil. Flor. in decreto Eugenij, Trident. ſeſſ. 7. can. 6. Mogunt. can. 11. Cand. dub. 15.*

## Suſceptor, ſeu Patrinus in Baptiſmo, ſpiritualis cognatio, cœremoniæ. Cap. X.

1 AD baptiſmum ritè, ac ſolemniter miniſtrandum præter miniſtrum ſuſceptor etiam, ſeu ſponſor, qui patrinus vulgo dicitur, adhibendus eſt, qui ob ſolemnem ſponſionem ſuam ex præcepto Eccleſiæ in Chriſtianæ fidei rudimentis, ſi neceſſe fuerit, baptizatum inſtruere, & præcipuè ſymbolum, & orationem Dominicam edocere debet; quamquam hodie patrini huiuſmodi obligatione liberantur, cum pueri à parentibus, vel ludimagiſtris in rebus ſcitu ad fidem neceſſarijs erudiri ſoleant. ſuſceptor compos rationis, & baptiſmo antea munitus ſit, & intentionem præſtandi munus ſuum habeat, oportet. vnus eſſe debet ſponſor fidei, iſque mas, ſi puer baptizandus eſt, aut fœmina, ſi puella baptizanda, vel ad ſummum duo, mas, & fœmina. verum ſi plures ſuſceptores ſint eiuſdem baptizati, credibile eſt omnes cognationem ſpiritualem contrahere, qualem contrahit etiam, qui in priuato baptiſmo, vbi tamen patrinum adhibere opus non eſt, neceſſitatis tempore, cum idoneus haberi non poteſt, hoc munus ex propoſito præſtat, quamquam contrarium alij doceant apud *Dianam tract. 5. reſol. 7.* Patrinus cum baptizato cognationem ſpiritua-

Digitized by Google

ritualem contrahit, quæ paternitas appellatur, & cum parentibus baptizati, & hæc compaternitas dicitur; nullam tamen cognationem contrahit illegitimus patrinus, nec pater, aut mater hoc munus præſtare poſſunt, neque Monachus, niſi Epiſcopus, vel Cardinalis creatus ſit, ſicut D. Gregorius, qui ex Monacho factus Cardinalis factus eſt compater Mauritij Imperatoris. Ceſſat enim Epiſcopis, & Cardinalibus periculum incontinentiæ deficiente familiaritate nimia, *Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. d. 62. & tom. 1. lib. 9. & in ſumma tom. 2. lib. 6. ex cap. Monachi de conſecrat. d. 4. Laym. lib. 5. tr. 2. c. 89. Rodriq. qq. Regul. tom. 1. q. 58. art. 3. Dian. p. 5. tr. 3. reſol. 7. Zambran. Nauar. Coninch. Armilla, Suar. Viuald. Sà, Sot. Galleg. Vega, Granad. Henriq. & alij multi.*

2 Qui non ſuo, ſed alterius nomine aliquem è ſacro fonte ſuſcipit, ſpiritualem cognationem non acquirit ſibi; ſed illi potius, cuius vices ſuſcipiendo gerit; α quamquam etiam à principali ſponſore, cuius nomine legatus aliquem ſuſcipit ex aqua regenerationis, nullam cognationem iniri probabile eſt; quòd ad illam ineundam perſonalis actio requiratur: β contrarium tamen nonnulli probabilius docent. γ vt autem aliquis cognationem ſpiritalem contrahat tam in baptiſmo, quam in confirmatione, neceſſe eſt, vt tangat eum, quem ſuſcipit δ, α *Syluester verb. matrim. 8. q. 7. d. 15. Sanch. de matrim. tom. 2. lib. 2. d. 59. Sà, Couar. Syluius, Diana contra Sotum in 4. ſent. diſt. 42. Toletum lib. 7. c. 8.* β *Couar. Sanch. Reginald. tom. 2. l. 31. c. 20. Villal. Megala.* γ *Pontius lib. 7. c. 39. n. 10. Laym. Coninch. Rebel. Philiarch. Sà, Abbas,* δ *Sanch. Villalob. Dian. contra Angelum, & Lopez.*

3 Qui poſt baptiſmum infanti vrgente neceſſitate adminiſtratum tanquam ſuſceptorem, ſponſoremuè ſe gerit, dum ſolemnes Sacramenti illius cœremoniæ in templo ſupplentur, nullo cognationis vinculo obligatur, quemadmodum nec ille, qui ſcienter, vel ignoranter pro eo ſpondet, qui iterum baptizatur, vt *Syluius docet 3. p. q. 56. art. 3. Diana reſol. 2.*

4 Qui infantem filium ſuum in mortis periculo baptiſmo expiat, vel in baptiſmo ſuſcipit pro illo ſpondens, multis, qui hoc munus præſtare poſſent, præſentibus, non minus læthali ſcelere, quam ſpiritali cognatione ſe obſtringit; coniugalis tamen debiti petendi ius non amittit, ſed illud abſq; culpa petere poteſt nulla ſibi lege vetitum, idem de matre, ac de patre dicendum eſt, *Gloſſa c. 2. de cognat. ſpirit. Suar. in 3. p. q. 67. art. 8. Durãd. in 4. d. 42. q. 1. Coninch. Fernand. Hered. Laym. Zambr. Iac. Granad. in 3. p. c. 4. tr. 2. Prap. in 3. p. q. 67. art. 6. Diana p. 5. tr. 3. reſol. 25. contra Sanch. Henriq. Villalobum.*

5 Qui Sempronij filium, quem Atilij prolem putabat, de ſacro fonte ſuſcepit, ſpiritalem cognationem non in ſe deriuat; ad eam enim contrahendam ſcientia, & animus contrahendi illam neceſſario requiritur; nam & coniux, quæ viri ſui filium ad ſacrum fontem tenet, maritalem copulam poſtulare non prohibetur, *Abbas ex c. 2. de cognat. ſpirit. Sanchez de matr. tom. tom. 2. lib. 7. d. 58. nu. 7. Alex. Neuius, Villalob. Diana p. 3. tr. 4. reſol. 16. contra Pontium lib. 8. c. 39.*

6 Suſceptoris munus erga ſpiritales filios eſt eos admonere, vt caſtita-

tem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatem teneant, & ante omnia ſymbolum, & Dominicam precationem, nec non decalogum, & prima Chriſtianæ religionis rudimenta illos edocere, *ita S. Auguſt. ſerm. 163. de temp.*

7 Non improbanda eſt ea conſuetudo, qua alicubi Catholici hæreticorum filios è ſacro fonte ſuſcipiunt, baptizante illos miniſtro hæretico formula ſolita Sanctiſſimę Trinitatis ritu Catholico; cauendum tamen eſt, ne quis exiſtimet, hoc fieri in honorem falſæ ſectæ; non licet tamen Catholicis poſtulare baptiſmum à miniſtro hæretico, neque hæreticum ſuſceptorem adhibere ad baptiſmum Catholici; non enim licet commendare agnos lupis, hoc eſt, pueros hæreticis inſtruendos committere, ne fidei orthodoxę contrarijs erroribus imbuantur, *Laym. lib. 5. tr. 2. c. 89. num. 6. abſolutè Sanchez lib. 2. in Decal. c. 9. num. 12. Card. Lugo. de fide. diſp. 14. ſect. 5. §. 5. Azor. Ledeſma, Diana p. 2. lib. 8. cap. 11. Vide, quæ ſcripſimus in Scuto Fidei Catholicæ.* Si neceſſitate vrgente cœremoniæ in baptiſmi adminiſtratione omiſſæ fuerint, in Eccleſia poſtea ſuppleri debent. quemadmodum, & exorciſmi, qui ante baptiſmum adhibentur, vt hominem tartareus hoſtis infeſtare, ac vexare deſinat, *Layman. loc. cit. & alij communiter.*

8 Lethali ſcelere ſe obſtringunt hæreticus, Iudeus, Saracenus, & quiuis alius infidelis, nec non excommunicatus, vel interdictus criminibus, & grauibus delictis infamis, ac publica pœnitentia mulctatus, qui ſuſceptoris in baptiſmo munus aſſumunt, & qui illos eligunt, vel admittunt. Tales enim hoc munus obire prohibet Eccleſia infideles quidem iure naturali inepti, & incapaces huius muneris ſunt. Hæreticus validè quidem, ſed non licitè puerum è ſacro fonte ſuſcipere poteſt; nam characterem adhoc neceſſarium habet, neque talem ſuſcipiendi actū irritum eſſe vult, ac decernit Eccleſia. Hæreticus tamen patrinus ab hæreticis parentibus deſignatus, & oblatus parocho ad ſuſcipiendum è fonte ſacro ipſorum filium in orthodoxa fide educandum ſine peccato admitti poteſt; ſi Sacerdos palam edicat filium in Catholicam Eccleſiam per baptiſmum admittendum eſſe. id enim fit, ne parentes offenſi repulſa ſuſceptoris filium ad miniſtrum hæreticum deferant, vel ne domi priuatim baptizent. *Layman. l. 3. tr. 3. cap. 9. Sanch. l. 9. d. 60. Reginald. Coninch. Suarez, Fr. Lugo l. 3. c. 7. q. 8. Quintan. ſing. 24. Barboſa de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 30. nu. 36.*

9 Probabile eſt ſacros canones prohibentes Monachis munus ſuſceptoris in regenerationis lauacro leuiter nunc temporis obligare. α hoc enim interdictum fuit Monachis propter cōſuetudinem quorundam locorum, in quibus compatres deoſculabantur comatres. β, nec decebat monachos deoſculari fœminas. Verum ea conſuetudo iamdiu ceſſauit, ergo & legis obligatio, vel leuis ſaltem nunc eſt, quia Rituale Romanum iuſſu Pauli V. Pontificis editum idem vetuit, poſtquam conſuetudo illa antiquata eſt; immo ad euitandam leuem culpam leuis cauſa ſufficeret, videlicet petitio parentum, vt Religioſus aliquis, vel ob egregias ipſius virtutes, vel ad euitandos ſumptus, vel cognationem cum alijs, vel ob difficultatem inue-



Digitized by Google

nendi ſuſceptorem prole dignum, filium è ſacro fonte ſuſcipiat, præſertim cum religioſi potius, quam ſecularis viri ſit docere Chriſtianę fidei rudimenta ſcitu neceſſaria. Verum nec ſuſceptores hodie ea alumnos ſuos, vbi Catholica religio viget, docent. Conſulendum tamen eſt religioſo, & parocho, vt facultatem petant, hic ab Epiſcopo, ille à ſuperiore ſuo, vt religioſus ad ſuſceptoris munus admittatur, nequid alteruter detrimenti patiatur, etiamſi quandoque licentiam petere neceſſe non ſit; vbi iuſta cauſa excuſat, & hoc idem dicendum cenſeo de ſacramento confirmationis, in quo æquè, ac in baptiſmo Religioſis interdictum eſt aliquem ſuſcipere. Certum eſt Religioſos Mendicantes in India ſuſceptoris munere fungi, quod ſe vidiſſe teſtatur *α Franciſcus Lugo lib. 2. c. 7. q. 10. nec ſe hac de re priuilegium vidiſſe, cuius meminit Vega n. bapt. c. 46. Quintanad. ſing. vlt. tr. 1.* ſine limitatione affirmans Religioſis licere ſuſcipere in baptiſmo *contra Sot. in 4. d. 41. q. 1. art. 5. Bonac. de matr. q. 3. p. 5. §. 3. Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. Syl. Angel. Tabien. Caietan. Gallegum, Viuald. Sanch. de matr. l. 7. d. 60. Villal. Reginal. Rebel. Manuel. Filliuc. Moure, Cand. Leandrum, & alios,* aſſerentes religioſos ſuſcipiendo baptizandos peccare. *Sot. Candid. Petr. Ledeſm. cap. placuit 16. q. 1. cap. peruenit 18. q. 2. cap. non licet, cap. Monachi de conſecr. diſt. 4. β Gloſſa in c. Monachi, Manuel δ leg. in omni ff. de adopt. cap. cum ceſſante de appell. Euerard. Surd. Pichard. Diana.*

10 Monachus ſiue ex ignorantia iuris, ſiue ex malitia aliquem ſuſcipiens in baptiſmo, vel Confirmatione contrahit cognationem ſpiritualem; nam licet lex fieri hoc prohibeat; actū tamen irritum non reddit.

Cæterū Monachi nomine in odioſis non intelligi Religioſos mendicantes probabile eſt ε nam non eadem militat ratio in mendicantibus, ſeu canonicis, ac in Monachis; hi enim ſibi ſolis vacant, & ſoli Deo, illi verò aliorum ſaluti, ac inſtitutioni vacant; ideò non debent cõuerſatione ſecularium, ſicut monachi abſtinere; *ε Sanchez, Poſſeuinus c. 6. nu. 17. Sà, Bonac. Reginal. Palaus, Rebel. Ang. Syl. Tabien. Gallego, Viual. Fr. Lugo c. 7. q. 9. contra Nugnum, Baſil. de matr. ζ Coninck. 3. p. q. 67. num. 56. Leſſius, Camerot. Palaus, Hurtad. contra Nauar. conſil. 115. de ſtatu Monach. conſ. 10. Laym. Villal. Vega, Sanchez, Regin. Rebel. Bonac.*

11 Suſceptor tenere debet, ac tangere baptiſmi candidatum, dum à miniſtro abluitur; vel vt illum de manu baptizantis ipſemet manibus ſuis ſuſcipiat, α ſatis eſt autem, ſi veſtitum tangat, vel in linteo, vel in diſco teneat. Nec ſufficit quiuis tactus digiti, vel extremæ partis: nam vbi iura ſuſceptoris munus præſcribunt his verbis vtuntur *tenet, ſuſcipit, leuat, tangit β* propterea à ſacro Cardinalium cætu declaratum fuit ſuſceptricem quandam Abulenſem, quæ ſecundum morem Diœceſis ſuæ non tangebat infantem niſi poſtquam ſuſceptor illum de ſacro fonte leuarat, nullam γ cognationem ſpiritualem contrahere *α Filliuc. tr. 10. p. 2. num. 191. Reginal. l. 30. nu. 15. Sanch. Diana, Baſil., Palaus, Bonac. Ledeſm. β ex text. 30. q. 1. 3. & 4. & cap. veniens de cognat. c. 5. 6. Trident. ſeſſ. 24. c. 2. contra Sà, Sot. Lop. Ang. γ Petr. Ledeſm.*

12 Suſceptor baptizati contrahit ſpiritualem cognationem, etiamſi pro illo non reſpondeat, quia reſponſio pertinet ad Catechiſmum, non ad baptiſmum a. ideò ſi quis domi baptizatus poſtmodum in Eccleſiam adducatur, vt adhibeatur ſolemnitas rituum baptiſmo, probabile eſt patrinum in catechiſmo nullam inire ſpiritualem cognationem impedientem matrimonium b vt colligitur ex verbis Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. c. 2.* propterea parochi in libro Baptizatorum ſcribere debent, qui fuerint ſuſceptores baptiſmi, & qui ſolius Catechiſmi, quoties accidit baptizando, c vel cæremonias ſolemnes ſupplendo eos adhibere. Porro parentes, vel qui curam gerunt baptizandi ſuſceptorem, deſignare debent, quod ſi non deſignauerint, deſignare debet miniſter, ne baptiſmo ſolemnitas debita deſit. deſignationē ad munus patrini obeundum, & ad cognationem contrahendam neceſſariam eſſe alij aiunt d, alij negant, e vtraque ſententia probabilis eſt f ſed negatiua probabilior: ſic reſponſum fuit à Sacra Congregatione Cardinalium g. & ab antiquo iure non eſt recedendum; niſi quod ad exceptum expreſsè in iure nouo h ſed Tridentinum Concilium ſolum excipit caſum, in quo præter deſignatos alij tangunt eum, qui baptizatur; omiſſa igitur manent antiquo iuri ſubiecta i vbi Tridentinum Concilium non eſt receptum, omnes tangentes eum, qui baptizatur, vel confirmatur, animo eundem ſuſcipiendi, fiunt verè patrini; etſi deſignati non fuerint k ſi poſt aliquem deſignatum à parentibus, alius à Parocho deſignatus baptizatum ſuſcipiat. Hic verè patrinus cenſendus eſt. l idem dic de illo, qui tenet aliquem, dum baptizatur animo ſuſcipiendi eum; quando nullus à parentibus, & à parocho ſuſceptor deſignatus eſt. m Eccleſia enim in ſolemni baptiſmo ſuſceptorem adhiberi iubet. Nec Tridentinum prohibet eum adhiberi, quando nulli ſuſceptoris munus demandatum eſt n ita

*o Nau. Sylu. Henriq. Villalob. Franc. Lug. l. 2. c. 7. q. 3. ita p contra Bonac. de matr. q. 3. p. 14. Tolet. Palac. Lopez docent Diana p. 3. tract. 4. r. 260. Reginald. Sa, Filiuc. Sanch. d. 10. nu. 12. Baſil. ex quadam declar. Card. vtramque ſententiam probabilem dicunt. Bonac. Sanch. Diana q Lug. l. c. r Bonac. de matr. q. 3. p. 3. §. 2. num. 30. Regin. l. 30. num. 153. s Sanch. de matr. l. 7. d. 57. Suar. 3. p. tom. 3. q. 67. art. 8. Filiuc. tom. 10. num. 121. Manuel. Guttier. Vega, Auerſa t u contra Nau. c. 22. nu. 38. Bonac. l. c. num. 24. Barb. Baſil. Rebel. Coninch. Henriq. x leg. præcipimus Cod. de appell. cap. fin. de cogn. ſpir. in 6. y leg. commodiſſimè ff. de liberis z Franc. Lug. l. 2. c. q. 4. nu. 18. & Henriq. Palac. Bonac. & alij.*

13. Quamuis in baptiſmo priuato neceſſe non ſit adhibere patrinum, s quia nullo iure hoc præcipitur, ſi quis tamen priuatim domi infantem, qui baptiſmo expiatur ſuſcipiat, animo gerendi munus patrini, verè ſuſceptor efficitur, & cognationem contrahit, ſecus verò ſi intentionem eam non habeat a iura enim munus ſuſceptoris expendunt etiam in priuato baptiſmo b neque illud irritum faciunt. Ex conſilio igitur, non ex præcepto patrinus in priuato baptiſmo adhibendus eſt, vt baptizatus parentem, & nutritium ſpiritualem habeat, modo commodè habere poſſit. Et hunc paro-



Digitized by Google

rochus in libro deſcribere debet, quādo ſolemnes ritus baptiſmo ſuperaddit α *S. Thomas, & reliqui Doct. in 4. diſt. 42. Coninch. diſp. 32. num. 39. Baſil. Zamb. Diana, Laym. Suarez, Franc. Lugo l. 2. c. 7. q. 5.* β *cap. ad limina, & cap. dicto 30. quæſt. 1. contra Sanch. Nugn. Rebel. Fillinc. Bonac. Hurt. Villal. Palaus.*

14 Grauiter peccaret quiſquis puerum rationis vſu carentem ad ſuſceptoris munus in baptiſmo obeundum offerret, nec non parochus, qui eum admitteret α non enim licet eligere ad aliquod officium eum, qui illud nec cognoſcere, nec adimplere valet: puer autem ante rationis vſum non intelligit, quodnam ſit ſuſceptoris officium; neque ad illud præſtandum idoneus eſt; cum tamen tum viri, tum fœminæ aliq... qui de ſacro fonte ſuſcipientes cognoſcere debeant ſe pro ipſis fideiuſſores apud Deum eſſe, β & vim tanti ſacramenti, & quid pro baptizandis ſpondeant, γ & quam cognationem contrahant cum ſuſcepto, eiuſque parentibus δ intelligere, ſiquidem baptizatus ſuſceptori traditur, *vt cuidam docto in diuinis pædagogo*, vt ait D. Dionyſius Areopagita de Hyerarchia capite vltimo, porro certa ætas non eſt neceſſaria, ſed quælibet ætas cum vſu rationis ſufficit in ſuſceptore ε modo Chriſtianæ Doctrinæ rudimentorum ſit peritus; æquum tamen videtur, vt duodecim, vel quatuordecim annis eius, quem è baptiſmo ſuſcipit, ætatem ſuperet; ζ vt pater ſpiritualis, qui compater dicitur, proportionem ſaltem eam habeat cum filio ſpirituali, quam pater naturalis cum filio carnis, vel pater cum filio adoptiuo, quem annis octodecim ſuperare debet. cæterum cauendum eſt, ne ſuſcipientibus baptiſmum obſcæna, vel ridicula nomina imponantur, ſed potius nomina ſanctorum, vel inſignium virorum, vel fœminarum iis imponenda, vt ad cognominum imitationem prouocentur. α *Quintanad. tr. 1. ſing. 24. ex c. paruulis de conſecr. d. 3.* β *Concil. Ilerden. in c. vos ante diſt. 4.* γ *Concil. Pariſ. II. c. 54. decernitur* δ *Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 2.* ε *S. Thom. 4. d. 42. q. 2. art. 1. Manuel. tom. 1. c. 226. Nau. lib. 4. conſil. de cogn. ſpirit. Vega Enriq.* ζ *Ancharanus cap. debit. n. 7. Poſſeuin. c. 6. nu. 55. Abbas cap. debit. Lopetius, Caſſanus, Tuſcus, Gerard. Mandos, Vinſq. Quintan. Franc. Lugo c. 7. q. 6. & alii plurimi.*

15 Maritum, & vxorem non debere ſimul eundem puerum tenere in baptiſmo dixit Vrbanus II α quod & in Mediolanenſi ditione obſeruari teſtatur Bonacina, β ſic enim decentia maior exigit. verum ne leuiter quidē peccant ſimul eundem ſuſcipientes, γ nec ſpiritualem cognationem contrahunt, alioquin grauiter illis hoc vetitum eſſet δ Vrbanus autem II. id non vetat, ſed quid deceat ſolum, indicat. ε verum minor illa decentia introducta iam conſuetudine cohoneſtatur, ac propterea nec peccare coniuges ſimul eundem è ſacro fonte leuantes docent recentiores, & dum hæc ſcribo Illuſtriſs. coniuges, ac Dynaſtæ Placentiæ Octauianus Mulatianus, & Fuluia Maluicina Fontana pietate ſimul, ac moribus inſignes in vrbis maiori templo F. G. ſpectabilis viri filium è ſacro fonte ſuſcipiunt, quod minimè facerent, ſi ſe vel leuiter peccare exiſtimarent, immò opus piiſſimum, ac omni laude dignum faciunt iam conſuetudine approbatum. α *Vrbanus II. in cap. quod autem, 30. q. 4.* β *Bo-*



Digitized by Google

*b Bonac. de matr. q. 3. p. 3. §. 2. Gallego c. 9. num. 7. Suar. 3. p. q. 67. art. 8. y Sanch. de matr. l. 7. d. 57. num. 5. Coninch. q. 67. num. 57. Laym. Bonacina, Franc. Lugo c. 7. q. 2. contra Suarium & ex Trident. ſeſſ. 24. c. 2. Laym. Coninch. c S. Thom. in 4. d. 42. q. 1. Angelus, Syluest. v. matrim. 8. q. 7. Nauar. c. 22. nu. 39. & alij.*

## De Baptiſmi iteratione, & de alijs ad eum ſpectantibus. Cap. XI.

1 SI quis non leui fundamento innixus de valore baptiſmi à ſe ſuſcepti dubitare cœperit; grauiter peccat, niſi diligenter inquirat, verum validè baptizatus fuerit, necne: ne in re tanti momenti cum periculo damnationis ſemper ancipiti animo fluctuet. Quemadmodum, ſi quis dubitet, an cuiquam pecuniam, vel famam, aliudue reddere debeat, veritatem indagare debet, ne cui damnum culpabiliter inferat. ſi nihilominus post diligentem inquiſitionem dubitatio adhuc prudens perſeueret, vel probabilis ſolum opinio de valore baptiſmi, eundem iterum ſuſcipere debet ſub conditione, a nam adultus ex præcepto baptiſmum quamprimum ſuſcipere tenetur. Dilatio tamen baptiſmi ad tres, vel quatuor dies in ſano extra periculum manente leuis culpa cenſetur, quia paruitas moræ excuſat.

Hinc conſequenter dicendum eſt, quotieſcunque probabiliter dubitatur de baptiſmo ſubditorum, filiorum, minorum ſub tutela degentium, ac ſeruorum, grauis culpæ reos effici parochum, parentes, tutores, ac dominos, ſi ille baptiſmum quamprimum ſub conditione iiſdem non adminiſtret, hi verò adminiſtrandum filijs, minoribus, ac ſeruis non curent; y nam, vt S. Paulus ad Timotheum 5. ſcribit, *ſi quis ſuorum, maximè domeſticorum, curam non habet, infidelis eſt, & infideli deterior*; parochus ex officio, parentes ex pietate, tutores, curatores, ac cognati ex iure naturali, vel poſitiuo ad præſtanda, vel curanda neceſſaria ſuis ad ſalutem obligantur; vnicuique Deus de proximi ſalute procuranda legem poſuit. *a S. Bonauentura in 2. dub. 39. q. 3. n. 24. Gerſon. 2. p. tr. de nat. &c. Cordubal. 3. q. 12. Adrian. Zumbr. Quint. Franc. Lugo lib. 2. c. 4. q. 2. Granado, Vaſq. Villal. p. 20. Sot. in 4. d. 5. q. 1. Reginal. l. 27. num. 55. Vaſq. diſp. 146. n. 29. Valent. q. 3. p. 4. aſſert. 3. Enriq. Granad. Machado, Suar. 3. p. tom. 3. d. 21. ſect. 2. y Hurtad. dup. 1. diſ. 12. Quintan. ſing. 14. Trullench. in dec. lib. 4. c. 1. d. 3. nu. 1. & alij.*

2 Suſceptor, in baptiſmi conditionalis adminiſtratione non eſt neceſſariò adhibendus, ſed ſolùm adhiberi debet in ſolemni, & certo baptiſmo; ſi quis tamen in baptiſmi conditionalis collatione ſuſceptoris munus gereret, ſpiritualem cognationem nequaquam contraheret; immo nec verus ſuſceptor eſſet; ſolemnes ritus in conditionali baptiſmo non ſunt iterandi; nec conditio illa: *ſi non eſt baptizatus*, neceſſariò exprimenda, niſi dubitatio de valore baptiſmi notoria ſit; ſatis enim eſt eam mente retinere. Cum dubitatur de valore baptiſmi priuati, ſeu domi collati, in baptiſmo con-

conditionali ſolemnes Eccleſiæ ceræmoniæ ſeruandæ ſunt *s Theol. in 4. d. 40. q. 67. art. 8. Laym. tr. 2. c. 9. nu. 5. Sanch. Hurtad. Manuale, Quint. t Nau. conſ. 1. n. 11. Nald. nu. 4. Hurt. u Galleg. Sot. Vega, Suar. Sanchez, Diana, Granad. x Bonac. Henriquez, Monxe, Vivald. S. Anton. Bart. ab Ang. Palud. Sot. z Nau. Sot. Rodr. Victoria contra Suar. Chapeau. P. Ledeſ. Villal. Granad. Quintan. & alij.*

3 Parochus, qui vni, vel pluribus inualidè baptiſmum adminiſtrauit, etiam cum graui bonorum ſuorum, famæ, ac vitæ detrimento defectum huiuſmodi patefacere debet, vt baptiſmum illi validum ſuſcipiant; animę enim vnius ſalus corporali vitæ cuiuſuis præferenda eſt, & quibuſuis alijs bonis, ac famæ; *a* animæ autem eorum, qui valido baptiſmo luſtrati non ſunt, ſi vel infantes moriantur, ſiue adulti ſine contritionis actu decedant, peribunt, nec ſacri ordinis, aliorumue Sacramentorum, quiſquam capax erit ex illis, qui inualidè baptizati fuerunt. Quilibet etiam Sacerdos, vel Laicus periculo vitam ſuam exponere debet, vt infantem alias ſine baptiſmo periturum, per aquam baptiſmalem Chriſto regeneret *β*; multo magis Parochus ex officio eorum, quos inualidè baptizauit, ſaluti, etiam cum periculo bonorum, vitæ, ac famæ ſuæ conſulere debet; ne abſque baptiſmo decedant, vel ad alia ſacramenta ſuſcipienda incaſſum accedant. Si verò parochus nolit ſe prodere, omni modo curare debet, vt inualidè baptizati iterum validè baptiſmum recipiant; & ſi inualidè ad Sacerdotium aliqui ex illis promoti fuerint, baptiſmum, & ſacros ordines omnes repetant ne ſacramenta inualidè conficiant. *α Laymman. l. 1. tr. 3. c. 3. nu. 2. Quintan. ſing 19. Trullench. Dian. 3. p. tr. 5. num. 5. S. Thom. 22. q. 26. art. 5. Suar. de char. d. 9. ſect. 2. Bonac. d. 4. q. 44. C. Palao tr. 7. d. 1. p. 6. Trul. β Sylu. Coninch. Gran. Ochag. Molf. c. 1. num. 85. Valentia q. 4. d. 3. Fagund. Lorca. Bannes γ Med. q. 7. de reſt. q. 7. Leſſ. l. 2. c. 7. d. 7. Bonac. Sanch. l. 1. conſ. c. 4. Trul. Quintan. & alij plurimi.*

4 Si parochus, vel obſtetrix fateantur, ſe plures aqua abluiſſe, & formalia baptiſmi verba pronunciaſſe abſq; intentione aliquos ex illis baptizandi, omnes illi iterum ſub conditione baptizari debent, ſiue infantes ſint, ſiue adulti, vel ſenes, qui per totum illud tempus à parocho illo, vel obſtetrice baptizati fuerunt, ijs exceptis, quos baptizatos cum formali, ſeu virtuali intentione, qui baptiſmum ijs miniſtrauit, recordatur; nulla enim extant teſtimonia, vel ſigna indicantia hunc potiùs, quàm illum ex eorum numero, qui baptiſmo abluti per illud tempus fuerunt, cum debita intentione baptizantis, fuiſſe. Præterea iterandus eſt baptiſmus, de cuius valore dubitamus, vt Alexander III. de baptiſmo capite ſecundo ſtatuit his verbis: *de quibus dubium eſt, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmiſſis: ſi baptizatus es, non te baptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, et Spiritus Sancti*; idem docet Cathechiſmus Romanus de baptiſmo, & Manuale can. 18. Quoties igitur dubitatur probabiliter, ac prudenter, vtrum quis verè baptizatus fuerit, iterum ſub conditione baptizandus eſt; alioquin, ſi verè baptiſmum non ſuſceperit, æternæ damnationis periculo exponitur, & illa eſt dubitatio moralis, quam intel-

le-

Digitized by Google

lectus pendet in æquilibrio, & in neutram partem potiùs inclinat *ʃ*; quia paria vtrinque ſunt rationum pondera, & vtrique parti ſuæ fauent coniecturæ, & indicia, ita vt intellectus neutri parti aſſentiatur *u. Vaſq. in 3. p. tom. 2. d. 146. c. 4. num. 20. Scotus in 4. d. 3. q. 3. Nau. c. 27. n. 416. Bonac. tom. 1. d. 1. q. 1. nu. 36. Sot. S. Anton. Palud. Tabien. Roſel. Syluest. Angel. Armil. Comitol. Aegid. Valentia d. 4. de bapt. Sebaſtianus ep. Oxomen. Rodrig. Molfeſ. Viuald. Henriq. Nugn. Villal. G. Hurtad. Zambr. Aluar. Sandoual. & alij ʃ. S. Thom. 3. p. q. 66. art. 9. ad 4. S. Antonin. p. 1. tit. 3. cap. 10. Durand. Card. Sot. Th. Sanch. de matr. q. 41. nu. 2. Vaſq. Quintan. a ʃ Franc. Lug. l. 4. c. 4. q. 6.*

5 Omnes infantes à parentibus cognatis, obſtetricibus, vel ab alijs è populo viris, aut fœminis ob imminens mortis periculum, aliamue ob cauſam domi, vel alibi baptizati, iterum poſſunt ſub conditione baptizari *x*; & hoc quidem tutius eſt, quia prudenter dubitare poſſumus, an baptiſmus ab illis validè adminiſtratus ſit ob defectum intentionis neceſſariæ in magna perturbatione, ac ſtrepitu domeſticorum, familiarium, ac medicorum, vel ob ignorantiam laicorum circa ea, quæ ad rationem intrinſecam baptiſmi pertinent; & quidem nonnullæ ſunt obſtetrices, quæ baptiſmi formalia verba ignorant, ac malè pronunciant. talis erat illa, quæ multos ſic baptizauit in Hiſpania; *ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & gratia Spiritus Sancti*; quod, cum audiſſet Epiſcopus Xerecij in Bætica, iuſſit eos omnes iterum baptizari, illamque obſtetricandi puerperis officio interdixit. narrat S. Bernardus *ʃ* quendam Laicum multos *baptizaſſe in nomine Dei, ac viuificæ crucis*. Refert S. Vincentius *y*, vetulam quandam exoſculatam manus cuiuſdam Theologi poſt inſignem ab eo habitam concionem, ei dixiſſe, *benedicta ſit illa dies, in qua nos baptizaui in nomine S. Trinitatis, B. Mariæ Virginis, & omnium Angelorum*, ex quo ille intelligens ſe minimè baptizatum ex defectu formæ, baptiſmum ſibi impertiendum curauit. Prudenter igitur in Mechlinienſi, & Ipreníi Synodo decretum *fuit, vt, ſi re diligenter perquiſita, dubium fuerit, vtrum puer baptizatus fuerit, vel ſi ſit baptizatus ab obſtetrice, ſub conditione baptizetur. Sylius in 3. p. S. Thom. q. 66. art. 9. diſt. 2. Molanus tract. 4. pract. c. 3. Quintan. aduenas ſing. 5. Synod. Granaten. celeb. an. 1572. ʃ S. Bernard. Epiſt. 34. y S. Vincentius concion. 2. Domin. 3. Quadrageſim. a F. Lug. c. 4. q. 5. Leander tom. 1. tr. 2. diſp. 3. q. 54. Victoria, Comitol.*

6 Grauiter peccat Parochus, qui diligenter non inquirit ab obſtetrice, & teſtibus, quomodo, & quibus verbis, & quali aqua infans à Laico viro, vel fœmina, vel clerico inexperto domi baptizatus fuerit, an latina, an vernacula lingua, vt conſtet validum, vel inualidum fuiſſe Baptiſmum, & an oporteat infantem rurſus baptizare; excuſabitur tamen parochus, ſi maximam, quantam poteſt, diligentiam in huius baptiſmi inquiſitione non adhibeat, quando ſcit, hunc ab obſtetrice baptiſmalis formæ perita, vel à ſacerdote, vel alio viro baptizandi perito collatum fuiſſe, ita vt de eius valore minimè dubitare valeat; ſecus, ſi ab ignaro, & imperito latinæ linguæ latinis verbis infans baptizatus fuerit; prudentes enim ſuſpicari poteſt,

ſeſt, formam baptiſmi non bene prolatam fuiſſe. Propterea rectè monent D. Antoninus, & Toletus, vt quando ignarus Latini ſermonis baptizat, vernacula, ſeu vulgari lingua formæ baptiſmalis verba pronunciet; tunc enim validè baptizabit in ſua quiſque lingua, etiamſi verba ſono, & literis multum diſtent à Latinis, modò conueniant in ſignificatione, vt *Chriſtica* vox apud Sclauos idem ſignificans, ac *baptizo, ex c. placuit. Cap. ſi nullus, cap. paruulos. Cathechiſmus Rom. p. 2. c. 2. §. 43. Zambr. de bapt. dub. 1. c. 1. n. 10. Graſſ. de irreg. l. 4. c. 26. num. 60. & 61. Rodriq. tom. 2. c. 25. num. 5. Barboſa de off. Parochi c. 8. num. 37. Victor. de bapt. q. 36. Lug. in conſil. Synod. Mediolan. tit. de bapt. 25. cap. 31. Synod. Granat. an. 1572. de bapt. nu. 4. S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 13. Toletus l. 2. c. 29. Sà*, tantam autem diligentiam Parochus in ea baptiſmi domi infanti collati inueſtigatione, & inquiſitione adhibere debet, quanta à viris prudentibus, ac timentibus Deum in negotio grauiſſimo, & re magni momēti adhiberi ſolet, & multo maior eſſe debet, quàm ea, quæ à confeſſariis peccatis ſua adhibenda eſt in excutienda conſcientia. *Sot. in 4. diſt. 5. q. 1. art. 9. Reginal. l. 27. c. 7. n. 14. Quintan. ſing. 1. Nau. Valent. Sot. Zerola.*

7 Si quis Epiſcopus, vel Sacerdos probabiliter, aut prudenter dubitet, an validè baptiſmum ſuſceperit ordinibus antea ſuſceptis, vel ſaltem ſacerdotali, & epiſcopali iteratur initiari neceſſario ſub conditione debet, quoties enim probabilis dubitatio occurrit, an ordo verè collatus fuerit, vel quia contrariæ ſunt hinc, inde opiniones, & rationes probabiliter dubitandi, v. g. quod inſtrumenta ne ipſa manu non tetigerit, poteſt, immò debet ſub conditione iterari; nam cum in neutram partem intellectus minimè inclinetur, nec valeat quis ſibi certitudine morali perſuadere, ſe ordine initiatum eſſe, immò rationabiliter dubitet, an verè ſit initiatus, debet dubius ita ſe gerere, ac ſi minimè ordinatus ſit; ſi enim ſacerdotali ordine careat, euchariſtiæ, & pœnitentiæ ſacramenta conficere nequaquam poteſt, non conſecrare, non validè à peccatis abſoluere. ſi quis epiſcopalis dignitatis, ac poteſtatis expers ſit ordinibus alios verè initiare minimè valet, ſacrum chriſma ad baptiſmum conſecrandum neceſſarium neceſſitate præcepti, vel neceſſitate ſacramenti ad confirmationem, & extremam vnctionem validè conſecrare nequit; hinc mille abſurda ſequerentur in perniciem animarum, quæ ſe ſacramenta à falsò putatis epiſcopis, & pſeudo presbyteris accipere falsò exiſtimarent. Cum ergo Epiſcopus, vel Sacerdos dubitet probabiliter, an verè baptiſmum ſuſceperit, qui eſt ianua ad reliqua Eccleſiæ ſacramenta, quorum minimè capaces ſunt, quicunque baptiſmo carent, conſequenter de ordinis ſui valore iure, & probabiliter dubitant, ergo baptiſmum ſub conditione repetere, & ordinis ſacramentum rurſus ſuſcipere debent; alioquin periculo æternæ damnationis ſe exponunt dubios de baptiſmo, & ordine validè, verè ſuſcepto, alioſque, quibus non validam abſolutionem, nec verum ordinem, nec chriſma præbere abſque dubio de inualiditate eorum poteſt, qui, an verè ſacerdotali, aut epiſcopali ordine, ac dignitate initiatus ſit, dubitat prudenter. Propterea pontificio iure cautum eſt, vt *ſi quis presbyter*



Digitized by Google

*ter ordinatus deprehenderet, ſe non eſſe baptiZatum, baptiZetur, & iterum ordinetur* (*cap. Si quis de presbyteris non baptiZatis*) *Quintanaduenas de bapt. ſingulari X*. Qui inualidè, aut fictè Epiſcopali, vel ſacerdotali ordine alios initiauit, neceſſariò debet etiam cum magno vitæ, honoriſque periculo huiuſmodi ordines iterum ſub conditione conferre, aut curare vt ij validè, riteque initientur; qui verò inualidè ſubdiaconatum, aut diaconatum cuipiam adminiſtrauit, non tenetur cum periculo vitæ, aut famæ amittendæ, vel grauis ſcandali hunc defectum manifeſtare, aut ſupplere, ſi is male initiatus ad præsbyteratus ordinem validè poſtea promotus fuerit; ſacerdos enim rite initiatus, licet inferiores ordines non ſuſceperit, poteſt tamen eorum omnium functiones exercere; ij enim in ſacerdotali ordine virtute continentur; ſi verò nullum nocumentum, nullumque ſcandalum timeatur, inferiores etiam ſacerdotio ordines à ſe inualidè antea collatos validè adminiſtrare, vel curare, vt validè adminiſtrentur, debet Epiſcopus, alioquin contra præceptum Diuinum, & Eccleſiaſticum prohibens ſine inferioribus ordinibus ſacerdotium adminiſtrari, ac ſuſcipi, grauiter peccabit. Epiſcopus igitur de baptiſmi ſui valore dubius, ac incertus nullum Epiſcopalis ordinis actum exercere licitè poteſt; nam practice dubitans ſe exponeret periculo ſacramentum inualidè adminiſtrandi, ac nihil conficiendi. obligatur autem tam epiſcopus, quam ſacerdos de baptiſmi ſui valore dubitantes abſque ſcrupulo, & vano timore ad conditionalem baptiſmi ſuſceptionem, graue enim ſcandalum ſacerdos, & epiſcopus præberent, ſi ille ſacerdotali munere, hic epiſcopali nunquam fungerentur cenſerentur enim gratiam Dei in vacuum accepiſſe. Nec abſolui poſſet ſacerdos, qui per integrum annum rem diuinam facere nollet. Hunc enim grauis culpæ reum eſſe Doctores exiſtimant, ſi ſaltem ter, aut quater quotannis miſſam non celebret. cæterum epiſcopus, & Sacerdos confeſſionum auditor ſub conditione baptizati curare debent, vt validè fiant, quę antea per ipſos inualidè facta ſunt; Epiſcopus quidem iterum concedere debet, ac cõfirmare facultates, à ſe antea inualide conceſſas, quo ad ſacramentorum adminiſtrationem, & ad alia Eccleſiaſtica munera peragenda. confeſſarius verò, ac parochus ſic baptizati noua facultate ad propria officia præſtanda non egent. qui verò ab epiſcopo ordines, inualidos, & dubios, & à confeſſario abſolutionem peccatorum inualidam, vel dubiam, an ſit valida, acceperunt, ordinari, & abſolui abſolutè, vel ſub conditione, vbi adeſt dubitatio de valore ordinum, vel abſolutionis, debent. Nam baptiſmi, vel ordinis defectum Eccleſia non ſupplet, etiamſi adſit titulus coloratus cum communi errore. quia ſacramenta baptiſmi, & ordinis ad ius diuinum ſpectant; validum tamen eſſet matrimonium, cui parochus, vel eius conceſſu ſacerdos de baptiſmo ſuo dubius aſſiſteret, cum aſſiſtentia illa ſit iuris poſitiui, in quod ius habet Eccleſia, eiuſque defectum ſupplet, vbi adeſt in aſſiſtente titulus coloratus cum errore communi. cæterum confeſſarius, qui dubius de baptiſmi ſui valore aliquos à peccatis abſoluit, ſi graue detrimentum, aut ſcandalum apud alios ex defectus

talis

Digitized by Google

talis manifeſtatione timeat, grauiter non peccat, ſi illum ijs, quos abſoluit, non manifeſtet, quia pœnitentes poſſunt per aliam ſubſequentem confeſſionem, vel per perfectam ſuorum peccatorum, deteſtationem, ſeu contritionem, Dei gratiam, quæ iuſtos facit homines, conſequi. Optimè verò faceret confeſſarius ille, ſi, quos ſic abſoluit, hortetur, vt confeſſionem generalem, vel ſaltem particularem alteri confeſſario faciant, vel, vt ſibi poſt baptiſmum, & ſacerdotium ſub conditione repetitum iterum confiteantur, & ſe generatim de omnibus peccatis, quæ ſibi antea confeſſi ſunt, accuſent. Quod, vt faciant, omnem lapidem mouere debet, ne quiſpiam poſt vltimam confeſſionem, cum ipſo factam è vita decedat, & de ſalute ſua periclitetur *α Sot. 4. d. 24. q. 1. art. 4. Sanch. tom. 2. l. 7. Conſil. dub. 14. Granad. Ochagau. β Corduba lib. 3. q. 5. Franc. Lug. l. 2. c. 3. q. 3. Vaſq. 1. 2. q. 19. art. 6. d. 67. Sanch. l. 1. ſum. c. 10. num. 3. γ Henriq. c. 23. de Ord. n. 2. lit. G. Ruard. Durand. Palud. Nauar. Catharinus, Ang. Aſtenſ. δ. Ioan. Crux, Homobon. Villalob. Spina, & alij apud Dianam p. 1. tr. 14. reſ. 19. ε Quintan. ſing. 10. ζ Palud. 4. diſt. 17. q. 6. art. 1. Reginal. l. 10. nu. 97. Bonac. de matr. q. 2. p. 8. num 25. & alij apud Sanch. lib. 2. de matr. d. 22. Caietan. v. Confeſſio η Bonac. l. c. p. 6. num 30.*

8 Nullus Religioſę profeſſionis votis obſtrictus, ſi de baptiſmi ſuſcepti valore verè dubitet, ſiue dubitatio ſit ſpeculatiua, ſiue practica, ſiue negatiua, ſiue poſitiua, ſiue leuis, ſiue magna, ſiue de iure, ſiue de facto, religionem, quam profeſſus eſt, licitè deſerere poteſt, quemadmodum, neque coniux dubitans de valore baptiſmi ſui à matrimonij vinculo liber cenſetur *α*; qui enim rem aliquam bona fide poſſidere cæpit, ſi poſtea dubitare incipiat, an ſit aliena, poſt adhibitam ſufficientem diligentiam, ſi adhuc dubitatione anceps fluctuet, reſtitutionis lege non tenetur; in pari etenim cauſa potior eſt poſſidentis conditio, quàm non poſſidentis, licèt ęqualis ſit vtriuſque ratio quoad proprietatem *β*; Quinetiam ſi magis propendeat intellectus ad credendum inualidum fuiſſe baptiſmum, & dubitatio perſeueret, idem omninò dicendum eſt; nihil enim reſtituendum eſt ab eo, qui ſe debitorem eſſe ignorat, quamuis magis propenſus ſit animo ad credendum, ſe debere reſtituere *γ*; quamquam nonnulli exiſtimant tunc reſtituendum eſſe aliquid ſecundum maiorem, vel minorem propenſionem *δ* ſic coniugibus dubitantibus de matrimonij impedimento, etiam poſt diligentem inueſtigationē, non eſt opus petere diſpenſationem; ſed vterque licitè petere, ac reddere debitum poteſt. *ε* Si verò quis de debito certus eſt, incertus verò de ſolutione manet, ſoluere debet; poſſeſſio enim iuris ad exigendum ſtat pro creditore. *ζ* ſic religioſus certus de debito religionis officio, cùm egredi ex illa ei non liceat, illud ſiue ſpiritu ale, ſiue temporarium ſit, præſtare debebit, alioquin peccabit. Si verò religioſus baptiſmum ſub conditione iterum ſuſcipiat ad tollendam de eius valore dubitationem, religionis profeſſionem iterum facere etiam debet, vt ab omni dubitatione de eius valore ſe eximat, *η* & religionis priuilegijs, ac bonis temporarijs, ac ſpiritualibus tuta, ac ſedata conſcientia vtatur. Quæcumque autem is religioſus, vt profeſſus egit, vel vt

ſu-

Digitized by Google

ſuperior, ſi religioſorum præſes fuit, fecit, vel conceſſit, aut præſtitit, ſiue temporalia, ſiue ſpiritualia ſint, ratione tituli colorati, & communis erroris rata, & effectum ſuum ſortita eſſe cenſentur, vt ſuffragia lata in electionibus, functiones munerum, contractus initi, conceſſiones facultatum ad accipienda, vel largienda munera, vel pecunias, ad abſoluendum ſubditos à reſeruatis. Secus veró, ſi ipſe abſoluerit à peccatis, cùm non baptizatus ſacerdos eſſe nequeat, nec niſi ſacerdos abſoluendi facultatem habeat; Eccleſia enim defectum baptiſmi, ac ſacerdotis ſupplere nequit, cum de iure diuino neceſſariò vtrumque ad abſoluendum requiratur; Eccleſia verò ſuper ius diuinum nullam iuriſdictionem exerceat. Verùm poteſtas reſeruandi caſus, & concedendi facultatem abſoluendi à peccatis, etiam reſeruatis, & ſacramenta adminiſtrandi iure diuino non eſt neceſſariò connexa cum baptiſmo, & ſacerdotali ordine; nam & Vicarius Epiſcopi ſi initiatus ſacerdotio non eſſet, immò nec valido baptiſmo, titulo colorato, & errore communi interueniente, huiuſmodi facultates concedere poſſet; *ita a Didacus Ruiz. de Montoya inſtructione nu. 46. Quintanad. de bapt. ſing. 12. p Thomas Sanchius lib. 2. de matr. diſp. 41. num. 12. Sylueſt. v. Reſtitutio 4. q. 1. Leſſius lib. 2. c. 14 d. 4. num. 23. Villalob. tom. 2. tract. 11. diff. 12. num. 2. Dian. p. 1. tract. 1. d. 3. p. 2. Sotus, Victoria, Couar. vterque Medina, Burgos de Paz. Veracrux, Corduba, Bannez, Molina, Salon. Manuel, Gratian. Lop. Enriq. y Sanchez l. 1. ſum. c. 10. num. 9. Vaſq. 1. 2. q. 19. art. 6 d. 66. c. 7. num. 4 Salas 1. 2. q. 21. Trullench. Bonac. s Salon. Bannes, Ledeſm. vterque Sotus apud Sanch. de matr. lib. 2. d. 4. nu. 12. & lib. 8. diſt. 6. nu. 18. Barboſa de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 35. num. 18. Caſtro Palao tom. 1. tract. 3. diſp. 6. p. 3. n. 10. Diana p. 1. tract. 6. reſ. 82. u Quintan. loc. cit. num. 5. Sanch. l. 62. de matr. d. 41. t & lib. 1. Decal. c. 10. num. 12. Vaſq. 1. 2. q. 19. art. 6. d. 66. c. 7. num. 436. Palao tom. 2. tract. 1. p. 2. num. 14. Trullen. lib. 7. d. 6. num. 2. Bonac. de controu. d. 1. q. 2. p. 2. n. 15. Leſſ. l. 2. c. 14. dub. 4. & alij 8 Sanch. lib. 2. de matr. d. 22. Salas de leg. diſp. 10. ſect. 3. Bonac. q. 2. de matr. p. 8. art. 25. Franc. Lugo, & alij.*

9 Etiamſi probabilis eſſet ſententia aſſerentium defectum intentionis in adminiſtrante baptiſmum à Deo ſuppleri, a quod multi, ac grauiſſimi doctores negant, b nihilominus huiuſmodi baptiſmus ſub conditione iterandus eſſet; nam & probabilis opinio, ſecundum quam quis adminiſtrauit baptiſmum aqua roſacea, vel è floribus, herbiſque expreſſa, vel ſola aquæ gutta, vel in digito, vel vmbilico non obſtat, quin huiuſmodi baptiſmus iterum ſub conditione miniſtrandus ſit, c vt omnis controuerſia, & dubitatio de baptiſmi valore faceſſat, quæ eſt circa ſpectantia ad intrinſecam rationem huius ſacramenti. Hæc autem ſunt materia, forma, & intentio. Igitur, ſi intentio baptizandi defuerit, baptiſmus iterandus eſt; tutior enim pars ſemper eligenda eſt, verum nec tuta, nec probabilis eſt ſententia aſſerens intentionis defectum à Deo ſuppleri, nulli enim legi, vel promiſſioni Dei, aut rationi innititur; *ita contra a Sylueſtrum, Barptholomæum ab Angelis, Armillam, Angelum, Zanardum, Tabien. Alenſem,*



Digitized by Google

*Gabrielem, Durandum, & alios docent* β *Sylvius in 3.p.q.68.art.2.ad 4. Filiuc.tract.1.c.5.num.3.Nald.v. ſacram.num.*10. *Homobonus, Heredia, Enriq. Hurtad. Quintan. ſing. 2.* δ *Sot. de bapt.lect.1. Suarez, Vaſq. Laym. Bacon. Villal. Ledeſm. Aegid. Zambr. Rodrig. c.25. Hurtad & alij.*

10 Omnes infantes, & adulti à Iudæis, Ethnicis, Saracenis, & Hæreticis baptizati iterum ſub conditione baptizandi ſunt: α Licet enim baptiſmus ab infidelibus collatus valeat, ſi debita materia, forma, & intentio adhibita fuerit, ſi intentionem habuerint faciendi, quod facit Eccleſia β, nec baptizati iterum baptizandi ſint, dummodo conſtet illorum baptiſmo nil ad eſſentiam pertinens defuiſſe γ; nihilominus prudenter dubitare poſſumus, an infideles huiuſmodi adhibuerint debitam materiam, vel formam, vel intentionem baptizandi; nam odio habent Eccleſiam, ac baptiſmum; hæretici verò in multis ad baptiſmi intrinſecam rationem pertinentibus perniciosiſſimè errant, illius neceſſitatem, finem, & effectum negant; lac, ſanguinem, cereuiſiam, ignem, vinumq; aquæ loco adhiberi poſſe aiunt, innumeras, inualidaſque formas admittunt, intentionem neceſſariam eſſe negant, circa Trinitatis vnitatem, & perſonas plures hæretici enormiter errarunt δ. Deuterium epiſcopum Arianum baptizaſſe, *in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto*, teſtatur Nicephorus. Nec credendum eſt teſti ſuſpecto in fide, & religione aſſerenti, aliquem eſſe baptizatum: quod maximè dicendum eſt de pueris expoſitis inter Saracenos, aut Iudæos; etiamſi ſchedulam baptiſmi recepti ſecum afferant ε *Concil. Later. Florentinum, Sebaſt. oximen. Bellarm.l.1.de bapt.c.7.Vaſq.q.67.d.147.Zanard.* γ *c.Romanus. cap. à quodam Concil.vormatien.* δ *Caſtr. Bellarm. Paleot. Beilinch.* ε *Niceph. l.16.c.35. ſign.* ζ *Sot. d.3.q.1.S.Antonin. Nauar. Syluest. Zamb. Ochagauia, Hurtad. Quintanaduenas.*

11 Diaconus, vel Subdiaconus infantem domi ſine neceſſitate, & conceſſione Parochi baptizans quadrupliciter peccat. Primò, quia præceptum Eccleſiæ violat iubentis, in templo baptizari infantes, niſi neceſſitas obſtet; id enim poſtulat reuerentia tanto Sacramento debita α; huius autem præcepti violatio lethalis culpa eſt. β Secundò, quia cum non ſit Sacerdos, ſine neceſſitate baptizat. γ Tertiò, quia Parochi iuriſdictionem ſibi vſurpat. δ Quartò, quia ſine ſolemni ritu, neceſſitate nulla exigente baptiſmum adminiſtrat. ε Tunc autem infans priuato baptiſmo domi expiari poteſt, cum adeſt probabile periculum, ne abſque baptiſmo moriatur, niſi domi baptizetur; ad hoc autem ſufficit quæuis probabilis dubitatio, & quiuis prudens timor, præſumptio, aut coniectura de periculo; non enim ſtrictiùs vetatur priuata baptiſmi adminiſtratio, quam eiuſdem conditionalis iteratio; hæc autem fieri abſque culpa poteſt, vbi eſt prudens timor, & probabilis dubitatio de baptiſmi ſuſcepti valore, vel, an quis baptizatus fuerit; immò magis ſpectanda eſt neceſſitas baptizandi, quàm reuerentia baptiſmo debita, cum hic propter illius ſalutem inſtitutus ſit. Conſulantur medici, obſtetrices, nutrices, alijue periti, an periculum mortis immineat infanti, vt baptiſmus ei opportunè adminiſtretur.

Cau-

Digitized by Google

Cauſa etiam ſufficiens baptizandi infantem domi eſt, ſi parochus, qui in templo baptizaret, ſit hæreticus, vel is, de quo dubitari prudenter poſſit, an ſit rite, aut validè hoc ſacramentum adminiſtraturus. Neque graui culpa vacant magnates, qui, vt maiori ſolemnitate, ac pompa filiorum ſuorum baptiſmum celebrent, vel vt nobiles ſuſceptores, quos compatres vocant, expectent, filios ſuos priuatim, domi baptizari faciunt; neque illi compatres, ac legitimi ſuſceptores fiunt, qui iam baptizatos ad ſupplendos ſolemnis baptiſmi ritus ad pompam adhibentur. ȝ Principum verò, ac Regum filios, ipſis depoſcentibus, nulla vrgente neceſſitate, domi baptizare licet, ex conceſſione Clementis V. in Concilio Viennenſi, & Pauli V. in Romano Rituali. Nomine autem Regum intelliguntur, qui regioni alicui, aut ciuitati legitimè imperant. Sic Reges Romanorum dicebantur, quibus vnius vrbis regimen erat ꝝ. Principum verò nomen complectitur eos, qui ſuppremam poteſtatem in republica retinent, & ſuperiorem non agnoſcunt, & regibus æquiparantur θ ſæculares etiam Dominos, & Eccleſiarum antiſtites, Duces, Regulos, Dynaſtas, Demarchos, & Comarchos, vocant iuriſdictionem in aliquod oppidum, ac populum habentes. ι Proreges etiam; Hiſpanos Velleris aurati equites, Prouinciarum præſides Principum nomine intelligi, probabiliter quidam putant. κ omnes etiam à principibus, aut Regibus genus proximè ducentes eodem priuilegio, quo Regum, ac Principum liberi, gaudent; nam liberorum appellatione nepotes, pronepotes, & qui naſcuntur ab illis λ, continentur; *ita α c. Clericos de conſil. diſt. 4. Synod. VI. Meldenſis, can. 59. Colonien. V. cap. 15. Mediolan. tit. 25. Clement. I. de bapt. & in Manual can. 12. β Sot. 4. d. 5. q. 1. art. 3. Reginal. lib. 27. num. 35. Bonac. de bapt. c. vlt. 19. Granad. Nugn. Ochag. Hinogoſa, Villalob. Ledeſma, Leand. Quintan. γ Aegid. q. 67. dub. 1. n. 1. δ Doctores omnes teſte Henriq. lib. 3. c. 19. num. 3. lit. M. ε Reginal. num. 46. Leſſius, Azor. Bonac. & alij ȝ Fumus, & Ang. bapt. num. 25. Nauar. c. 22. num. 40. Laym. l. 5. tract. 2. c. 6. ꝝ Cicer. de offic. 2. Quintan. ſing. 21. θ Gloſſa, Suar. diſp. 30. ſ. 2. Regin. l. 27. c. 5. num. 35. Vaſq. d. 166. c. 2. n. 8. Thuſc. v. Princeps tom. 6. concl. 665.*

12 Vſum aquæ benedictæ in baptiſmi ſolemnis adminiſtratione ab Apoſtolorum tempore introductum fuiſſe teſtantur Cyprianus, Baſilius, Ambroſius, Tertullianus, Dionyſius, Cyrillus, & alij ſancti patres à Suario relati, idcircò baptiſma ſolemne aqua non benedicta adminiſtrare graue peccatum eſſe nonnulli docent, quia antiqua Eccleſiæ conſuetudo vim legis habet. α Verùm non deſunt alij, qui aqua non benedicta in baptiſmo etiam ſolemni, vti abſque contemptu grauem, ſeu lethalem culpam non eſſe exiſtimant; quia nullum præceptum hac de re extat, nec omnis conſuetudo etiamſi antiquiſſima perſeueret, ad lethale peccatum tranſgreſſores ſuos obligat propter materiæ leuitatem, nam vnam, vel alteram cæremoniam, quæ ad ſubſtantiam ſacramenti baptiſmi non pertinet, omittere lethalis culpa non eſt, ſicut nec omiſſio vnius, vel alterius cæremoniæ in miſſæ celebratione, ſi contemptus abſit, lethalis culpa, β eſt, cum ad ſacrificij ſubſtantiam non attineat, paro-

rochi ergo illi, qui interdum hyemis tempore aqua tepida infantes tenellos baptizant, ne aquæ benedictæ vehemens frigus illis noceat, à graui culpa immunes eſſe cenſentur; ita *Quintan. de bapt. ſing. 22. contra* a *Bonacinam de bapt. diſp. 2. q. 2. p. 7. num. 19. Nugn. q. 71. art. 3. concl. 2.* b *Granad. de bapt. contr. 4. tr. 2. d. 1. n. 5.*

13 Si quis infidelis mortis ſupplicio damnatus ad Chriſtianam fidem conuertatur, expedit illi baptiſmi ſuſceptionem vſque ad vltimum vitæ ſuæ quadrantem differre. Omnia enim ſacramenta à Chriſto inſtituta ſunt, vt quicunque ea ſuſcipiunt, æternam ſalutem ſecurius conſequantur. Hanc autem reus ille mortis ſecurius obtinebit, ſi, quando ad patibulum ducendus eſt, ſacro fonte expietur; ſtatim enim peccatorum omnium, ac pœnarum illi debitarum veniam conſecutus à morte, quam patietur, ad æternam vitam perueniet; ſi verò pridie ante ſupplicium regenerationis lauacro abluatur, vt Euchariſtiam ſuſcipiat, timeri adhuc prudenter poteſt, ne nouo ſcelere ſe iterum obſtringat, neue Tartareo tentatori ſuccumbat; cum adhuc in fide infirmus tyro ſit; nec ſpirituali pugnæ aſſuetus vinci facile poſſit. Si verò ſtatim poſt ſuſceptum baptiſmum capite plectatur, omnis peccato via occludetur: a quod niſi timeatur relapſus, præſtat eum multo ante ſupplicium baptizari, vt Cæleſti pane paſcatur, ac muniatur. Sed ſi forte contingat, vt poſt ſuſceptum baptiſmum ad duas horas ſupplicium differatur, Euchariſticum panem in viaticum, etiamſi ieiunius non ſit, ſumere debebit, vt diuino, & Eccleſiaſtico præcepto de ſumenda Euchariſtia obtemperet; a *ita Antonius Quintanaduenas de Baptiſmo tr. 1. ſing. 25. ex Lugo Card. de ſacram. Franc. Lugo l. 2. c. 5. q. 4. contra Ioannem Sancium ſelecta diſp. 40.*

14 Qui à Caluinianis hæreticis baptizati fuerunt adhibita debita materia, ac forma, & intentione baptizandi, iterum hoc ſacramento expiandi non ſunt, vt Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Concilij interpretum coram Pio Quinto Pontifice maximo declarauit anno 1570. die 19. Aprilis. Quia Caluiniani non errant in forma baptiſmi, ſed in effectu. ſic Nicolaus Pontifex conſultus, quid faciendū eſſet de multis, qui baptizati fuerant à quodam, qui ignorabatur, an eſſet Chriſtianus, an infidelis, vel Iudæus, reſpondit: ſi debita forma, & materia obſeruatæ fuerunt, non eſſe rebaptizandos. Credi enim poteſt miniſtrum debita materia, & forma vtentem non carere intentione baptizandi, ſi tamen de facto dubitet; baptiſmus ſub conditione iterum poteſt adminiſtrari; nam, vt ait Syluius, hæretici ſacramentorum formas peruertunt, & materiam contemnunt, & alienam ab eccleſiæ intentione mentem habēt, immò alicubi alius abluit, alius formam profert, *ſæpè deprehenſum eſt*, ait Molanus, *neceſſariam eis baptizandi intentionem defuiſſe*. Propterea in ſynodo prouinciali Machlinienſi ſecunda, & in paſtorali Machlinienſi edito anno 1608. canone vndecimo de baptiſmo præcipitur, vt baptizati ab hæreticis huiuſmodi iterum ſub conditione baptizentur. *Syluius in 3. p. q. 66. art. 9. quæſt. 3. Ioannes Præpoſitus dicto art. 9. dub. 2. num. 99. Lugus in reſp. moral. dub. 2. lib. 1. & alij.*

15 Non eſt valida illa formula



Digitized by Google

baptiſmi, *ego te Chriſtizo*, vel *te Chriſtianum facio in nomine Patris*, & *Filij*, & *Spiritus Sancti*. Per verbum enim *Chriſtizo* non ſignificatur ablutio, ſed ſolum effectus baptiſmi. Quamuis Dalmatæ baptizantes vernacula lingua dicant, *ia tebe Karſtim*; hoc eſt *ego te baptizo*, & Ieſus-Chriſtus Dalmaticè dicatur *Iſu Karſt*, & Chriſtianus appellatur *Karſtianin*, & baptiſmus *Karſtenye*, quia vox *Karſtim* non deriuatur ab *Iſukarſt* ſumpto formaliter, ideſt ſecundum ſignificationem, ſed materialiter, ideſt ſecundum ſonum vocis; quemadmodum verbum, *vito*, non deriuatur à *vita*, vel à *vite* formaliter ſumpta, ideſt ſecundum ſignificationem, ſed materialiter ſecundum ſonum, idcirco *Karſtim* non ſignificat *Chriſtizo*, ſed baptizo; neque apud Dalmatas Chriſtus abſolutè dicitur *Karſt*: Sed *Iſukarſt*, vnica voce Ieſum Chriſtum ſignificante. *Karſt* non eſt dictio, ſed ſyllaba vocis *Iſukarſt*. *Chriſtizare* igitur non eſt baptizare formaliter. Apud Polonos propoſitio illa *ego te Chriſtizo* vernacula lingua ſic effertur *ia ciebe Chriſtuſnie*, at vero, *Ego te baptizo*, dicitur, *ia ciebie Krzcze*, hæc eſt pars formæ baptiſmi non illa. Cæterum valet ea baptiſmi forma, qua Sclauones, Rutheni, Moſchi vtuntur *Kreſczai*, & *ſia od mene rab Bozy* &c. ideſt *Baptizetur à me ſeruus Dei*. Talis enim eſt Eccleſiæ Græcę forma baptiſmi, quã ab immemorabili tẽpore conſuetudo confirmauit. verbum *baptizo* ab Indis occidentalibus etiã vernacula linguã baptizantibus vſurpatur. *Card. Lug.*

16 Filij infidelium confugientes ad Chriſtianos, & dicentes ſe velle baptizari, ſi dubium ſit, an rationis vſu polleant parentibus minimè reddendi ſunt, ſed in loco tuto collocandi, vt in domo catechumenorum, & Chriſtianæ fidei doctrina imbuendi. Donec certum rationis vſum adepti explorentur, an velint eſſe Chriſtiani, & ſic baptizentur. Si tamen neceſſitas vrgeat, baptiſmus non eſt differendus. In dubio fauendum eſt baptiſmo. In dubio melior eſt conditio poſſidentis, quando par cauſa eſt, qualis non eſt in hoc caſu, nam pater agit de vitando leui damno nempe poteſtatis patriæ ad modicum tempus, filius vero de vitanda æterna damnatione, cuius periculo exponitur, ſi parentibus infidelibus reddatur. Innocenti filio potius fauendum, quam infideli patri; *ita Io. Lug. Card. lib. 1. reſp. moral. dub. 4. Suar. 3. tom. in 3. p. diſp. 25. ſect. 3. Vaſq. Coninch. Cabrer. Laym. Camer. Ochag. Sot. in 4. d. 5. q. 1. art. 10. Nam*

17 Pater illegitimum filium ſuſcipere de ſacro fonte poteſt, ſoli enim parentes legitimi filios ex legitimo matrimonio genitos è baptiſmo ſuſcipere prohibentur lege eccleſiaſtica, ne cognationem ſpiritualem contrahant cum vxoribus ſuis; nec ſolum prohibentur ſuſcipere filium communem cum ſua & vxoris, ſed etiam filium vxoris ex alio marito. Tunc enim cognationem ſpiritualem cum vxore contraheret; vnde oritur impedimentum ſufficiens ad irritandum matrimonium nondum conſummatum; *ita Suar. 3. tom. in 3. p. q. 67. art. 8. Syluest. v. Bapt. 5. n. 5. Angelus, Chamer. Lug. l. 1. reſp. dub. 51 contra S. Thomam 3. p. q. 67. art. 8. & alios Theologi, ac Canoniſt. apud Sanchez lib. 9. de matr. d. 26. n. 5.*

*Finis Tabulæ Primæ.*

Digitized by Google

# LAVRENTII LONGI PARMENSIS

DOCT. THEOL. È CONGR. SOM. PRESBYT.

## *TABVLA SECVNDA*

Poſt naufragium hominum generi ſalutaris;

IDEST

De Pœnitentiæ Virtute, ac Sacramento Tractatus, in quo omnia, quæ ad eiuſdem Sacramenti adminiſtrationem, & ſuſceptionem, ad Caſuum Reſeruatorum, ac Cenſurarum abſolutionem, ad Indulgentiarum conſecutionem, ad Confeſſarios tam Seculares, quam Regulares, eorumq; iuriſdictionem, ac Priuilegia pertinent, breui, & facili methodo explicantur;

*Opus Theologicum, Canonicum, Ethicum, animarum Paſtoribus, Præſulibus, Sanctimonialium moderatoribus, Concionatoribus, & Eccleſiaſticis omnibus vtiliſſimum, ac neceſſarium.*

Hac noua editione ab authore recognitum, & auctum.

PLACENTIÆ,

Anno M. DC. LVIII. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISS. AC SAPIENTISS. PATRI

# D. PIO RVBEO

## PLACENTINO

### Monachorum Ordinis S. Hieronymi Præſuli ampliſſimo.

*Laurentius Longus Longam felicitatem;*

Σωτηρίαν, καὶ Δόξαν.

OPeris huius titulum D. Hieronymo Sacri Ordinis Tui Parenti, & authori acceptum refero, Sapientiſſime Præſul, qui primus omnium editis in Iſaiam commentarijs Pœnitentiam ſecundam poſt naufragium Tabulam iure appellauit. Amiſſa enim prima innocentiæ Baptiſmalis Tabula, altera ſupereſt, ſcilicet Pœnitentia, qua homo ad voluntariæ culpæ ſcopulum facto naufragio æternæ mortis diſcrimini ereptus ad ſalutis perpetuæ portum adhuc diuina adſpirante gratia prouehi poteſt. Quod igitur D. Hieronymo magno Eccleſiæ Doctori ego cum reliquis, qui eodem nomine pœnitentiam poſtea appellarunt, debeo, Tibi amantiſſimo eius Filio Religionis ipſius, ac doctrinæ quaſi hæredi iure merito reddo. Nemini enim magis, quam tibi hoc tempore debent D. Hieronymi opera, ac religioſa ipſius ſodalitas. Siquidem tanti Doctoris res geſtas, & conſcripta ab eo opera te nemo diligentius perluſtrauit, ac recenſuit; Tu enim more Apis argumentoſæ ex illis tanquam ex gemmantibus hortis, vel tanquam ex Hymetto, & Hybla, ſententiarum flores delibaſti, decerptos notis auxiſti. Sancti Patris ſcripta, geſta, ac tempora vberrimis Commentarijs mira eruditione, & elegantia conſcriptis, & doctis Concionibus tuis Myſtico Sapientiæ Sale refertis illuſtraſti, legitimos eiuſdem partus a ſuppoſititijs ſecernens vindicaſti. Commiſſam tibi vniuerſam eiuſdem D. Hieronymi ſodalitatem per multos annos ſumma cum laude gubernatam ampliſſimis prouentibus ditaſti, nouis ædificijs, & bibliothecis, alter Philadelphus, ac Philomuſus inſtruxiſti. Creditam iure tibi ſupremi regiminis nauem Palinuro vigilantior, ac Typhi Argonauta prudentiæ clauo moderatus cæleſtibus mercibus cumulaſti,

& ad veræ felicitatis portum direxiſti. Venerabilis Patris Lupi VImenſis, qui optimus Paſtor Religioſum Domini gregem verbo, & exemplo pauit, præclara geſta, vitamque libris mirabili, & eleganti ſtylo deſcriptis edidiſti, quam prius moribus, ac virtutibus tuis vere PIVS expreſſeras. Nimirum hoc natiuitatis Tuæ, & nominis omen feliciter portendebat. Secnndis enim, quibus in materno vtero claudebaris, ceu tunica, ſcapulari, & cucullo amictum Te in hanc lucem prodijſſe referunt. Tunc verum diuinans obſtetrix Matri Tuæ gratulata dicitur, quod Religioni filium peperiſſet futurum verè Monachum, qui reliquis exemplo virtutum præluceret. Opera Tua, perfecti Monachorum Antiſtitis exemplar, Conuiuium Morale. Platonis conuiuio lautius, Sal Myſticum, Comitialis Politica, Exercitationes quotiditianæ Religioſorum, Conciones, Panegyrici, Methodi quinq; ad Religioſæ diſciplinæ Tyrones inſtituendos, diſſertationes ad Monachos, & aliæ huiuſmodi elucubrationes Tuæ Platonicam, immò Hieronymianam lucernam redolentes, qualis, quantuſque Vir, ac Præſul fueris, ſiſque ſatis oſtendunt. Tu non modo Tuis, ſed alienis etiam operibus, quæ ne domeſticis tenebris oppreſſa iacerent, typica luce donaſti, literariam Rempublicam exornaſti, ac publici iuris, quæ priuati erant, feciſti, vt literatorum, velut olim Mecœnas, Præſidium, ac dulce decus merito appelleris. Eia igitur, qua ſoles humanitate aliena ſcripta reſpicere, & excipere, eadem mea reſpice, & excipe, quæ nominis Tui luce illuſtrata, & auſpicijs Tuis freta in publicum prodire cupiunt. Tu qui liberales diſciplinas hac tempeſtate naufragantes in tutam ſtationem excipere gaudes, hunc de ſecunda poſt naufragium Tabula librum periclitantem naufragio eripe, ac tuere. Longo Tibi felicia cuncta precante Longum vale.

Datum Placentiæ ex Collegio S. Stephani Idib. Aprilis
Anno à Partu Virginis 1647.
Ab orbe condito 5698. à deducta
Placentiam Romanorum Colonia
T. Sempronio Longo Conſule 1861.

DE

# DE POENITENTIA.

## EMBLEMA.

HAec eſt, quam cernis, Metanœa vocata pelaſgo,
  Nomine, qua gracili corpore, fronte riget.
Setoſam induitur clamydem munita flagello,
  Sacratamque manu geſtat honora crucem.
Grande ſupercilium, ridentia lumina, mœſta
  Fluminibus ſalſis immaduere genæ.
Ingreſſu pates eſſe Deam, gratamque Tonanti;
  Totaque ſyderei ſpirat amoris opes.
Mortales contemnit opes, aſperſaque longè
  Melle Acherontæo dira venena fugat.
Per dumos, vepreſque ſuos adducit Olympo,
  Illecebras odit, blandiloquoſque iocos.
Corpore iter placeat, ducis & veſtigia tanta
  Sancta ſequi. monitis erudiere piis.
Hinc mortis dira, & Stygiorum mater amorum
  Debellanda Venus, ſi tibi Diua placet.
Ridentem Cypris Stygias detrudit ad vmbras,
  Fundentem lachrymas hac ſuper aſtra vehit.
Illa pios odit, caſtoſque hac ſtringit in vlnis
  Mortales omnes hac beat, illa necat.
Peccatum fugat iſta procul, ſic barbara Longus
  Verba fugit, rectè dicit hic, iſta facit.
Dic bene, fac melius; verbis ſunt congrua facta
  Ne mox Pœniteat te Metanœa monet.
Naufragium quicunque cupis ſuperare ſecundum
  Hanc Tabulam cape, & à turbine tutus eris.

EIVSDEM

# SAPIENTISSIMI PRÆVLIS

## ENCOMIVM.

Ex Soterijs Laurentij Longi Doct. Parmenſis Sac. Som.

*HOs inter pietate viros, & honore nitentes*
*Stridonenſis adeſt Religionis apex.*
*Nomine reque Pius Rubea de ſanguine gentis,*
*Quā Ruſſam dixit Roma vetuſta, ſatus.*
*Roma Placētinas olim quā miſit ad oras*
*Vt procul hinc Pœni pelleret arma Ducis.*
*Semproni Longi tunc Conſulis alter Achates*
*Sulpicius Longo ſtēmate clarus erat.*
*Crinibus à ruſſis cognomē nobile nactus*
*Ad Trebiā venit obuius Annibali.*
*Victor & hoſtili rubeſecit ſanguine fluctus,*
*Hic Princeps Rubea gentis origo fuit.*
*Clara Placentinis coluit qua mœnia campis,*
*A Ioue Sulpiciū gens genus iſta trahit.*
*Sulpicius quod Galba ſuo pro ſtemmate Cæſar*
*Oſtendit, cunctis propoſuitq; palam.*
*Hinc Pius exortus, Iouis vt de vertice Pallas*
*Ingenio ſapiens, conſilioq; valet.*
*Hunc Latia, ac Tuſcha decorat facundia lingua,*
*Nullus eo ſcribit nobiliore ſtylo.*
*Doctrinā pietate pari coniungit, auita,*
*Qua multis præſtat, nobilitate nitens,*
*Ordinis ipſe ſui ſacras moderatus habenas*
*Exemplar ſummi Præſulis exhibuit.*
*Quem florente Stylo ſcribens depinxit, & omen*
*Nominis impleuit, auguriumq; ſui.*
*Veſte cucullatum Monachum referente ſecundis*
*Auxit, & ornauit Religionis opes.*
*Athletā Christi ſacris exercuit armis,*
*Hoſtibus è Stygijs vnde trophæa ferat.*
*Diuorū laudes celebrat ſermone diſerto.*
*Et decus Vlmeti tollit ad aſtra Lupū.*
*Paſtorē pietate, Lupum ſed nomine dictū*
*O dignū Chriſti paſcere ſemper oues,*
*Doctoris cui ſacra dedit lex nomen Achiuum*
*Ex claris legit florea ſerta libris.*
*Vnde piæ paſcantur apes, & ſacra recondant,*
*Qua valet haud tempus perdere, mella fauis*
*Illius à veris diſcernit adultera ſcriptis,*
*Lollia vt à Cerere ſeparat agricola.*
*Sic reprobare malū nouit, rectūq; probare*
*Iudicij & trutina pendere cuncta ſui.*
*Cum ſale Doctorē confert cōdire ſapore,*
*Et ſeruare dapes, ac prope cūcta bone,*
*Edidit ante Sophi conuiuia more Platonis,*
*Hæc condire Pio debuit ergo ſale.*



Digitized by Google

# LAVRENTII LONGI THEOLOGI

# TABVLA SECVNDA

## Poſt naufragium hominum generi ſalutaris.

### Pœnitentia rectè vocatur Tabula Secunda. Cap. I.

1 VT naufragis ad Scyllę, & Charybdis ſcopulos vnica ſeruandæ vitæ ſpes ſupereſt, ſi quam de naufragio tabulam arripere licet, cui innixi ad tutam littoris ſtationem nando peruenire poſſint; ita in procelloſo mortalis vitæ pelago confracta, vel amiſſa prima baptiſmalis innocentiæ tabula, quæ poſt humani generis naufragium ad originalis peccati ſcopulum a primo parente Adamo factum naufragis hominibus primum ſalutis perfugium fuit, denuò lapſis, ac periclitantibus ſecunda ſalutaris pœnitentiæ tabula ſuccurrit, & vitale diuinæ gratiæ ſubſidium affert, ac naufragos ad æternæ ſalutis portum perducit. hoc ſecundæ poſt naufragium tabulæ conueniens nomen pœnitentiæ à D. Hieronymo, [a] Ambroſio, [b] ac Tertulliano, [c] attribitum ſacrarum rerum Scriptores paſſim vſurparunt. propterea à Tridentini Concilij Patribus [d] ſapienter contra Lutherum, Melanchthonem, alioſque hæreticos decretum eſt, *vt ſi quis Sacramenta confundens ipſum baptiſmum pœnitentiæ Sacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo Sacramenta diſtincta non ſint, atque ideò pœnitentiam non rectè ſecundam poſt naufragium tabulam exiſtimari, anathema ſit*; cum enim materiæ, formæ, miniſtri, effectus, & inſtitutiones baptiſmi, ac pœnitentiæ penitus differant, quis non videat, duo hæc Sacramenta, non vnum eſſe? baptiſmus naturali aqua, pœnitentia lachrymis, & labore perficitur. Baptiſmi miniſtrum iudicem eſſe non oportet; *nam de iis qui foris ſunt*, hoc eſt extra Eccleſiam, inquam per baptiſmi ianuam ingreſſi non ſunt, ad nos iudicare non pertinet, [e] vt exemplo ſuo nos Apoſtolus docet. pœnitentiæ verò Sacramentum per Sacerdotum ſententiam non ſemel, vt baptiſmus, ad tribunal Chriſti inſtar iudicij, toties, quoties opus eſt, vel reus exigit, exercetur. Baptiſmo peccata ante ipſum commiſſa expiantur, pœnitentiæ autem Sacramento peccata poſt baptiſmum perpetrata delentur. Hoc nemo niſi Sacerdos; illum quilibet, vel è populo adminiſtrare valet, ſi neceſſitas poſtulet. Indelebilem animæ characterem imprimit.

Digitized by Google

ſuit baptiſmus, ſecus pœnitentia; quæ ſecunda poſt naufragium tabula rectè per metaphoram appellatur. *Nam*, vt docet D. Thomas, a *ſicut primum remedium mare tranſeuntibus eſt, vt conſeruentur in naui integra; ſecundum autem remedium eſt poſt nauem fractam, vt quis tabulæ adhæreat: ita etiam primum remedium in mari huius vitæ eſt, vt homo integritatem (in baptiſmo acceptam) ſeruet. ſecundum autem remedium eſt, ſi per peccatum integritatem perdiderit, quod per pœnitentiam redeat*. hac ſimilitudine vſus D. Ambroſius virginem lapſam ad pœnitentiam ſi hortatur. *Tu, quæ ingreſſa es agonem, pœnitentiæ inſiſte miſera, fortiter inhære tanquam naufragus tabulæ ſperans per ipſam te de profundo criminum liberari, inhære pœnitentiæ vſque ad extremum vitæ*. Tertullianus ſimiliter ait; *Pœnitentiam amplexare, ſicut naufragus alicuius tabulæ fidem*. Hæc autem ſecunda tabula dici poteſt, vel reſpectu fracti nauigij innocentiæ, & integritatis, quod per quodlibet lethale ſcelus frangi poteſt, à quo naufragio ſola pœnitentia liberat, vel reſpectu prioris tabulæ, videlicet baptiſmi, qua ab originario totius humanæ naturæ naufragio eripimur; quamuis baptiſmi tabula frangi nequeat, in ſuo tamen effectu, quo gratia confertur, amitti poteſt, diuina gratia per baptiſmum collata per peccatum amittitur, per ſolam pœnitentiam recuperatur, & nec tertia tabula ſimpliciter neceſſaria eſt, quandoquidem, ſi ſæpius homo in culpæ naufragium recidat, hæc tabula pœnitentiæ præſto ſemper adeſt, ſi peccator ei adhærere velit. nimirum aureo ramo Sybillæ perſimilis pœnitentia eſt.

*vno auulſo non deficit alter*
*Aureus, & ſimili frondeſcit virga*
*Metallo.*

*Si virga pœnitentiæ,*
*Cordis rigorem conterat,*
*Quo fonte manauit nefas,*
*Fluunt perennes lachrymæ.*

a D. Hieronymus in c. 3. Iſaiæ, & epiſt. ad Demetr. y Tertullian. lib. de pœnit. β D. Ambroſ. ad Virginem lapſam cap. 18. & Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 2. & D. Thom. quæſt. 84. art. 6. Henriq. lib. 4. cap. 2. num. 1. & Gabriel. Valentia quæſt. 1. parte 1. Suar. de pœnit. d. 1. ſect. 1. Tanner. tom. 4. d. 6. quæſt. 1. d. 1. n. 12. Bellarm. de pœnit. tom. 3. lib. 1. c. 15. Bauny tr. 4. init.

## Pœnitentiæ æthymologia, Latinè, Græcè, & Hebraicè. Cap. II.

2 Pœnitentia, quaſi pœnæ tenentia, ſicut pœnitere, quaſi pœnam tenere dicitur a, hoc eſt peccata in ſe punire, commiſſa luere: pœnitens enim illa in ſe dolendo, & flendo punit, ea eſt animi dolor de peccatis, commiſſis, quæ feciſſe iam diſplicet. de ea Apoſtolus, *Triſtitia*, inquit, *quæ ſecundum Deum eſt, pœnitentiam in ſalutem operatur*. Iſidorus autem ait, *Pœnitentia appellata eſt, quaſi punientia, quod ipſe met homo in ſe puniat pœnitendo, quod male admiſit*. β Pœnitentia à Græcis μετάνοια quaſi mutatio mentis dicitur, nam vt Gellius y docuit, *pœnitere tum dicere ſolemus, cum quæ ipſi fecimus, aut de noſtra voluntate, noſtroque conſilio facta ſunt, ea nobis poſt incipiunt diſplicere, ſententiamque in his noſtram demutamus*.

Huc

Huc ſpectant verba illa D. Auguſtini. a *Pœnitentes (ſi tamen eſtis pœnitẽtes, & non eſtis irridentes) mutate vitam, reconciliamini Deo*. Idem etiam perfectam peccati expiationem deſcribens ait b *Non ſufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis. Et quia nemo eligit vitam nouam*, inquit Auguſtinus, c *niſi quem veteris pœnitet*, pœnitentia eſt malè anteactæ vitæ deteſtatio, & prioris voluntatis in meliorem mutatio; ideò præteritum malum, vt terminum, à quo pœnitens recedit, auerſando reſpicit, & bonum, vt metam, ſeu terminum, ad quem tendit, intuetur. Idcircò D. Paulus ad Coloſſenſes d ſcribens. *Exuite vos*, inquit, *veterem hominem, & induite nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt*. Hæc hominis à creatis rebus ad Deum conuerſio eſt, quam diuinum nomen Ioele 2 teſte à nobis exigit. *Conuertimini ad me, ait, in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra*. vbi in Hæbraico codice vox שובו *Schubu* quemadmodum & μετανοῖα græcè, quam latinè pœnitentiam dicimus, externum dolorem, ac pœnam ex interna conuerſione profectum ſignificat. Sicut etiam cum Iob dicit, *ago pœnitentiam in fauilla, & cinere*; vox illa נחמתי *Nechamthi* non quidpiam dulce, vt Lutherus ſomniat, ſapit, ſed amarum dolorem cum externa afflictione indicat. Quod apud Hæbreos verbũ נחם *Nacham*, idem apud Græcos verbum μετανοειν, vnde μετανοία dicta eſt, inquit. nam vbi apud Marcum 11. & Lucam 10. legimus. *Si in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent*, μετενόησαν græcè habetur; quo verbo alibi Niniuitarum pœnitentia apud Matthæum 12. & Lucam 11. denotatur; externa inquam, corporis afflictio in ſcelerum vindictam ex animi dolore aſſumpta. & ſecundum hanc ſignificationem accepta Metanœa, id eſt pœnitentia, conſilij mutatio, apud Auſonium in epigrammate de ſe loquitur.

*Sum Dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas*
*Nempe vt pœniteat, ſic Metanœa vocor.*

Hoc nomine pœnitentia ſimulacrum apud Latinos veteres appellabatur; à quibus vox *pœnitentia*, quæ nec apud Ciceronem, nec apud antiquos probatos Scriptores reperiebatur; nondum latinitate donata fuerat. ideò ſubdit Metanœa

*Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.*

Scilicet ignorabant Ethnici veram pœnitentiam, quam vera fides vbique præcedit, ac ſemper comitatur; *accedentem enim ad Deum oportet credere, quia eſt*. vt ait Apoſtolus Hebr. 11. Haud ſecus Hæretici veræ pœnitentiæ re ipſa ignari, & ab orthodoxæ fidei veritate alieni, pœnitentiæ nomen præpoſterè accipiunt pro voluntate, ſiue propoſito nouæ vitæ in poſterum ducendæ. & dulcia quærentes, nihil amari doloris de præteritis culpis in ea volunt; nimirum peccata anteactæ vitæ à pœnitentia reſpici negant, qui vitia ſua, & ſcelera amant. Ideò Latinos ad Metanœam græcam vocem alludentes, ſiue ad verbum μετανοεῖ, quod *poſtea ſapere*, ſiue *reſipiſcere* perperam interpretantur Eraſ-

Eraſmus Lutheri præcurſor, & Beza Caluini aſſecla, *pœnitere* quaſi *pone tenere*, ideſt *poſtea ſapere* dictum arbitrantur; ſed vnde pœnitentiæ vox diphthongum habet, ſi à pone, vt vult Eraſmus, non à pœna, quæ cum diphtongo ſcribitur, nomen mutuata eſt pœnitentia? Verum quoniam leuiſſimum argumẽtationis genus eſt, quod à verbi, nominiſuè notatione ducitur, in ea inueſtiganda diutius laborandum non eſt. ſufficit nobis oſtendiſſe pœnitentiæ voces Latinam, Græcam, & Hæbraicam in ſacris, & profanis libris non ſolum mentis mutationem, & erroris agnitionem, ſed etiam internum animi dolorem de peccatis ad eorundem vindictam, & expiationem aſſumptum ſignificare, quo ſenſu D. Cyprianus ſcripſit: *Pœnitentia crimine minor non ſit*, & D. Auguſtinus: *Eſt pœnitentia*, inquit, *bonorum, & humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes, dimitte nobis debita noſtra*. Et vt D.D. Ambroſius, ac Gregorius aiunt: *Pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere*, u. ß *Iſidor. lib 6. ethymol. D. Auguſt. de vera, & falſa pœnit. Pitigi. diſt. 14. q. 1. art. 9. Layman. lib. 5. tom. 6. c. 1. Bonac. d. 5. initio, Fauſtus de pœnit. q. 1. Tanner. d. 6. q. 1. d. 1.* γ *Gellius lib. 17. c. 1.* β *S. Auguſt. hom. 41. ex 50. relatus c. 108. d. 3. de pœnit.* ε *idem lib. 50. homil. 27. c. 2.* n *S. Gregor. homil. 34. in Euangelia, Suar. de pœnit. d. 1. ſect. 1. Zerol. c. 2. q. 5. Bellarm. lib. 1. de pœnit. c. 7. Canus relect. 1. de pœnit.* δ *contra Lutherum, Caluinum, Eraſmum, Bezam, & alios* ι *S. Cyprian. ſerm. 5. de lapſis*, n *D. Auguſtinus. epiſt. 18.*

## Quotuplex ſit pœnitentia. Cap. III.

3 POenitentia apud Iuriſconſultos duplex eſſe dicitur, altera *contractus*, altera *criminis*; α apud Theologos veró, alioſque ſcriptores pœnitentiæ notio varia, & multiplex eſt. Primo enim, vt ſcribit Tertullianus, β *Pœnitentiam hoc genus hominum, quod & ipſi retro fuimus cæci, & ſine Domini timore, norunt Paſſionem quãdam eſſe, quæ venit ex offenſa ſententiæ prioris*, quam quia de bonis factis concipiebant, ideò eam probari ſibi poſſe negat. Huiuſmodi pœnitentia illa eſt, qua alicui diſplicet, quod antea placuerat, nihil cogitando bonumne, an malum ſit. Hæc ab Apoſtolo 2. Cor. 7. triſtitia ſecundum ſæculum dicitur, quæ ſecundum Deum non eſt, neque ſalutem, ſed mortem operatur. γ Secundo pœnitentia dicitur, qua quiſpiam ſceleſtus de perpetrato ſcelere, quod ei ante placebat, dolorem non propter Deum; ſed ſui cauſa concipit, vt puta quia malè valet, vel quia pœna ei luenda eſt. Hæc commoti, perturbatique animi affectio eſt, quæ ex ſe indifferens eſt. & aliquando bona, aliquando mala eſt, vel vt ſi quempiam ſtipem pauperibus dediſſe pœniteat. Hæc & apud Ethnicos reperitur, δ nam teſte Ariſtotele in Ethnicis *torquetur ſua pœnitudine malus*. Hanc pœnitentiam expertus Ouidius cecinit:

*Pœnitet, o ſi quid miſerorũ creditur vlli,*
*Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.*
*Cumque ſit exilium, magis eſt mihi culpa dolori,*
*Eſtq; pati pœnã, quã meruiſſe, minus.*

Tertio pœnitentia à Theologis, ac D.Tho-

… Tertiò dicitur virtus, ſiue animi habitus hominis voluntatem inclinans ad Deum offenſum ſibi reconciliandum, eique ſatisfaciendum, culpam propter ipſum ſuper omnia dilectum, vel ſaltem tartareæ pœnæ formidine, deteſtando. Quarto actum interiorem pœnitentiæ hæc vox ſignificat, quo referenda ſunt illa Apoſtoli ad Romanos 2. verba: *benignitas Dei te ad pœnitentiam adducit*, & ſumpta hac ſignificatione pœnitentia in internam, & externam rurſus diuiditur. Interna, quæ eſt actus, quo quis ſcelera ſua deteſtatur, duplex eſt: perfecta, quam Theologi contritionem vocant, & imperfecta, cui attritio nomen eſt. Contritio eſt animi dolor, ac deteſtatio peccati commiſſi cum propoſito non peccandi amplius, & cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua, quæ ad Sacramentalem peccatorum expiationem requiruntur, ſi ea pœnitens præſtare poſſit. & hæc pœnitentia propter Deum aſſumpta, ad obtinendam peccatorum veniam extra pœnitentiæ Sacramentum ſufficit, qua vi caret attritio, à Sacramento ſeiuncta. Externa pœnitentia prodit ſe precibus, carnis maceratione, gemitibus, lachrymis, vigilijs, ieiunijs. Quinto pœnitentiæ nomine confeſſionis Sacramentum ſignificatur, id eſt quidam externus ritus à Chriſto inſtitutus, abſolutionem Sacerdotis, ac certos pœnitentis actus complectens. & in hoc ſenſu à Tridentino Concilio, & in ſacris Canonibus paſſim accipitur. Sexto pœnitentia pro pœna accipitur, quam vel de ſe ipſo peccator in vindictam ſcelerum ſuorum exigit, vel quam cum confeſſarius, vel Præſul ſubire iubet: & hæc pœnitentia vel publica, vel ſolemnis, vel ſecreta eſt. Solemnis illa eſt, quæ ab Epiſcopo, vel ab alio eiuſdem nomine, ac iuſſu, die Cinerum ſacra, propter grauiſſima ſcelera, & ſcandala ſolemniter indicitur; impropriè ſolemniter indicitur, cum quis inuitus ad agendam pœnitentiam in Monaſterium mittitur. Pœnitentia verò publica eſt, quæ ſine ſolemnitate à quolibet, vel ſimplici Sacerdote ad expiandum aliquod ſcelus notorium publicè imponitur, vt peregrinatio, certive habitus, ſeu veſtimenti geſtatio. Secreta verò, aut Sacramentalis pœnitentia eſt, quæ clam, & priuatim agitur precationibus, ieiunijs, pijs largitionibus, alijſque modis, quibus peccata expiantur. Pœnitentiæ vox etiam in ſacris litteris Deo interdum, ſed impropriè, & per metaphoram tribuitur: vt cum Deus hominum ſcelera videns *pœnitet me*, inquit, *feciſſe hominem*. Geneſ. 6. & poſtea alibi, *pœnitet me Saul Regem conſtituiſſe*. 4. Reg. 15. dicitur autem Deum pœnitere, quod ea faciat, quæ homines pœnitẽtes facere ſolent. conſilium enim mutare ſecundum effectum videtur, quemadmodum D. Ambroſius dicit, *nouit Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris mutare delictũ*. Porrò pœnitentia hominis propria, alia bona, alia mala, alia indifferens, alia voluntaria, alia coacta, alia inanis, alia ficta, alia deſperans, alia mortua, & omninò infructuoſa. Nos de voluntaria, & bona pœnitentia primũ, quatenus virtus eſt, deindè quatenus Sacramentum eſt, breuiter agemus.

*Tancr. quæſt. 1. d. 1. Gloſſa ad legem, qui ea ff. de furtis. Tertullian. lib. de pœnit. Bruny tract. 4. de pœnit. Catech. Rom. quæſt. pr. cap. 3. Fauſtus lib. 1. quæſt. 2. de pœnit. c. cum.*



Digitized by Google

1. de pœnit. d. 3. Bann. Tanner. 3. dist. 50. can. in cap. cap. ſi illa, dist. 50. cap. 1. de pœnit. & remiſſ. Ca-tech. Euſt. D. Ambroſ. lib. de Noe, & arca, idem in Lucam c. 1.

## Quid ſit pœnitentia, an virtus ſpecialis. Cap. IV.

Pœnitentia, vt virtus, ſecundum D. Auguſtinum, a eſt quadam dolentis vindicta ſemper puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe; ſecundū Damaſcenū b eſt ab his, quæ ſunt præter naturam ad ea, quæ ſecundum naturam ſunt, conuerſio; ex ſententia verò D. Gregorij c Pœnitentia eſt pœnitenda non admittere, & admiſſa deflere, ſiue eſt perpetrata mala plangere, & plangenda iterum non admittere. ſed ex D. Thoma d Pœnitentia virtus eſt deteſtatio, ac dolor animi de peccato, quatenus offenſa Dei eſt, animo illam expiandi; rectè dicitur deteſtatio peccati; actus enim à pœnitentia elicitus eſt diſplicentia, & receſſus animi à culpæ malitia; ex deteſtatione autem, & odio peccati ſecundum rationem adhuc præſentis dolor neceſſario ſequitur, vt contra ex apprehenſione, & amore boni præſentis gaudium oritur; & quidem vt docet D. Ambroſius e Pœnitentia vera eſt dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quiſque commiſit. atque ait D. Auguſtinus f Opus pœnitendi eſt, cum reperitur voluntas mutandi cum animi dolore. Hanc, ſeu triſtitiam, & afflictionem animi pœnitentiæ nomen indicat ſecundum illud Baruch 2. anima, quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & Paulus ad Corinthios 7. ſcribens: Gaudeo, inquit, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Scilicet nulla triſtitia vtilis præter eam, quæ de peccato concipitur; dolere de culpa animo il-lam expiandi, & quatenus offenſa Dei eſt, proprium eſt pœnitentiæ; peccatum verò, vt malum moris rationi repugnans deteſtari ad generale propoſitum virtutis, ac honeſtatis ſpectat. Peccatum odio habere, quatenus Dei iniuria eſt, ad iuſtitiam, quatenus verò Dei irreuerentia eſt, ad religionem attinet; quatenus autem Dei offenſio eſt, ad pœnitentiam, qua Deus placatur, quem homo culpa ſua offendit; idipſum Sancta Eccleſia innuens ait: Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris &c. Item charitatis proprium eſt deteſtari peccatum, quia Deo aduerſatur, ac diſplicet, vt malum eius inſecum; ipſi autem pœnitentiæ eſt peccatum deteſtari, quia Deum offendit; pœnitentia non ſolum virtus eſt, quia ad actus honeſtos inclinat, & bonum finem habent, ſed etiam ſpecialis virtus eſt, quoniam vt D. Thomas dicit, tendit ad deſtructionem peccati, in quantum eſt Deo offenſa, quod non pertinet ad rationem alterius virtutis, ô ſiquidem (inquit alibi) eſt alicuius virtutis, vt homo placet eum, quem peccando offendit, ita etiam eſt alicuius virtutis, vt homo Deum placet, quem peccando offendit. Hæc virtus reconciliatrix hominis cum Deo offenſo licet minus propriè pax a dici poſſit, quandoquidem querelas, & rationabiles aliorum offenſiones tollit, nihilominus pœnitentiæ nomine paſſim appellatur. Quod pœnitentia bonum reddat pœnitentem, eiuſq; opus bonum faciat, atque ideò virtus ſit;

con-

conſtat ſiquidem pœnitentia hominem ex iniuſto iuſtum apud Deum fieri; nam teſte Ezechiele 18. *ſi impius egerit pœnitentiam, vita viuet.* Pœnitentiæ actus, qualis eſt peccati deteſtatio, quatenus Dei offenſa eſt, animo illud expiandi, laudabilis, & meritorius eſt; ſed omnis actus laudabilis, & meritorius eſt virtutis opus, quod bonum eſſe quis non videt? pœnitentia igitur non ſecundum quid tantum, ſed ſimpliciter virtus eſt. λ eaque non generalis, ſed ſpecialis virtus eſt à cęteris virtutibus diſtincta; μ nam de ea ſpeciale præceptum legis Euangelicæ extat apud D. Matthæum; *Pœnitentiam agite*, inquit, & apud D. Lucam 13. *niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* & alibi apud eundem 24. *oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.* In lege etiam veteri pœnitentia præcipitur. Nam apud Ezechielem 18. legimus; *conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Id autem, quod ſpeciali præcepto, aut lege iubetur, ſpecialis virtutis opus eſt. nam teſte Ariſtotele *legiſlatoris intentio eſt ciues facere ſtudioſos, ac virtute præditos.* Præterea illa eſt ſpecialis virtus, cui ſpecialis honeſtatis ratio, ac propria proponitur, quod obiectum formale Theologi appellant, quo ad aliquid amandum, vel odio habendum impellimur. Quod verò amatur, vel odio habetur, materiale obiectum dicitur; omnis enim virtus ab obiecto formali, vel ſolum, vel potiſſimum ſpeciem ſumit. Sed pœnitentia ſpecialem, ac propriam honeſtatis rationem *obiectum formale, & motiuum habet, peccati, vt offenſa Dei expiationem, & pacem hominis cum Deo, ν quem rationabiliter indignatum, auerſumque pœnitentia placat, hominemque illi reconciliat, facta quaſi pacem requirens,* Iniuriam tollere, vel vitare iuſtitiæ virtus eſt; offenſam verò Dei, & iram auertuncare, vel vitare pœnitentiæ eſt, quæ rationabilem indignationis, & auerſionis cauſam etiam ſine iniuria alicui dari prohibet, datam auferri iubet. Iniuria eſt, quæ contra ius ſtrictum, & proprium alterius infertur, & ab offenſa differt; hæc enim ſine illa eſſe poteſt, vt ſi amico petenti librum, quo ille valde indiget, etiam ſine meo incommodo commodare nolim, amicum ſane offendo, nullam tamen iniuriam illi facio. item ſi amico gladium furer, non modo iniuriam, ſed etiam offenſam illi facio. reſtituto deinde gladio iniuria ceſſat, non offenſa, quæ debita ſatisfactione tollenda eſt, vel veniam petendo, vel obſequia præſtando. ſpecialis igitur pœnitentia eſt, cuius proprium eſt, offenſam vitare, vel abolere. honeſtum enim, & laudabile eſt neminem habere offenſum, & pacem cum omnibus habere; quanto magis honeſtum, & laudabile eſt homini cum Deo pacis integram pacem ſeruare, vel reparare amiſſam, ſeu indignatum, & auerſum Deum ſibi reconciliare? *nempe obiectum formale pœnitentiæ eſt bonitas pacis cum Deo, ſiue reconciliatio hominis cum Deo,* quando enim Deus propter peccatum infenſus peccatori fit, aliqua virtute deteſtante peccatum vt Dei offenſam, placandus eſt. Deum autem pœnitentia placari ſancta Eccleſia confitetur. Charitas Deum amicum, ac verè beneuolum ſibi efficit; pœnitentia verò non inimicum, non infenſum, non auer-

auer-

auerſum, ſed placatum Deum ſibi eſſe cœpit, omnemq; offenſionis, & diſſidij occaſionem vitat. bonitas igitur compenſationis, quæ ex ſe honeſtam voluntatem terminare poteſt, & per actum honeſtum propter ſe expetibilis eſt, nec non propter aliud, ſcilicet cauſa expiandi peccati, & reſtaurandæ pacis, & æqualitatis cum Deo, non eſt obiectum formale virtutis pœnitentiæ. nam pœnitentia eſt dolor de peccatis commiſſis. virtus autem, quæ compēſationis bonum ſolum formaliter reſpicit, non includit dolorem de peccatis. illud enim bonum, non mouet ad dolendum de peccato præterito, cum hoc non obſtet, immò faciendæ compenſationi proſit, quæ ſine peccatò eſſe nequit. neque vero pœnitentia ſine dolore eſſe poteſt; quis enim illum pœnitere dicat, cui nullus de peccato, & offenſa Dei dolor eſt? contra vero poteſt aliquis compenſationis amore pro debito ſatisfacere velle, & de illo nihil dolere, vt ſi quis inuincibili ignorantia laborans dolorem pro compenſatione à Deo exigi neſciat, ad expiationem peccati exiſtimans externam confeſſionem ſine vllo dolore ſufficere, abſque dolore poteſt ſatisfaciendi Deo, ac debitum compenſandi abſolutam voluntatem habere. verum hoc ad impetrandam peccatorum veniam non ſufficit, ad quam tamen obtinendam vera pœnitentia ſatis eſt, qua quis de peccato, vt Dei offenſa, ſummoperè dolet. At ſi quis dictis obijciat ex Ariſtotele verecundiam non eſſe virtutem, quoniam turpitudinem in verecundo ſupponit, ac propter eandem rationem pœnitentiam virtutem non eſſe; reſpondendum eſt verecundiam non eſſe virtutem, quia eius actus efficax non eſt, nec ſufficit ad expellendam turpitudinem præſentem, & amplectendam honeſtatem; actus vero virtutis, qualis eſt pœnitentia, ita efficaciter in propoſitam ſibi honeſtatem fertur, vt oppoſitam turpitudinem ſimul efficaciter animus velle nequeat. Itaq; pœnitentiæ actus ita efficax ad reconciliationem, & pacem cum Deo ineundam eſt, vt Dei offenſam, quæ culpa eſt, efficaciter nolit, ac fugiat. Porrò, vt medicina ante morbum, ita pœnitentia ante peccatum ſub conditione expetibilis eſt. Simpliciter vero, & abſolutè pænitentia poſt lapſum, vt medicina poſt morbum per ſe deſiderabilis eſt, quod ad rationem virtutis ſufficit, α *D. Auguſt. lib. de vera, & falſa pænit. c. 19.* β *D. Damaſcenus apud S. Fauſtum lib. 1. q. 6.* γ *D. Gregor. homil. 14. in Euang. & homil. 34.* δ *D. Thom. q. 85. art. 3. & Tridant. ſeſſ. 14. c. 4. Laym. lib. 5. tr. 6. c. 1. nu. 2.* ε *D. Ambroſ. ſerm. 1. quadrageſ.* ζ *D. Aug. lib. 1. quæſt. ad Simplicianum* η *S. Thom. art. 3. & 1. 2. q. 113. art. 5.* θ *idem in 3. p. q. 85. art. 12. & 3. & in 4. d. 14. q. 1. art. 1. q. 3. Ariſt. 2. eth. c. 1.* κ *Card. Io. Lugo de pœnit. d. 2. ſect. 4.* λ *ita contra Durandum in 4. d. 14. q. 1. & 2. & Caietanum 2. 2. q. 114. docet D. Thom. q. 85. art. 1. Tanner. d. 6. q. 2. d. 1. tom. 4. & alij commun. Lug. d. 1. ſect. 1.* μ *S. Thom. in 3. p. q. 85. & in 4. d. 15. q. 3. art. 7. Alenſ. 4. p. q. 54. n. 1. Bonau. in 4. d. 14. p. 1. art. 1. q. 2. Richard. d. 14 art. 1. q. 2. Marſil. q. 10. art. 1. Scot. d. 14. q. 2. art. 2. Medin. tr. 1. de pœnit. q. 1. Valent. q. 2. p. 1. Suar. d. 7. ſect. 1. Vaſq. q. 58. art. 2. d. 1. & alij commun. contr. Altiſiodor. l. 4. tract. 6. q. 3. Maioronem in 4. d. 14. q. 2. Aureol. q. 1. a. 2. Ruard. art. 4.* ν *Tann. q. 2. d. 1. Lug. d. 2. ſect. 4.*

# Qualis virtus eſt pœnitentia. Cap. V.

α POenitentia eſt virtus per ſe infuſa diuinitus, & ſupernaturalis, non tamen eſt virtus Theologica, ſed moralis. Primum enim conſtat finem propoſitum, & obiectum formale pœnitentiæ, vnde ratio habitus deſumitur, ſupernaturale eſſe, ideſt reconciliationem, & pacem hominis cum Deo, vel vt alij aiunt, culpam, vt offenſam Dei boni ſupernaturalis, debita ſatisfactione expiabilem. Pœnitentię actus ſupernaturales ſunt, quandoquidem ad diuinam gratiam præparant; talis autem eſt virtus, quales ſunt eius actus: nec ſine diuina gratia pœnitentiæ actus elici poteſt, vt Tridentinum Concilium aſſerit, α & hoc donum Dei eſſe ex Actis Apoſtolorum conſtat 11. vbi legitur. *Et gentibus pœnitentiam dedit ad vitam*, & ex ſecunda D. Pauli epiſtola ad Timotheum 2. *Ne forte*, inquit, *ideſt, ſi forte aliquando det illis pœnitentiam*. Et ſi non inficior, dari poſſe aliquam pęnitentiam naturalem, per quam homo naturali lumine ductus peccatum, vt offenſam Dei tanquam principij, finis, & legiſlatoris naturalis, & naturæ anthoris agnoſcat, & imperfectè aliqua ratione deteſtetur; peccatum tamen, vt offenſam Dei boni ſupernaturalis perfectè, & efficaciter deteſtari nequit. proindè non eſt virtus ſimpliciter, & perfecta, cum ſimpliciter, *& perfectè bonum non reddat habentem, & actum eius bonum*, quod virtutis ratio teſte Ariſtotele exigit. quamobrem huiuſmodi naturalis pęnitentia, quæ vel in ethnico reperiri poteſt, ad peccatorum veniam, & ſalutem æternam conſequendam inepta, inefficax, ac nullius momenti eſt. β Deinde virtutem pœnitentiæ Theologicam non eſſe, ſed moralem, communis Doctorum ſententia eſt; virtus enim Theologica circa aliquid diuinum verſatur, vel ſaltem pro obiecto *quod* ei propoſitum eſt, quidpiam diuinum habet; ſed neutrum pœnitentiæ conuenit; ſiquidem non Deum, ſed bonum pacis cum Deo vult, ac reſpicit. Præterea virtutes Theologicæ tres tantum ſunt, & circa Deum credendum, amandum, ac ſperandum verſantur; at pœnitentia peccatum expiare, vt Dei offenſam ſtudet. Non igitur Theologica, ſed moralis eſt. Nam per ſe in medio conſiſtit, & circa paſſiones animi verſatur, quod virtutum moralium eſt. γ Quamuis autem pœnitentia ſimpliciter neceſſaria ſit homini adulto in lethale peccatum lapſo ad ſalutem (quod quidem de actu magis, quam de habitu intelligitur) hoc tamen ſolum de actibus pęnitentiæ, quam ſpecialem virtutem eſſe diximus, neceſſario intelligendum non eſt; ſufficit enim, ac præſtat ad ſalutem, ſi quis charitate motus de peccatis doleat. Satis eſt etiam cum Sacramento, ſi quis religione, vel obedientia, vel timore gehennæ, vel deſiderio beatitudinis permotus peccata ſua per attritionem debitam deteſtetur. Neceſſaria igitur ad ſalutem eſt pœnitentia latè ſumpta prout quęcunque actum doloris efficacis ex ratione motiua ad contritionem, vel attritionem ſufficiente comprehendit, non vt ſpecialis virtus ſtrictè ſumpta. Hinc patet, quomodo intelligendum ſit illud Lucæ, 13. *niſi pœnitentiam egeritis*



Digitized by Google

*vitiis, omnes ſimul peribitis*, & quod ait D. Thomas, *impoſſibile eſſe, vt alicui remittatur peccatum ſine pœnitentiæ virtute*. Hoc enim de pœnitentia latius accepta ſecundum legem ordinariam intelligi oportet, ſecus verò ſecundum potentiam Dei abſolutam. Cæterum propriè dicta pœnitentia ratione formali obiecti differt à iuſtitia propriè dicta, quæ hominem ad ſeruandum ius Dei illæſum obligat, & ad non inferendam alteri iniuriam; neque eſt alia virtus ſimilis iuſtitiæ propriè dictæ. Hoc tantum diſſimilis, quod ad ſatisfactionem non æqualem, ſed inæqualem obliget, quamuis enim iniuria Deo fieri poſſit, non tamen omne peccatum iniuria eſt; quoniam Deus opera noſtra, & obſequia ex dominio proprietatis à nobis non ſemper exigit, ſed ex dominio iuriſdictionis, vt legiſlator, & ſuperior; præterea multi malitiam iniuriæ in omnibus peccatis eſſe inuincibiliter ignorant; multi illam probabiliter negant, quorum ſententiam in praxi tuto ſequi poſſum, & conſequenter peccatum meum ſaltem per accidens malitia contra iuſtitiam caret; pœnitentia igitur de peccato illo, in quo ratio iniuriæ non eſt, dolere non poſſet, ſi iuſtitia eſſet, quod conſequens abſurdum eſt. Deinde ſi pœnitentia ex debito iuſtitiæ oriretur, ſtatim poſt commiſſum peccatum ad ſatisfaciendum pro illo obligaret. Quemadmodum iuſtitia ad reſtituendum ius alienum ſtatim, ac iniquè ablatum eſt, obligat, ſed non peccat, qui poſt lapſum ſtatim per pœnitentiam non reſurgit. & quamuis dilatio reſtitutionis diuini iuris Deo non noceat, iuſtitia reſtitutionem alieni ablati differri vetat, quę ius alienum auferri prohibet, quamdiu enim reſtitutio differtur, ius Domini læſum manet; pœnitentia autem non ſemper reſpicit ſatisfactionem pro peccatis; nullum ſiquidem præceptum ad expianda peccata venialia in hac vita nos obligat, nihilominus pœnitentia circa illa verſari poteſt, & re ipſa verſatur. Igitur ratio illius motiua non eſt obligatio ſatisfaciendi, quæ eſt ratio motiua iuſtitiæ. Hæc ergo ab illa ſpecie differt. Nec pœnitentia religio eſt, cuius formalis finis, eſt cultus Deo debitus, cum pœnitentiæ finis, ſiue obiectum formale ſit reconciliatio hominis cum Deo, ſeu offenſæ Dei expiatio. Religionis munus eſt Deum colere, ac venerari; pœnitentiæ verò Deum offenſum placare. Verùm cum cæteræ virtutes, exceptis Theologicis ad aliquam ex quatuor virtutibus Cardinalibus reduci ſoleant. Pœnitentia ad iuſtitiam, vt pars quędam potentialis aliquo modo reuocari probabiliter poteſt. Probabile enim eſt in peccatis pœnitentia expiandis rationem iniuriæ latè ſumptæ reperiri; iniuriam autem compenſatione, & ſatisfactione ad iuſtitiam commutatiuam ſpectante tolli, certum eſt. Quemadmodum in humanis ſi quis alienum ius, vel honorem, vel authoritatem proximi læſit, eius compenſatio, & reſtitutio ad iuſtitiam commutatiuam pertinet: ita ſi quis peccādo Dei honorem, & authoritatem læſit, debita compenſatione pœnitendo ſatisfacere debet. Sed homo externa actione plerumque læditur, & externa compenſatione, & ſatisfactione placatur; Deus verò interna pœnitentia placatur, quæ eſt vehemens animi dolor, quo quis in ſe commiſſa peccata punit, vnde pęnitentia, quaſi pœnætentio dicta ad iu-

ſti-

Digitized by Google

ſtitiam puniſiuam ſpectare à nonnullis putatur, η quoniam interna, & externa pœna culpas à ſe commiſſas pœnitens in ſe punit, cum poſt culpam pœnæ obnoxius maneat. Et quamuis iuſtitia vindex ſcelerum in Iudice, vel Præſule infligente pęnam alicui reo propriè reperiatur; nihilominus in pęnitente, qui factus propriè conſcientiæ Iudex commiſſorum à ſe pęnam voluntario dolore exigit, ſeque ieiuniis, caumeniis, vigiliis, verberationibus, aliiſque voluntariis ſuppliciis ad expianda ſcelera, & auertuncandam Dei indignationem caſtigat, iuſtitia vindex latè ſumpta eſſe poteſt, quam pęnitentiam propriè appellamus, α

*D.Thom. q. 85. art. 5. Caiet. & Thomiſtæ ibidem, Richard. 4. d. 14. q. 2. art. 4. q. 1. Canus relect. de pœn. p. 2. c. 1. Viguer. c. 16. §. 4. Aureol. loc. cit. Sot. in 4. d. 14. q. 85. art. 5. Vaſq. art. 5. d. 2. Tanner. q. 2. d. 1. Fauſt. lib. 1. q. 8. & alij commun. contra Durandum in 4. d. 14. q. 2. num. 6. Scot in 3. d. 36. q. 1. Henricum quodlib. 6. q. 11. Io. Medinam Cod. de pœnit. tract. 1. q. 1. β Richard. in 4. d. 14. art. 4. q. 1. Suarez d. 3. ſect. 7. Valentia loc. cit. Tanner. loc. cit. Vega in Concil. Trid. lib. 13. c. 25. contra Scotum, & Canum loc. cit. Scot. in 4. d 14. q. 3. Durand. q. 1. γ S. Bonau. 4. d. 14. p. 1. art. 1. q. 3. Alenſis p. 4. q. 13. m. 1. art. 1. Argentina q. 1. art. 1. Medina tract. 1. q. 2. Cod. Aureol. cit. art. 2. Suar. loc. cit. Vaſq. art. 3. Fauſt. Tann. Lugo de pœnit. d. 2. ſect. 4. nu. 59. δ idem ibid. nu. 65. ε Lug. loc. cit. ζ S. Thom. q. 85. art. 2. & 5. Tann. q. 2. d. 1. Durand. loc. cit. art. 7. Vaſq. Palud. in 4. d. 14. q. 2. Alb. 4. d. 14. Fauſt. Layman. tract. 6. c. 1. nu. 3. η Scot. loc. cit. q. 2. Gabr. & alij multi.*

## Quinam ſint actus pœnitentiæ, quid ſit contritio, & attritio. Cap. VI.

7 ACtus pœnitentiæ alij eliciti, alij imperati dicuntur, priores ſunt actus ſolius voluntatis, qui ab ipſo pęnitentiæ habitu eliciuntur, & rationem formalem obiecti pęnitentiæ intrinſecè attingunt. Poſteriores verò ſunt, quos pęnitentia fieri iubet ad expiandum peccatum, vel pacem cum Deo conſeruendam, vel reſtaurandam, vel ad redimendam pęnam temporalem culpæ debitam; huiuſmodi eſſe poſſunt omnes omnium virtutum actus, qui à pęnitentia imperati poſſunt, & à motiua ipſius ratione extrinſecè participari. Eliciti pęnitentiæ actus alij circa bonum ſunt, vt amor ſimplex, ſeu complacentia ineſficax, ſeu propenſio animi in aliquid, ſi nullum inconueniens inde ſequeretur; amor efficax, quo obiectum omninò volumus, quantum ex nobis eſt. Quod ſi obiectum ſit abſens, oritur deſiderium; ſi media requirantur, intentio finis, ex qua mediorum electio naſcitur; ſi præſens adſit, oritur gaudium in rationali anima, vel delectatio in appetitu ſenſitiuo. Alij pęnitentiæ actus circa malum eliciuntur, vt diſplicentia ſimplex, odium efficax, vel ineſſicax; quod ſi malum putetur præſens, vel præteritum, naſcitur deteſtatio, & ex deteſtatione triſtitia, ſeu dolor. Hic in appetitu ſenſitiuo, illa in rationali ſolum reperitur. Et quamuis gaudium, & triſtitia, ſeu dolor de eadem re obiecta ſimul elici ne-



Digitized by Google

queant; de diuerſis tamen obiectis ſimul eſſe poſſunt, & quiſpiam de peccatis dolere, & de venia ſimul gaudium percipere poteſt; quamquam gaudium dolorem præſentem fortaſſe minuit, non tamen impedit, vbi vtriuſque diuerſa obiecta ſunt; niſi ſummum ſit gaudium, quale eſt beatorum in Cælo omnem dolorem, & triſtitiam de peccatis excludens; quæ alioquin ſummo odio habent, ac deteſtantur ſine triſtitia, ac dolore; quippè qui à ſummo gaudio impeditur. Differunt igitur inter ſe deteſtatio, & dolor ſicut cauſa, & effectus. *Eſt dolor*, vt ait D. Auguſtinus, *de iis, quæ nobis dolentibus accidunt, quæ ſcilicet deteſtamur*. Deteſtatio eſt actus elicitus à pęnitentia, quæ amore pacis cum Deo peccata omnia paci aduerſantia deteſtatur. Quamquam deteſtatio perfecta, quæ ad iuſtificationem diſponit, ad charitatem aliqua ratione pertinet. Hæc perfectæ pęnitentiæ actus, qui eſt dolor de peccato tanquam ſummo malo abolendo, vt offenſa Dei ſuper omnia dilecti, in ſcholis *contritio* dicitur. Quia veluti ſaxa mallei ictibus percuſſa confringuntur, ita dura, ac veluti ſaxea peccatorum corda à pęnitentiæ virga, quæ deteſtatio eſt, ac dolor de peccatis, comminuuntur, ac veluti conteruntur. Contritionis actus à charitate virtutum regina imperatur, à pænitentia elicitur. Ratione charitatis dolemus de peccato, vt eſt ſummum malum contrarium Deo ſummo bono à nobis ſuper omnia dilecto; ratione verò pęnitentiæ peccatum, vt offenſam Dei deteſtamur. α Imperfectus pœnitentiæ actus (attritio in ſcholis dici ſolet) eſt dolor de peccatis metu infernarum pœnarum, vel propter culpæ turpitudinem, qui ad peccati tanquam ſummi mali ſummo bono repugnantis deteſtationem, & ad contritionis perfectionem non pertingit, nec ſine Sacramento ad peccati lethalis abolitionem, ac iuſtificationem ſufficit. Sacramento verò addito peccatum expiat, hominemque Deo reconciliat, & quidem attritio non ex humana, ac naturali, ſed ex ſupernaturali ratione motiua per fidem apprehenſa oritur, vt cum de peccato tanquam Dei offenſa æternam pęnam merente quiſpiam imperfectè dolet, excluſa peccandi voluntate, & ſpe veniæ à Deo impetrandæ concepta. Hæc donum Dei eſt, & impulſus Spiritus Sancti nondum quidem inhabitantis, ſed ad comparãdam iuſtitiam, ac Dei gratiam recuperandam excitantis, & mouẽtis, vt Tridentini Concilij Patres docuere. β Hùc diuina illa oracula ſpectant: γ *Initium ſapientiæ timor Domini*. δ *Timor Domini initium dilectionis*. ε *Qui ſine timore eſt, non poteſt iuſtificari*. Contritio eſt dolor de peccatis propter Deum ſuper omnia dilectum: attritio verò eſt dolor de peccatis propter metum infernarum pęnarum, vel propter turpitudinem peccati, ζ ad hæc duo capita cætera, quæ ad attritionem mouent, reduci poſſunt, vt deſiderium beatitudinis, & aliorum donorum ad timorem tartarei ignis, & pęnarum reducuntur, & quæcunque alia malitia, propter quam deteſtamur peccatum, in turpitudine peccati comprehendi videtur. pęna à legiſlatore imponitur, vt deterreat hominem à peccatis. Itaque à Deo pęnæ peccatoribus conſtitutæ ſunt, vt odio peccatum habeant formidine pęnæ, ac peccare deſinant ob metum inferorum, ideſt

pęnæ

Digitized by Google

pęnæ ſenſus, & damni, ſeu pęnarum purgatorij, cuius terrore homo non modo venialia, ſed etiam mortifera peccata, quæ poſt recuperatam Dei gratiam per pœnitentiam vltricibus flammis adhuc expianda manent, deteſtari poteſt. quinetiam attritio, id eſt dolor de peccatis imperfectus, qui ſine Sacramento pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequit, cum Sacramento autem Deo reconciliat, concipi poteſt ex metu excidij, peſtis, alteriuſq; damni temporalis, quo Deus peccata etiam in hac vita punire ſolet. Propterea Niniuitæ vrbis ſuæ excidium timentes pœnitentiam egerunt, ac veniam meruerunt. Ad veram attritionem efficiendam non ſufficit metus infamię merè humanæ, nec vniuerſim cuiuſcunque pęnæ ab homine infligendæ timor; attritio enim debet eſſe dolor de peccato aliquo reſpectu Dei, ſeu reſpiciens aliquo modo Deum: & dolor de peccato metu pęnæ, vel inflictæ, prout à Deo prouenit, eſt timor Dei potentis illas, & alias pęnas infligere, & quædam conuerſio ad Deum non ex amore, ſed ex timore; conuerſio autem hominis ad Deum ſaltem imperfecta ad omnem iuſtificationem requiritur. Hæc verò conuerſio ad Deum fieri debet propter aliquam perfectionem ipſius Dei, nimirum vel propter potentiam puniendi, quam timemus, vel propter bonitatem, quam amore proſequimur, vel propter dominium, cui obedimus ſubiecti. Cæterum imperfectus dolor de peccato propter eius turpitudinem ad Deum referri debet, vt ad gratiam Dei conſequendam cum Sacramento ſufficiat; vera enim attritio non dolet de peccato, vt cauſa pęnæ ab humano iudice infligendæ, neque prout peccatum regulæ rationis in ordine ad conuictum, & ſocietatē hominum aduerſatur; hæc enim ratio hominem ad Deum non conuertit, ſed ad iudicem, quem timet, & ad regulam rationis, & ad conuictum humanum. Peccatum igitur deteſtari oportet, vt Deo, vel reuerentiæ, vel obedientiæ Deo debitæ contrarium, vel quatenus ingrati erga Deum animi vitium eſt. Atque ita homo per attritionem veram intuitu alicuius diuinæ excellentiæ ad Deum conuertere ſe debet, vt addito Sacramēto iuſtus apud Deum fiat. Porrò vera attritio omnem peccandi voluntatem excludit, & propoſitum abſtinendi à peccatis in poſterum inuoluit, ſiue illud formale ſit, ſiue virtuale. Ad hoc autem ſufficit vniuerſalis voluntas non peccandi, quæ ſe ad omnes caſus poſſibiles in hoc rerum ordine, in quo peccatis pęnas Deus conſtituit, extendat. Dummodo aliunde conditionalis voluntas peccandi, niſi pœna eſſet, non opponatur. Quamuis autem homo per attritionem, pœnam magis, quam culpam deteſtetur, culpam enim vitat, vt pœnam effugiat, non habet tamen peccandi voluntatem conditionalem, ſi pœna nulla foret; hoc enim malum, & culpa eſſet. Sed ſolum actum habet, quo vnum vult propter aliud, nimirum culpam vitare ſtatuit, ne æternæ pœnæ obnoxius fiat; neque ad veniam, & ſimplex propoſitum conditio illa requiritur, etiamſi non eſſet pęna, non peccarem. Denique ſciendum eſt attritionem accedente Sacramento non fieri contritionem formaliter, ſed æquiualenter. Nam actus iſti ſecundum rationem formalem, & inuiſcerata principia inter ſe differunt;

in hoc tamen contritio, & attritio cum Sacramento conueniunt, quod vtraq; eſt diſpoſitio ſufficiens ad gratiam Dei recipiendam. Homo autem in Sacramenti ſuſceptione ex attrito fit contritus, quod ad effectum, vel quantum ad habitum receptum charitatis, quæ eſt principium habituale contritionis perfectæ, a quæ eſt deteſtatio peccati ſeparantis animam à Deo ſuper omnia dilecto. Quod ſi peccatum, vt offenſam Dei quis deteſtetur, pœnitentiæ virtutem exercet: ſi verò peccatum, quatenus diuinæ amicitiæ, ipſique diuinæ bonitati per charitatem amabili aduerſatur, odio habeatur, illius deteſtatio ad charitatem ſpectat, eiuſq; actus eſt; ad eandem enim virtutem pertinet ex duobus contrarijs inter ſe oppoſitis alterum proſequi, alterum fugere. b Etſi deteſtatio, & dolor inter ſe reuera differant, hic enim ex illa oritur; nihilominus hi duo actus phyſicè diſtincti, ita moraliter coniuncti ſunt, vt à Tridentino Concilio vnus, idemque contritionis actus deteſtatio, & dolor de peccato cómiſſo dicatur, & pro vno, eodemque actu deteſtatio, & ex ea oriens dolor paſſim accipiantur; ad hæc per metonymiam effectui nomen cauſæ tribuitur, & nomen effectus cauſæ; & quandoque dolor, & diſplicentia generaliter accipitur pro quouis voluntatis actu circa malum. c Quoniam autem nec deteſtatio peccati ſine dolore ſpectata, nec dolor animi ſimpliciter, & ſeparatim à deteſtatione conſideratus ad veram, & perfectam pœnitentiæ rationem ſufficit; hæc enim vtrumq; actum ſimul requirit, & in ratione intrinſeca includit; ideò Tridentini Concilij Patres dixerunt contritionem eſſe deteſtationem, & dolorem animi; ſanè deteſtatio peccati ſine dolore eſſe poteſt, vt in Diuis, qui peccata ſine dolore deteſtantur. Atque ideò in ipſis pænitentia propriè non eſt; dolor verò ſine deteſtatione pęnitentia non eſt; totam enim honeſtatem, & libertatem ſuam à deteſtatione accipit, in qua honeſtas, & libertas præcipuè reperitur. Deinde in dolore conſequente, ſine quo pænitentia non ſubſiſtit, vt ex communi Sanctorum Patrum ſententia, & loquendi modo conſtat, d non modò deteſtatio peccati cum dolore animi, ſed etiam voluntas expiandi peccatū, & ſatisfaciendi Deo, & propoſitum abſtinendi à peccatis in poſterum ſunt actus pœnitentiæ; nam ad reparandam, & conſeruandam pacem cum Deo oportet peccata delere, Deo ſatisfacere, & peccata in poſterum vitare. Hoc autem etiam dici poteſt ſecundum ſententiam aſſerentium, e bonum compenſationis ſolum eſſe obiectum pœnitentiæ; velle enim compenſare offenſam eſt eam velle abolere, ac Deo ſatisfacere. nec dubium, quin pœnitentia poſſit ex amore compenſationis abſtinentiam à peccatis futuris eligere, tanquam vtilem, aptamque ad compenſandas priores offenſas, & finem ſuum conſequendum.

*a Suar. diſp. 3. ſect. 2. & 4. Lug. d. 4. ſect. 1. & d. 5. ſect. 9. Tann. d. 4. q. 2. dub. 3. in D. Thom. p. 3. q. 85. art. 3. & 4. b Trident. ſeſſ. 14. c. 4. & Prou. c. 1. & Eccleſ. 25. c Suar. d. 3. ſect. 1. n. Lug. d. 5. ſect. 9. Valentia q. 8. p. 4. Henriq. lib. 1. de ſacr. c. 22. nu. 5. d Valent. loc. cit. A. Peſantius in addit. ad D. Thom. q. 5. d. 3. Coninch. d. 10. de fide num. 120. e Suar. ſect. 3. & d. 20. ſect. 1. Vaſq. q. 86. art. 2. diſp. 3. Marattius d. 19. ſect. 1. n. Richard.*

in

Digitized by Google

in 4. diſt. 14. art. 1. Caiet. q. 85. art. 2. Vaſq. Suar. Tanner. q. 2. d. 3. num. 50. à D. Thom. q. 84. art. 8. Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 4. q. 5. u Lug. d. 4. ſect. 1.

## Deteſtatio peccati, an ſit actus abſolutus, & efficax. Cap. VII.

3 DEteſtatio peccati iam commiſſi non eſt actus abſolutus, vt nonnulli putarunt, ſed conditionalis, & his verbis explicabilis, *vellem non peccaſſe, ſi id fieri poſſet*; nam cum ad præteritum nulla potentia detur, voluntas nequit, quod poſſibile non eſt, abſolutè velle. Vt quod peccatum commiſſum non fuerit, ſed ſolum id velle ſub aliqua conditione poteſt, *namq; ſtultum eſſet conari, vt peccatum factum non fuerit*, Vt D. Thomas ait, *ſi commiſſum fuit*. Neque verò negari poteſt, aliquos voluntatis actus conditionales eſſe. Quatenus aliquid ſub conditione amant, vel nolunt; quemadmodum nonnulli actus intellectus conditionales eſſe poſſunt, vt cum aliquid quiſpiam ſub conditione aſſerit, vel negat, par enim vtrinque ratio militat pro voluntate, ac pro intellectu. Senſus autem conditionalis actus voluntatis culpam deteſtantis his verbis explicari poteſt, *ſi nunc poſſem efficere, vt peccatum illud commiſſum non fuiſſet, facerem*; ſiquidem actu illo nolo ego coniungere cum peccato præterito, vt præterito, negationem præteritionis, ſi poſſibile ſit, (id enim intrinſecè impoſſibile eſt, nam contradictionem inuoluit, videlicet peccatum præteriiſſe, & non præteriiſſe;) quanquam abſurdum non eſt, nec rationi repugnat, quod aliquid intrinſecè impoſſibile ametur ſub hac conditione, *ſi poſſibile eſſet*; ſufficit enim bonitas conditionalis ad amandum aliquid ſub conditione, & poſſibilitas ſub conditione) verùm cum peccatum deteſtor, volo, quantum ex me eſt, peccatum illud non fuiſſe, quod quidem ſimpliciter, & abſolutè eſt poſſibile, quamuis, ſi ſupponas illud fuiſſe, ſit impoſſibile. Conditio autem, quam appono, eſt: *ſi nunc in mea poteſtate eſſet facere ſimpliciter, vt peccatum illud non fuiſſet, certè id facerem*, & hæc eſt formalis peccati deteſtatio, ac retractatio. Neque ſtulta, & imprudens illa voluntas eſt, quæ licet in obiectum ſub conditione impoſſibili feratur, ipſum tamen ſecundum ſe, ſi poſſibile eſſet, vndequaque bonum, honeſtum, amabile foret, immo amari deberet. Vnuſquiſque enim paratus eſſe debet peccati ſui præteritionem, ſi poſſit, impedire; illa quidem conditio, cum qua id volumus, impoſſibilis eſt, non enim poſſum habere poteſtatem ponendi, vel impediendi peccatum iam commiſſum; ſiquidem potentia proxima, & completa ad peccatum meum hodiernum eſt voluntas cum cognitione ſufficienti, & concurſu diuini auxilij in hodierna duratione verè pro priori naturæ, vt aiunt, exiſtens; repugnat autem rationi, quod hoc totum cum duratione hodierna exiſtens, cras ſit, ideóq; impoſſibile eſt, me cras habere potentiam completam, & proximam ad peccatum hodiernum ponendum, vel impediendum; potentia enim alio tempore exiſtens non ſufficit ad operationem hodiernam; illa igitur conditio ſimpliciter impoſſibilis eſt, qua,

velim non fuiſſe peccatum, ſi nunc completa potentia eſſet perpetrandi, vel impediendi peccatum heſternum; quamquam quod velim ſimpliciter, poſſibile. Ideò nec voluntas, qua præterita peccata deteſtamur, abſoluta eſſe poteſt, cùm obiectum hic, & nunc non ſit ſimpliciter, & abſolutè poſſibile. Neque enim poſſumus aliquid, quod poteſtati noſtræ non ſubſit, abſolutè velle, ac dicere: *volo*, ſed: *velim heri diuinæ legi obtemperaſſe*. Propoſitæ igitur quæſtioni ſic, reſpondendum eſt: ſi deteſtatio ad præſens, & futurum comparetur, efficax, & abſoluta eſt, cum ita à peccato abhorreat, vt illud non eſſe efficaciter velit; ſi verò ad præteritum referatur, eſt conditionalis. Non enim dicit: *volo, non fuiſſe peccatum*; ſed *vellem, ſi fieri nunc id poſſet, non fuiſſe peccatum*. Eſt autem hoc odium peccati, quantum ad nos attinet, quod ad effectum verè efficax; nam vellem, quantum ex me eſt, non peccaſſe, ſi id nunc in mea poteſtate foret. Et hoc odium, quamuis re vera non faciat, vt peccatum non fuerit, ex diuina tamen acceptatione vim habet delendi peccatum, perinde, ac ſi non fuiſſet, & priorem hominis affectum ad culpam de medio tollit, vt iam homo in priori voluntate peccandi ſecundum habitum perſeueraſſe non cenſeatur. Hæc omnia autem non præſtat odium inefficax, quod in ſimplici diſplicentia continetur, hæc ſiquidem tantum affectu ad peccatum eſſe poteſt. Ex dictis conſtat fundamentum, & ſedem virtutis pœnitentiæ, actuumque, qui ab ea eliciuntur, voluntatem eſſe, non intellectum, non appetitum ſenſitiuum. Nam deteſtatio, odiumque peccati, diſplicentia, propoſitum, ſeu voluntas abſtinendi à peccatis, aliiq; pœnitentiæ actus à voluntate fiunt, & in ipſa tanquam in ſubiecto, vt aiunt, proprio, & propinquo inſunt. Ipſa etiam pœnitentia circa bonum, & malum intelligibile tantum, non ſenſibile formaliter verſatur. Omnes virtutes honeſtè operandi propriè ſunt in potentia libera, quia rectè agendo laudem merentur; huiuſmodi autem potentia eſt ſola voluntas, vt D. Auguſtinus docet. Præterea pœnitentia ibi eſſe debet, vbi peccatum eſt; quod cum ſit voluntarium, in voluntate eſt. contrariorum enim idem ſubiectum eſt.

## De neceſſitate pœnitentiæ virtutis ex præcepto. Cap. VIII.

PŒnitentia homini ad ſalutem neceſſaria eſt neceſſitate medij, & præcepti naturalis; nullus enim peccati labe infectus æternam ſalutem ſine pœnitentia adipiſci poteſt, dicente Chriſto: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis*, Luc. 13. ſalutem ſuam omnes procurare debent; ergo & pœnitentiam agere, Deum ſuper omnia diligere debemus: ergo etiam ſaltem implicitè deteſtari peccatum oppoſitum dilectioni Dei ex parte obiecti: impoſſibile eſt Deum amare ſuper omnia, & præferre illi aliquid creatum; cum Deus promiſerit pœnitentibus veniam, & ſalutem, natura dictat pœnitendum eſſe, vt media pœnitentia veniam, & ſalutem conſequamur. verum pœnitentiæ præcepto non ſtatim poſt commiſſum lethale

pec-

Digitized by Google

peccatum homo obligatur; nemo enim tali ſe obligatione pœnitendi ſtatim poſt patratam culpam teneri exiſtimat, nec de dilatione pœnitentiæ, tanquam de noua actuali culpa ſe quiſquam accuſat, nec Sacerdos de ea pœnitentem interrogat. Neque enim continuatur actuale peccatum per negationem perfectæ deteſtationis eiuſdem, ſed tantum manet habituale peccatum, donec pœnitentiæ virtute, aut Sacramento deleatur, & neque omiſſio pœnitentiæ communiter prouenit ex affectu poſitiuo ad peccatum, ſed ex infirmitate ſpiritus non valentis ſtatim generosè deteſtari peccatum. Cum pœnitentiæ præceptum ſit affirmatiuum, non illico obligat, nec ſemper, ſed tantum aliquo certo tempore, vt in mortis diſcrimine; quando non ſupereſt aliud pœnitentiæ tempus, obligat etiam ante mortis periculum. Deum enim contemnere cenſetur, qui reconciliationem cum Deo non curat, ſed in inimicitia Dei perſeuerat. Huc ſpectant verba illa Pauli ad Romanos 2. *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis; ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: ſecundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei*. Naſcitur etiam obligatio pœnitentiæ ex debito ordinandi propriam vitam, & adhibendi neceſſaria ad ſeruanda Diuinæ legis præcepta, & mores ad honeſtatis normam componendos; nequit enim homo abſque retractatione peccati occurrentia præcepta diu ſeruare; vnuſquiſque enim operatur ſecundum finem, quam amat, ac cupit; nec poteſt dici eligere media difficilia ad finem, quem minus amat, ideò ſi quis minus Deum amet, quàm rem creatam, hancque illi præferat, niſi peccatum ſuum deteſtatur propter Deum ſuper omnia diligendum, non poterit diu in obſeruantia Diuinæ legis propter occurrentes difficultates permanere; quamuis enim vires habeat ſufficientes moraliter ad ſeruanda Dei præcepta occurrentia: ad ea tamen obſeruanda neceſſaria quandoque eſt commiſſæ antea culpæ deteſtatio, & propoſitum non peccandi grauiter. Cæterum non poteſt determinari tempus, quo obligat præceptum pœnitentiæ ex hoc capite, niſi determinando tempus, quo illa neceſſaria eſt ad obſeruanda præcepta occurrentia. Hęc autem neceſſitas non vno, eodemque tempore, omnes obligat; ſed diuerſis temporibus ſecundum diuerſitatem perſonarum, locorum, rerum, tentationum; alius enim propter grauiora pericula, & tentationes vehementiores citius indigebit deteſtatione commiſſæ culpæ ad reſiſtendum inſtanti tentationi; alius verò propter minora pericula, & leuiores tentationes, & rariores peccandi occaſiones non tam citò indigebit. Verum non opus eſt pœnitentem ſpecialiter interrogare, an ſatisfecerit huic obligationi dolendi de peccatis commiſſis poſt vltimam confeſſionem; nam obligatio illa confunditur cum obligatione ſeruandi alia præcepta, & qui furtum, vel vindictam, vel aliud peccatum ſe commiſiſſe confitetur, innuit etiam, ſe omiſiſſe affectum erga honeſtatem commiſſo peccato oppoſitum, qui neceſſarius erat ad reſiſtendum tentationi. *S. Thom. quæſt. 84. art. 7. ad 1. & 2. Suar. d. 15. ſect. prim. Vaſq. quæſt. 86. art. 2. d. 2. Lugo, & alij communiter*, & ita *Suar. Vaſq.*

*& alij*

Digitized by Google

*& alij communit. contra Gulielmum Pariſ. Archidiaconum, Thom. de Argent. Petrum Sotum, Maiorem, Caietanum, Suar. loc. cit. Henriq. Coninch. Lugus, & alij contra Caietan. Nauar. Durand. Sotum, Vaſq.* 86.

10 Præceptum, quo peccatorum pœnitere iubemur, à natura cuilibet inſitum eſt, & obligat, etiamſi Deus non decreuiſſet acceptare ſatisfactionem noſtram; quia præceptum diligendi Deum è iure naturæ prouenit, & obligat ſimpliciter, etiamſi nullum eſſet Dei decretum; ergo etiam lex naturæ ad pęnitentiam ſaltem implicitam nos obligat: etiamſi Deus abſque pęnitentia condonaſſet offenſam. Qui per attritionem cum Sacramento expiatus, ac cum Deo reconciliatus eſt, ex vi præcepti naturalis non obligatur ad contritionem, ſed ad dilectionem Dei ſuper omnia. ſatis enim per attritionem homo deteſtatus eſt peccatum, quantum ſufficit ad vitandam irreuerentiam nouam in Deum offenſum. Si quis per dilectionem Dei ſuper omnia ipſius gratiam recuperauit, non obligatur pręcepto pęnitentiæ ad deteſtationis perfectæ actum: iam enim ſaluti ſuæ ſatis conſuluit. Nemo autem eadem peccata ſemel dimiſſa ſæpius deteſtari neceſſario debet. Nam abſque neceſſitate tale onus imponeretur, cum eorundem peccatorum ſemel pęnituiſſe ſatis ſit, & ſi pęnitentiæ habitus perſeueret, & paratus ſit animus ad deteſtanda peccata, cum opus fuerit, *Caiet. Vega. Sotus, Canus, Alenſ. Bonauent. Richard. Maior, Suar. Lug. d. 7. ſect. 12. contra Medinam, Vaſquez, Suar. contra antiquiores.*

11 Qui imperfectè deteſtatus peccata ſua Sacramento pęnitentiæ deleuit, non peccat grauiter, ſi in articulo mortis rurſus ea propter Deum non deteſtatur. alioquin confeſſarius admonere deberet pœnitentem in periculo mortis verſantem de obligatione contritionis eliciendæ, nec eum abſoluere poſſet, niſi perfectam pęnitentiam habere ſe ægrotus diceret. verum conſuetudini, & praxi repugnat. præcepta hominibus impoſita non obligant niſi humano modo, hoc eſt ſecundum hominum conditionem; quia ſpectata non exigunt exquiſitam, & metaphyſicam diligentiam, ſed moralem, & humanam; alioquin intolerabilia eſſent. neque enim poſt Tridentinum Concilium probabile eſt, attritionem cum Sacramento non ſufficere ad iuſtificationem: neque probabilitas contrariæ ſententiæ obligat ad eam in praxi ſequendam, cum noſtra ſententia ſit etiam probabilis, *Coninch d. 3. dub. 3. num. 5. Becanus, Layman lib. 4. tract. 6. cap. 2. Fagundez, Faber, Diana, Turrian. Salas, Lugus, & alij contra Suar. Nugnum, Thom. Sanch. Granad. Valentiam, Zambran.*

## De efficacia pœnitentiæ. Cap. IX.

12 Nullum tam graue peccatum eſt, neque de facto eſſe poteſt, quod per veram pęnitentiam deleri nequeat. *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius*, inquit Iſaias 55. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit* Dominus Deus, *& non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat.* Ezech. 19. Chriſtus Apo-

Apoſtolis dicit: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Ioann. 20. igitur quotieſcunque homo prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiã ſemper poteſt reſurgere, quamdiu viuit. & peccata illa, quibus Spiritus Sancti opera, quæ ad bonum noſtrum operatur, malo ſpiritui tribuuntur, à Chriſto non remiſſum iri dicuntur; non quia pęnitenti non remittantur, ſed quia difficillimè ad Deum conuertuntur, qui ea committunt, & hoc ſenſu intelligenda ſunt verba illa: *qui autem dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Matth. 12. Marc. 3. non erat vera illa pœnitentia Antiochi: quando *orabat ſceleſtus Dominum, à quo non erat miſericordiam conſecuturus.* (2. Machab. 9.) nec vera fuit pœnitentia Eſau, cum qua animum habebat interficiendi fratrem; *Non enim inuenit locum pænitentiæ, quamquam cum lachrymis inquiſiuiſſet eam*, inquit Apoſtolus (ad Hebr. 10.) idem cum alibi dicit: *impoſſibile eſt, eos, qui ſemel illuminati guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sãcti &c. & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pænitentiam.* ad Hebr. 6. ibi loquitur de renouatione per baptiſmum, qui iterari non poteſt, vel vt alij interpretantur, impoſſibile, hoc eſt, rarum, ac difficile eſt. totum huius vitæ tempus datum eſſe homini ad pœnitentiam Sancti Patres Gregorius, Proſper, Cyprianus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Epiphanius, Leo, & alij ſexcenti aſſerunt. Et Deus ipſe vult peccatores conuerti dicens per Ezechielem 18. *nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur*; hoc confirmat illud 2. Petri 3. *Deus patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Homines in hac vita mortali vtentes ratione cum plena deliberatione habent non ſolum potentiam phyſicam, ſed etiam moralem ſaltem remotam ad pœnitentiam, & conuerſionem perfectam; licet non ſemper habeant potentiam proximam ad pœnitendum, ac deteſtandum peccatum. Poſſunt tamen orando Deum, vel rectè aliquid faciendo impetrare cordis compunctionem, vireſq; morales à Deo, quibus proximè dolorem de peccatis concipere, eaque deteſtari valeant. Nonnullorum corda indurata dicutur, vt moraliter conuerti, ac pœnitere nequeant, quia potentia proxima morali carent, non remota, quam mediatam vocant, neq; enim ad rationem viatoris pertinet, vt ſingulis momentis proximam potentiam moralem habeat ad pœnitendum, ſicut etiam ad credendum, vt in noſtro *Scuto Fidei* latè oſtendimus. Satis enim eſt, quod illam aliquando habeant, vt conſtat in Angelis, qui non habuerunt huiuſmodi potentiam in ſingulis partibus morulæ, qua durauit eorum via, *ex cap. de Summa Trinitate, S. Thom. q. 86. art. 1. Bellarm. lib. 2. de gratia, & lib. arb. c. 5. & cap. firmiter de Summ. Tirnit. Suar. d. 8. ſect. 2. Lug. & alij contra Abulenſem, Henricum, Medinam, Gabrielum, Roffenſem.*

13. Venialis culpa aliter tolli poteſt, quam contritione perfecta extra Sacramentum; ſiquidem Concilium Tridentinum (ſeſſione 14. cap. 5.) docet *venialia abſque culpa in confeſſione Sacramentali reticeri poſſe, multiſq; alijs remedijs expiari poſſe.* Non ergo neceſſaria eſt ad eorum abolitionem pœnitentia, ſiue perfecta, ſiue imperfecta extra Sacramentum; quãquam

imper-

imperfecta peccatorũ deteſtatio cum Sacramento baptiſmi, Pœnitentiæ, & Extremæ vnctionis ſufficit ad remiſſionem omnium venialium culparum. Hæ per ſe, & directè expiantur per Sacramentum pœnitentiæ, quia ſubijciuntur clauibus per eorum confeſſionem. Secundario etiam delentur per augumentum gratiæ, etianſi ea non conficeamur. Merita præcedentia, quæ per peccatum non extinguuntur, ſed, vt aiunt, mortificantur, hoc eſt impediuntur, & quaſi ligantur, ac veluti ſegetes imbre, vel grandine proſternuntur, per pœnitentiam ſubſequentem reſurgunt, ac quaſi reuiuiſcunt. Hoc colligitur ex verbis Apoſtoli, qui Hebreos 6. poſt baptiſmum lapſos ſic in ſpem erigit: *Confidimus de vobis, dilectiſſimi, meliora & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur. Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis Sanctis &c. Spes eſt,* inquit D. Hieronymus, *quod, quicunque ob Chriſti fidem laborauerit, & poſtea lapſus fuerit in peccatum, ſicut priora ſine cauſa dicitur paſſus fuiſſe, dum peccat, ſic rurſus non perdet ea, ſi ad priſtinam fidem, & ad primum ſtudium reuertatur,* ſcribente Paulo ad Galatas, *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa, ſi tamen ſine cauſa.* reuiuiſcunt autem antiqua merita ad totum præmium, quod eſſentiale vocant, & ad gratiam antiquam integrè, quæ tota ſtatim reſtituitur. Immò per pœnitentiam reſurgit homo ad maiorem gratiam, quàm prius habebat. Non modo enim antiquam recipit, ſed nouam aliam ex vi contritionis, vel Sacramenti præſentis. Nec ideò melior eſt conditio illius, quam ſi non peccaſſet. Si enim non peccaſſet, accepiſſet præmium operum omnium, quæ in ſtatu peccati fecit; hæc tamen cum mortua fuerint, ad beatitudinis æternæ præmium nunquã illi proderunt. Adamo etiam reſtituta fuit gratia habitualis, qua ante peccatum munitus erat, alioquin pateretur æternam peccati ſui pœnam, hoc eſt, priuationem illius gratiæ, & gloriæ ei reſpondentis, quod minimè dicendum eſt. Ex meritis Chriſti gratia illi reparata eſt; quæ primum collata non ex eiuſdem meritis fuerat.

## De Sacramento pœnitentiæ. Cap. X.

14 HActenus de pœnitentiæ virtute egimus; nunc de Sacramento pęnitentię breuiter diſſeramus. hoc lauacrum lachrymarum, ſecundam purgationem, iterabilem, ac laborioſum baptiſmum, Sacramentum confeſſionis, reconciliationem, manuum impoſitionem ſecundam poſt naufragium tabulam Sancti Patres, & Concilia appellarunt, & errores hæreticorum antiquorum, ac recentiorum damnarunt; Montani, & Nouati hæreſim aſſerentium, lapſum reparari non poſſe, impugnarunt Ambroſius libro de pœnitentia, Cyprianus ſermone de lapſis, Chryſoſtomus de reparatione lapſi, Auguſtinus de hæreſibus. Damnauit S. Cornelius Pontifex, Romani, Niceni, ac Tridentini Concilij Patres. Hæreſim recentiorum Lutheri, Caluini, Melanchthonis, Zuinglij, & Kemnitij negantium pœnitentiæ Sacramentũ, damnant Concilia Florentinum, ac Tridentinum, & latè

& latè impugnant *Bellarminus*, *Suarius*, *Vaſquius*, *Alph. à Caſtro*, *Ecchius*, *Becanus*, *aliiſq; plurimi*, *& ego alibi*.

15. Hoc autem Sacramentum eſſe conſtat, quia eſt ſignum ſenſibile, quod ex inſtitutione inuiſibilem gratiam ſignificat, ac producit. Ab humanæ ſalutis reparatore inſtitutum fuit, poſtquam, deuicta morte, rediuiuus diſcipulis vnà congregatis inſufflans dixit: *accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt* (Io. 20.) his verbis, conceſſa abſoluendi, & ligandi poteſtate, Sacerdotes à Dei filio iudices conſtituti ſunt. Et quoniam de qualibet re verum iudicium fieri, & in repetendis criminum pœnis iuſtitiæ modus ſeruari nequit, niſi plane cognita, & perſpecta cauſa ſit, ideò peccata ſua pœnitentes tanquam rei Sacerdoti, vt iudici confiteri integrè, ac fideliter debent, vt ab iiſdem cognitis abſoluantur. Quicunque lepræ ſpiritalis morbo liberari, ac ſanari cupiunt, ſe Sacerdotibus oſtendant, neceſſe eſt. Dicente Chriſto: *ite oſtendite vos Sacerdotibus*. *Ipſe Sacerdotes*, teſte Auguſtino, *quibus crimen remittunt, Dominus remittit*. *Lazarum, quem iam de monumento ſuſcitauerat, obtulit diſcipulis ſoluendum, oſtendens, poteſtatem ſoluendi conceſſam eſſe Sacerdotibus*, ex Chriſti verbis conſtat, remiſſionem peccatorum, & conſequenter gratiam, per quam peccata remittuntur, promitti. Ad gratiam autem ſignificandam neceſſaria eſt humana actio, ac ritus ſenſibilis, ſignum inuiſibilis gratiæ. Ergo eſt Sacramentum nouæ legis, quod non fuit in lege veteri; neque enim ſanguis taurorum, qui à Summo Sacerdote effundebatur, inquinatos ſanctificabat ad emundationem ſpiritus, ſed carnis, vt teſtatur Apoſtolus (ad Hebr. 9.) Non eſt tamen neceſſe, vt Sacerdotis abſoluentis vox à pœnitente audiatur; ſententia enim iudicis, vt valida ſit, non opus eſt, vt quando profertur, à reo percipiatur; ſed ſufficit, vt in iudicio proferatur cum debita ſolemnitate, ſicut profertur abſolutio Sacramentalis; propterea etiamſi, qui peccata confeſſus eſt, vel ſigna pœnitentię edidit, poſtea dormiat, vel ſemianimis, vel mentis impos ſit, dum à peccatis abſoluitur, ſententia valet.

16 Sacramentum pœnitentiæ conſtat ex materia, & forma. Hæc ſunt verba Sacerdotis, quibus confeſſum peccata ſua abſoluit. Materia verò ſunt actus pœnitentis contritio, confeſſio, ac ſatisfactio. Confeſſio, quam exomologeſin Græci appellant, eſt legitima propriorum peccatorum accuſatio Sacerdoti facta ad eorundem veniam per abſolutionem virtute clauium cæleſtium obtinendam. Neque enim miniſter huius Sacramenti poteſt eſſe laicus, vel clericus Sacerdotali ordine carens. Quemadmodum is extraordinarius baptiſmi miniſter eſſe poteſt. Quamuis in euidenti vitæ diſcrimine, mortiſque articulo, ſi Sacerdos deſit, laico, vel clerico Sacerdotali ordine carenti peccata confiteri licet; non quidem ad abſolutionem impetrandam; hoc enim ſacrilegium eſſet, ſed vel ad conſilium capiendum, vel ad maiorem animi demiſſionem, ac deteſtationem peccatorum, & ad veniam impetrandam. Huiuſmodi tamen confeſſio non eſt Sacramentalis; licet quodammodo Sacramentalis à D. Thoma appelletur; neq; neceſſaria vnquam eſt; nec

deſunt,

deſunt; & qui eam non probant ; *Suarez diſp.* 16. *ſect.* 1. *& diſp.* 17. *ſect.* 1. *Vaſq. q.* 84. *art.* 1. *& q.* 90. *art.* 1. *d.* 1. *Bellarm. lib.* 1. *de pœnit. c.* 15. *&* 13. *Ruard. Lug. contra Guillelmum de Aulione* ; *S. Thom. q.* 84. *art.* 1. *Ruard. Taper. Lindanus, Roſſenſis, Caſtro, Caniſius, Vega, Bellar.* & *Nugn. q.* 8. *art.* 2. *Coninch. d.* 8. *d.* 1. *Valentia, Faber, Turrian. Couarruuias, Corduba, Henriq. Palud. Vgolinus, Auila, Gamachaus, Hurtad.* & *Vaſq. q.* 91. *Marchin. Sahagun. Dian. p.* 5. *tom.* 3. *reſol.* 73. *Sylueſter, Panormitanus, Angelus, Crucius, Sancius, Tabiena, Felician. Antoninus apud Dianam p.* 8. *tract.* 1. *reſ.* 92.

17 Forma Sacramenti pœnitentiæ, hoc eſt, verba Sacerdotis abſolutoria, necnon confeſſio, & contritio ſunt partes intrinſecæ Sacramenti. Poſitis omnibus alijs, ſi ſola deſit abſolutio, non fit Sacramentum, ergo abſolutio eſt pars intrinſeca, & quidem potiſſima; non modo enim ſignificat, ſed operatur remiſſionem peccatorum. præterea poſita abſolutione, ſi deſit omnis confeſſio, & dolor de peccatis, non datur Sacramentum pœnitentiæ. Igitur confeſſio, & deteſtatio peccatorum illud intrinſecè componunt. ſatisfactio ad integritatem Sacramenti, non ad rationem formalem eiuſdem pertinet, eiuſque materiam intrinſecè complet; poteſt enim eſſe Sacramentum abſque ſatisfactione, non tamen integrum erit. Sicut eſſe poteſt homo abſque pede, & bracchijs, non tamen integer eſt. Ante ſatisfactionem habetur Sacramentum, & ſine illa quandoque eſſe poteſt, vt cum pœnitens poſt confeſſionem abſolutus amiſit vſum rationis. Etſi conſtaret Sacerdoti, peccatum eſſe dimiſſum, etiam quoad ad pœnam, per vehementem contritionem pœnitentis, non oporteret ei imponere pœnitentiam, *Caietanus, & alij vnanimiter, Lugus* & *Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 3. *Colonien. Mogunt.*

18 Formula Sacramenti pœnitentiæ eſt hæc: *ego abſoluo te à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. quamquam duo illa verba, *abſoluo te*, ſufficiunt ad rationem Sacramenti, cętera in illis includuntur *ego*, &, *à peccatis tuis*. *Abſoluo* enim, & *remitto* ſufficienter ſignificant ſolutionem à vinculis, remiſſionem debiti. Chriſtus Apoſtolis de Lazaro rediuiuo loquens: *ſoluite eum*, inquit, *& ſinite abire*, & non addidit, *à vinculis*, & nos in oratione dominica dicimus: *ſicut & nos dimittimus*, nec addimus *debita*; vel *offenſas*. Sic inimico, vel offenſori dicimus, *ignoſco*, vel *parco tibi* ; licet verbum *abſoluo* per ſe non ſufficiat; ſatis tamen eſt, ſi Sacerdos dicat *abſoluo à peccatis tuis*. Subintelligitur enim *te*. Peccaret grauiter, qui præſcriptis, & vſitatis ab Eccleſia verbis abſoluendo non vteretur. ; *S. Thom q.* 84. *art.* 3. *Anton. Caiet. Sylueſter, Nau Suar. d.* 19. *ſ.* 1. *Vaſq Bonac. contra Gabr. Palud. Scotum, Viguer. Angel. Maior. Gerſon.*

19 Preces, quæ formulam abſolutionis præcedunt, & quæ ſubſequuntur, abſque peccato omitti poſſunt. Verba illa *abſoluo te* producunt effectum Sacramenti, antequam proferantur ſequentia *à peccatis tuis*. Verba enim illa *abſoluo te* ſunt integra forma Sacramenti. Cætera non ſunt neceſſaria. Senſus verborum formæ eſt is, quem ipſa ſonant ſecundum humanam impoſitionem, ideſt *ego te ſoluo à vinculis peccatorum*; *vel tibi remitto offen-*

Digitized by Google

*offenſam Deo factam, quantum eſt ex me, ſi requiſita adſint*, & ſolent ea verba præmitti *inquantum poſſum, & indiges*. Verus eſt etiam verborum ſenſus, cum peccata per contritionem ante abſolutionem deleta fuerunt; nam ſicut idem ſepius poſſum promittere, ac vouere; ita idem debitum ſæpius remittere, eandem offenſam ſæpius condonare valeo, & in hoc ſenſu vera eſt illa explicatio D. Thomæ *ego tibi Sacramentum abſolutionis impendo. Id eſt Ego, quantum eſt ex me, confero Sacramentum ad abſolutionem, & remiſſionem peccatorum tuorum*. Verba illa non directè ſignificant, ſed arguunt gratiæ diuinæ infuſionem, per quam fit remiſſio peccati; quæ directè per verba abſolutoria ſignificatur. Si abſolutionis forma deprecatiuo modo proferatur, vt ſi Sacerdos dicat: *abſoluat te Deus*, vel, *abſoluatur ſeruus Chriſti*, inualida, & irrita eſt, quia hoc Sacramentum inſtitutum eſt per modum iudicij, in quo ſententia proferri debet enunciatiuis, non deprecatiuis verbis. Ergo Sacerdos, vt iudex, non abſoluit deprecando, ſed poteſtatem ſuam exercendo, atque oſtendendo, &, quod dicit, efficiendo; alioquin ſufficerent ad abſolutionem preces, quæ præmitti ſolent, antequam pœnitens abſoluatur. Verum illæ ad formæ Sacramentalis eſſentiam nequaquam ſpectant, vt in Concilio Tridentino definitum eſt. *ſeſſ. 14. cap. 3. S. Thom. q. 84. art. 3. Suarez, Vaſquez, Lug. d. 13. ſect. 4. & alij*.

20. Illicitum eſt abſoluere aliquem ſub conditione, quam Deus nunc futuram præuidet. Vt ſi Sacerdos dicat: *ego abſoluo te, ſi Deus iam ſcit te grauiter reſtituturum*; ſic enim Sacramentum periculo exponitur, & modus iſte miniſtrandi Sacramentum ſub conditione eſt omninò contrarius reuerentiæ Sacramentis debitæ. Licet ratio nulla appareat, cur Sacramentum ſub tali conditione adminiſtratum ſit inualidum. *Suar. tom. 3. in 3. p. d. 13. ſect. 3. & alij*.

21. Abſolutio ſub conditione de præterito, vel de præſenti valida eſt. Sic enim baptiſmus ſub conditione valet: *ſi non es baptizatus, ego te baptizo*. Ita Sacerdoti licet abſoluere ſub conditione, quando prudenter dubitat, an formam bene protulerit, an adſit materia ſufficiens, an homo ſit capax abſolutionis. Non licet abſoluere ſub conditione de futuro, vt *ſi cras reſtitueris, abſoluo te*; quia Sacramenta nouę legis, vbi primum ponuntur, debent operari, niſi adſit impedimentum: nec poteſt eorum effectus ſuſpendi in futurum. Idem dicendum de matrimonio, quod ſi contrahatur ſub conditione de futuro, non fit validum, donec impleatur conditio, qua impleta fit ſtatim matrimonium per conſenſum, & verba virtualiter, & moraliter præſentia ex præteritis non reuocatis. *Suar. Vaſq. Coninch. Lug. & alij communiter*.

22. Ea tantum mutatio verborum, quæ deſtruit ſenſum ipſorum, reddit inualidam abſolutionis formam. Quæ vero retinet ſenſum æquiualentibus verbis, non irritum facit abſolutionem, vt ſi quis authoritatis gratia dicat: *nos te abſoluimus*, vel ſi quis plures abſoluens ſimul dicat: *ego abſoluo vos*, vel *ego abſoluo veſtram dominationem, aut veſtram maieſtatem*. Videtur etiam valida hæc abſoluendi forma; *ego remitto, vel condono tibi peccata tua*, & hæc *abſoluo Petrum à pec-*

pec-

Digitized by Google

*peccatis*, ſi Petrus adſit præſens. Valet hæc etiam, *tu abſolueris à me, Petrus abſoluitur à me*. Abſens abſolui non poteſt, vt Clemens VIII. decreuit, & contrariam ſententiam damnauit, quę repugnat vſui Eccleſiæ, *Tolet. Coninch. Valentia, Vaſq. Fagund. contra Palud. Anton. Sylu. Tabienam, Armill. Rayn. Adrian. Palatium, Richard. Maior. Rutilium.*

23 Si moribundum, vel periclitantem in naufragio, vel incendio, qui confeſſarium petijt, duo Sacerdotes ſimul eodem tempore abſoluant, vtriuſque abſolutio Sacramentalem gratiam producit; quia non eſt maior ratio, cur vna abſolutio, quam altera effectum ſuum producat cum ſingulæ aptæ, & pares ſint. Et ſi pœnitens ignarus voluit bona fide duobus Sacerdotibus ſimul, tanquam duobus iudicibus, ſe ſubijciens eadem peccata confiteri, vel vni venialia, alteri mortalia confeſſus ſit, & poſtea in graui periculo ab vtroque ſimul abſolutionem petat, & ab vtroque ſimul abſoluatur, erunt duo Sacramenta pœnitentię, & maiorem producent gratiam duæ abſolutiones, quam vna; duo enim erunt iudicia, duæ ſententiæ. Verum ſi vnicam confeſſionem pluribus Sacerdotibus voluit pœnitens facere; tanquam vnum iudicium, à quolibet eorum vno, vel altero terminandum, tunc ſi à pluribus Sacerdotibus ſimul abſoluatur, non plura fient Sacramenta, ſed vnum. Nec vnus Sacerdos poſt alterius abſolutionem poſſet illum abſoluere; quia per primam abſolutionem iam terminatum eſſet iudicium, & ſententia à legitimo iudice prolata.

24 Si duo Sacerdotes, tanquam duæ cauſæ totales, abſoluant ſimul pœnitentem moribundum, qui confeſſionis Sacramentum petijt, & dicant: *nos te abſoluimus à peccatis tuis*, valida eſt vtriuſque abſolutio. Quemadmodum ſi duo Sacerdotes, non vt cauſæ partiales, ſed totales vnum aliquem baptizent, vel ſi vnicam hoſtiam ſimul conſecrent; verus, ac validus fiet baptiſmus, valida erit conſecratio; ergo etiam valebit vtriuſque abſolutio. Nam & duæ cauſæ phyſicæ totales eundem effectum totalem producere poſſunt, vt in phyſicis oſtẽdimus, *ita Suarez d. 23. nu. 13. ſect. 3. Lug. ſect. 7. contra Vaſq.*

25 Valida cenſetur abſolutio his verbis prolata: *remittuntur tibi peccata tua*, quia hac forma vſus eſt Chriſtus, cum paralytico peccata condonauit. Et ab ijs, qui aderant, in eo ſenſu accepta fuerunt ea verba, ac ſi dixiſſet: *remitto tibi peccata tua*. Si debitori creditor dicat: *remittitur tibi tuum debitum*, cenſetur debitum omnino condonare, quia tamen de valore huiuſcemodi abſolutionis aliqui dubitant, dubia videtur, & multò magis, ſi dicatur ſolum: *remittuntur peccata*. Nam ſicut verbum *abſoluo* ſine pronomine *te* non ſufficit, ita nec verba illa ſine particula *tibi*, vel *tua* ſufficiunt ad validam abſolutionem, a *Petrus Soto, Henriq. Lug.*

26 Probabile eſt, ratam eſſe, ac firmam abſolutionem his verbis pronunciatam: *placet, quod abſoluaris, quod abſoluatur hic homo*, vel *iubeo Petrum abſolui*. Quia hæ formulæ ſunt iudiciariæ, quibus vti ſolent iudices in alijs rebus. *Scotus, Vaſq. q. 84. art. 3. d. 3. & alij.*

27 Improbatur merito à Theologis illa formula: *ego authoritate Pontificis abſoluo te à peccatis quorum ec-*

pœ-

Digitized by Google

*pœnitet propter Deum, & qua confeſſus es;* quamquam in illis verbis *authoritate Pontificis* minus periculi eſt, quam in illis, *quorũ te pœnitet propter Deum*, nam ſola attritio cum Sacramento ſufficit, etiam ſi quandoque non ſit perfecta, vt quando Sacramentum ſit informe: piè tamen interpretandum eſt, confeſſarium nolle abſolutionis valorem à conditione illa pendere, ſed potius ab omnibus peccatis abſoluere, in quantum poteſt. *Petr. Sotò, Gerſon. Dom. Sot. Nauar. Henriq. Lugo, & alij.*

## Qualis eſſe debeat confeſſio. Cap. XI.

1 Confeſſionem oportet eſſe integram, veram, dolentem. Ad has tres conditiones ſexdecim illæ reducuntur his verbis contentæ.

*Sit ſimplex, humilis, confeſſio, pura, fidelis,*
*Nuda, frequens, diſcreta, libens, verecunda, dolenſque,*
*Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata.*
*Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.*

Confeſſio *integra* eſt, qua omnia peccata mortifera deteguntur; nam venialia, quæ à Dei gratia non diuellunt, etſi rectè, vtiliterque confitemur: ſine culpa tamen prætermittere, multiſque alijs rationibus expiare poſſumus. Confeſſio *ſimplex*, non artificiosè compoſita eſſe debet, & ſuperuacanea in ea ommittenda ſunt. *humilis*, & pura intentione obtinendæ veniæ cauſa ſuſcepta. *Fidelis* ſine fallacia, & mendacio, quod circa res Sacramento huic neceſſarias prolatum exitiale ſcelus eſt, & confeſſionem irritam reddit. Hæc *nuda* eſſe, non obſtruſis, non obſcuris verborum ambagibus inuoluta debet. *Frequens* non ex præcepto, ſed ex conſilio ob fructus vberrimos, quos ipſa parit; *diſcreta, prudenſque* in peccatorum numero, & circumſtantijs peccati ſpeciem mutantibus ſapienti, ac probo Sacerdoti confitendis, *libens*, non inuita ſit, adeòq; *verecunda*, vt ſcelerum ſuorum pudeat peccatorem, qui ea tamen confiteri ita non erubeſcat, vt ea ſileat, & medico vulnera non detegat. Nam ideò ſecreta, non publica confeſſio præcipitur, ſubmiſſa voce, non per litteras facienda, non per interpretem, niſi neceſſitas poſtulet. Non exteriores oculorum lacrymæ neceſſariæ ſunt, ſed internus animi dolor ſufficit. Peccata ſua quamprimùm confiteri iuuat, accuſare ſe, non excuſare, & confeſſario in omnibus, quæ ad peccatorum expiationem ſpectant, parere oportet. *Bonac. Pepin. in Confit. & alij.*

2 Peccata quiſquis confeſſurus eſt, conſcientię ſuæ latebras prius excutere, tantamque in inquirendis, & reuocandis ad memoriam culpis ſuis diligentiam adhibere debet, quanta in magno negotio peragendo adhibenda eſſet; mediocris tamen diligentia in conſcientiæ examine ſufficit. Neque vero ijs, qui labili memoria ſunt, peccata ſua ſcribere opus eſt; accidere enim poteſt, vt ſcriptura cum periculo infamiæ amittatur, *Tabiena verb. confeſſio 2. n. 45. Henriq. lib. 4. de pœnit. c. 4. num. 8. Candid. diſp. 24. art. 30. Suarez, Vaſquez, Sotus, Bonacina, Turrianus, Villalobos, Coninch. Fillinccius, Diana.*

*peccatis*, ſi Petrus adſit præſens. Valet hæc etiam, *tu abſolueris à me, Petrus abſoluitur à me*. Abſens abſolui non poteſt, vt Clemens VIII. decreuit, & contrariam ſententiam damnauit, quę repugnat vſui Eccleſiæ, *Tolet. Coninch. Valentia, Vaſq. Fagund. contra Palud. Anton. Sylu. Tabienam, Armill. Rayn. Adrian. Palatium, Richard. Maior. Rutilium*.

23 Si moribundum, vel periclitantem in naufragio, vel incendio, qui confeſſarium petijt, duo Sacerdotes ſimul eodem tempore abſoluant, vtriuſque abſolutio Sacramentalem gratiam producit; quia non eſt maior ratio, cur vna abſolutio, quam altera effectum ſuum producat cum ſingulæ aptæ, & pares ſint. Et ſi pœnitens ignarus voluit bona fide duobus Sacerdotibus ſimul, tanquam duobus iudicibus, ſe ſubijciens eadem peccata confiteri, vel vni venialia, alteri mortalia confeſſus ſit, & poſtea in graui periculo ab vtroque ſimul abſolutionem petat, & ab vtroque ſimul abſoluatur, erunt duo Sacramenta pœnitentię, & maiorem producent gratiam duæ abſolutiones, quam vna; duo enim erunt iudicia, duæ ſententiæ. Verum ſi vnicam confeſſionem pluribus Sacerdotibus voluit pœnitens facere; tanquam vnum iudicium, à quolibet eorum vno, vel altero terminandum, tunç ſi à pluribus Sacerdotibus ſimul abſoluatur, non plura fient Sacramenta, ſed vnum. Nec vnus Sacerdos poſt alterius abſolutionem poſſet illum abſoluere; quia per primam abſolutionem iam terminatum eſſet iudicium, & ſententia à legitimo iudice prolata.

24 Si duo Sacerdotes, tanquam duæ cauſæ totales, abſoluant ſimul pœnitentem moribundum, qui confeſſionis Sacramentum petijt, & dicant: *nos te abſoluimus à peccatis tuis*, valida eſt vtriuſque abſolutio. Quemadmodum ſi duo Sacerdotes, non vt cauſæ partiales, ſed totales vnum aliquem baptizent, vel ſi vnicam hoſtiam ſimul conſecrent; verus, ac validus fiet baptiſmus, valida erit conſecratio; ergo etiam valebit vtriuſque abſolutio. Nam & duæ cauſæ phyſicæ totales eundem effectum totalem producere poſſunt, vt in phyſicis oſtēdimus, *ita Suarez d. 23. nu. 13. ſect. 3. Lug. ſect. 7. contra Vaſq.*

25 Valida cenſetur abſolutio his verbis prolata: *remittuntur tibi peccata tua*, quia hac forma vſus eſt Chriſtus, cum paralytico peccata condonauit. Et ab ijs, qui aderant, in eo ſenſu accepta fuerunt ea verba, ac ſi dixiſſet: *remitto tibi peccata tua*. Si debitori creditor dicat: *remittitur tibi tuum debitum*, cenſetur debitum omnino condonare, quia tamen de valore huiuſcemodi abſolutionis aliqui dubitant, dubia videtur, & multò magis, ſi dicatur ſolum: *remittuntur peccata*. Nam ſicut verbum *abſoluo* ſine pronomine *te* non ſufficit, ita nec verba illa ſine particula *tibi*, vel *tua* ſufficiunt ad validam abſolutionem, *ita Petrus Soto, Henriq. Lug.*

26 Probabile eſt, ratam eſſe, ac firmam abſolutionem his verbis pronunciatam: *placet, quod abſoluaris, quod abſoluatur hic homo*, vel *iubeo Petrum abſolui*. Quia hæ formulæ ſunt iudiciariæ, quibus vti ſolent iudices in alijs rebus. *Scotus, Vaſq. q. 84. art. 3. d. 3. & alij.*

27 Improbatur merito à Theologis illa formula: *ego authoritate Pontificis abſoluo te à peccatis quorum ec-*

par-

*pœnitet propter Deum, & qua confeſſus es;* quamquam in illis verbis *authoritate Pontificis* minus periculi eſt quam in illis, *quorũ te pœnitet propter Deum*, nam ſola attritio cum Sacramento ſufficit, etiam ſi quandoque non ſit perfecta, vt quando Sacramentum fit informe: piè tamen interpretandum eſt, confeſſarium nolle abſolutionis valorem à conditione illa pendere, ſed potius ab omnibus peccatis abſoluere, in quantum poteſt. *Petr. Soto, Gerſon. Dom. Sot. Nauar. Henriq. Lugo, & alij.*

## Qualis eſſe debeat confeſſio. Cap. XI.

1 Confeſſionem oportet eſſe integram, veram, dolentem. Ad has tres conditiones ſexdecim illæ reducuntur his verbis contentæ.

*Sit ſimplex, humilis, confeſſio, pura, fidelis,*
*Nuda, frequens, diſcreta, libens, verecundia, dolenſque,*
*Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata.*
*Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.*

Confeſſio *integra* eſt, qua omnia peccata mortifera deteguntur; nam venialia, quæ à Dei gratia non diuellunt, etſi rectè, vtiliterque confitemur: ſine culpa tamen prætermittere, multiſque alijs rationibus expiare poſſumus. Confeſſio *ſimplex*, non artificiosè compoſita eſſe debet, & ſuperuacanea in ea ommittenda ſunt. *humilis*, & pura intentione obtinendæ veniæ cauſa ſuſcepta. *Fidelis* ſine fallacia, & mendacio, quod circa res Sacramento huic neceſſarias prolatum exitiale ſcelus eſt, & confeſſionem irritam reddit. Hæc *nuda* eſſe, non obſtruſis, non obſcuris verborum ambagibus inuoluta debet. *Frequens* non ex præcepto, ſed ex conſilio ob fructus vberrimos, quos ipſa parit; *diſcreta, prudenſque* in peccatorum numero, & circumſtantijs peccati ſpeciem mutantibus ſapienti, ac probo Sacerdoti confitendis, *libens*, non inuita ſit, adeòq; *verecunda*, vt ſcelerum ſuorum pudeat peccatorem, qui ea tamen confiteri ita non erubeſcat, vt ea ſileat, & medico vulnera non detegat. Nam ideò ſecreta, non publica confeſſio præcipitur, ſubmiſſa voce, non per litteras facienda, non per interpretem, niſi neceſſitas poſtulet. Non exteriores oculorum lacrymæ neceſſariæ ſunt, ſed internus animi dolor ſufficit. Peccata ſua quamprimum confiteri iuuat, accuſare ſe, non excuſare, & confeſſario in omnibus, quæ ad peccatorum expiationem ſpectant, parere oportet. *Bonac. Pepin. in Confit. & alij.*

2 Peccata quiſquis confeſſurus eſt, conſcientię ſuæ latebras prius excutere, tantamque in inquirendis, & reuocandis ad memoriam culpis ſuis diligentiam adhibere debet, quanta in magno negotio peragendo adhibenda eſſet; mediocris tamen diligentia in conſcientiæ examine ſufficit. Neque vero ijs, qui labili memoria ſunt, peccata ſua ſcribere opus eſt; accidere enim poteſt, vt ſcriptura cum periculo infamiæ amittatur, *Tabiena verb. confeſſio 2. n. 45. Henriq. lib. 4. de pœnit. c. 4. num. 8. Candid. diſp. 24. art. 30. Suarez, Vaſquez, Sotus, Bonacina, Turrianus, Villalobos, Coninch. Filliuccius, Diana.*



Digitized by Google

3 Nimia autem ſolicitudo in conſcientiæ diſcuſſione veniali culpa non vacat, virtus enim in medio conſiſtit, vitium in exceſſu eſt, *D. Thom. cum Nauarro, Megala, Diana.*

4 Ad rationem intrinſecam Sacramenti pœnitentię pertinent duæ ipſius partes, contritio, & confeſſio, ad integritatem verò illius ſatisfactio. Sine hac enim ratio Sacramenti conſtat, non ſine illis. Ipſumque Sacramentum ante ſatisfactionem exhibitam, effectum ſuum præſtat. Tamen ad plenam, perfectamque peccatorum remiſſionem ſatisfactio requiritur, ſine qua pęnitentiæ Sacramentum integrum, & perfectum non eſt, ad integritatem enim iudicij pertinet punitio, ſeu ſatisfactio pro delicto: Sacramentum autem pœnitentiæ iudicij more exercetur. *Ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. D. Thom. 3. p. q. 90. art. 2. Sotus in 4. d. 17. q. 1. art. 3. Nugnus tom. 2. in 3. p. addit. q. 7. art. 1: Candid. d. 24. art. 2. d. 3. Bonac. tom. 1. de pœnit. p. 5. q. 3. p. 2.*

5 Contritio ſimpliciter eſt actus interni animi deteſtantis peccata propter Deum, & ſic accepta non eſt pars materialis Sacramenti pœnitentiæ, nam abſque ea eſſe poteſt; vt ante Sacramenti huius inſtitutionem fuit, ſicut in Dauide; quatenus verò à pœnitente ante confeſſionem, vel in ipſa cōfeſſione, vel etiam ſtatim poſt confeſſionem peccatorum ante abſolutionem elicitur, eſt pars eſſentialis materialis Sacramenti pœnitentiæ.

6 Materia propria, præcipua, ac neceſſaria huius Sacramenti ſunt peccata mortalia; ad hæc enim delenda præcipuè inſtitutum eſt. Materia verò ſufficiens quidem huius Sacramenti, ſed minus principalis, nec neceſſaria ſunt peccata venialia. Hæc enim confiteri nulla lege iubemur, *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. D. Thomas 3. p. q. 84. art. 2. Nugn. tom. 2. p. 3. in addit. 3. p. q. 6. art. 3. Candid. ibid. art. 4. Fariſellus Conſult.*

7 Qui dubitans, an lethiferum ſcelus commiſerit, in neutram partem propendet, peccatum, vt dubium confiteri debet; in dubijs enim tutior pars eligenda eſt; & maximè in re tanti momenti, *Sanchez ſum. tom. 1. lib. 1. c. 10. num. 66. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 22. ſect. 9. num. 7. Diana p. 3. tr. 4. reſol. 60. Filliuc. tract. 21. c. 4. n. 171. Azor. tom. 1. lib. 1. c. 4. q. 3. Sà, Merolla, Mercer. Homobon. Fauſtus, Valentia tom. 4. d. 6. q. 9. c. 3. Salas, Hurtadus, Syluius, Turrianus, Lugus, contra Marchinum, Reginaldum tom. 2. lib. 29. Laym. lib. 1. tom. 1. c. 4. § 4. Coninch. de Sacram. tract. 2. d. 7. d. 8. c. 7. Prepoſit. in 3. p. q. 5. d. 3. n. 117.*

8 Peccatum dubium non eſt per ſe ſufficiens materia Sacramenti pœnitentię, cuius materia certa eſſe debet, quemadmodum cæterorum Sacramentorum materia, vt Euchariſtiæ panis triticeus, baptiſmi aqua naturalis. Idcircò, qui dubitat, an aliquod peccatum commiſerit, nec certum vllum peccatum confitetur, non ſimpliciter, ſed ſub conditione abſoluendus eſt: confitendum autem eſt peccatum dubium, an factum fuerit, anuè fuerit mortale, anuè in confeſſione dictum fuerit. *Suarez to. 4. in 3. p. d. 18. nu. 1. & 12. Cand. d. 24. art. 4. d. 1.* Qui peccatum, vt dubium confeſſus eſt, poſtea ſi certò comperiat, ſe illud feciſſe, debet illud, vt certum denuo confiteri, *Sanch. Mart. Breſſerus de conſcientia lib. 4. c. 18. nu. 197. Lugo, Dian. p. 3. tr. 4. reſol. 91.*

9 Pec-

Digitized by Google

9 Peccata iam dimiſſa, ſiue venialia, ſiue mortalia ſint, poſſunt eſſe materia nouæ confeſſionis, modo adſit noua materia proxima, ideſt actus pœnitentis, nouus dolor de iiſdem peccatis, & noua confeſſio, *D. Thomas in 4. d. 18. q. 1. art. 39. Sotus ibi q. 4. art. 3. Cand. ibi d. 2. Filliuc. tract. 6. c. 63. num. 77. Henriq. lib. 4. c. 26. nu. 7. Diana p. 3. tract. 4. reſol. 115.* quanquam nouam eorundem peccatorum deteſtationem neceſſariam non eſſe aliqui probabiliter docent *Ledeſma, Io. de la Cruz p. 2. de pœnit. q. 1. d. 6. c. 2.*

10 Quando autem aliquis ab iiſdem peccatis ſuperiori confeſſione ritè dimiſſis denuò abſoluitur, abſolutoria verba hunc ſenſum habent: *ego te abſoluo*, ideſt ego tibi confero gratiam ex ſe remiſſiuam peccati, quod ſi culpa priori confeſſione dimiſſa fuit, vel contritione deleta eſt, iterata, ac noua eiuſdem culpæ confeſſione diuina gratia augetur, pœna, ſi quæ supereſt, dimittitur, *Nugnus tom. 2. q. 82. art. 3. d. 2. Suarez tom. 4. in 3. p. d. 18. ſect. 2. num. 10. Cand. ibi dub. 5. Caiet. tom. 1. opuſc. tr. 5. q. 4. Sot. in 4. d. 18. q. 2.*

11 Pœnitens aliqua peccata, ſiue mortalia, ſiue venialia, quæ aliàs ritè confeſſus eſt, iterum Sacerdoti aperire in pœnitentiæ Sacramento poteſt, & cætera, quæ vult, reticere, immò licet peccata omnia generali confeſſione manifeſtare velit, hodie ab vna parte peccatorum, quæ confitetur, abſolui poteſt, cras ab alia, perendie ab alia, & ſic deinceps ſingulis diebus ab illis, quæ confitetur, abſolui. Peccata enim illa, à quibus aliàs quis abſolutus fuit, non ſunt materia neceſſaria Sacramento confeſſionis, ſed tantum ſufficiens, *Sotus in 4. diſt. 18. q. 2. art. 5. Henriquez, Candid. dub. 6. Lugus*; immò aliqua mortalia crimina, à quibus pœnitens validè abſolutus aliàs fuit, in generali confeſſione reticere poteſt, etianſi animo confitendi omnia ad Sacerdotē acceſſerit, *Henriq. & Diana p. 3. tract. 4. reſol. 61. contra Victoriam, & Ledeſmam*. Pœnitens enim non magis mortalia, quæ aliàs confeſſus eſt, quam venialia peccata confiteri debet, *Candid. diſq. 24. art. 22. dub. 26. Bonac. de ſacram. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 2. Nauar. & alij.*

12 Poſt eandem peccatorum confeſſionem Sacramētalis abſolutio iterari non poteſt, vt enim hoſtia non eſt materia duplicis conſecrationis, ita nec confeſſio duplicis abſolutionis, *Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 5. q. 4. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 18. ſect. 1. Cand. diſq. 24. art. 4. d. 3.*

13 Sufficit contritio, vel attritio heſterna ei, qui hodie confitetur, vt ex Sacramento diuinæ gratię fructum percipiat. Nullum enim impedimentum obijcit Sacramento, qui heri deteſtatus peccata ſua propter Deum, vel ſaltem æternæ formidine pœnę ad ſacram confeſſionem accedit; Sacramenta autem gratiam, effectum ſuum producunt, niſi impediantur, *ita Caietanus ibid. Bonac. Tambur.*

14 Qui poſtquam Sacerdoti peccata ſua narrauit, ea deteſtatur, dicitque ſe eorum pœnitere, & abſolutionem petit, abſolui poteſt. Illis enim verbis accuſationis, & confeſſionis ratio ineſt, & dolor de peccatis iam narratis etiam poſt confeſſionem, ante tamen abſolutionem ſufficit. *Vaſq. tom. 4. in 3. p. q. 67. d. 148. Candidus d. 4. art. 6. c. 2. Suarez in 3. p. d. 20. ſect. 4. n. 31. Bonac. d. 5. q. 5. p. 2. n. 31. Diana p. 3. tr. 4. reſol. 134. contra Coninch. Laym. lib. 5. c. 4. num. 4.*



Digitized by Google

15 Qui ſe grauiter peccaſſe meminit, ſed peccati genus, vel ſpeciem non recordatur, illud generatim conſiteri debet, & ab eo abſolui; pœnitentiæ enim Sacramento ſufficit, ſi confiteatur, lethiferum ſcelus à ſe commiſſum; cuius ſpeciem non recordatur. *Ita contra Abulenſem, Canum, Sotum, Medinam, Ledeſmam docent Coninch. de ſacram. d.7.d.10. num.97. Laym. lib.5. tract.6.c.12. num.7. D. Thom. Nauarrus, Suarez, Villalob. in ſum. tom.1. tr.9. diſ.34. Diana p.3. tract.4. reſol.66. Tambur.*

16 Qui nullius lethalis culpæ, ſed venialis tantùm ſibi conſcius eſt, non ſufficit, ſi ſe venialis peccati reum fateatur, peccati vero ſpeciem non explicet. *Ita ex Suario, & Coninch. docet Bonac. d.5. q.5. de ſacr. ſect.2. p.2.* quicquid nonnulli apud Homobonum dicant, quorum ille probabilem ſententiam aſſerit, contrariam veriorem eſſe affirmans.

17 Confeſſionis Sacramentum neceſſarium eſt ad ſalutem tanquam medium, vel in re ipſa, vel in voto ijs, qui poſtquam baptiſmo initiati ſunt, lethali ſcelere ſe obſtrinxerunt; abſq; illo enim, vel in re, vel in voto æternam ſalutem conſequi non poſſunt; præterea pœnitentiæ Sacramentum ita poſt baptiſmum lapſis in lethalem culpam neceſſarium eſt, quemadmodum baptiſmus his, qui illum nondum ſuſceperunt. Sed baptiſmus neceſſarius eſt neceſſitate medij, vel in re, vel in voto. Idem etiam neceſſarium eſt ex vi præcepti, *ita ex Concil. Trident. ſeſſ.14. c.2. D. Thom. 3. p. in addit. q. 6. art.1. Candid. d.24. art.3. dub.3. & alij communiter.*

18 Peccata autem per Sacramentum cõfeſſionis in voto, ideſt per contritionem directam ad futuram confeſſionem dimittuntur; qui enim peccata ſua propter Deum deteſtatur, eadem etiam confiteri tempore ſuo debet. Nam Chriſti Domini merita, ſine quorum virtute nec originarium, nec actuale peccatum dimittitur, operantur, & proſunt nobis per Sacramentorum ſuſceptionem in re ipſa, vel in voto, *ita D. Tho. 3. p. addit. q.6. art.1.*

19 Votum, ideſt deſiderium implicitum ſuſcipiendi Sacramentum pœnitentiæ ſufficit, vt extra Sacramentum per contritionem peccata deleantur; quemadmodum ad remiſſionem peccatorum ante baptiſmum ſufficit votum implicitum baptiſmi, *D. Thom. 3. p. q.69. art.4. ad 2. & in 4. d.17. q.3. art.5. q.1. Suarez tom.4. in 3. p. d.17. ſect.3. n.9. Cand. art.4. d.6.*

20 Peccata venialia propriè quidem materia remota Sacramenti pœnitentiæ ſunt; nam actus pœnitentis, qui ſunt materia proxima Sacramenti, circa ipſa verſari poſſunt; quamquam ad delenda mortalia crimina, confeſſionis Sacramentum præcipuè inſtitutum à Chriſto fuit. Venialia autem confiteri neceſſe non eſt; *D. Hieron. in Iſaiam 3. D. Thom. 3. p. q. 84. art.6. & 2. Nugnus tom.2. in addit. ad 3. p. q.6. art.3. d.2. Cand. art.4. d. 5. Concil. Trid. ſeſſ.14. c.4.*

21 Si quis venialia peccata tantùm ſine vllo prorſus animi dolore confiteatur nullius lethalis culpæ ſibi conſcius, grauiter peccat; Sacramentum enim pœnitentiæ fruſtratur, eiuſque effectum impedit, cum proximam materiam illi non apponat. Idem iudicandum eſt de eo, qui vnum veniale peccatum ſolum confitetur, quod commiſiſſe eum minimè pœnitet; grauem enim iniuriam Sacramento

facit

facit in caſum ad illud accedens ſine deteſtatione peccati, quæ materia ſit Sacramenti proxima, *T. Thom. 3. p. q.84. art.2. Azor. p.1. inſtit. lib.4. c.11. d.1. Lug. d.14. ſ.* 8. non eſt tamen neceſſe confitentem dolere de omnibus peccatis venialibus eiuſdem ſpeciei in confeſſione explicatæ, *Lug. Salas*. ad confeſſioné venialium requiritur propoſitum ſaltem virtuale vitandi illa, quod non compatiatur ſecum voluntatem peccandi.

22 Qui multa venialia peccata confitetur, ex quibus vnum, vel duo tantum propter Deum, vel metu æternæ pœnæ deteſtatur, ac deinceps vitare ſtatuit, abſolui poteſt; vnum enim peccatum veniale ſine alio veniali dimitti poteſt; cum ſit materia ſufficiens, non neceſſaria. Leuem tamen culpam committit, cum materiæ partem non ſufficientem apponat, *Nugn. tom. 2. in 3. p. q.6. art.4. Beia p. 3. caſu §. colliges 3. Candid. diſq. 24. art.5. d. 3. Dian. p.3. tract.4. reſol.* 117. *Lug. d. 14. ſ.8. §. 3.*

23 Veniales culpæ ſola deteſtatione imperfecta, quam attritionem vocant, abſque pœnitentiæ Sacramento expiari poſſunt. *Suarez in 3. p. tom. 4. d.11. ſect. 3. num.11. Coninch. de ſacr. d. 2. dub.14. num. 144. Villalob. Diana ibid. reſol.* 117. contraria etiam ſententia probabilis eſt. *Vaſq. in 3. p. tom.4. d.87. art.16. Dian. l. c.*

24 Confitenti in articulo mortis ſufficit virtuale propoſitum non peccandi amplius incluſum in ſeria peccatorum deteſtatione, vel propoſitum vniuerſale, cum hoc in dolore de peccatis non continetur, *Suar. Fagund. Vuigers, Lugo d. 14. ſ. 5. Diana p. 6. tr. 7. reſol.* 30.

25 Si quis peccatum veniale ſe commiſiſſe confiteatur, quod verè non commiſit, vt ſi verbum otioſum ſe dixiſſe mentiatur, & nullam aliam materiam Sacramento pœnitentiæ ſubijciat, grauis culpæ reus ſit, & abſolutio irrita eſt. *ita Nugnus tom. 2. in 3. p. q.6. art. 4. in addit. d. 1. Cand. art. 5. d. 3. Lug. ſ. 8. d.14. contra Phil. Fabrum in 4. ſent. d.* 17.

26 Qui multa peccata venialia confeſſus alicuius mortalis culpæ obliuiſcitur inculpabiliter; & ſupernaturali attritione tantum effectus abſoluitur, pœnitentiæ Sacramentum verè ſuſcipit; quamuis enim à venialibus tantū directè abſoluatur; indirectam tamen abſolutionem à mortifero peccato, cuius oblitus eſt, conſequitur; quod poſtea ſi recordetur, confiteri debet. *Suarez tom. 4. in 3. p. d. 20. ſect.2. nu.13. Nugnus tom.1. in 3. p. q. 69. art. 10. d. 3. Cand. dub. 4. & alij.*

## Præceptum annuæ confeſſionis, quatenus Eccleſiaſticum eſt, eiuſque obligatio. Cap. XII.

1 OMnes Chriſtiani poſtquam ad rationis vſum peruenerunt, ſemel quotannis Eccleſiaſtica lege confiteri iubentur. Verum qui mortalis culpę conſcius ſibi non eſt, venialia tātum peccata confiteri nullo præcepto diuino, vel humano iubetur. Nullibi enim tale præceptum extat. Eccleſia autem diuinum præceptum, quo mortifera ſcelera confiteri iubemur, intra certum tempus, nempe intra annum impleri tantum iubet, *in capite vtriuſque ſexus, de pœnit. Nugn. tom.2. in 3. p. q.84. art. 2. contra ſe ip-*

*ſum q.6. art.6. diff.6. in addit. ad 3. p. Sotus in 4. d.18. q.1. Suar. in 3. p.tom. 4. d. 36. ſec. 6. nu. 1. Becan. de ſacr. c. 36. q.6. num.3. Diana p.3. tract. 4. reſ. 75. contra Caietanum, opuſc. tom.1. tr.5. q.1. Candid. d. 24. art. 5. d. 1. Azor. lib. 7. p.1. c. 28. d. 3. contra Bonauent. Alenſem, Ricardum, & alios,* licitè poteſt Summus Pontifex relaxare præceptum annuæ confeſſionis alicui ex rationabili cauſa, ſed ſine cauſa non licet. *Occhagauia, Sotus, Vaſq. Diana p.8. tom.1. r.17.*

2 Qui per totum annum nullum mortiferum ſcelus commiſit, ſi Eucharistiç Sacramentum ſumpturus ſit, Parochum ſuum, aliumue confeſſarium adire debet, & ſe nullius peccati reum, vel conſcium eſſe dicere: & ſic Euchariſticæ menſæ accumbere poteſt; in foro enim conſcientiæ homini tam pro ſe, quam contra ſe loquenti fides habenda eſt, & quiſque ex ore ſuo iudicandus: niſi contrarium illius dictis euidenter conſtet. *D. Thom. quodl. 1. art. 12. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 36. ſect. 2. n. 9. Bonac. tom. 1. de ſacr. pænit. d. 5. q. 5. n. 8. Cand. art. 5. d. 1.*

3 Venialium peccatorum confeſſionem Eccleſia præcipere poteſt, non tamen omnium venialium; Eccleſia enim iubere poteſt, quod quiſque vouere poteſt; ſed quiſque venialium confeſſionem vouere poteſt. Deinde cum venialium culparum confeſſio ſit virtutis opus, ideſt religionis actus vtilis, ac ſalutaris, ab Eccleſia iuberi poteſt; verùm cum ad ſusceptionem Sacramenti pœnitentiæ venialium omnium culparum confeſſio neceſſaria non ſit, Eccleſiæ eam præcipiendi poteſtas non eſt. *Sot. in 4. diſt. 18. q. 1. art. 3. Sanchez l. 4. Mor. c. 5. nu. 20. Occhagauia, Caiet. tom. 1. opuſc. tr. 5. q. 1. Azor. p. 1. l. 7. c. 39. d. 4. Syluest. v. Confeſſio, Vaſq. Hurtad. Benzonius, Candid. art. 5. d. 2. Diana p. 8. tract. 1. reſ. 15. Suarez tom. 4. in 3. p. d. 22. ſect. 8. n. 7. contra Canum, Paludanum, Sylueſtrum, Sotum, Henriquium, Rodriquium, & alios.*

4 Benedictini Monachi ſiue albo, ſiue nigro amictu induti incedant, ſemel quolibet menſe peccata ſua confiteri Clementina Conſtitutione iubentur, cui Monachi non obtemperantes, ſi venialia tantum peccata commiſerunt, venialem culpam non effugiunt. Hac enim lege tenentur Monachi, ſiue lethalium, ſiue venialium tantùm peccatorum conſcij ſibi ſint. *Clement. ne in agro dominico, §. ſanè de ſtatu Monachorum. Nugnus addit. q. 6. art. 5. d. 7. Molfeſius, Megala, Caietanus tr. 1. opuſc. tract. 5. q. 1. Sotus, Prapoſitus,* probabile tamen eſt Monachos illos leuiter tantum peccare, ſi lethalium peccatorum confeſſionem menſtruam omittant. *Caietan. tom. 1. tr. 5. Canus, Henriq. Sotus in 4. diſt. 18. quaſt. 1. artic. 3. Villalobos, Diana p. 3. tr. 4. reſol. 125. Candidus diſq. 24. art. 29. dub. 8. Lug. de pœnit. & alij.*

5 Qui confeſſus eſt aliquod peccatum, neſciens, an mortale, an veniale eſſet, ſatisfecit confeſſionis præcepto, nec aliam materiam exhibere debet, niſi alterius peccati mortalis ſibi conſcius ſit; certam enim, ac ſufficientem materiam confeſſioni ſubiecit. *Sanch. l. 4. moral. c. 10. n. 70. Cand. art. 3. d. 2. Lug. & alij.*

6 Cum ex Lateranenſis Concilij Decreto omnes Chriſtifideles ſemel quotannis peccata ſua confiteri, & ſacram Euchariſtiam ſumere ſaltem Paſcatis tempore iubeantur, quicunq;

Pa-

Digitized by Google

Paſcate Euchariſticam dapem comedere aliquo morbo, vel alia de cauſa impeditus nequit, peccata ſua tunc temporis confiteri neceſſario non debet; ſi intra eiuſdem anni ſpatium confeſſus fuerit. Quocunque enim anni tempore annuæ confeſſionis præcepto ſatisfieri poteſt. *Ex cap. omnis vtriuſque ſexus ita Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 90. Sot. in 4. d. 18. art. 4. Valentia tom. 4. d. 7. q. 9. p. 4. Regin. tom. 1. l. 6. c. 2. num. 33. Azor. p. 1. l. 2. c. 38. q. 7. Suarez in 3. p. tom. 4. d. 36. ſect. 3. num. 4. Coninch. de ſacram. d. 5. dub. 7. num. 58. Canus, Molſeſius, Henriq. Victoria, Zerola, Syluius, Nugnus, Sà, Laym. l. 5. tr. 6. c. 5. Nugnus G. Hurtadus cum alijs Dian. p. 4. tract. 4. reſ. 206. Candidus d. 24. art. 8. d. 24. contra Megal. P. Sotum, Mercerum.*

7 Quiſquis natali die Domini, vel alio die intra anni ſpatium confeſſus eſt, annuæ confeſſionis præcepto ſatisfecit; propterea ſi lethalis culpæ expers, & purus ſit, Paſcatis tempore Euchariſtiam abſque præuia confeſſione ſumere poteſt; neque tunc confiteri tenetur, niſi lethalis culpæ ſibi conſcius Euchariſticæ menſæ accumbere velit, vel in maximo mortis periculo verſetur. Conſuetudo enim confitendi Paſcatis, vel Quadrageſimæ tempore propter ſacram ſynaxim introducta legis vim non habet. *Ita Doctores relati. Qui ſola venialia confitetur mortalis alicuius peccati immemor, debet poſtea cum recordatur illud confiteri, quia nondum impleuit præceptum quod confiteri peccata mortalia certa, vel dubia Sacerdoti iubet. Lug. d. 15. ſ. 7. n. 173.*

8 Annum, intra quem Eccleſiaſtico annuæ confeſſionis præcepto obtemperandum eſt, ex communi conſuetudine à præcedentis anni Paſcate, vel Quadrageſima ad ſequentis anni Paſca, vel Quadrageſimam computandum eſſe probabilius videtur. *D. Antonin. 3. p. tom. 14. c. 29. §. 3. Azor. 1. p. l. 7. c. 28. d. 6. Suarez, Mercerus, Candidus diſq. 24. artic. 28. dub. 24.* Quanquam etiam probabile eſt annuæ confeſſionis præcepto à Calendis Ianuarijs vſque ad vltimum Decembris eiuſdem anni diem ſatisfieri poſſe. *Vaſquez in 3. p. tom. 4. q. 90. art. 2. d. 1. Diana p. 4. tract. 4. reſ. 206. & alij.* Ideò ſi quis vltima Decembris, & prima Ianuarij ſequentis hora pœnitentiæ Sacramentum bis confeſſus reciperet, Eccleſiæ præcepto pro præcedenti, & ſequenti anno ſatisfaceret, is enim ſemel quolibet anno confiteretur. *Vaſquez ibid.* Quanquam alij aſſerunt annum ex Lateranenſi Concilio computandum eſſe ab eo tempore, quo quis ſemel confeſſus eſt, ideo ſi quis Calendis Aprilis hoc anno confeſſus ſit, Eccleſiaſtico præcepto ſatisfacit, ſi Calendis Aprilis ſequentis anni confiteatur, itaque ſecundum ſententiam hanc probabilem quiſque toto deinde vitæ ſuæ tempore ſemel confiteri debet intra annum à die, qua confiteri cœpit, computandum. *Ita Sotus in 4. diſt. 18. q. 1. art. 4. c. 1. Nugn. tom. 2. in 3. p. q. 6. art. 5. d. 4.*

9 Pueri cum ad rationis vſum peruenerunt, quod ſeptennio completo, vt plurimum euenit, non ſolum annuæ confeſſionis lege, ſed etiam cæteris Eccleſiaſticis legibus, excepto ieiunij, & Euchariſtiæ ſumendæ præcepto, obligantur. Vt enim naturali, ita Eccleſiaſtica lege tenentur. *Ita Syluest. v. Miſſa vbi de præcepto audiendi Miſſam loquitur, idem de præceptis abſtinendi à carnibus & lactarijs. San-*



Digitized by Google

*ohez l.1. Moral. c.12. num.6. Angles Flor. 1. p. q.6. de ieiunio d.6. Candid. d.24. art.28. d.22.* Quanquam probabiliter nonnulli exiſtimant pueros non ſtatim, ac rationis vſum adepti ſunt, Eccleſiaſticis legibus obligari. Nam conſuetudo obtinuit, vt parum poſt rationis vſum lactaria illis etiam diebus, quibus ea vetantur, præbeantur. *Henriq. l.3 de excom. c.49. n.2. l. N.*

10 Neque etiam improbabile eſt, pueros mares Eccleſiaſticis præceptis vſque ad decimum annum cum dimidio, & aliquantulum vltra, fœminas vero vſque ad nonum, & dimidium annum, & aliquantulum amplius Eccleſiaſticis præceptis non ſubijci. *idem D. Ant. 2. p. 1. q. 18. §. 2.* Laxa verò nimis eſt ſententia Soti aſſerentis pueros vſq; ad duodecimum annum Eccleſiaſticis præceptis non teneri. *Sot. in 4. diſt. 12. q. 1. art. 11.* licet neminem Eccleſia ante duodecimum, vel quartumdecimum annum ad annuam confeſſionem per cenſuras cogat, quamuis, peccare omittentes annuam confeſſionem, ſciat. *Sotus diſt. 18. q. 1. Suar. tom. 4. d. 36.*

11 Impuberes annuæ confeſſionis legem tranſgredientes non ſunt obnoxij excommunicationis cenſuræ ab Epiſcopo, vel particulari Synodo latę, vel conſtitutæ in Eccleſiaſtici præcepti de annua confeſſione tranſgreſſores, etianſi contra diuinum præceptum peccent; in pueris enim relinqui ſolet inultum, quod in alijs progreſſionibus ætatis humanæ leges ſeuerius puniendum ducunt. *c. 2. de delictis puerorum, Corduba ſum. q.6 P. Occhagauia tr. 2. de Euch. q.7. G. Mercorus de ſacr. in 3. p. D. Thom. q.6 art. 5. Homob. vol. 2. p. 5. r. 126. Sotus, Nugnus tom. 2. q. 16. art. 5. d. 1. Candid. diſq. 24. art. 28. d. 18. Comitolus, Vgolinus, Dian. p. 4. tr. 4. r. 207. contra Hurtadum.* Pueri etiam à cenſura per iudicem lata excuſantur, non tamen à cenſura canonis. *Filiucius tom. 1. tr. 7. c. 3. nu. 72. Nugnus in 3. p. q.6. art. 5. d. 1. & alij.*

12 Sicut cæteri Principes obligantur legibus quantum ad directionem, non quātum ad coactionem, ita Summus Pontifex annuæ confeſſionis lege obligatur ſecundum vim directiuam, non coactiuam; alijs enim exemplo prælucere in legum obſeruatione debet, quanquam eas obſeruare pœna cogendus non eſt. Grauiter tamen peccaret, ſi legem hanc confeſſionis non adimpleret, ſique impoſitam ſibi pœnitentiam non faceret. *Nugnus tom. 2. in 3. p. q.6. art. 5. Azor. p. 1. l. 7. cap. 29. d. 13. Candid. d. 24. art. 28. d. 23. Occhagauia, Panormitanus in c. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. Gloſſa in c. ſanè 11. de officio delegati, Opatauius contra Richardum, Scotum Dian. p. 8. tom. 1. reſ. 21.*

13 Eum, qui culpa ſua irritam confeſſionem facit, annuæ confeſſionis legi ſatisfacere, neq; Synodalis, neq; Epiſcopalis cenſuræ in inconfeſſos eo anno latæ notam contrahere, probabilis Doctorum ſententia eſt; Eccleſia enim exteriorem tantum confeſſionis actionem iubere poteſt, cum interiores mentis actus non iudicet. Præterea peccatorum venia, cum ſit finis præcepti, non præcipitur. *Paludanus in 4. d. 17. q. 7. Gabriel ibidem Alenſis p. 3. q. 77. nu. 5. art. 7. Syluestr. v. confeſſ. 4. nu. 3. Victoria, Fagundez, Pitigianus, Diana p. 3. c. 4. reſ. 120.* Contraria tamen ſententia probabilior eſt; eandem enim confeſſionem Eccleſia, quam Deus, præcipit; ſed

di-

Digitized by Google

diuino præcepto non ſatisfacit, qui fictè, vel ſine dolore malè confeſſus pœnitentiæ Sacramentum verè non ſuſcipit. igitur nec humanum, & Eccleſiaſticum præceptum adimplet. præceptum confeſſionis diuinum eſt, quod ab Eccleſia ad tale tempus determinatur. *Vt ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 5. Sotus in 4. diſt. 18. q. 3. art. 3. cap. 3. Nauar. c. 10. nu. 4. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 36. ſect. 7. Filiuc. tr. 67. c. 17. num. 64. Laym, l. 5. tr. 6. c. 5. nu. 10. Nugnus, Medina, Faber. Comitolus l. 1. q. 19. Sà, Syluius, Cand. diſq. 24. art. 28. d. 29. & aly docent.*

14 Probabilius etiam exiſtimo, hominem inualide confeſſum excommunicationi in inconfeſſos latæ obnoxium non eſſe, etianſi Eccleſiaſticum præceptum ab eo non impletum eſſe, probabilius ſit. Eccleſia enim eos, qui aliquo modo obediunt, excommunicationis gladio non ferit. *Henriq. lib. 4. cap 4 §. 1. Sà v. confeſſ. Diana ibid. contra Fagundinum, Suarium ibidem, Nugnum in 3. par. tom. 2. quæſt. 6. art. 6. Candidum dub. 39.* Quamuis autem confeſſio nullius momenti fuerit, nihilominus reſeruatorum criminum reſeruatio à confeſſario iuriſdictionem, & abſoluendi poteſtatem habente ſublata eſt. *Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 5. Coninch. de ſacram. d. 8. d. 12. num. 91. Diana, Pelliz, Giragus, & alij.*

15 Qui Sacerdotem à confeſſionibus ſibi defore præuidet, cum annuæ confeſſionis præceptum vrgebit, pœnitentiæ Sacramentum anticipare debet, quemadmodum, qui feſtis diebus hora ſexta, vel nona ſacrum ſe audire non poſſe præuidet, anteuertere tempus, & rei ſacræ, qua poteſt hora, intereſſe debet: *ita Doctores, quos citat, ac ſequitur Suarez tom. 4. d. 36. ſect. 5. Layman lib. 4. tract. 6. cap. 5. num. 9. Fagundez D. Antoninus, Durandus, Canus, Nauarrus, Ledeſma, Candidus, Diana par. 3. tract. 4. reſ. 69. Lug.* contraria etiam ſententia probabilis eſt. *Azorius, Ioan. de la Cruz. par. 2. ſacr. pœnit. quæſt. 3. d. 3. cap. 2. & aly.*

16 Qui annuæ confeſſionis legi non paruit, quamprimum parere debet; annus enim non præſtitutus eſt ad finiendam legis obligationem, ſed ad ſollicitandam eiuſdem obſeruationem. Nec pure Eccleſiaſticum, & humanum eſt hoc præceptum, ſed tantum determinat tempus ad obſeruandum præceptum Diuinum, quod quidem tranſacto anno inconfeſſos magis obligat; nam tunc maior eſt neceſſitas. *ità Nau. cap. 21 num. 45. Suarez in 3. part. tom. 4. d. 36. ſect. 4. num. 2. Laiman lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 8. Valentia tom. 4. d. 7. quæſt. 9. par. 4. Coninch. de ſacram. d. 5. dub. 8. num. 63. Nugnus, Fagundez, Villalobos, Henriquez, Candidus, Victoria num. 137. Sotus in 4. diſt. 18. quæſt. 1. art. 4. Diana ibid. reſol. 130. Filiucius tom. 1. tract. 7. cap. 3. num. 55.* Idem dicendum eſt de eo, qui Euchariſtiæ Sacramentum per annum non ſumpſit. Contrariam tamen ſententiam non improbabilem Doctores grauiſſimi tuentur. *D. Antoninus par. 2. tom. 9. cap. 9. Syluest. v. Euchar. 3. quæſt. 15. Tabiena, Filiucius, Diana, Megala, & alij;* præceptum enim, quo aliquid certo, & ſtatuto tempore fieri iubetur, eo elapſo amplius non obligat, vt præceptum Ieiunij, diuini Officij perſoluendi, Miſſæque audiendæ. *ità Filiucius, Megala.* Aſt hoc de præcepto merè Eccleſiaſtico affirmatiuo

tiuo aſſeri poteſt, non de diuino, cuius implendi tempus Eccleſia tantum deſignat.

Quod de confeſſione diximus, idem de Euchariſtiæ Sacramento dictum accipe.

17 Qui in periculo mortis conſtitutus, cum lethalis culpæ ſibi conſcius eſſet, confeſſione Sacramentali ſe non expiauit, elapſo periculo quamprimum confiteri neceſſario non debet, ſublato enim damnationis periculo confitendi obligatio reſpectu illius ceſſat. *Bonacina de ſacram. d. 5. quæſt. 5. ſect. 2. par. 4. num. 28. contra Henriquium lib. 4. cap. 4. num. 5.*

18 Si circunſtantia, vel conditio temporis addita ſit alicui præcepto Eccleſiaſtico in honorem alicuius diei, vel temporis, vt præcepto diuini officij, Ieiunij, vel diei feſti accidit, tempore, vel die illo elapſo, præcepti obligatio ceſſat; ſi verò circunſtantia illa, vel conditio temporis appoſita ſit ſimpliciter, abſque reſpectu vllius temporis, præterquam ne res præcepta diutius differatur, elapſo tempore præſtituto præcepti obligatio adhuc viget; circumſtantia enim temporis appoſita eſt, non vt præceptum amplius non obliget, ſed vt citius perficiatur, quod omnino faciendum eſt. Tale autem eſt præceptum annuæ confeſſionis, & communionis. *ità ex D. Thoma in 4. diſt. 17. quæſt. 3. artic. 1. Azor. par. 1. lib. 7. cap. 28. quæſt. 8. Candid. loc. cit. dub. 26.* Contrariam etiam ſententiam non improbabilem eſſe dixi ſuperius *n. 45.*

19 Qui in annua confeſſione poſt diligentem conſcientiæ diſcuſſionem aliquot peccatorum oblitus eſt, ſi eorum poſtea reminiſcatur, eorundem confeſſionem in ſequentem annum differre poteſt: confeſſus enim ea, quorum recordatus eſt, annuæ confeſſionis legi ſatisfecit. Si verò iuſta de cauſa peccata aliqua ſiluit, ea quamprimum confiteri debet. Eccleſia enim iubet quolibet anno peccata confiteri, quæ adhibita diligentia memoriæ occurrunt. *Nauarr. cap. 2. num. 10. Tolet. lib. 3. cap. 8. num. 1. Syluest. v. confeſſio 1. num. 3. Suarez tom. 4. d. 36. ſect. 4. Filliuc. tom. 1. tract. 7. cap. 3. num. 54. Layman lib. 1. tract. 7. cap. 8. Villalob. Syluius, Io. Crux, Victoria, Sotus, Nugnus, Dian. part. 3. tract. 4. reſol. 124. Candid. diſp. 24. art. 28. dub. 29. & alij.*

20 Qui mortifera peccata à ſe perpetrata Sacerdoti iuſta de cauſa confiteri non debet, vt præceptum annuæ confeſſionis adimpleat, venialia confitendi obligatione non tenetur; nulla enim lex diuina, vel humana veniales culpas confiteri iubet. *Suarez in 3. p. tom. 4. d. 36. ſect. 6. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 90. artic. 2. Laym. l. 5. tr. 6. cap. 5. n. 18. Fagundez contra Nugn. in addit. ad 3. p. q. 6. art. 6. dub. 1. Candidum d. 24. artic. 29. d. 6.*

21 Quinetiam venialium confeſſionem ab Eccleſia iuberi non poſſe nonnulli probabiliter aſſerunt. *Paludan. in 4. d. 17. q. 2. art. 4. Syluest. v. confeſſio 1. q. 13. Sotus in 4. d. 18. q. 1. Henriq. l. 4. cap. 4. Rodriq. qq. Reg. tom. 1. q. 62. art. 1.* contraria tamen ſententia, quam modo aſſerui, probabilior eſt. *Suar. in 3. p. tom. 4. d. 22. ſect. 8. Nauar. Vaſq. Benzonius, Cand.*

22 Pęnitens ille, cui Parochus iniuſtè denegat poteſtatem confitendi alteri Sacerdoti, poteſt nihilominus alteri confeſſario confiteri, & ab eodem abſolui præſertim cum peccata Parocho ſuo ſine ſalutis, vel famæ periculo

lo in confeſſione aperire nequeat; iure enim petita ipſo iure conceſſa videntur. Parochi defectum ſupplet Epiſcopus, religioſi verò præſulis defectum generalis Religionis antiſtes ſupplet, aut Summus Pontifex, & iuriſdictionem alteri confeſſario præbet. *Paludan. in 4. d. 17. q. 3. art. 3. Maior, q. 2. col. 6. Richard. art. 3. q. 7. Adrian. in 4. q. 5. d. 3. Sylueſt. v. confeſſ. 1. q. 6. Tol. l. 3. cap. 13. Henriq. l. 6. c. 13. n. 4. Dian. loc. cit. reſ. 79.* Contra etiam aliorum ſententia probabilis eſt, ſecundum quam pœnitens alteri Sacerdoti confiteri, à Parocho prohibitus, ſi annuam confeſſionem omittat, Eccleſiæ præceptum non violat. Immò ſi eum peccatorum ſuorum propter Deum verè pœniteat, Euchariſtię Sacramẽtum ſumere poteſt inconfeſſus. *Ita Alenſis, Sotus, Medina, Filiarch, Lamas, Suar. Nau. Laym. l. 5. tr. 6. c. 13. num. 3. Villal. Dian. ibid.*

23 Qui annuam confeſſionẽ omiſit, toties non peccat, quoties oblata confitendi opportunitate non confitetur, niſi præceptum contemnat, ſed peccatum ſuum grauius tantummodo reddit, quo tandiu obſtrictus manet, quandiu confeſſionem differt. *Valentia tom. 4. d. 7. q. 9. p. 4. Molfeſ. Laym. l. 5. tr. 6. cap. 5. nu. 8. Nugnus, Villal. Dian. p. 3. tr. 4. reſ. 135. Cand. diſq. 24. art. 28. d. 32. contra Bonac. de ſacr. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 4. n. 30.*

24 Venialium culparum confeſſione Eccleſię pręcepto non ſatisfieri probabilius eſt, propterea ſiquis ineunte anno venialia peccata confeſſus ſit, deinde in lethalia ſcelera lapſus, illa intra annum confiteri, vt præcepto Eccleſiæ pareat, debet. *ità Hurt. de pœnit. d. 7. Dia. part. 4. tract. 4. reſol. 206. Merc. in 2. part. D. Thom. de ſacr. quæſt. 6. artic. 5. num. 3. contra Occhaganiam.*

25 Qui ſemel confeſſus eſt mortalia crimina, quorum conſcientia premebatur, confeſſionis tempore, annariæ confeſſionis legi ſatisfecit, quæ mortalia peccata, quorum quis recordatur, confiteri ſemel quotannis iubet. Non verò omnia peccata mortalia, quæ quis in anno committit vna, aut pluribus confeſſionibus. Cętera verò peccata poſt confeſſionem, qua Eccleſiæ præcepto ſatisfactum eſt, confiteri debet, qui Eucheriſtiam ſumere vult. *Hurtadus de ſacram. d. 7. d. 11. Diana part. 4. tract. 4. reſ. 206.* & hoc probabile putant. *Bonacina de ſacr. d. 4. quæſt. 7. part. 2. num. 11. Marc. in 3. part. D. Thoma de ſacram quæſt. 6. contra Henriq. Suar. tom. 4. in 3. part. d. 36. ſect. 3. Cand. d. 24. art. 28. dub. 38. & alij.*

26 Nulla pœna ante iudicis ſententiam ſubeunda iure communi ſtatuta eſt in eos, qui annuam confeſſionem præcipienti Eccleſiæ non obediunt, ſed tantum decretum eſt, vt inconfeſſi legis huius violatores ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur, Eccleſiaſticaque ſepultura priuentur: ad hæc autem ſententia iudicis requiritur: alicubi tamen per Conſtitutiones Synodales, & Epiſcopales excommunicationis pęna ſtatim infligitur legis huius tranſgreſſoribus, *ex capit. omnis vtriuſque ſexus, Canus de pœnit. part. 5. Suarez tom. 4. in 3. part. d. 36. ſect. 8. num. 2. Nugnus tom. 2. in 3. part. quæſt. 6. art. 6. diſt. vltima. Candid. dub. 20.*

27 Qui confeſſionem informem quidem, ſed ratam, ac validam facit, Eccleſiæ præcepto ſatisfacit; Sacramentum enim pœnitentiæ verè ſuſcipit. Eccleſia autem præcipit ſubſtantiam



Digitized by Google

tiam actus, non modum. *Nugn. ibid. artic. 5. dif. 6. Candid. dub. 30.*

28 Confeſſionis Sacramentum informe recipitur, cum ob defectum debitæ præparationis diuinæ gratiæ formam, ac decorem pœnitentis anima non recipit, quod tunc accidit, cum ex negligentia, vel inſcitia culpabili peccator ſcelera ſua non ſatis deteſtatur, ac dolet; vel defectu diligentiæ in conſcientiæ diſcuſſione aliquorum peccatorum lęthalium obliuione captus non omnia confitetur, quæ tamen confiteri vellet, ſi eorum recordaretur. Tunc quidem rata, ac firma confeſſio eſt, nec eam, licet informis ſit, iterare oportet. Quemadmodum enim alia Sacramenta, vt baptiſmus, ordo, & matrimonium abſque fructu cœleſtis gratiæ, integra tamen ſecundum ſubſtantiam culpa ſuſcipientis interdum recipiuntur, ità pœnitentiæ Sacramentum abſque gratiæ diuinæ fructu interdum ſuſcipitur, & informe, ideſt forma charitatis, & gratia carens dicitur, omniaque ad Sacramenti huius rationem ſpectantia habet. *Sotus in 4. d. 18. quæſt. 3. artic. 2. & 3. S. Thom. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. Capreolus, Palud. Canus, Sylueſt. Ricard. Tolet. Caiet. in 1. tom. opuſc. tract. 5. quæſt. 5. Nugnus in 3. part. tom. 2. quæſt. 9. artic. 1. Ioan. à Cruce, P. Fay, Simplician. M. & P. Ledeſm. Couar. Henriq. lib. 5. cap. 11. Diana part. 3. tract. 4. reſol. 65. Candid. d. 24. artic. 27. d. 1. Sayr. de pœnitent. cap. 14. num. 2. Lugus d. 14. ſect. 6. contra Suarium in 3. part. tom. 4. Vaſquez, Layman, Coninch. d. 4. de ſacram. d. 5. num. 40. Vegam, Fagund.*

29 Sacramentum dicitur informe, quod non producit gratiam, quam charitas conſequitur, quaſi forma, qua cęteræ virtutes, & dona formata dicuntur: deficiente verò caritate informia ſunt; ità Sacramentum gratiæ, & charitatis forma carens informe appellatur. *Nugn. tom. 2. in 3. pa. quæſt. 9. Cand. ibidem dub. 1.* Si quis igitur pœnitentia imperfecta, ſed ſupernaturali, quam attritionẽ vocant, affectus omnia peccata memoriæ occurrentia confiteatur, ad quorum recordationem, aliquam, non ſufficientem diligentiam adhibuit, quam tamen ipſe ex ignorantia ſua, licet culpabili, ſufficientem iudicauit, tunc confeſſio valet, nec repetenda eſt, quamuis informis ſit. In ea enim adeſt vera materia proxima Sacramenti pœnitentiæ, hoc eſt attritio ſupernaturalis, vera forma, & intentio miniſtri abſoluentis, vt ſupponitur: igitur verum, ac ratum manet Sacramentum; licet informe ſit; quandoquidem confeſſio integritate debita caret. Hanc ſupplebit pœnitens ſolum accuſando ſe de peccatis, quorum oblitus eſt, ac de negligentia in diſcuſſione conſcientiæ. *ità Nugnus ibid. Sayr. Cand. dub. 2.*

30 Qui annuam confeſſionem, vel communionem in Paſcate omiſit, ſiue alterutram, ſiue vtranque prætermiſit, obnoxius eſt pœnis iure communi ſtatutis, & cenſuris Epiſcopalibus, ac Synodalibus in violatores præcepti annuæ confeſſionis, & communionis. *Vt conſtat ex capit. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitentijs, & remiſſionibus, Nugnus tom. 2. in 3. part. quæſt. 6. artic. 6. Henriq. de pœnitent. lib. 4. cap. 5. num. 1. Candid. d. 24. artic. 2. d. 20. contra Medinam,* aſſerentem pœnas iure communi ſtatutas eſſe contra omittentes ſacram communio-

munio-

Digitized by Google

miniſtrationem, non verò confeſſionem, *in capit. omnis*.

31 Qui confeſſionem, quam ſuperiori anno facere ex præcepto Eccleſiæ debebat, in præſentem annum diſtulit, vnica confeſſione peccatorum, quæ ſuperiori, & præſenti anno commiſit, Eccleſiaſtico præcepto annuæ confeſſionis ſatisfacit. Nam conſuetudine receptum eſt, vt qui multis ſuperioribus annis confeſſus non eſt, nec ſacra ſynaxi refectus eſt, vnica confeſſione ſequenti anno ſe expiet, & vnica communione ſatisfaciat. *Bonac. de ſacr. d.5. q.5. p.4. nu.31. Cand. art.28. dub.27. contra Nugnum*.

32 Tempus Paſcatis, quo Chriſti fideles omnes Eucharisticum panem comedere debent vi legis Eccleſiaſticæ quindecim dies, à die Dominico Palmarum vſque ad octauum Reſurrectionis diem computandos complectitur. *Eugenius Quartus. Syluest. v. Euch. Caiet. v. Communio. Azor. p.1. l.7. cap.41. d.2. Cand. diſq.24. artic.28. d.17. & alij*.

33 Summus Pontifex relaxare poteſt Eccleſiaſticum præceptum annuæ confeſſionis prorogando terminum, ſeu tempus illius, vt abſque peccato confeſſio vltra annum differatur; non enim conſtat, annuam confeſſionem, quam Eccleſia quotannis fieri iubet, ad hoc tempus iure diuino determinatam eſſe. *D. Thom. 3. p. in addit. q.6. art.6. Cand. d.24. art.29. d.4.* Probabile eſt, Pontificem abrogando leges ſuas, vel diſpenſando in ijs ſine cauſa, peccare venialiter. *Brunnius tr.12. q.2. Villalob. Lorca. Sotus*.

34 Quamuis Summus Pontifex neminem à diuino præcepto confeſſionis eximere poſſit, quoniam hoc Sacramentum pœnitentiæ, ſicuti & baptiſma ad conſequendam æternam ſalutem neceſſarium eſt: nihilominus tempus accidere poteſt, quo Summus Pontifex interpretari, ac declarare poſſit, aliquem ſpectatis circunſtantijs diuino confeſſionis præcepto non obligari. Vt ſi vir prudens, ac doctus Chriſtianæ fidei propagandæ ſtudio incenſus in aliquo regno ad conuerſionem regnicolarum omnium neceſſarius ſit, vbi per multos annos ob inopiam Sacerdotis, confiteri non poſſit. Tunc Sūmus Pontifex declarare poſſe videtur huiuſmodi virū diuino confeſſionis præcepto non obligari. bonum enim vniuerſale totius regni priuato bono anteferendum eſt. Itaque ſi vir huiuſmodi ad conuerſionem, & ſalutem regni neceſſarius peccatum à ſe commiſſum propter Deum contritione, vel attritione, quam contritionem putat, deteſtetur, nec periculum ſit, vt iterum in lethale ſcelus relabatur, Euchariſtiæ Sacramentum conficere, ac ſumere inconfeſſus poteſt; nam ſic etiamſi ſola attritione de peccatis ſuis doleat, credens ſe contritione affectum, Euchariſtiam ſumendo primam gratiam recipit, ac iuſtus coram Deo fit. *Ita Cand. ibid. d.5. Sotus, Nugn. tom.2. in 3. p. q.6. art.6. Occhauia, Suarez, Coninch. Diana p.8 tract.1. reſol.17. Hurtad. & alij*.

35 Per interpretem, vel per ſcripturam, vel plublicè peccata ſua nemo Sacerdoti confiteri, ſi aliter nequeat, Eccleſiaſtica lege iubetur, etiamſi ſurdus, vel mutus, vel elinguis ſit; modus enim ille confitendi inuſitatus eſt, & periculoſæ aleæ plenus. Sed ſatis eſt, ſi pænitens peccata ſua, vt Dei ſummopere dilecti offenſas, deteſtetur; præcepta enim Eccleſiaſtica cum mortis, & infamiæ periculo non obligant,

Digitized by Google

gant. *Ita ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. & Concil. Later. Filiuc. tr. 7. cap. 3. num. 62. Laym. l. 5. t. 6. cap. 6. Vaſq. tom. 4. in 3. partem quaſt. 99. art. 99. art. 4. d. 3. Coninch. Turrianus, Sotus in 4. d. 18. q. 2. Fugundez, Villalobi Molfeſ. Valent. Io. Cruz, Sancius, Gand. d. 24. art. 29. d. 10. Dian. p. 5. tract. 3. reſ. 72. & p. 3. t. 4. reſ. 128. contra Nugn. P. Sot. Gabr. Becan. & alios.*

36 Si pœnitens in periculo, aut articulo mortis contritione peccata ſua deteſtatur, vel ſe perfectè pœnitere probabiliter exiſtimet, confiteri per interpretem neceſſario non debet; non enim Deus cum tanto onere quenquam obligat. Verum ſi dubitet, an perfectè peccata ſua deteſtetur propter Deum, per interpretem, vel etiam palam aliis, ſi opus ſit, nec aliter poſſit, confiteri ex charitate debet, ne ſe æternæ damnationis periculo exponat. Illa tamen peccata, quæ grauioris infamiæ notam inurere poſſunt, ſubticere poteſt, & aliqua venialia ſpeciatim, mortalia verò omnia generatim confiteri; tunc enim confeſſionem ſecundum formam integram eſſe, non ſecundum materiam neceſſe eſt! Veruntamen inſtante morte, tutius eſt depoſito pudore, adhibitoq; interprete peccata ſua omnia Sacerdoti detegere; quæ perpetuo ſilentio apud vtrumque tegenda ſunt; & confeſſionis ſigillo obſignanda. *ita contra Turrianum Doctores citati. Vaſq. in 3. p. tom. 4 q. 19. art. 4. d. 3. num. 6. Nugn. in addit. ad 3. p. q. 9. art. 3. dif. 1. Laym. l. 4. tr. 6. n. 5. Fagund. Henriq. Diana p. 5. tr. 3. r. 71. P. Sotus, Canus, Syluest. Granad. in 3. p. c. 7. t. 9. d. 4. Cand. diſq. 24. art. 29. d. 9. Bonac. de ſacr. d. 5. q. 5. ſect. 2.*

37 Si quis raucus, vel gutturis, aut faucium dolore laborans ægrè loqui poſſit, peccata ſua per ſchedulam præſenti Sacerdoti aperire, ab eoque abſolui poteſt; nec cogendus eſt voce confiteri. *Laym. l. 5. tr. 6. c. 6. num. 3. Dian. p. 3. t. 4. r. 127.*

38 Si quis, vt verecundiæ ſuæ conſulat, peccata ſua in pagina deſcripta Sacerdoti legenda tradat, ac de illis ſe ipſi præſenti accuſet, grauiter non peccat; conſuetudo enim ore proprio confitendi tam arctè non obſtringit, vt, qui pudore impeditus eam non ſeruet; grauis culpæ reus cenſeatur. *Ita Coninch. de ſacr. d. 6. d. 1. c. 5. Vaſquez in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 4. d. 4. Laym. Molfeſ. tom. 1. tr. 7. c. 12. Fagund. Villal. Dian. contra Syluium, Filliuc. Suarum in 3. p. tom. 4. d. 21. ſect. 3. num. 5.*

39 Non ſolum ob naturalis, ſed etiam ob moralis potentiæ defectum, & inſolitam difficultatem quiſpiam excuſatur, quiſpiam excuſatur, nec peccat, ſi annuæ confeſſionis legem non obſeruet. Vt ſi quis Sacerdotem non habeat, niſi per longum iter illum abſentem adeat; quæ verò, & quanta difficultas excuſet, prudentis viri arbitrio iudicandum eſt; piiſſimus enim dominus fideles ſuos cum tam graui incommodo non obligat, *qui dixit iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, Nugnus in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 6. art. 6. Henriq. de pœnit. l. 4. c. 4. n. 4. Candid. d. 24. art. 29. d. 9.* Idem de præceptis ſumendæ Euchariſtiæ, audiendique Miſſam dicendum cenſeo; par enim vtriuſque ratio militat.

40 Qui ſub ſacro ſecretæ confeſſionis ſigillo peccata ſua Sacerdoti aperire nequit, annuæ confeſſionis lege non obligatur; vt ſi confeſſarius ſurdus ſit, vel ſi pœnitens in naui peri-

cli-

elitante nonniſi audientibus alijs peccata ſua confiteri queat; poteſt tamen ſic confiteri, ſi velit. *Caietan. v. confeſſ. Sotus in 4. d. 14. q. 2. art. 6. c. 2. Candid. diſq. 24. art. 29. d. 9.*

41 Si pœnitens commodè, ac ſine periculo confiteri per ſcripturam coram Sacerdote, & non aliter valeat inſtante tempore annuę confeſsionis ex præcepto faciendæ, debet eo modo, quo poteſt ſine periculo per ſcripturam confiteri; ſtatim enim, ac confeſſus fuerit, ſchedulam, in qua peccata ſcripta ſunt, perſtringere poteſt. Media autem opportuna ad iuſſa facienda adhibenda ſunt, cuiuſmodi eſt ſcriptura ad confeſsionem, quæ aliter fieri nequit. *Caiet. v. confeſſio condit. 11. Nugn. tom. 2. in 3. p. q. 6. art. 6. d. 3. Henriq. l. 4. pœnitentia. Cand. loc. cit. dub. 10. & alij.*

42 Quamuis per deteſtationem ſcelerum propter Deum homo ex peccatore iuſtus fiat, nihilominus per contritionē ſolam Eccleſiaſticæ confeſsionis legi non ſatisfacit. Propterea, ſi poſt actum contritionis confeſſarius ſuperueniat, pœnitens confiteri ratione præcepti debet; nam poſt Euangelicam legem non datur vera contritio niſi ad confeſsionem directa ſit. *Cand. ibi. art. 28. dub. 41. & alij.*

43 Si quis peccatum ſuum cōfiteatur, nec dubitationem, qua tenetur, an illud aliàs confeſſus ſit, explicet, confeſsio valet; certam enim abſolutionis materiam abſq; mendacio ſuggerit. *Ita Sanchez, Coninch, Bonacina, quos citat, ſequiturq; Homob. conſult. vol. 2. c. 5. r. 132. Diana p. 4. t. 3. reſ. 65. & alij.*

44 Infideles, aut Cathecumeni ad Sacramentalem confeſsionem nulla lege obligantur; Eccleſia enim iudicium exercet tantum in eos, qui priùs baptiſmo initiati ſunt. *Sotus in 4. diſt. 18. q. 1. art. 3. cap. 1. Reginal. l. 6. nu. 42. Sanch. mor. l. 1. c. 12. nu. 15. Henriq. Nugn. Medina, Zerola, Vaſquez, Bonac. de ſacr. d. 5. q. 5. ſ. 2. p. 4. num. 5.*

45 Ille, quem pudet peccatum aliquod poſt vltimam confeſsionem à ſe commiſſum Sacerdoti confiteri, poteſt illud inter alia peccata, quæ antea confeſſus eſt, in generali confeſsione detegere, & abſolui. Quemadmodum enim peccati à ſe commiſſi confeſſus, vel dubius non peccat, niſi dicat ſe aliàs illud confeſſum eſſe, vel dubitare, an confeſſus fuerit, ita pœnitens peccati poſt confeſsionem vltimam commiſſi circūſtantiam hanc in generali confeſsione ſilere poteſt, illudque inter alia peccata confiteri, niſi aliqua circunſtantia, quæ ſpeciem mutet peccati, adſit. *ita ex Sanchio, & Coninch. Bonacina diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 2. part. 2. §. 3. d. 4. num. 5. Diana p. 3. tr. 4. reſ. 62. & alij.*

46 Qui duobus Sacerdotibus peccata ſua confitetur, alteri venialia, alteri mortalia, vt bonam exiſtimationem apud alterum ſeruet, neque hypocriſis, neque mendacij, neque alius peccati arguendus eſt; niſi ob id proximam grauiter peccandi occaſionem, ac periculum non euitet. Imprudenter verò Sacerdotes illi agunt, qui pœnitentes alijs quandoque confiteri, quàm ſibi commiſſa peccata, ægrè ferunt; ſola autem peccata mortalia, quæ vni confitetur, confeſſionis integritati ſatisfacit. *Nugnus tom. 2. in 3. part. quæſt. 9. artic. 2. diſ. 1. Candid. d. 24. artic. 22. d. 5. Suarez, Layman, Coninch. Henriq. Villalob. Fagundez, Diana, & alij.*

Præ-

Digitized by Google

## Præceptum confeſſionis, quatenus diuinum eſt, eiuſque obligatio. Cap. XIII.

1 PRæceptum confeſſionis ex iure diuino poſitiuo eſt in Euangelica lege à Chriſto domino latum, cum eius neceſſitatem in ſola Sacerdotum abſoluendi à peccatis poteſtate concluſit. Et Sacerdotibus Chriſtus facultatem dedit remittendi peccata, & retinendi obligationem eadem confitendi Fidelibus impoſuit. Illa omnes Fideles ratione vtentes, & lęthalis culpæ ſibi conſcij obligantur, præſertim in articulo; ac periculo mortis, niſi paulo ante confeſſionem Sacramentali expiati nullius mortiferæ culpæ labe ſe poſtea inquinarint; tunc enim obligat præceptum confeſſionis, cum maxima neceſſitas poſtulat, qualis eſt in articulo, aut periculo mortis, dicente Iacobo 5: *confitemini alterutrum peccata veſtra. Concil. Triden. ſeſſ. 14. cap. 4. Filiuccius tra. 7. cap. 3. Candid. diſq. 24. artic. 28. d. 1. Lug. & alij.*

2 Quicunque etiam lęthali ſcelere obſtrictum ſe nouit, confeſſionis Sacramento purificare ſe, ac probare debet, quotieſcunque Euchariſtiæ Sacramentum ſumpturus eſt, vt monet Diuus Paulus ad Corinthios ſcribens: *probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat &c.* probationem autem hanc fieri confeſſionis Sacramento Eccleſiaſtica conſuetudo declarat. *Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. D. Thom. in diſt. 16. Syluest. verbo Euchariſtia 3. num. 6. quaſt. 14. V. Cand. ibi. dub 51. Tambur.*

3 Qui lęthalis culpæ ſibi conſcius ſine præuia confeſſione Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipit, vnum tantum peccatum mortiferum committit, ſi confeſſio tunc temporis propter ſacram communionem tantum facienda ſit; vbi enim vnum eſt propter aliud, eſt vnum tantum; ſed qui inconfeſſus Euchariſtiam indignè ſuſcipit, ideo peccat, quia confeſſionem lęthalis culpæ omiſit neceſſariam ante Euchariſtiæ ſumptionem; quod ſi annuæ confeſſionis præceptum vrgeat, tunc temporis neceſſario implendum, & nihilominus omiſſa confeſſione quiſquam diuinum Panem, hoc eſt, Chriſti corpus indignè manducet, duplici ſcelere ex violatione duplicis præcepti ſe obſtringit, nempè confeſſionis omiſſione, & indigna Euchariſtiæ ſumptione. *ita Nugnus tom. 1. in 3. part. quaſt. 88. artic. 4. diſ. 3. d. 1. Turrianus de pœnitent. qu. 6. artic. 5. d. 21. Diana part. 3. tract. 4. reſ. 35. & alij.*

4 Qui annuam confeſſionem ſtatuto ab Eccleſia tempore non facit, vel inualidam facit, quamuis diuinum, & humanum præceptum transgrediatur, quia tamen hoc propter illud eſt, vnum tantum peccatum mortale committit; ſicut qui Clericum occidit ius diuinum in quinto Decalogi præcepto expreſſum, nec non ius Cęſareum, ac Canonicum violat, & tamen vnum tantum homicidium ſacrilegum perpetrat; ius enim Ciuile, & Eccleſiaſticum iuri naturali ſubordinantur, ac ſubſeruiunt. *ita Fagundez præcepto 2. lib. 3. cap. 5. num. 8. Henriq. lib. 2. de pœnit. cap. 5. num.*

6. Me-

6. *Medina, Caietanus, Sotus in 4. d. 18. quaſt. pri. artic. 4. Diana ibid.*

5 Sic etiam excommunicatus, qui ſe lethalis culpæ, & cenſuræ vinculo obſtrictum eſſe nouit; ſi antequam per confeſſionis Sacramentum abſoluatur, Euchariſtiam ſumat, vnum tantum lethale ſcelus committit. Vnum enim actum malum eidem honeſtati religionis contrarium committit, in quo non ſunt duæ malitiæ ſpecie differentes, ſed vna tantum grauior ratione excommunicationis, qua anathema Sacramentorum participatione interdicitur. *ità contra Henriq. & Bonacin. de ſacr. diſq. 5. qu. 6. part. pri. num. 34. docet Suar. tom. 3. in 3. part. d. 6. ſ. Candid. d. 24. art. 28. d. 2. & alij.*

6 Qui reſeruatorum criminum conſcientia premitur, vrgente annuæ Communionis præcepto, aliaue ſumendæ Euchariſtiæ neceſſitate coactus ad vitandam infamiæ notam, vel aliud graue damnum peccata nemini reſeruata ſolum confiteri poteſt. Vel vbi præuia peccatorum deteſtatione propter Deum ſe ad ſacram Communionem præparauit, ſacræ menſæ accumbere illi inconfeſſo licet; præſtat tamen, ac tutius eſt non reſeruatas culpas confiteri, reſeruatas ſilere, quæ non ſunt materia illius confeſſionis, & abſolutionis; cum inferior Sacerdos ab illis directè abſoluere nequeat, indirectè tamen ab illis peccatis, quæ non audit, pœnitentem abſoluit. *ita Alexander in 4. p. q. 8. memb. 4. art. 5. Hurt. Mendoza in 2. 2. d. 84. ſ. 7. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 31. ſ. 3. num. 8. Diana p. 5. tr. 13. reſ. 10. Pellizarius contra Sotum, Caietanum, Valentiam.*

7 Si verò pœnitens in crimen reſeruatum incidit, cui excommunicatio adnexa ſit, vrgente neceſſitate celebrandi ſacrificij Miſſæ, vel ſumendæ Euchariſtiæ, poteſt, vt magis ei libuerit, vel expedierit, aut peccata non reſeruata tantum. α Vel reſeruata ſimul cum non reſeruatis β Sacerdoti in reſeruata iuriſdictionem non habenti confiteri; nam in eo caſu pœnitens confiteri poteſt; excommunicatio autem pœnitentis irritam non reddit abſolutionem. γ Vel ſi pœnitens ille Sacerdos eſt, excitato in ſe contritionis dolore non ſecus, ac ſi confeſſarij copiam non habeat, poteſt ſine præuia confeſſione ſacrificium peragere; vel ſi laicus eſt, Euchariſtiam inconfeſſus ſumere. neque tunc inferiori Sacerdoti abſoluendi à cenſura, & reſeruatis criminibus poteſtate carenti excommunicatus confiteri neceſſariò debet. δ. α *Alexander p. 4. q. 18. membr. 4. art. 5. §. 2. Sot. l. 10. de confeſſ. Filliuc. tom. 1. tract. 4. c. 7. nu. 213.* β *Vegha tom. 1. c. 11. num. 273. Chapeauilla de caſib. reſeru. c. 8.* γ *Nauar. c. 9. num. 3. Couarr. Caietan. v. confeſſ. Suarez tom. 4. d. 31. ſect. 3. n. 5. 6. 8. & alij.* δ *Richardus in 4. d. 17. art. 2. q. 8. Adrianus quaſt. 4. de confeſſ. Durandus in 4. d. 17. q. 16. Syluius in addit. ad 3. p. q. 20. art. 2. D. Antoninus p. 3. tit. 14. c. 19. Palud. in 4. d. 17. q. 6. art. 1. Syluest. v. excomm. Vaſq. Megala, Syluius, Ledeſma, Gabriel in 4. q. 1. art. 3. G. Hurtad. Turrian. Dian. p. 5. tr. 13. r. 10.*

8 Sacerdos qui lethalis culpæ ſibi conſcius neceſsitate vrgente ſine præuia confeſsione rem diuinam operatur, quamprimum peccatum ſuum confiteri debet, non ſecus, ac ille, qui iuſta de cauſa in confeſsione peccatum aliquod ſubticuit, quamprimum pœnitentiæ Sacramento ſe expiare debet.

bet. *Concil. Trident. ſeſſ.* 13. *c.* 7. *Præpoſitus in* 3. *p. q.* 8. *a.* 5. *d.* 4. *Molfeſius, Candid. Megala, Bonacina, Reginald, Suarez, Hurtadus, Dian. p.* 4. *tract.* 4. *r.* 97. *& alij*. Quamprimum autem confiteri dicitur, qui intra triduum confitetur; nam & continuo rem quiſpiam agere dicitur, qui illam intra triduum peragit *ex c. de errore adu.*

9 Sacerdos verò ante ſacrificium peccata ſua confeſſus, & abſolutus, ſi poſtquam ſacrum peregit, alicuius lethalis peccati, cuius oblitus eſt in confeſſione, reminiſcatur, & ſacrificio peracto illud quamprimum non confiteatur, non peccat. *Ita Sayrus, Vaſquez, Syluius, Cornejus, in* 3. *p. tom.* 2. *tr.* 4. *d.* 1. *q.* 8. *Diana p.* 5. *tr.* 14. *r.* 6. *contra Præpoſitum in* 3. *p. D. Thom. q.* 80. *art.* 5. *d.* 4. *num.* 21.

10 Non obligantur communiter ſub mortali culpa fideles Chriſti ad confeſſionem frequentandam propter periculum incidendi in noua peccata, ſi diutius confeſſionem differant; nam talem obligationem huſuſque Theologi non agnouerunt, nec pœnitentibus de illa ſcrupulum iniecerunt; neq; enim confeſſio eſt vnicum remedium ad euitanda peccata; neque oportet interrogare pœnitentem de omiſſione confeſſionis intra annum, nec de omiſſione pœnitentiæ internæ per totum annum, ſiue per ſe ex præcepto virtutis pœnitentiæ, ſiue per accidens ad vitadum periculum noui peccati, neque neceſſe eſt eum priuatim admonere; nam talis interrogatio, vel admonitio inutilis, immo noxia videretur. Inutilis, ſi obligationem ſciret pœnitens: noxia, quia multi ex peccatoribus non mouerentur ex notitia illius obligationis ad dolendum de peccatis ante finem anni; probabilius autem exiſtimo præceptum pœnitentiæ internæ non ſolum obligare ad dolédum de peccato in articulo mortis, ſed etiam ante. Nam licet non obliget ad dolendum ſtatim poſt peccatum, obligare tamen videtur ad accelerandam conuerſionem. *Suar. to.* 4. *d.* 15. *ſ.* 6. *nu.* 18. *Lug. Diana, & alij.*

11 Si quis in confeſſione obliuiſcitur vnius v.g. ex ſeptem peccatis, quæ confiteri decreuerat & ſtatim, vel paulò poſt abſolutionem recordetur, & illud confitetur, non indiget nouo actu doloris, ſed virtute prioris adhuc virtualiter manentis poteſt ab illo abſolui; nam prior dolor virtute extenditur ad peccata, quorum oblitus eſt pœnitens, ac perindè valet, ac ſi eſſet nouus dolor. Verùm ſi pœnitens ſecundò confiteatur eadem peccata, nouum dolorem concipere debet, eumque nouæ abſolutioni ſubiicere. *Henriq. lib.* 4. *de pœnit. c.* 26. *§.* 7. *Lug. contra Vaſq. Tambur. c.* 2. *§.* 4. *n.* 6.

12 Euchariſtiæ ſuſceptionem lethalium culparum confeſſio præcedat, neceſſe eſt; cæterorum verò Sacramentorū miniſtratio, vel ſuſceptio nullo iure diuino, vel humano, vel naturali præuiam peccatorum etiam mortalium confeſſionem exigit. Tametſi ius naturæ poſtulat, vt cæterorum Sacramentorum miniſter, vel ſuſceptor Deo Opt. Max. gratus ſit, ſiue diuinæ gratiæ particeps ſit. Ad hanc obtinédam ſola peccatorum propter Deum ſuper omnia dilectum deteſtatio ſufficit. Quando autem quis ſacris ordinibus initiatur, confeſſionis Sacramento ad ſacram Euchariſtiam præparare ſe debet. *Ita Nugnus in* 3. *p. D. Thom. tom.* 1. *q.* 6. *art.* 4. *d.* 1. *an. Henriq. l.* 6. *c.* 46. *l.* 10. *Candid. d.* 24. *art.* 28. *d.* 3. *Tambur. Bonac.*



Digitized by Google

13 Sacramentorum miniſter proprius cum ex officio ea adminiſtrare vult, ſi lethalis culpæ ſibi conſcius ſit, ſe ad diuinam gratiam per pœnitentiam præparare debet, quam ipſe contritionem exiſtimet, vt religiosè, ac ſanctè Sancta adminiſtret. Alioquin ſi, dum ea ex officio adminiſtrat, & cum perfectione conficit, graui ſceleri obnoxius ſit, grauiter contra religionis virtutem peccat, contra quam peccata in re graui ex genere ſuo mortifera ſunt. *D. Thom. 2. 2. q. 99. & 3. p. q. 64. art. 6. Filliucius tract. 1. cap. 5. Candid. dub. 3. ibid.*

14 Qui periculoſas nauigationes ſuſcipiunt, vel pugnam cum hoſte in bello inituri ſunt, pœnitentiæ Sacramento peccata expiare prius debent, item fœminæ primo parituræ, vel quæ alias cum magno vitæ periculo pepererunt. Necnon ægrotus graui morbo laborans, ſi poſt confeſsionem lethalem culpam commiſit, confiteri iure diuino tenetur. Idem dicendum de eo, qui in graui periculo perſeuerat, grauiter manet, à quo confeſsionis Sacramento liberare ſe poteſt; præceptum enim diuinum confeſsionis in graui neceſsitate obligat, qualis in prædictis caſibus reperitur cum periculo damnationis æternæ. *Ita docent Doctores in 4. d. 18. q. 1. art. 4. Bonacina tom. 1. de ſacr. diſp. 5. q. 6. ſect. 2. p. 4. n. 13. Candid. diſq. 24. a. 8. d. 13. & 14.*

15 Propterea Pius Quintus anno Chriſti MDLXVI. prohibuit medicis, ne vltra triduum ægrotum viſitent, niſi de facta confeſsione illius certiores fiant. Quinimmo medici conſtitutionem hanc ſeruaturos ſe iurant, cùm primum ad Doctorum gradum promouentur: iiſdemque etiam præceptum eſt, vt antequam ægrotorum corpora curare incipiant, eos ad curandam confeſsionis Sacramento animam hortentur. Verum hæ Pontificiæ Conſtitutiones in graui tantum morbo, vel in eo, qui initio periculoſus, ne grauis efficiatur, prudenter exiſtimatur, obligant. *Ita Nauar. c. firmiter de pœnit. contra Cherub. Rodriq. D. Anton. 3. p. tom. 7. cap. 2. Syluest. & alios docent Angelus, Roſella, & Tabiena v. medic. Suar. tom. 4. d. 35. ſect. 3. num. 4. Armilla num. 1. Graffius p. 1. deciſ. l. 3. c. 14. Scortia epit. 89. theorem. 215. Nugnus in addit. 3. p. tom. 2. q. 6. art. 6. d. 2. Vegha, Homobonus, Diana p. 3. tr. 4. r. 93.* Satis autem eſt, ſi medicus per alios ægrotum de confeſsione peragenda moneat, ita conſuetudo legem interpretatur. *Graff. Vegha, Suar. loc. cit. Homobonus de ſtat. p. 2. c. 5. Dian. l. c.*

16 Ægrotus, qui in graui mortis periculo verſari probabiliter cenſetur, etiamſi pœnitentiæ Sacramentum renuat, à medico minimè deſerendus eſt, nec tunc quidem, quando medici abſentia ægroto graue detrimentum allatura ſit, nec quando nullus ex admonitione illa fructus ſperatur ob ægroti pertinaciam; Pontificis enim mens fuit ſpirituali ægrotantium ſaluti conſulere, nihil verò noxium præcipere. *Ita Sanchez ſum. tom. 1. l. 2. c. 16. n. 10. 11. & 16. Barboſa in collect. tom. 2. l. 5. t. 38. c. 13. Sylvius in 3. p. D. Thom. q. 6. art. 5. q. 2. Villalobos, Diana l. c. & alij.*

17 Neque neceſſe eſt ad fidem medico faciendam chirographum, ſeu teſtimonium confeſſarij ſcriptum exigere, ſed ſufficit medico teſtimonium illorum, qui ægroti curam gerunt, vel ipſius ægroti, ſi fide dignus ſit. *D. Nugn. Scortia, Barboſ. l. cit. Filliuc.*

*tom.* 1. *tr.* 7. *c.* 3. *num.* 34. Iuramentum autem, quo medici obſtringuntur, ad obſeruandam Pij Quinti Conſtitutionem eo modo, quo illa concepta eſt, eoſdem obligat. *Sanchez, Sayrus, Villalobos, Diana ibid. & alij.*

## Confeſſionis integritas. Cap. XIV.

18 Confeſſionis integritas alia eſt materialis, alia formalis. Materialis eſt omnium peccatorum mortalium poſt baptiſmum cõmiſſorum explicatio; nec hæc ſemper neceſſaria eſt. Quando multi in magno vitæ periculo, vt naufragij, pugnæ, vel peſtilentiæ tempore verſantur, poſſunt ſinguli, vel cuncti aliqua tantum peccata eidem Sacerdoti confiteri, & dolore de illis concepto ſinguli, vel cuncti ſimul vna forma abſolui. Confeſſio enim illa ſecundum formam integra eſt, quod in tali euentu ſufficit. *Sotus in* 4. *d.* 18. *q.* 2. *Angelus v. confeſſio, Philippus de la Cruz. Lug. de pœnit. Laym. lib.* 5. *tr.* 6. *cap.* 12. *Zambranus, Valboca, Cœleſtinus, Vaſq. Henriq. l.* 2. *c.* 12. *Suar. Coninck. Fagund. Cruc. Villal. Diana p.* 1. *tr.* 2. *r.* 1. *contr. Emanuel Rodriq. Nauarrum.* Immo Sacerdos in huiuſmodi euētu hominum vita periclitantium confeſſiones integras ſigillatim excipere non debet, nec eas exigere. Nec pœnitentes ſinguli peccata omnia integrè confiteri debent, ne Sacerdos in aliquorum confeſſionibus excipiendis diu nimis occupatus reliquorum ſaluti conſulere nequeat, ſed in tali periculo naufragij, vel peſtilentiæ, vel pugnæ Sacerdoti licet, atque expedit dicere, vt omnes, qui à peccatis ſuis abſolui volunt, genua flectant, & peccata ſua propter Deum deteſtentur, & genuflexos omnes ſimul à peccatis vnica abſolutionis formula abſoluat his verbis: *Ego vos abſoluo à peccatis veſtris & c. Hurtad. d.* 9. *d.* 10. *de pœnit. Diana p.* 5. *tr.* 3. *r.* 71. *Vaſq. Lug. & alij.*

19 Si quis mediocrem in perſcrutandis conſcientiæ ſuæ latebris diligentiam adhibuerit, vt peccata omnia ad memoriam reuocaret, & ea omnia, quorum recordatus fuit, confeſſus eſt, non opus ei eſt amplius ante actæ vitæ crimina memoriæ repetere; ſi quid autem menti poſt cõfeſſionem occurrat, quod confeſſus non eſſe ſibi videatur, aut dubitet, ſe tamen illud confeſſum eſſe ſibi perſuadere poteſt; ſed tutius exiſtimo, illud de quo dubitat, aut quod videtur ſibi confeſſus non eſſe, iterum confiteri; v. *Sanched.* 41. *n.* 18. *Diana p.* 3. *tr.* 4. *r.* 107.

20 Si quis ſe lethiferum aliquod ſcelus non perpetraſſe, vel illud confeſſum fuiſſe probabiliter exiſtimet, & æquè probabiliter etiam contrarium opinetur, illud confiteri debet, vt in re tanti momenti, quanti eſt animæ ſalus, tutiorem partem ſequatur, & damnationis æternæ ſcopulum euitet; nam, vt dicit D. Auguſtinus: *Nemo, niſi nullius ſceleris ſibi conſcius ſit, committere debet, vt ſine pœnitentia emigret è vita. D. Thomas, Paludanus, Richard. Sotus, Nauarr. Victor. Nugn. ad* 3. *p. q.* 9. *art.* 2. *d.* 5. *Salas p.* 2. *tr.* 8. *quæſt. n.* 60. *Coninck. de ſacram. d.* 7. *dub.* 8. *num.* 68. Contraria etiam ſententia nonnullis probabilis videtur: *Suar. in* 3. *p. tom.* 4. *d.* 22. *ſ.* 9. *n.* 6. *Pitig. Diana p.* 3. *t.* 4. *r.* 107.

21 Quinetiam ſi quis lethiferam culpam à ſe commiſſam fuiſſe probabilius

Digitized by Google

bilius exiſtimet, contrarium vero probabiliter tantùm opinetur, probabile eſſe eum culpam illam cõfiteri neceſſario non debere, aiunt; Nam opinionem probabilem abſque periculo ſequi licet, etiam probabiliore relicta. *Sanchez ſumma tom. 1. cap. 11. n. 76. Sylvius ad 3. p. q. 64. q. 3.* Verùm in re tanti momenti à contraria ſententia probabiliore, ac longè tutiore minimè recedendum eſt. Cum nemo in propria cauſa ſit iudex, & vbi de animæ ſalute agitur, tutior pars eligenda. *Coninch. ibid. & Fagund. pr. 2. lib. 3. cap. 4. num. 7. & alij.*

22 Peccatorum abſolutio, quæ bona fide à pœnitente explicata Sacerdos, vel ob dormitationem, vel ſurditatem, vel attentionis defectum non bene percepit, rata, ac firma eſt; quanquam ſi pœnitens, poſtquam abſolutus eſt, vnum, vel plura peccata à confeſſario nõ percepta fuiſſe animaduertat, ea tantùm cum alijs poſtea commiſſis in ſequenti confeſſione iterum explicare debet. Integritatis materialis inculpabilis defectus confeſſionis Sacramentum non vitiat, neque eius effectum fruſtratur. *Ita contra Sylueſtrum v. confeſſio 1. q. 3. & alios docent Laym. l. 4. tr. 6. cap. 9. n. 5. Henriq. l. 5. c. 14. n. 5. Diana p. 3. t. 4. reſol. 109.*

23 Qui in diuturna peccandi conſuetudine occalluit adeò vt peccatorum numerum ignoret, ſatisfaciet, ſi quandiu in eo ſtatu vixerit, Sacerdoti exponat. Itaque meretrix citò ſe expediet, ſi quandiu meretricium exercuerit, confiteatur, etianſi peccatorum ſpecies, quæ meretrices committere ſolent, non explicet. *Caiet. tom. 1. opuſc. tr. 4. q. 3. Nau. c. 6. n. 15. P. Sot. lo. de confeſſ. Pharaonius tr. 1. ſeſſ. 16. Canus de pœnit. p. 5. §. collige. Fay de pœnit. ad 3. p. q. 9. art. 2. d. 2.* Verum in hoc caſu præcipuas peccatorum ſpecies à meretrice, pellice, alioue peccatis iamdiu aſſueto in confeſſione explicandas eſſe probabilius alij exiſtimant. *D. Sotus in 4. d. 18. q. 2. Suar. tom. 4. d. 2. ſect. 6. num. 8. 9. Henriq. l. 2. c. 5. n. 9. Turrian. de pœnit. q. 8. art. 2. d. 19. d. 4. Villal. Diana ibid. reſ. 89. Fagundez, & alij*, immo & quoties in hebdomada peccare conſueuerint, explicandum eſſe. *Sotus in 4. d. 18. q. 2. art. 4. cap. 2. Conradus tom. 1. q. 48. Nau. c. 6. num. 15.*

24 Qui peccatorum ſuorum pœnitens, ſed inconſtantiam ſuam diu expertus timet, ne in lethalia ſcelera denuo relabatur, immo ſi in eadem peccata ſe relapſurum exiſtimet, nihilominus integrè commiſſa confitetur, abſoluendus eſt; dum enim ea deteſtatur, atque in poſterum vitare ſtatuit, ad pœnitentiæ Sacramentum recipiendum ſatis aptus eſt. *Sylueſter v. confeſſio 1. q. 21. Nau. c. 3. num. 23. & c. 9. n. 18. Sà v. abſolutio. Beia p. 3. cap. 9. Henriq. Lop. Coninch. Diana p. 3. t. 4. reſol. 117. & alij.*

25 Propoſitum vitandi peccata in ipſorum deteſtatione implicitum ſufficit, vt quis Sacramenti effectum conſequatur, etianſi de peccatis euitandis, & noua vitæ ratione ineunda nihil actu cogitet, ſicut de hoc cogitare, & ſtatuere debet, ſi futura peccata menti ſuccurrant. *Ita Villal. Vega l. 4. in Concil. Trident. c. 21. P. Sotus de pœnit. lect. 17. Maier. & Almainus, Laym. l. 5. tr. 6. cap. 4. nu. 6. Syluius, Diana ibid. r. 119. contra Sotum, Bellar minum, Canum, & alios.*

26 Si confeſſarius fortè comperiat pœnitentem ſuperiores confeſſiones non integras feciſſe ſiue ex propria,



Digitized by Google

ſiue ex aliorum confeſſariorum negligentia; quod vel numerum peccatorum, vel circunſtantias mutantes ſpeciem minimè dixerit; ſique animaduertat eum ſolertiore, ac perſpicaciore ingenio præditum adeo, vt ſperari poſſit fore, vt adhibito diligentiori examine peccatorum numerum, & adiuncta neceſſario exponenda confiteatur, & priorum confeſſionum defectus ſuppleat, hortetur illum, vt ad diſcutiendam iterum conſcientiam redeat, & omiſſa integrè confiteatur. Si verò pœnitens hebetis, ac rudis ingenij ſit, vt, etſi iubeatur conſcientiam ſuam melius diſcutere, nihilominus nil melius, nilue exactius ſe examinaturus credatur, quàm ſi ſtatim à prudente confeſſario interrogetur, tunc minimè ad ineundum ruſius culparum examen remittendus eſt, ſed ab exceptore confeſſionis diligenter interrogandus. Sic poterit ſupplere ſuperiorum confeſſionum defectus. Hinc excuſandi ſunt confeſſarij; qui ſi pœnitentem ad confeſſionem non ſatis paratum inueniant, non illum ad præparandum ſe dimittunt, ſed potius ſtatim interrogationibus neceſſarijs eius peccata diligenter exquirunt, eorumque numerum ex improuiſo ſciſcitantur, qui aliàs abſque aliqua recogitatione nonniſi temerè, aut cum magna confuſione videtur poſſe ex improuiſo dici à pœnitente; immo quandoq; accidit, vt pœnitentem oporteat vniuerſa peccata in retroactis confeſſionibus irritis rurſus confiteri; & expediat eum ſtatim examinare, eiuſque generalem, vt aiunt, confeſſionem audire, cum ſpes nulla ſit eum ſolum melius conſcientiam ſuam, quàm auxiliante confeſſario diſcuſſurum. Ruſtici autem, & rudes homines ſi minus diligenter conſcientiam ſuam examinauerint, non ſunt plerumque dimittendi vt peccata ſua ad calculos, ſiue ad examen reuocent, ſed potius diligenter interrogandi, & vbi confeſſi ſunt ea, quorum recordantur, abſoluendi. *Vaſquez in 3. p. q. 93. art. 3. du. 7. num. 5. Lugo d. 16. n. 593. Pellizzarius cap. 10. ſ. 3. q. 30. & alij.*

27 Confeſſarius debet interrogare pœnitentem, quem rationabiliter credit omittere aliquod peccatũ ex obliuione, vel inaduertentia, aut ſilere commiſſa ſcelera noxio pudore detentum. Cum enim Sacerdos in ſacramento pœnitentiæ ſit iudex, debet rei pœnitentis delicta inquirere; vt cognito eius ſtatu ſententiam ferre poſſit, & quoniam officio ſpiritualis medici fungitur, *ſit Sacerdos diſcretus, & cautus, more periti medici diligenter inquirat peccatorum circumſtantias,* vt habetur *in capite omnis, vtriuſque ſexus de pœnitent. Suar. d. 32. ſ. 3. n. 7. S. Thomas Sylueſt. Antonin. Angelus, Nau. Canus, Pellizzar. contra Medinam c. de conf.*

28 Debet confeſſarius ſupplere defectus à ſe commiſſos in audita alterius confeſſione, ſiue defectus ſit circa ſubſtantiam, & valorem Sacramenti, vt ſi abſque iuriſdictione, vel abſque diſpoſitione neceſſaria illum abſoluerit; tunc enim debet petere poteſtatẽ loquendi de auditis in confeſſione, eaque obtenta monere pœnitentem de commiſſo defectu, ſiue in damnum tertij vergat defectus; vt ſi debitam reſtitutionem alienæ rei fieri non iuſſerit; vel indebitam præſcripſerit, & in vtroque caſu ſi grauem culpam commiſerit Sacerdos, debet etiam graue incommodum, & damnum ſubire, ſi opus ſit, vt pœnitentem admo-

Digitized by Google

admoneat, quocunq; modo damnum proximo intulerit, ſiue, vt aiunt, poſitiuè, ſiue negatiuè. Si verò defectus admiſſus ſit contra integritatem confeſſionis non examinando, aut non interrogando numerum peccatorum, vel circumſtantias mutantes eorum ſpeciem, & confeſſarius ſola omiſſione defecerit, non debet neceſſario monere pœnitentem extra confeſſionem; nam præceptum integrè confitendi directè non obligat confeſſarium, ſed pœnitentem. Si verò ipſo Sacerdos fuerit cauſa defectus docendo non opus eſſe dicere numerum peccatorum, admonere debet pœnitentem, ſi abſque ſcandalo, aut graui detrimento id facere valeat; qui enim fuit alteri author, vt violaret aliquod graue præceptum etiam materialiter, debet, ſi commodè poteſt, palinodiam canere, errantem reuocare ad præcepti obſeruantiam. *Io. de Lugo d. 22. ſ. 3. cum multis quos citat, Pelliz. c. 10. q. 31.*

20 Debet etiam confeſſarius admonere pœnitentem in confeſſione de defectu commiſſo in alia ſuperiore confeſſione, ſi ille ad confitendum redeat; debet enim illum interrogare de ijs, quæ videt omitti a pœnitente oblito, vel ignorante defectus antea in confeſſione commiſſos. *ita Doct. citati.* Contraria etiam ſententia eſt probabilis, ſi defectus commiſſi non vergant in damnum tertij. *Filliuc. c. 7. n. 374.*

## Confeſſio quandonam iteranda. Cap. XV.

1 Confeſſio iteranda eſt, quando ex culpa, vel pœnitentis, vel confeſſarij, vel vtriuſque inualida eſt. Ex culpa autem pœnitentis irrita eſt, quãdo mortiferum peccatum voluntariè omiſit, vel de peccatis ſuis verum dolorem non concepit, vel proximam peccandi occaſionem, & periculum euidens vitare noluit, vel à peccatis prius, quam ab excommunicatione volens, ſcienſque abſolutus eſt. Tunc enim confeſſioni formalis integritas deeſt, & ſacrilegium mortiferum committitur, excommunicatis autem Sacramentorum ſuſceptione interdicitur, ideò grauiter peccat, ſi cenſuram violat in re graui. *Medina de confeſſ. Sayrus de pœnit. c. 14. num. 1. Vaſq. q. 92. art. 3. d. 1. Bonacin. d. 5. q. 4. ſect. 2. p. 2. Valent. tom. 4. q. 1 ? p. 3. Nauar. cap. 9. n. 2 2. Reginald. lib. 6. Henriq. Zerola, Vaſq. & alij.*

2 Si quis tamen peccatum mortiferum, quod veniale tantum putabat, in confeſſione ſubticuit, & poſtea mortale eſſe cognouit, priorem confeſſionem repetere non debet; ignorantia enim inuincibilis, qualis eſt ignorantis, voluntariam pollutionem mortalem culpam eſſe, à reiterandæ confeſſionis obligatione liberat. *Sylueſter v. confeſſio 1 q. 3. Nauar. in c. fratres de pœnit. n. 8. d. 5 2. Beiap. 1. c. 9. Reginald. tom. 1. l. 6. cap. 5. ſect. 2. n. 153. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 61. Sanch. ſum. tom. 1. l. . . . . cap. 16. Laym. l. 4. tr. 6. c. 8. n. 3. Diana p. 3. tract. 4. r. 108. Bonac. q. 5. ſect. 2. Cand. tom. 2. d. 24. art. 22. d. 4. & alij.*

3 Qui peccatum, vt dubium confeſſus eſt, ſi poſtea illud à ſe commiſſum certò ſciat, idem iterum tanquam certum confiteri debet; peccatum enim, quale eſt, confitendum eſt. *Sanchez tom. 1. l. 1. c. 10. n. 69. Turrian. de pœnit. q. 9. art. 2. d. 29. dub. 6. Dian. ibid.*



Digitized by Google

*ibid. r. 91. Hurtadus de pœnit. d. 9. diſ. 7. Auerſa contra Merolam.* Si verò comperiatur, peccatum illud eſſe reſeruatũ, à quo quis abſolutus eſt, ſufficit illud confiteri cuilibet confeſſario etiam non habenti facultatem abſoluẽdi à caſibus reſeruatis. A quouis enim ordinario confeſſario poterit abſolui. *Card. Lugo de pœnit. d. 20. ſ. 2. Auerſa q. 17. ſ. 2. Diana p. 8. tr. 7. reſol. 72. & alij.*

4 Si quis autem peccatum mortale eſſe cognoſcat, quod aliàs confeſſus eſt, dubitans, an mortale eſſet, necne, confeſſionem iterare minimè debet. *Diana. ibidem Lug. Tamburr.*

5 Confeſſio facta loco, aut tempore, quo confeſſiones Sacerdos excipere conſtitutione aliqua prohibetur ſub pœna ſuſpenſionis, non eſt irrita, nec iteranda: vt ſiquis mulierem poſt ſolis occaſum, vel extra confeſſionarium confitentem audierit, nec confeſſarius in ſuſpenſionis pœnam ſtatim incidit, an incipit: ſed quando abſoluit. *ita Auerſa, Dian. lib. 8. tr. 7. r. 72. cont. Trimarchum, Bordonum.*

6 Qui poſt irritam confeſſionem, cuius vitium, defectumq; oblitus ſiluit, iterum, ac ſæpiùs bona fide confeſſus eſt, ſi poſtea irritæ confeſſionis defectum recordetur, intermedias confeſſiones repetere neceſſario non debet, ſed peccata in irrita olim confeſſione detecta iterum confiteri ſufficit; intermediæ enim confeſſiones bona fide factæ valent. *Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 92. art. 3. d. 1. n. 9. Sancius diſp. 41. num. 19. Dian. ibid. r. 108. Bonac. q. 5. ſect. 2. p. 3.*

7 Rudiores homines, quales ſunt agricolæ, priores confeſſiones, in quibus peccatorum ſpecies, & numerum indoctis Sacerdotibus non explicarunt, repetere neceſſario non debent; neque ad id cogendi ſunt; cum enim bona fide confeſſi, & abſoluti fuerint, & eandem fere vitę rationem, modumque teneant; ex vna confeſſione annua, quantum, & quoties ſuperioribus annis peccarint, cognoſcere facilè erit. *Henriq. l. 2. c. 7. n. 10. Fagund pr. 2. l. 3. cap. 2. n. 5. Lug. Diana r. 89. v. Candid. 2. p. art. 22. d. 4. Lopez 2. p. cap. 28. Beia p. 1. caſ. 9. Nauarr. tom. 2. conſil. l. 5.* ſecus verò dicendum eſt de pœnitente Clerico, vel Scholaſtico, aut viro perſpicacis ingenij; cui non ignorantiæ inuincibili, ſed craſſæ tribuendum eſſet, ſi peccatorum numerum confeſſus non eſſet. *Candidus.*

8 Quando prior confeſſio irrita fuit, & coram eodem Sacerdote repetitur, ſi pœnitens de peccatis omnibus ſuperiori confeſſione explicatis vniuerſim, & vnico verbo ſe accuſet, ſatisfacit, & ſic confeſſus abſolui poteſt à Sacerdote pœnitentis ſtatus, vel pœnitentiæ illi impoſitæ recordante, etiamſi peccatorum eius nonniſi confusè recordetur. Quod ſi ſtatus pœnitentis, ac piaculi eidem iniuncti omnino oblitus fuerit, nouam horum notitiam exigere debet, vt congruam illius peccatis pœnitentiam conſtituat; ſi tamen eum abſque iſtorum notitia abſoluat confitentem ſacrilegium, à ſe in priore confeſſione commiſſum, & peccatum, quod tacuit, abſolutio valet. *Laym. l. 5. tr. 6. cap. 9. num. 6. Granadus in 3. p. contr. 7. tract. 9. d. 12. Diana p. 5. tr. 12. reſ. 51. B. Mercerus, Hurtadus, & alij.* Sacerdos tamen abſoluens abſque notitia ſtatus pœnitentis, peccat; non enim Iudicis officio benè fungitur. *Palud. D. Antoninus, Laym. Nauar. Sylueſt. Valent.*

*Fauſt.*

*Fauſt. tom. 1. l. 4. q. 222. contra Granadum, & Dianam ibid.*

9 Confeſſio ob inanem gloriolam, aliumue finem veniali culpæ obnoxium facta valet; cum ſuſcipiendi Sacramenti intentio non deſit, à qua, & alijs partibus Sacramenti ratio, & valor pendet; actus enim imperatus poteſt eſſe bonus intrinſecè, quamuis extrinſecè malus. *Ita contra Syluestrum v. confeſſio 1. q. 7. docet Sotus in 4. d. 18. q. 3. art. 3. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 92. art. 3. d. 2. Diana p. 4. tr. 4. r. 212. Nauarrus, Suar. d. 2. ſ. 3. Coninch. d. 35. de matrim. Lug. d. 13. ſ. 9. Granad. Perez, & alij.*

20 Homo maiorem peccatorum numerum, quàm commiſit, confeſſus, cognito deinde verò numero, confeſſionem iterare neceſſario non debet. *Lopez p. 1. cap. 31. q. 1. Candid. d. 24. a. 22. d. 22. Nugnus Lug. Bonac. ib. n. 7.* iterata enim confeſſio tunc potius excuſatio eſſet, quam accuſatio. *Dian.*

11 Confeſſio iteranda eſt, quotieſcunque confeſſarius defecit in ijs, quæ ad rationem intrinſecam Sacramenti pœnitentiæ ſpectant; ſi nondum initiatus baptiſmo, vel Sacerdotio; aut iuriſdictione ordinaria, vel delegata carens aliquem abſoluit, vel ſufficientem intentionem abſoluendi non habuit, vel aliquod verbum neceſſarium formæ reliquit, nec forma à Chriſto aſſignata vſus eſt; Sacerdos tamen, qui communi errore, & titulo, vt aiunt, colorato iuriſdictionem habere cenſetur, validè abſoluit; Eccleſia enim iuriſdictionem ſupplet. *L. Leſſius l. 2. c. 29. d. 8. Henriq. l. 2. c. 14. Sanch. ſum. l. 1. c. 9. num. 35. Zerola c. 21. q. 2. Suarez 3. p. tom. 4. d. 26 ſect. 6. Bonac. de ſacr. d. 5. q. 5. ſ. 2. p. 3. n. 11.*

12 Qui ignaro Sacerdoti peccata bona fide confeſſus, ab eoque abſolutus eſt, confeſſionem iterare non debet; abſolutio enim, cui materiam pœnitentis actus, & peccata præbent, valet, quamuis imperitus Sacerdos, niſi bona fide excuſetur, cauſa non ſatis cognita, abſoluendo peccauerit. *Ita Gabriel in 4. d. 17. art. 2. q. 8. P. Sotus lect. 6. de confeſſ. Aegid. Coninch. Suar. G. Hurtad. diſp. 10. diſ. 15. Fr. Syluius, Mercerus, Diana p. 4. tr. 14. reſ. 201. contra Vaſquium modo citat. Homobonum, Turrianum.* Peccata tamen ab illo non intellecta pœnitens iterum alteri confiteatur. *Syluest. Gabr. Mercer. & alij.*

13 Si Parocho indocto propter ipſius ignorantiam confiteri non liceat, nec alius Sacerdos adſit, qui vel ex priuilegio, vel ex delegata poteſtate abſoluere poſſit, pœnitens, eo inconſulto, vel inuito, alij Sacerdoti confiteri poteſt. *ex c. placuit 9. quæſt. 2. de pœnit. Nauar. Medina, Vaſq. Hurtad. Diana contra Sotum, Canum, Bellotum, & alij idem docent.*

14 Qui nulla neceſſitate, nullaue vtilitate adductus Sacerdoti cõfeſſiones excipere parato, aſt grauibus culpis obſtricto peccata ſua ſcienter confitetur, cum alteri Sacerdoti confiteri commodé poſſit, leuiter tantum peccat; confeſſio tamen iteranda non eſt, ſed rata, ac firma manet. Sic à fœneratore fœnerari parato fœnori accipere quiſque extra neceſſitatem poteſt. *Ita Sot. in 4. d. 1. q. 1. art. 6. Sanch. ſumma tom. 1. l. 3. c. 8. n. 23. M. Ledeſma, Diana p. 4. tr. 4. r. 21. & alij.*

15 Leuem ſaltem culpam committit, qui à Sacerdote excommunicato, ſed ab Eccleſia tolerato pœnitentiæ Sacramentum, aliudue petit, excepta neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa, quando

do

do ab alio Sacerdote pœnitentiæ Sacramentum æquè vtiliter accipere poteſt; excommunicatus enim Sacramenta abſque neceſsitate miniſtrans peccat. *ita Suarez diſp. 11. ſect. 4. n. 10. Conimb. de ſacr. q. 64. art. 6. d. 2. Auila, & alij*. Contraria etiam ſententia probabilis videtur neq; petentem ab excommunicato tolerato, neq; miniſtrantem Sacramenta, ſi rogatus ſit, peccare. *Sotus in 4. diſt. 22. q. 1. art. 4. Sanchez de matrim. l. 7. diſp. 9. num. 8. Layman l. 2. tr. 5. p. 2. c. 5. num. 5. Diana p. 5. tr. 9. r. 253. & alij*.

## Quænam circumſtantiæ peccatorum in confeſſione neceſſario ſint aperindæ. Cap. XVI.

1 Circumſtantia eſt accidens, ſeu peculiaris conditio humanæ actionis in genere morum, quę ipſammet actionem comitatur, & aliquo modo attingit, ad ipſius tamen ſubſtantiam, & naturam non pertinet. neque illius ſpeciem mutat, neque alteram ſpeciem conſtituit. Aliquando tamen, quod eſt circumſtantia vnius ſpeciei, aliam ſpeciem conſtituit, reſpectu cuius non eſt circumſtantia, vt in ſcortatione, ſacrilegio, & adulterio accidit. *D. Thomas 1. 2. q. 7. art. 1. Nugnus in 3. p. q. 9. a. 2. Bonacina, Filiucius, Toletus, Cand.*

2 Circumſtantia multiplex eſt; alia enim peccati prauitatem auget, alia minuit, alia nouam actionis ſpeciem, ideſt naturam addit, alia ſpeciem, ſeu formam actionis mutat, alia neq; auget, neque minuit, vt dextra, vel siniſtra furari. Circumſtantia mutans ſpeciem eſt illa, quę præter malitiam propriam actus, ſpecialem repugnantiam cum ratione, nouamque ſpeciem in genere moris addit, qualis eſt circumſtantia voti caſtitatis, vel coniugis in peccato luxuriæ, & circumſtantia perſonæ in percuſsione clerici; ſi quis enim cum muliere innupta concubuit ſimplicis fornicationis reus eſt, ſi cum nupta, adulterij, ſi cum affine, vel conſanguinea, inceſtus, ſi cum virgine inuita, ſtupri, ſi cum monacha, ſacrilegij crimen commiſit. Sacrilegium etiam clerici percuſsio eſt. *S. Thom. in 4. diſt. 16. q. 3. art. 2. & alij*. Illa etiam circumſtantia ſpeciem moralem actionis mutare dicitur, quę actionem aliàs bonam, vel indifferentem vitiat, ac malam reddit. Sic ſanguinis, vel ſeminis effuſionem in templo, quæ alibi, vel ratione iuſtæ iudicis ſententiæ, vel matrimonij, mala non eſſet, loci ſacri circumſtantia malam efficit. *Maior. in 4. d. 17. q. 4. Sayr. de pœnit. c. 8. nu. 14.* Circumſtantiæ, quibus augeri, vel minui poteſt peccatum, hoc carmine comprehenſę ſunt

*Quis, quid, vbi, quoties, quicum, cur, quomodo, quando.*

Circumſtantię mutantes ſpeciem, ſiue nouam peccati ſpeciem addentes in confeſsione neceſſario explicandæ ſunt; alioquin omnia peccata mortalia non confitetur, qui circumſtantias mutantes ſpeciem non explicat. *Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 5. & c. 7. de pœnit. ſacram. Nugn. com. 2. in 3. p. q. 9. art. 2. d. 2. Candid. d. 24. art. 23. d. 6. Lug. & alij*.

3 Circumſtantias verò, quę peccatum grauius reddunt, eiuſque prauitatem intra eandem ſpeciem valdè augent, ſed ſpeciem non mutant, confiteri neceſſe non eſt, niſi peculiari

ali-

Digitized by Google

aliqua lege, vel præcepto vetitæ ſint; neque enim ex ſacris literis, neque ex Eccleſiæ traditione conſtat, Chriſtum dominum præcepiſſe, vt huiuſmodi circumſtantiæ in confeſſione explicarentur. Neque vlla lege Eccleſiaſtica eas confiteri iubemur; ſatis autem eſt mortalia peccata fateri tacitis circumſtantijs, quæ ſpecialia crimina non conſtituunt. Nam per Tridentinum Concilium nihil aliud Eccleſia exigit à pœnitentibus, præterquam ea, quæ ſeſſione decima quarta capite quinto docet. Vbi de circumſtantijs aggrauantibus ne verbum quidem facit: Cum tamen ſe omnia ad pœnitentiæ Sacramentum neceſſaria ibi docere profiteatur. Neque verò iure diuino circumſtantias non mutantes ſpeciem confiteri iubemur, ſed tantùm peccata mortalia; quæ omnia tacitis circumſtantijs, quæ peculiari præcepto non prohibentur, confiteri poſſumus. *Ita docet D. Thomas in 4. d. 16. q. 3. art. 2. q. 5. D. Bonauent. d. 17. q. vlt. D. Antonin. p. 3. t. 14. c. 19. §. 7. Scotus q. 1. art. 2. Durand. Gabr. Palud. Carthuſian. Almayn. Albertus Quandus, Adrian. Herrera, Couarr. Syluest. v. confeſſio Ang. Tab. Arm. Turrecr. Viguerius, Corduba, Nauarr. cap. 6. n. 7. ſumma confeſſ. Alph. Regius, Vaſq. Reginald. tom. 1. l. 6. c. 5. n. 35. Leſſius l. 4. c. 3. d. 12. Valentia, Gyptius, Zamord. Ortiz, Ochag. Ioſeph de Orio, Io. Sancius, Puteanus, Peſantius, Zerola, Hurtad. Granad. Cæleſt. Prapoſ. Fauſtus Kelliſ. Bonac. Diana p. 5. tr. 14. reſ. 56. Lug. d. 14. ſ. 3. nu. 107.* Hanc ſententiam probabilem vocant, qui contrariam probabiliorem exiſtimant, ac docent. *Henriq. l. 1. c. 7. num. 4. Fab. in 4. ſent. d. 17. q. 1. diſp. 24. cap. 1. Fagund. Pitig. Villal. & alij.* Explicandam tamen exiſtimo in confeſſione obiectæ ſubſtantiæ quantitatem, ac veluti integritatem: vt ſi quis decem millia nummorum aureorum, vel centum, vel ducentos tritici modios furatus ſit; ſi totam familiam decem, vel quindecim perſonis conſtantem interficere voluerit: ſi quem per quatuor menſes, vel per annum oderit. *Ita Laym. Lug. d. 16. ſ. 3. n. 121. & alij.* Contrariam ſententiam eorum, qui circumſtantias culpam vehementer aggrauantes à pœnitentibus Sacerdoti exponendas eſſe putant, valdè etiam probabilem, ac tutam exiſtimo; quam magis vſu receptam doctores grauiſſimi tuentur. *Altiſiodorenſis, Alenſ. Marſil. Maior in 4. ſent. d. 22. q. 4. Sotus ibid. d. 18. q. 2. art. 4. Caiet. v. confeſſio. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 22. ſect. 3. Sanch. tom. 1. l. 2. c. 11. Vict. Nugn. Henriq. Fagundez, Enmas, Coninch. Io. de la Cruz, Carolus, Faber, P. Fay, P. Ledſme, Syluius, Cand. d. 24. art. 23. d. 5. Tamburr. l. 2. c. 2. §. 18. n. 122.*

## Circumſtantiæ perſonales. Cap. XVII.

4 Sacerdos, vel Monachus, qui votum caſtitatis violauit, voti ſolemnitatem explicare non debet. Voti enim ſimplicis violatio eiuſdem ſpeciei eſt, cuius eſt ſolemnis voti violatio. Propterea mulier, quæ cum Sacerdote, vel Monacho rem habuit, ſatisfacit, ſi ſe viro caſtitatis votum habenti toties ſuccubuiſſe fateatur. Ita Sacerdos ſecularis, vel Religioſus ſe votum caſtitatis tantum fregiſſe ratione ſacrorum ordinum, vel profeſſio-

pia.

nis circũſtantia benè confiteri poteſt. *Ita Filliuc. tr. 30. c. 9. num. 124. 125. Sanch. de matr. tom. 2. l. 7. d. 27. num. 27. Megala p. 1. l. 5. c. 11. n. 8. Fagundez, Villalobos, Llamas, Dian. p. 1. t. 7. r. 4. Henriq. Lopez p. 1. c. 29. col. 9. de Sacerdote non profeſſo. Lug. d. 16. ſ. 4. contra Aragonium 2. 2. q. 88. art. 7. Azor. p. 3. cap. 27. q. 10. Medinam, Rodriq. Laymanum, Fayum, Coninch. Ledeſmam, Candid. d. 24. art. 23. d. 31. & 32.* ſtatum religioſum neceſſario explicandum eſſe cenſet *Lugus* ſecundum rationem, non ſecundum praxim, quia violatur ius religionis.

5 Qui ſimplici caſtitatis voto deuinctus poſtea ſolemni religionis profeſſione caſtitatem iterum vouit, vel ſacris ordinibus initiatus eſt. Si caſtitatis votum ſe fregiſſe nulla profeſſionis, vel ſacrorum ordinum mentione facta confiteatur, ſufficit. *Ita Sanch. l. c. num. 25. & 35. Azorius, Rodriq. Henriq. Diana ibid.* Vel ſatis eſt, ſi ſe religioſum profeſſum, vel ſacris ordinibus initiatum dicat; votorum enim de eadem re multiplicatio non multiplicat eiuſdem actus malitiam. *Llamas p. 3. cap. 4. §. 29. Cand. dub. 34.*

6 Qui ad auerſam, naturæq; contrariam Venerem mare, vel fæmina abuſus eſt, ſexus circumſtantiam fateri debet, ſi inter reſeruatos caſus ſodomiæ ſcelus connumeretur, quæ eſt coitus, ſeu concubitus inter perſonas eiuſdem ſexus, ſcilicet maris cum mare, fæminæ cum fæmina; inter perſonas enim diuerſi ſexus præpoſterus ille contra naturam coitus, non eſt propriè ſodomia, nec crimen reſeruatum. Quandoquidem non peccatur contra ſexum, ſed contra debitum generationis inſtrumentum; in ſodomia verò, quam latini pedicationem vocarunt, pedico cum cynedo contra ſexum, ac debitum inſtrumentum peccat. *ita Caietanus 2. 2. q. 154. art. 11. Azor. p. 3. l. 3. c. 18. d. 1. Bonac. de matr. q. 4. p. 11. n. 1. & 7. Syluius, Chapeauilla, Summa corona, Florenus, Graphius ſibimet contradicens. Dian. p. 2. tr. 15. reſ. 62. Tann. in 2. 2. tom. 3. d. 3. q. 3. p. 6. Zanard. Dian. p. 1. tr. 7. reſ. 2. Cand. dub. 20. & alij.*

7 Qui maſculo, vel fæmina caſtitatis voto obligata ad præpoſteram, nefandamque Venerem abutitur, ſcelus duplex committit ob duplicem malitiam ſodomiæ, ac ſacrilegij in confeſſione neceſſario explicandam; nam contra naturam, & contra votum, id eſt promiſſionem Deo factam peccat. *Caietan. 2. 2. q. 154. art. 12. Cand. ibid. dub. 20. & alij.*

8 Conſponſi, ſi antequam matrimonium ineant, ſcortati, ſeu fornicati fuerint cum alijs, & qui cum iiſdem illicitæ veneri vacauerint, ſponſaliorum circumſtantiam, quæ ſimplicis fornicationis ſpeciem non mutat in adulterium, in criminis ſui confeſſione ſilere poſſunt. Non enim alienum torum violant, igitur nec adulterium committunt. *Ita Couarr. in 4. decr. p. 1. c. 1. num. 11. Megala, Vinald. p. 1. c. 1. n. 11. Azor. apud Filliuc. tom. 2. tr. 30. c. 2. n. 53. P. Ledeſma hoc probabile exiſtimat. Henriq. l. 11. c. 13. n. 4. Diana reſ. 5. contra Naldum v. ſponſalia, Homobonum, Molſeſium, Pitigianum, Sarmientum, Lopez, P. Fay, P. Ledeſmam, & alij.* Valdè tamen probabilis eorum ſententia eſt, qui violatorum ſponſaliorum circunſtantiam à ſponſa de futuro in confeſſione neceſſario explicandam eſſe exiſtimant; quamuis enim adulterium propriè non commiſerit, atrocem tamen

men iniuriam ſponſo irrogauit, cum ius, quod in eam ſponſus futurus licet imperfectum habet, violarit. *Ita Sanchez de matr. tom. 1. l. 1. d. 2. n. 6. Fillinc. ibid. c. 2. n. 53. Villal. Candid. d. 24. art. 2. 3. dub. 15. Rodriq. tom. 1. c. 109. nu. 3. Fagund. Lopez, Lug. d. 16. ſect. 4. & alij.*

9 Fœmina quæ cum religioſo tyrone, hoc eſt nouitio, vel cum homine minoribus tantum ordinibus initiato rem habuit, haſce tyrocinij, vel minorum ordinum circumſtantias in confeſſione ſilere poteſt, nam ſpeciem non mutant, ſed peccatum tantummodo augent. *ità Megala part. pri. lib. 5. cap. 11. num. 7. Diana part. pri. tract. 7. reſol. Lugo contra Layman docent. Tambur. §. 5. nu. 33.*

10 Epiſcopus, vel Generalis religionis Antiſtes ſcortationis crimen à ſe commiſſum confitens, dignitatis ſuæ conditionem ſilere poteſt, niſi ſubditis ſuis ſcandalum præbuerit, quibus nõ minus exemplo, quam verbo prodeſſe debet. *ità Fillinc. tract. 30. cap. 7. num. 125. Coninch. d. 7. d. 4. de ſacram. num. 18. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. d. 27. Lug. Henriq. Villalob. Dian. part. 1. tract. 7. reſol. 6. contra Nugnum, Fagund. Candidum d. 24. artic. 23. d. 35. de Epiſcopo conſecrato id tantum aſſerentem, & de non conſecrato negantem cum Sanchio.*

11 Qui ſcortando, vel maſtuprando virginitatis ſuæ iacturam fecit, peccatum ſuum nulla amiſſæ virginitatis mentione facta confiteri poteſt; non enim ſtuprum, ſed fornicationem, vel pollutionem tantum commiſiſſe cenſetur; naturalis autem integritas carnis, quæ in viro eſt, parui momenti eſt: ideò puer ſe de luxuriæ peccato accuſans interrogandus non eſt, an eſſet virgo, nec ne: *ità Caietanus 2. 2. quæſt. 154. artic. 6. Azor. part. 3. lib. 3. cap. 11. quæſt. 2. Fillinc. tract. 29. cap. 3. num. 7. Henriq. Suar. in 3. part. d. 22. ſect. 4. Nugnus, Candid. dub. 22. ibi. Dian. ibid. reſ. 10.*

12 Fœmina, quæ illicito concubitu deuirginari ſe paſſa eſt, quique illam conſentientem deflorauit, virginitatis peſſumdatæ circumſtantiam explicare neceſſario non debet; ſi enim virgo ſpontè conſentiat, etiamſi curæ parentum, vel tutorum ſubiecta ſit, non ſtupri, ſed fornicationis tantum rea cenſetur. *Leſſius lib. 2. cap. 10. d. 6. Sotus in 4. d. 18. cap. 1. Sanchez de matrim. lib. 4. d. 4. num. 5. Coninch. de ſacram. d. 7. d. 4. Vaſquez de reſtit. cap. 3. Megala, Nauarra, Sales, Diana reſol. 11. Lug. ſ. 4. Molſ. Tann. & alij.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt; concubitus enim cum virgine virtuti virginitatis opponitur, ergo ſpecialem in ſe malitiam habet neceſſario confitendam, ac nouam deformitatem luxuriæ addit, quæ ſpeciem mutat. *Azor. part. 3. lib. 3. cap. 11. quæſt. 4. Fillinc. tract. 30. cap. 3. num. 66. Bonac. de matrim. quæſt. 4. part. 17. nu. 2. Fagundez, Villalob. Syluius, Nugnus, P. Fay, Candid. d. 24. artic. 23. d. 7. Valentia 2. 2. tom. 3. d. 9. quæſt. 3. part. 3.* Idque maximè verum eſſe, cum virgo adhuc ſub parentum, vel tutorum cuſtodia deflorata eſt, nonnulli arbitrantur. *ità D. Thomas 2. 2. quæſt. 64. artic. 6. Graſſius, Sylueſter, Angelus, Tabiena. Armilla, Petracius.* Sed ſecundum priorem ſententiam, quam ſequimur, dicendum eſt virginitatis ſponte amiſſæ circumſtantiam in confeſſione illicitæ Veneris, ſiue peccati luxuriæ haud neceſſario confitendam eſſe, nec virgo, quæ in per-

ceptio-

ceptione Venereæ delectationis circa aliquem morata eſt, ſeu delectationem imaginario concubitu cum viro percepit; dum poſtea peccatum confitetur, neceſſe non eſt, vt ſe virginem eſſe dicat, etiamſi in venerea cogitatione ſeſe polluerit. *ita Authores citati pro noſtra ſententia contra Reginum caſ. 18. v. Tamburi, 2. c. 7. §. 8.*

13 Qui de virgine cogitando, abſque animo inferendi illi vim, delectationem Veneream percepit, ſi de fœmina tantum ſe luxurioſè cogitaſſe confiteatur, ſatisfacit. Idem de auerſa Venere, quam ſodomiam vocant, cum virgine dicendum eſt, quia virginitas non auffertur, cum virgineum clauſtrum non violetur: ſatis eſt igitur ſodomiæ crimen cum fœmina perpetratum confiteri. *Bonac. de matrim. quæſt. 4. part. 11. num. 9. Candidus d. 24. artic. 23. d. 24. vide Lugum d. 16. ſect. 6. & alij. Tambur. §. 8.*

14 Virgo ſe polluens licet virginitatem amittat, ſignaculi integritatem non amittit. Ideo eam peccata ſua confitentem non oportet dicere ſe virginem, dum luxuriæ peccatum committeret, fuiſſe. *Filliucc. tom. 2. tract. 30. cap. 5. num. 74. Dian. ibid. reſol. 11. Caiet. 2. 2. quæſt. 154. artic. 6. Azor. part. 3. lib. 3. cap. 11. d. 3. Bonacina de matrim. quæſt. 4. part. 17. num. 3. Candid. dub. 8. Lug. d. 16. ſect. 4. §. 7. contra. Nugnum, & alios Thomiſtas.*

15 Qui cum quatuor, vel quinque, aut pluribus meretricibus ſcortatus eſt, poteſt, tacito fœminarum numero, illicitos coitus confiteri; nam ſcortatio, ſiue fornicatio cum eadem fœmina eiuſdem malitiæ eſt, ac ſcortatio cum pluribus; eadem n. deformitas actionis, ac repugnantia rationi eſt, ſi fœminæ eiuſdem conditionis ſint, & tam peccat, qui eandem fœminam ad peccandum decies inducit, quam qui decem fœminas ſingulas ſemel ad peccatum ſiue ad fornicationem, ſiue adulterium, ſiue ad inceſtum inducit, ſi cætera ſint paria. *ita Io. Maior in 4. d. 17. quæſt. 4. Nauarr. cap. 16. num. 5. Azorius, Bonac. d. 5. quæſt. 4. part. 2. Sanctius, Lopez, Homobonus, Diana reſol. 13. Candid. d. 24. artic. 2. d. 23. & alij.*

16 Sacerdos, qui cum puero, vel fœmina, cuius antea confeſſionem exceperat, vel excipere ſolitus eſt, illicito concubitu ſe copulauit, hanc circumſtantiam ſpiritualis filij, vel filiæ, ſeu pœnitentis in confeſſione peccati ſui explicare neceſſario non debet, quippe quæ peccati grauitatem tantum auget, ſed ſpeciem non mutat; nullam enim ſpiritualem cognationem inter iſtatutam pœnitentiæ Sacramentum parit. *Azorius part. 3. lib. 3. cap. 7. quæſt. 3. Bonacina de matrim. quæſt. 4. p. 16. num. 7. Vaſquez in 3. part. tom. 4. quæſt. 91. artic. 1. d. 2. Rodriquez ſum. tom. 1. cap. 200. num. 2. Vega, Pontius, Fay, Portellius, Sà, Ledeſma, Diana reſol. 56. Pontius cum alijs contra Sanchium de matrim. tom. 2. lib. 7. d. 55. num. 4. Coninch. de ſacr. d. 31. d. 2. num. 25. Sanctium, Homobon. Reginaldum, Aragon. Nugn. Megal. Zanard. Fagundez, Turrecrem. Lopez, Tabienam, Candid. d. 24. art. 23. d. 28.*

17 Parochus tamen excipiendus eſt ratione officij, ſi cum fœmina paſtorali curæ ſuæ ſubdita Venerem habuerit; ſpeciale enim peccatum contra proprium officium committit in confeſſione ſpecialiter explicandum; cum paſtor oues ſuas paſcere, & curan-

ran-

rationes reducere, non perdere debeat. *Nugnus tom. 2. in 3. part. quæſt. 9. art. 2. d. 3. cap. 4. Candid. ibid. concl. 50. & alij plurimi.*

18 Concubitus Chriſtiani cum Iudæo, Turca, aliouè infideli peccatum eſt non ſolum contra caſtitatem, ſed etiam contra religionem, & ſacrilegium à nonnullis cenſetur; nam fidelibus concubitum cum infidelibus Eccleſia Chriſtiani nominis gratia prohibuit. Ideo hæc concubitus circunſtantia in confeſſione neceſſario explicanda eſt. Idem dicendum eſt de coitu fidelis cum muliere hęretica ob dedecus, & iniuriam Chriſtianæ religioni illatam. *Sanchez lib. 7. de matrim. d. 5. num. 12. & 13. Leſſius, Henriqez, Homob. Naldus, Bellocch. Lopez, Conradus, Cand. d. d. 24. artic. 23. d. 33. Diana, Lugus d. 16. ſ. 6.* quamquam aliqui hac circunſtantia ſpeciem non mutari, ſed peccati tantum grauitatem augeri exiſtimant. *Azor. par. 3. lib. 3. & alij.*

19 In amplexibus Venereis, oſculis, ac tactibus, perſonarum circunſtantia confitenda eſt, vt ſi quis contactu impudico religioſi viri, vel Clerici, aut perſonæ voto, vel matrimonio obſtrictæ ſe ſe polluerit; cum enim oſcula, & tactus impudici natura ſua ad coitum tendant, eiuſdem malitiæ, ac ſpeciei ſunt, cuius eſt actus conſummatus, quamuis ille, qui tactu illo delectatur, de concubitu cum illis minimè cogitet: ita ex *D. Thoma de malo quæſt. 15. artic. 2. Caietan. 2. 2. quæſt. 154. artic. 4. d. 1. Armill. verſ. impedim. Sanchez lib. 9. de matrim. d. 46. num. 18. Diana, Candid. ibid. d. 17. & alij.*

20 Qui cum matre, vel filia, vel ſorore, vel nepte concubuit, inceſtum ſuum tacito conſanguinitatis gradu confiteri poteſt. Niſi fortè inceſtus cum conſanguineis in primo, & ſecundo gradu ab Epiſcopo reſeruatus ſit; quamuis enim grauior culpa ſit concubitus cum matre, vel cum filia quam cum ſorore, vel nepte, eiuſdem tamen ſpeciei eſt, quæ diuerſo conſanguinitatis gradu non mutatur. Idem de inceſtu cum vxoris conſanguinea, ſiue cum alio affine dicendum eſt: nam nec diuerſus affinitatis gradus diuerſam ſpeciem conſtituit; propterea qui ſe inceſtum commiſiſſe cum affine, vel conſanguinea tacito affinitatis gradu confitetur, ſecundum probabilem Doctorum ſententiam conſcientiæ ſuæ ſatisfacit, niſi ab Epiſcopo primi, ac ſecundi gradus inceſtus reſeruatus ſit. *D. Thomas 2. 2. quæſt. 154. artic. 9. Caietanus ibid. Gypius de caſ. reſeru. cap. 8. num. 5. Megala part. pri. lib. 5. cap. 12. num. 91. Azor. part. 5. lib. 3. cap. 9. quæſt. 1. Nauarr. cap. 16. num. 3. Suarez in 3. part. tom. 4. d. 21. ſect. 3. num. 7. Vaſq. Valentia, Sayrus lib. 8. cap. 4. num. 3. Leſſ. lib. 4. cap. 3. d. 11. Reginaldus, P. Ledeſma, Henriq. Sotus, Llamas, Cœleſtinus, Turrianus, Mancin. Fauſt. Hurtadus, Sa, Diana, Fillinc. hanc ſententiam probabilem vocat contra Lugum*, qui coitum cum parentibus, & cum fratre, & ſorore differre ſpecie ab alijs cenſet probabiliter *d. 16. ſ. 4. n. 143.* Verùm probabilius eſt, patrem, qui grauiſſimum inceſtus crimen commiſit cum filia; contra proprium officium deliquiſſe, quod eſt filiorum curam habere, bonis moribus imbuere, peccantes corripere, ideoq; hanc delicti contra paternum officium circunſtantiam confiteri neceſſario debere, probabile eſt. *Bonac. de matr.*



Digitized by Google

q. 4. p. 16. *Cand. d. 24. art. 23. d. 29.* qui omnes inceſtus eiuſdem ſpeciei eſſe ait. *dub.* 27. poterit tamen eam circumſtantiam ſeparatim ab inceſtu, quem tacito gradu confitetur, vt ſpeciale peccatum Sacerdoti aperire, ſi nolit perſonam, quam ipſe luxurioſè cognouit, à Sacerdote agnoſci. *Diana cum alijs. v. Tambur. l. 2. c. 7. § 7.*

21 Qui cum matre rem habuit, peccatum ſuum confiteri poteſt dicendo, ſe inceſtum cum conſanguinea in primo gradu cõmiſiſſe, ſi contrariam ſententiam probabiliorem aſſerentium, inceſtus gradum explicandum eſſe, ſequi malit. *Angel. v. conf. Bonac. tom. 1. tr. de ſacr. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 2. Sà v. conf. Cand. ibid. dub. 27. Nugnus in 3. p. tom. 2. q. 9. art. 2.* Si viuente patre priuignus cum nouerca concumbat, magis peccat, quam ſi mortuo patre propter iniuriam adulterij, quam patri facit, & circumſtantiam hanc fateri debet, *Lugus*. Qui plures ad peccandum adduxit, debet in confeſſione perſonarum adductarum exponere numerum, & peccati genus, ad quod eas adduxit ſcandalo, ſeu formali, ſeu virtuali, ſeu interpretatiuo. *Sanchez, Bonacina, Syluius, Leo, Layman, Caſtropalaus, Molfeſ. Azor. Ghilinus, Buncius, Diana p. 6. tr. 6. reſ. 33. contra Lugum d. 16. ſect. 4.*

22 Qui fœminam paratam ad illicitam Venerem inuitauit, eamque conſentientem ſubagitauit, dùm poſtea ſcortationem confitetur, illam ad peccatum à ſeipſo inductam fuiſſe ſilere poteſt, α; non enim offendiculum illi præbuit, cum iam parata eſſet. Quemadmodum qui à fœneratore publico pecuniam fœneratò accipit, ad peccatum illum non adducit; Immò etiamſi ſpeciale peccatum eſſet a meretrice in lupanari expoſita venalis corporis copiam petere, vt putant nonnulli, β nihilominus hanc inductionis ad ſcortationem circumſtantiam confiteri neceſſe non eſt, ſed ſatis eſt dicere, ſe ſcortatum eſſe cum fœmina; nam inductio illius ad concubitum ſubintelligitur. α ità contra *Salam part. 2. tom. 2. tract. 13. Lorcam in 2. 2. D. Thom. quæſt. 43. Sanchium ſum. tom. pri. lib. 1. cap. 6. num. 14. Bonacinam de ſacram. d. 5. part. 2.* docent *Azor. part. pri. lib. 12. cap. 16. quæſt. 5. Suar. in 3. part. tom. 4. d. tra. ſect. 4. num. 18. Coninch. Ledeſ. Diana reſ. 34. Candid. d. 24. artic. 22. d. 25.* β *Caitan. 2. 2. quæſt. 78. art. 4. Sanch. lib. 1. in Decalog. cap. 6. num. 14. Bonac. contra Henriquium, ità etiam Vaſquez, Meratius, Lug. & alij.*

23 Ita fœmina proſtibula, quæ hominem ſcortari paratum ad concumbendum ſecum primò inuitauit, ſi poſtea fornicationem ſuam confiteatur, tacita inductionis circumſtantia, ſatisfacit; fornicationis enim ſuæ tantùm, non alienæ rea eſt. *ita Suar. tract. 4. d. 22. ſect. 4. nu. 18. Azor. part. 2. lib. 12. cap. 16. Henriq. contra Cand. ibid. & alios.*

24 Ita qui lamiæ, pharmaceutriæ, ſeu ſtrigis ad veneficium paratæ opera vtitur ad faſcinum alia faſcinatione, ſeu incantatione diſſoluendum, poſtea crimen ſuum nulla inductionis mentione facta confiteri poteſt. *ita Fagundez pr. 2. lib. 4. cap. 5. nu. 3. Dian. reſol. 34. contra Henriq.*

25 Qui pellicem, vel meretricem imparatam ad illicitam Venerẽ ſollicitauit, vt qui dormientem excitauit ad coitum, duplicis peccati, quod vtreq; cõmiſit, reus eſt. *Azor lib. 1. Lop. p. 1. c. 73. Cand. ibid. dub. 5. cap. 36. & alij.*

26 Cir-

26 Circumſtantia ſtupri neceſſario confitenda eſt ab eo, qui virginem inuitam ſtuprauit; nam fornicationi ſuperaddit iniuriam, qua puellæ integritatem corrumpit vim illi inferédo. *Leſſius l. 2. c. 10. d. 1. nu. 6. Sanchez l. 7. de matr. d. 14 nu. 7. Cand. d. 24. art. 23. d. 9. & aliȷ.*

27 Qui importunis precibus, vel dolis circumuentam virginem defloauit, ſtupri neceſſario in confeſſione aperiendi reus eſt; nam importunæ preces violentiæ æquiualent, doli, & fraudes iuſtitię aduerſantur. *Nau. tom. 2. conſil. l. 5. conſil. 3. num. 1. Bannes 2. 2. q. 62. art. 2. d. 12. Sanch. l. 7. de matr. d. 12. nu. 33. Cand. ibid.*

28 Raptus circumſtantia in confeſſione peccati Venerei, cui ineſt, aperienda eſt, raptus autem eſt luxuriæ ſpecies, cum vel maſculus, vel fœmina ſiue nupta, ſiue inupta ad explendam libidinem vi illi, vel eius parentibus, aut tutoribus illata aliò abducitur. *Vide D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 7. Nauar. tom. 2. conſil. l. 5. Leſſius l. 4. c. 3. d. 9. n. 66. Cand. dub. 11.*

29 Raptus propriè non committitur, cùm virgo conſentiens, parentibus inſcijs, cum amaſio diſcedit, alioque libenter abducitur. Nec ſtuprum propriè dicitur conſentientis virginis defloratio; volenti enim, & conſentienti nulla fit iniuria. *a*. cum autem virgo corporis ſui domina ſit, nihil parentibus reſtituendum eſt. *b*. Si vero rapta, aut ſtuprata virgo raptori, aut ſtuprata virgo raptori, aut ſtupratori minimè conſenſit, ſed ſi vel ipſa, vel parentes eius repugnarunt, has raptus, vel ſtupri circumſtantias confiteri neceſſe eſt. *a Leſſius l. 2. c. 10. d. 1. Sanch. de matr. tom. 2. l. 7. d. 4. Diana p. 1. l. 7. r. 37. Nau. de reſt. l. 2. cap. 3. Sotus l. 4. q. 7. Suarez, Graſſius contra Caietanum 2. 2. q. 154. art. 6. Cordub. & Ledeſmam, Veghiam, Candid. d. 24. art. 23. d. 11. & aliȷ.*

30 Virgo à iuuene rapta parentibus inuitis, ac reclamantibus, ſi poſtea in loco, ad quem abducta eſt, deflorationi ſui conſentiat, nec raptus, nec amiſſæ virginitatis circumſtantias confiteri neceſſariò debet; ſecus vero de raptore dicendum eſt. *Sanch. l. 7. de matr. d. 14. n. 13. Cand. ibid.*

31 Coniux, qui extra coniugalem concubitum maſtupratione, ſeu voluntaria ſpermatis effuſione ſe polluit, coniugium ſuum explicare in confeſſione debet. Dupliciter enim, idest contra naturam, & contra matrimonij fidem peccat. *Sanchez l. 9. de matrim. d. 46. n. 19. Azor. p. 3. l. 3. c. 23. Cand. dub. 14. & aliȷ.*

32 Eandem circũſtantiam coniux explicare debet, qui ex imaginario concubitu cum muliere innupta veneream voluptatem percepit; nam caſtitatem coniugalem, & matrimonij fidem violat affectu coniugi obligato. Ita qui caſtitatem Deo vouit, ſi de percepta delectatione venerea ſe accuſet, votum explicare debet; nam caſtitatem, & religionem voti offendit. *Vaſq. 1. 2. q. 74. art. 4. d. 112. Sayr. l. 8. c. 7. n. 10. Cand. dub. 13. & aliȷ.*

33 Coniux cum aliena coniuge adulterium committens, duplicis ſceleris reum ſe reddit, ſcilicet caſtitatis, & iuſtitiæ ſui, alienique thalami violatione. ideò vtriuſque matrimonij circumſtantiam confeſſario ſignificare debet; dum crimen quod duplex adulterium dicitur, illi confitetur. *Syluest. v. adulterium nu. 1. Cand. dub. 25. & Lopez p. 1. instruct. c. 35. & aliȷ.*

34 Statum perſonæ, de qua quiſ-

piam cogitando veneream delectationem efficaci voluntate percepit, in confeſſione explicare oportet; delectatio enim venerea de aliena vxore duplicem malitiam in ſe continet, alteram contra caſtitatem, alteram contra iuſtitiam. Delectatio de conſanguinea non modo caſtitati, ſed etiam pietati aduerſatur, delectatio de Monacha caſtitati, ac religioni contraria non modo fornicationis, ſed & ſacrilegij prauitatem in ſe habet. Delectatio de rapta muliere caſtitati, ac iuſtitiæ repugnat. *Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. Sot. in 4. d. 18. q. 2. art. 5. Sanch. l. 1. c. 1. in Decal. Leſſ. l. 4. c. 3. d. 15. Bonac. de matr. q. 4. p. 4. num. 19. Cand. dub. 16. contra Sayr. l. 8. c. 7. nu. 20. Vaſq. in 1. 2. q. 74. art. 8. d. 112. c. 2.*

35 Dum quis de habita delectatione cum mora conſiſtente in ſimplici complacentia ſine deſiderio, ſeu voluntate externi operis patrandi ſe accuſat coram Sacerdote, perſonæ ſtatum, circa quam imaginariam delectationem percepit, ſilere poteſt; omnes enim delectationes ſimplicis complacentiæ cum ſint actus inefficaces, neque in externum opus tendant, vni tantum caſtitati opponantur; proinde vnius, & eiuſdem ſpeciei ſunt, nec conditiones perſonæ nuptæ, vel innuptæ, vel ſacræ delectationes illas, vt obiecta terminant. Delectatio ſimplicis complacentiæ de coniugata non verſatur circa illam, vt coniugatam, & rem alteri iniurioſam, ſed quatenus ſenſui iucunda, ac delectabilis eſt, mollis tactu, pulcra viſu, neque in adulterium mens conſenſu fertur, ſed ſola illicitæ veneris imaginatione delectatur, neque integram externi operis malitiam contrahit, continetve, ſed tantum apprehenſam mente, neque expreſsè, neque tacitè, neque interpretatiuè, vt aiunt, iniuria in maritum approbatur; neque in Deum contra religionem, neque in parentes contra pietatem, & honorem illis debitum peccatur. Quemadmodum qui gaudet inimicum fuiſſe in loco ſacro ab aliquo vulnerari abſque conſideratione loci ſacri, peccatum odij, non ſacrilegium committit. Ita qui de vxore aliena, non vt coniugata, ſed vt pulcra viſu, tactuque delectabili abſque veri concubitus intentione delectationem percipit, contra caſtitatem non contra iuſtitiam peccat: nec contra pietatem; aut religionem peccat, qui de conſanguinea, vel ſacra muliere eo modo delectatur. *Ita Azor. p. 1. l. 4. c. 6. q. 3. Vaſq. p. 1. 2. q. 74. art. 8. d. 112. c. 2. Sayr. l. 8. c. 7. nu. 19. Reginaldus tom. 2. l. 12. c. 2. ſect. 3. num. 3. Diana p. 1. tr. 17. r. 34. probabilem facit opinionem, vocant Leſſius l. 4. c. 3. d. 15. Bonac. q. 4. p. 8. nu. 18. Sa v. luxuria 5. Io. Salas p. 2. tom. 2. tr. 13. d. 7. ſect. 9. num. 56. Layman & alij.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt; actus enim interni ſpeciem ab obiectis ſumunt. opus autem externum interiori delectationi obiectũ eſt, quod autem ab alio ſpeciem ſumit eiuſdem ſpeciei eſt, cuius eſt illud, à quo ſpeciem ſumit. Igitur delectatio interior eiuſdem ſpeciei, cuius eſt opus externum, videtur. *Ita Sanch. ſum. tom. 1. lib. 1. c. 2. num. 11. P. Lorca in p. 2. tom. 2. d. 28. nu. 3. Martinez p. 2. q. 75. art. 4. d. 1. Rodriq. ſum. tom. 3. c. 10. n. 3. Candid. 24. art. 23. d. 26. Lugus, & alij.*

36 Qui nefanda Venere ſe cum bellua, vel belluis diuerſi generis commiſcuit, ſpeciem belluæ confiteri nõ debet, ſed ſufficit dicere, ſe cum beſtia alterius ſpeciei rem veneream habuiſſe.

Digitized by Google

buiſſe. Licet enim belluæ ſpecie differant, vna tamen eſt ratio turpitudinis, & ſpecies illæ ſpecialiſſimæ, etſi in genere naturæ differant, in genere moris tamen conueniunt, quemadmodum diuinationes per terram, per aquam, per aerem, per ignem in eadem ratione conueniunt. Neque neceſſe eſt explicare, per quam rem quis diuinauit. *Ita Sotus in 4. d. 18. q. 2. art. 4. c. 6. Caietanus 2. 2. q. 154. art. 1. Azor. p. 3. l. 9. c. 22. d. 3. Cand. diſp. 34. a. 1. d. 27. & 29. Coleſtinus t. 1. c. 9. n. 5. d. 4. Diana p. 1. tr. 7. r. 2.*

37 Eandem deformitatem, ac fœditatem habet coitus cum dæmone, ac cum bellua, quia eſt cum re diuerſæ ſpeciei. *v. Caietan. & Azor. l. c. Bonac. tom. 1. tr. de matr. q. 4. p. 12. Cand. l. cit.*

38 Mulier, quæ cum Sacerdote Monacho concumbit, rectè confitetur, ſi dicat, ſe cum Sacerdote rem habuiſſe, nulla religioſi voti illius mentione facta; votum enim caſtitatis, quo ſe quiſpiam, dum ſacris ordinibus initiatur, obſtringit, à caſtitatis voto non differt, quod Monachi profitentur. *Ita Sanchez de matr. l. 7. d. 27. num. 27. Henriq. l. 5. de pœnit. c. 5. nu. 6. in Gloſſam. Pitigian. Villalob. Medina, Azor. Diana p. 3. Rodriq. & hoc probabile cenſet. Leſſ. l. 4. c. 3. d. 12. num. 87. Io. de la Cruz. Fagund. contra Sotum in 4. d. 18. q. 2. art. 4. Coninch. Zanard. Ledeſm. Fayum.*

39. Spado, vel Eunuchus natura, vel ille, cui frigidior temperatura veneris vſum pernegat, ſi rem cum muliere ſe habuiſſe confiteatur, inhabilitatem ad generandum confiteri debet. Eius enim coitus naturę aduerſatur, non ſecus, ac maſtupratio, aut pedicatio. *Ita Leſſius l. 4. cap. 3. d. 6. Sanchez, tom. 2. l. 7. ſumma & de matrim. l. 7. d. 5. Lugus, Diana contra Filliuc. tr. 10. p. 2. c. 1.* Quoniam non ſunt facienda mala, vt indè eueniant bona, non licet caſtrare filios, vt cantu deſeruiant Eccleſiæ. *Diana p. 3. tr. 5. r. 35. cum aliis & p. 6. tr. 6. r. 35. Ghilinus, Megalius, & alii.*

40 Sponſionem coniugij contrahendi ab adultero in ipſo adulterio alienę coniugi factam neceſſario confitendam non eſſe probabile eſt; hæc enim peccati ſpeciem non mutat. Impedimentum matrimonij, quod vxoricidæ, vel ſponſori coniugij in adulterio Pontificia lege ſtatutum eſt in pœnam delicti, adulterij naturam non immutat. *Ita Leſſius l. 4. c. 3. d. 6. n. 45. Filliuc. tr. 10. p. 2. c. 1. n. 24. Sanch. de matrim. tom. 2. l. 3. d. 5. n. 14. Dian. p. 3. t. 4. r. 140. cont. Henriquũ l. 5. c. 6.*

41 Conſanguinitas, vel affinitas in illicito concubitu variat ſpeciem, & inceſtum facit, quod alias ſimplex fornicatio eſſet, & matrimonio impedimentum ponit. Idem de ſpirituali, vel legali cognatione matrimonium impediente dicendum eſt; illicitus enim concubitus cum cognato ſpirituali ad inceſtus ſpeciem reducitur. *Ita Doctores citati.*

42 Quiſquis à coniugato præpoſtera libidine ſe iniri paſſus eſt, in criminis confeſſione matrimonij offenſionem explicare debet; huiuſmodi enim pathiciſmus adulterij ſpeciem induit; ac peccatum contrarium naturæ eſt; Pathiciſmus verò, ſeu pędicatio cum Monacho, aliouè caſtitatis votum habente crimini ſacrilegij ſpeciem addit neceſſariò confitendam. *Caiet. 2. 2. q. 154. art. 12. Cand. d. 24. a. 23. dub. 22.*

43 Concubitus ſodomiticus mariti, ſeu cum propria, ſeu cum aliena vxore, ſiue cum cinædo nefandi cri-

minis contra naturam, & matrimonij fidem malitiam, & iniuriam continet. Propterea cum hiſce adiunctis tum ab agente, tum à patiente confitendus eſt. *Caietan. Azor. p. 3. l. 3. c. 18. d. 6. Candid. dub. 21. & 24. Bonac. Sotus in 4. d. 31. q. 1. art. 4. Sanch. l. 9. de matr. d. 18. nu. 4. Diana p. 7. tr. 12. contra Mazucchellum, & Machadum,* aſſentientes probabiliter coniugij circunſtantiam non eſſe confitendam, ſi coniuges ambo in ſodomiã conſenſerint.

44. Coniux cum aliena coniuge peccans contra coniugalem caſtitatem, & matrimonij fidem, vel etiam contra naturam cum vtriuſq; coniugij violati mentione confiteri debet, duplicis enim adulterij reus eſt. Sodomitica autem copulatio coniugis cum alieno coniuge malitiã duplicis adulterij, & ſodomiæ habet. *Nauarr. c. 6. nu. 9. Azor. p. 3. l. 5. c. 10. d. 5. Syluester v. adulteri. nu. 1. Cand. diſq. 24. art. 23. d. 21. & 25.*

45 Qui cum cognato, vel affine in primo, & ſecundo gradu præpoſteram libidinem exercuit, conſanguinitatem, vel affinitatem in confeſſione exprimere debet. Inceſtus enim improprij malitiam habet, & ſpecialem irriuerentiæ, & impietatis in cognatis deformitatem præfert. *Ex Caiet. 2. 2. q. 154. art. 22. Bonac. de matr. q. 4. p. 11. num. 8. Cand. dub. 23. Azor. p. 3. l. 3. c. 18. q. 5. Graffius de arbitr. confeſſ. l. 2. c. 34. n. 3.* conſanguinitatis tamen & affinitatis gradus cum eiuſdem ſpeciei ſint, in hoc caſu neceſſario explicari non debent; circumſtantiæ enim intra eandem ſpeciem aggrauantes neceſſario confitendæ non ſunt. *Diana p. 3. tr. 4. reſol. 91. contra Azorium, Candidum, Graphium, & Bonacinam de matr. q. 4. p. 11. num. 7.*

46 Sodomiæ crimen cum virgine commiſſum fuiſſe fateri neceſſe non eſt. Sed illud cum fœmina perpetratum dicere ſatis eſt. per illud enim virgineum clauſtrum, vel ſignaculum non violatur. *Bonac. de matr. q. 4. p. 11. nu. 8. Cand. dub. 24. Dicaſtillus, Trullench, Caramuel, Diana p. 7. tr. 12. reſ. 16. & alij.*

47 Qui cum Caio, deinde cum Titio eius fratre concumbit, ſi bis, vel toties nefarium ſodomiæ crimen ſe perpetraſſe tacitis circũſtantijs confiteatur, ſatisfacit; nulla enim affinitas ex pedicatione oritur. Multo minus confitenda eſt circumſtantia tertij, aut quarti gradus affinitatis, vel conſanguinitatis in ſodomia. *Azorius, Diana contra Dicaſtillum.*

48 Neque neceſſe eſt dicere cynædum, vel pediconem legali, vel ſpirituali cognatione ex baptiſmo [illegible] coniunctum eſſe, qui cum [illegible] filio, vel cum eo, quem è ſacro fonte ſuſcepit, ſodomiæ vacauerit. Nulla enim ſpeciali lege inter eos nefanda venus prohibetur. Quanquam generatim Scatinia lege præpoſteræ Veneris vſus olim coercebatur. *Azor. ibid. d. 4. Bonac. ibid. Azor. Diana p. 7. tr. 12. r. 17. Mazucchellus d. 2. ſ. 22 contra Dicaſtillum.*

49 Innupta mulier, quæ coniugato viro ſuccubuit, non ſecus, ac homo liber cum coniuge aliena congreſſus, coniugij circumſtantiam in confeſſione aperire debet; alienum enim matrimonium adulterio ſimplici violatur. *Caietan. 2. 2. q. 154. art. 5. Cand. d. 24. art. 24. d. 26. & alij.*

50 Qui caſtitatis voto obſtrictus cum fœmina, aut vir etiam caſtitatis votum habente ſe miſcuit, duplicis voti ſacrilegam violationem explicare de-

bet,

bet; non modo enim contra caſtitatem, ſed etiam contra religionem peccauit. *Medina* 1.2.*q*.72. *art*.6. *Rodriq.p*.1.*ſumma c*.23.*concl*.2. *Azor*. *p*.3.*l*.3.*c*.27. *d*.12.*Cand. dub*.30. Etſi circumſtantia pollutionis cum puero, vel alia perſona patrata conſummatæ non mutat ſpeciem, nihilominus in confeſſione eſt explicanda, quia eſt participatio alieni peccati. *Reginald*. *Filliuc.tr*.30.*c*.8.*nu*.153. *Diana p*.7. *t*.12.*reſ*.32. *contra Cutillum*.

51 Qui cum ſorore, vel matre ſponſæ de futuro rem habuit, hanc circunſtantiam in confeſſione Sacramentali detegere debet, ille enim concubitus ad inceſtum pertinet, impropriè tamen, & publicæ honeſtatis impedimentum in huiuſmodi caſu matrimonium dirimit. *P. Ledeſma*, *Sanchez de matrim. d*.5.*nu*.11.*Cand.dub*.36. *& alij*. Qui tangendo puerum nondum doli capacem, vel genitalia beſtiæ, vel dormientem abſque deſiderio concubitus ſe polluit, ſolam pollutionem abſq; adiunctis confiteri poteſt. Tactus enim ſimplex non ordinatus ad coitum in pollutione ſpeciem non addit. *Ita Dicaſtillus de iuſt. lib*.1.*d*. 3.*d*.18. *Azor*. *Caramuel*. *Diana p*.7. *t*.12.*r*.15.*Caietan.in* 2.2.*q*.154.contraria tamen ſententia in praxi tutior.

52 Qui diuorum reliquias, vel ſacra amuleta, vt cereos agnos, quales ſeptimo quoque anno Summus Pontifex conſecrat, vel numiſmata ſacra, vel calculos cum indulgentia in ipſomet Venereo actu, vel coitu geſtat, vel eadem amaſiæ, ac ſcorto grati animi, & beneuolentiæ ergo donat, non tanquam veneris illicitæ pretium, ſeu mercedem tribuit, ſacrilegij reus non eſt, neque hanc circumſtantiam in confeſſione Sacerdoti exponere neceſſe eſt; illa enim ad venereū actum non adhibentur, ſed tantum concomitantur; optimè tamen facit, is qui ſe de irreuerentia erga illa accuſat, quæ veniali culpa non vacat. *Filliuc*. *tr*.30.*c*.7.*num*.229. *D.Thom*. 2.2.*q*. 154.*art*.10. *Sylueſt.v. Luxuria nu*. 8. *Azor.p*. 3.*l*.3.*c*.27. *d*.4. *&* 5.*Cand*. *diſq*. 24.*art*.23.*d*.35. *Dian.p*.1.*tr*.7. *r*.17. *Tambur*. *Bonon*. *& alij*.

53 Sacerdos, vel Clericus, ſacris ordinibus initiatus, ſi quem occidit, vel mutilauit, ordinis, vel Sacerdotij conditionem explicare confitendo debet; nam ex homicidio, vel membrorum mutilatione irregularis factus eſt. *Nugnus ad* 3.*p.tom*.2.*q* 9.*art*.2.*d*.3. ſecus tamen agētem non damnarem; illa enim circumſtantia ſpeciem peccati non mutat, ſed grauitatem auget. *Diana ibid.reſ*. 8. *& alij*.

54 Qui votum, vel iuramentum de eadem re ſæpius iteratum ſemel fregit, vno tantum lethali ſcelere ſe obſtrinxit, neque voti, aut iuramenti iterationem in confeſſione aperire neceſſe eſt. Non enim ſpeciem peccati mutat ea circumſtantia, neq; nouam obligationem voti, vel iuramenti reiteratio parit, ſed priorem tantum confirmat, & ad eandem religionis virtutem omnia vota eadem de re pertinent. *Ita D. Antoninus*, *Caietan*. *Fagundez*, *Sanchez*, *Lug*. *Llamas*, *Diana p*.4. *tr*.4. *Cand. diſq*. 24 *art*.28.*d*. 30. Probabilius eſt, confitentem ſodomiæ ſcelus debere explicare, an agendo, an patiendo illud perpetrarit. Agens enim pędico ſemen effundit, non ſic vel non ſemper, qui patitur, vel ſuccumbit. *Ita Lug.d*.16.*ſect*. 5.*n*.242. ideo malitia ſpecie diuerſa eſt in actione pędicationis confitenda. Contraria etiam ſententia negans,



Digitized by Google

circumſtantiam actionis, vel paſſionis in ſodomia confitendam eſſe probabilis eſt. *Diana p.6. tr.6. reſ.36. Alph. Leo. Mazucchellus: Io. Machad, Caramuel. Nicol. Riccardus, Ghilinus, Zambellus.*

55 Si quis tamen votum, ac iuramentum eadem de re violauit, duplicem culpam in confeſſione aperiendam commiſit. Quàmuis enim votum, & iuramentum ad eandem religionis virtutem pertineant, diuerſa tamen ratione ad illam referuntur; votum enim ob fidem Deo datam ſeruandum eſt; iuramentum vero, ne in teſtimonium falſi ſumma veritas, Deus, inquam, inuocetur, vel adducatur. *Ita Henriq. l.5. n.6. Sanch. l.7. de matr. d.27. n.26. Cand. ibid.*

56 Clericus, vel Monachus, qui in alearum ludo aliquem notabili pecuniæ ſumma fraudauit, in confeſſione fraudis, circumſtantiam ludi, qui Pontificia lege Clericis interdictus eſt, explicare debet. *ita Rebellius, & Leſſius apud Megalam, Toletus l.5. c.27. n.46. Salas, Filiucius tr.37. cap.4. num.59. Squillantus, Homobonus p.2. tr.9. cap.24. Molfeſius, & alij.*

57 Contraria etiam ſententia non improbabilis videtur, Clericos, vel Religioſos aleis etiam frequenter ludendo, ſi ſcandalum abſit, grauiter non peccare, nec circumſtantiam ludi confiteri debere. *Megala p.2. l.5. c.14. num.8. & alij.*

58 Sacerdos, qui lethiferæ culpæ ſibi conſcius, nec corde contritus aliquot pœnitentium confeſſiones excipit, eoſque abſoluit, perſonarum numerum, quas à peccatis abſoluit in confeſſione explicare debet; toties enim lethali ſcelere ſe obſtrinxit; tot namq; peccata ſunt, quot actus. Quando actio circa terminum definitum verſatur, atque in eo abſoluitur. Huiuſmodi autem eſt confeſſionis exceptio; nam abſolutione Sacramentali completur, ac perficitur. *ita Syl-ueſt. v. Cleric. 2. nu.2. Azor p.1. l.4. c.4. q.6. Suar. tom.4. d.22. ſ.5. Candidus d.24. art.22. d.7. contra Henriquium l.5. c.5. nu.6. Fagund. Phil. à Cruce, & Dianam p.1. tract.7. r.47. qui vtranque ſententiam probabilem exiſtimat.*

59 Sacerdos vero, qui mortiferi peccati conſcientia premitur, ſi ad audiendam confeſſionem vocatus accedat, animo excitandi ſe ad pœnitentiam, & contritionem, ſiue deteſtationem peccati ſui, antequam pœnitentem, cuius confeſſionem excipit, à peccatis abſoluat, mortale ſcelus denuo non committit, nec illam ſtatus ſui in audienda aliena confeſſione circumſtãtiam confiteri debet; qui enim peccata ſua propter Deum deteſtari voluit, & verè deteſtatus eſt, antequam pœnitentem abſoluat, non amplius Dei inimicus eſt, neque in ſtatu peccati mortalis pœnitentiæ Sacramentum miniſtrat, ad quod dignè miniſtrandum prævia lethalis culpæ confeſſio non neceſſario requiritur, ſed ſola contritio, id eſt peccati deteſtatio, & dolor propter Deum ſuper omnia dilectum ſufficit. *ita Henriq. l.6. c.18. nu.6. in gloſſa. Diana p.1. tr.7. r.47. Candidus, Filliuc. Reginal.* ſecus vero dicendum eſt, ſi Sacerdos ille, antequam ad confeſſionem audiendam in peccato mortali accederet, animũ pœnitendi, ac deteſtandi illud, vt Dei offenſionem, non habuit. *Poſſeuinus de off. Curati cap.45. n.42. Suar. in 3. p. d.18. ſect.1. num.2. & alij.*

60 Sacerdoti confitenti ſe in ſtatu

pec-

peccati mortalis aliquod Sacramentum adminiſtraſſe, neceſſe non eſt Sacramenti ſpeciem, excepta Euchariſtia, explicare, nec peccatorum genus, vel numerum quibus, ille obſtrictus erat; indignæ enim Sacramentorum etiam diuerſorum adminiſtrationes ſunt eiuſdem ſpeciei ſacrilegia; eidem enim religionis virtuti opponuntur. *ita Dianap.5.tr.14.r.56.& aly*.

61 Sacerdotem, qui lethalis culpæ ſibi conſcius Euchariſtiæ Sacramentum alijs adminiſtrat, grauiter non peccare, probabilis nonnullorum ſententia eſt, nec mortale ſcelus committi ab eo, qui in peccato mortali manens Euchariſtiam tangit. Non enim Sacramentum conficit, nec eius miniſter proximus ad iuſtificationem eſt, ſed actiua paſſiuis tantum applicat. *ita Vaſq.in 3.p. tom. 2. d. 136. cap.3.n.38. Io.dela Cruz p. 2. q. 4.d. 3.c.1. Cœleſtinus tr.1.c.9. Turrianus, Marnius, Ochagauia, Diana p.5.tr. 14.r.56.cont. Fill.Bonac. Coninchum, Valentiam, Villal. Leſſ. Iac. Granadum, Fauſtum. Fr. Lug. Trull.*

62 Quinetiam ſecundum contrariam ſententiam, qui mortalis peccati conſcientia grauatus pluribus Euchariſtiæ Sacramentum continenti, & non interrupta actione ſemel adminiſtrat, vnum tantum peccatum committit, in cuius confeſſione perſonarum, quibus Euchariſtiam ille præbuit, numerum explicare neceſſe non eſt. Quemadmodum ſi quis vna aquę aſperſione, vel abſolutione plures baptizaret, vel abſolueret. *Ita Henriq. l.5.c.5.num.6. Tannerus 2.2.d. 4.q.2.dub.4. Diana p.1.tr.7.r.41.contra Candidum d.24.art.22.d.7. Syluest. Azor.p.1.l.4.c.4.q.6. Lug.*

63 Patres, magiſtri, domini, ſuperiores, ſi filios, diſcipulos, ſeruos, ſubditos peccantes videant, nec quemadmodum debent, corripiant, prætermiſſum officium propter correctionis culpabilem omiſſionem confiteri debent. Nec ſatisfaciunt, ſi de fraternæ correctionis omiſſione tantum ſe accuſent, niſi debitum ex iuſtitia officium omiſiſſe dicant. *Bannez in 2. 2.q.33.art.3.d.1. Villalob.tom.2.tr. 4.d.6. Diana ibid. r.57. Sancius d.6. num.9.* qui contrariam ſententiam non improbat.

64 Cuſtos, capſarius, armentarius, tutor, aliuſque rem alienam furatus, quam cuſtodire vel tueri ex officio debebat, in confeſſione furti à ſe commiſſi, officij ſui obligationem exponere debet. *Ita Medina vterque in ſumma, &c. de confeſſ. contra Henriq. l.2. c.6.n.5. & Dianam r.36.*

65 Qui conſanguineum, vel affinem interfecit, cognationis, vel affinitatis circumſtantiam explicare confitendo debet; non modo enim iuſtitiam erga proximum, ſed etiam pietatem erga conſanguineos, & affines debitam violauit. *Nau.c.14.n.11.Cand. d.24.art.23.d.45.& aly*.

66 Qui peccauit ex ignorantia vincibili, & mortaliter culpabili, non debet neceſſario in confeſſione hanc circumſtantiam explicare; non enim hæc ſpeciem mutat; ſiue quòd non ieiunes, vel rem ſacram omittas ſcienter, ſiue ignorans præceptum, quod inquirere debebas, dubitans, an eo die ieiunium, vel ſacrum iuſſum, vel indictum eſſet; explicanda tamen eſt ignorantia, quando excuſat à cenſura ſtatuta in tranſgredientem ſcienter præceptum, vel quando peccator expoſuit ſe periculo peccandi in alia ſpecie, vt cum ignorat ſtatum fœminæ,



Digitized by Google

cum qua rem habet. Exponit enim ſe periculo adulterij, ſacrilegij, vel inceſtus. Exponenda eſt etiam ignorantia affectata intentione liberius peccandi. α explicanda eſt etiam ignorantia eorum, quæ ſciri debent, vt decalogi, & articulorum fidei; tunc enim ignorãtia eſt peccatum ſpeciale diſtinctum à tranſgreſſione præcepti. β. α *Suar. d. 22. ſ. 4. n. 14. Vaſq. Salas, Lug. d. 16. ſ. 4.* β *Malder. q. 76. art. 2. Tanner. d. 4. q. 9. d. 1. Sot. Lorca, Cano, P. Nauarr. Sanch. lib. 2. in Decal. c. 7. num 24. & alij.*

67 Qui bona fide ex mala intelligentia doctrinæ aliquod præceptum ſub mortali culpa obligans tranſgreſſus eſt, lethalis culpæ reus minimè cenſendus, nec pœna afficiendus eſt. *Ita ex Nauar. l. 5. conſil. de ſent. excomm. conſ. 29. num. 4. Innoc. in c. per tuas. Felin. in cap. final. de re iudic. Giragus p. 3. q. 43. Io. Sancius d. 44. n. 77. Thomaſett. Perer. Barb. in collect.*

## Circumſtantiæ loci. Cap. XVIII.

1 Coniuges abſque neceſſitate, & alij in æde ſacra, & in Eccleſia rem veneream agentes, vel quocunque modo ſemen effundentes loci ſanctitatem violant, & iniuria afficiunt, propterea de hoc ſacrilegio in confeſſione ſe accuſare debent. *Sylueſt. v. debitum, Cand. d. 24. a. 23. d. 38.*

2 Eccleſiæ nomine, vel loci ſacri hic intelligitur Eccleſia conſecrata, vel benedictione inaugurata, Cœmeteria, Sacella, ſiue Oratoria Epiſcopi authoritate conſtructa, diuino cultui addicta, non autem Monaſteria, religioſorum cubicula, & Oratoria priuata Epiſcopo inconſulto fabricata; quamuis enim hæc loca ſacra ſint, & aſyli ſacri immunitate gaudeant, venerea tamen copulatio, vel maſtupratio, ſeu pollutio ſpecialem malitiam ratione loci non acquirit. *Sylueſt. v. Eccleſia 2. nu. 1. Azor. p. 3. l. 3. c. 27. d. 13. & 14. Paſſerin. d. 2. c. 5. & ſeq.*

3 Illud ſpatium Eccleſiæ locus ſacer dicitur, quod ad interius corpus, & ſuperficiem ab interiori tecto vſque ad pauimentum ſpectat. Ideò ſacrilegium non committit, qui ſupra tectum Eccleſiæ, vel extra templi parietes ſemen, vel ſanguinem fundit, modo parietes illi non ſint muri Cœmeterij, qui locus ſacer eſt. Nec ſacrilegium eſt coitus, vel voluntaria ſeminatio in loco ſubterraneo, vel cauerna Eccleſiæ, niſi ſepulturæ locus ſit, neque in turri campani æris ſede, neque in ſacrario, quod vulgo Sacriſtia dicitur; neque ante fores Eccleſiæ extra limen, modo limen ad Cœmeterium non ſpectet, neque ſi hæc in templo ſuperioris permiſſu deſtructo fiant, ſacrilegium committitur; ſecus dicendum eſt, ſi in choro, vel in ſacello Eccleſiæ nuper addito, vel in aliqua parte, ſecundum quam prior Eccleſia extenſa eſt, etianſi benedictionis expers per ſe ſit, vel in clauſtris religioſorum ſepulturæ deſtinatis, ac benedictis humani ſeminis, vel ſanguinis culpabilis effuſio fiat. *Nugn. tom. 1. in 3. p. q. 83. art. 2. d. 2. Sanch. l. 9. de matr. d. 15. Paſſerin. d. 7. c. 18.*

4 Coniugalis concubitus in Eccleſia, ſi neceſſitas poſtulet, illicitus non eſt; vbi quatriduo, vel amplius coniuges incluſi detinentur inuiti, neque neceſſario confitendus eſt; Eccleſiaſticæ enim leges in magna neceſſitate

non

non obligant. *Sylueſt. v. debitum q.3. num.5. Sayr. l.5. c.16. Suarez, Ledeſma, Cand. d.24. art.23. d.28. Diana, & alij*. Quamuis alij coniugum in Eccleſia concubitum non excuſent; niſi ibidem per decem, α vel per quindecim β dies, vel per menſem γ ibidem incluſi non maneant. α *Fagundez*, β *Leſſius*, γ *Sanchez*, *Paſſerin*.

5 Fornicationem, & voluntariam ſeminis effuſionem occultè in Eccleſia factam, nec non coniugalem concubitum in ęde ſacra à coniugibus ibidem non concluſis habitum ſacrilegium eſſe aliqui probabiliter negant; locus enim ſacer pollutione notoria tantum violatur. *Vaſq. in p. 2. tom.1. q.72. art.7. d.98. c.3. nu.6. Baſilius Pontius de matrim. l.10. c.10. num.5. Diana p.1. tr.7. reſ.27. Leſſius, & alij*. Contrarium alij probabilius aſſerunt; illa enim copulatio, ac genitalis ſeminatio, etiamſi lege, vel iure non comprehendatur, nihilominus loci ſanctitati repugnat, & venerei actus turpitudo Eccleſiæ munditiei contraria eſt. *Suarez de relig. tom.1. l.3. cap.7. nu.4. Bonac. de matr. q.4. p. vlt. Raphael Turrius, Diana ibid. D. Antoninus 3. p. tom.1. c.20. Sanch. l.9. d.12. nu.12. Sotus in 4. d.32. q.1. art.3. Cand. ibidem 28. Lugus d.16. ſ.9. Paludanus, Tannerus, & alij*. itaque ſecundum probabiliorem ſententiam, qui in Eccleſia clam maſtupratur, ſiue occulta venere ſe polluit, vel ibi clam fornicatur, ſacrilegium ſceleri addit in confeſſione poſtea detegendum. *Ita Doctores citati. vide Paſſerinum*.

6 Coniugalis concubitus in priuato alicuius domus ſacello neceſſario confitendus non eſt; non enim in Eccleſia habitus eſt. *Ita Sanchez, Megala, Fagundez, Diana, & alij*.

7 Turpia, obſcœnaque verba, laſciui nutus, impudici tactus, & pudendorum aſpectus, templi, in quo fiunt, ſanctitatem non violant, niſi genituræ profluuium, id eſt venerea pollutio inde ſequatur; ideo cum ſacrilegia non ſint, in eorundem confeſſione loci ſacri circumſtantiam explicare opus non eſt; locus enim ſacer notoria ſanguinis, vel ſeminis effuſione tantum violatur, ſicut Eccleſiaſtica lege ſtatutum eſt, quæ diuina in polluto templo celebrari prohibet. *Ita Sanchez de matr. tom.3. l.9. d.15. n.21. Coninch. de ſacram. d.7. num.22. Homobonus, Valentia 2. 2. d.6. q.15. p.1. Henriq. Vaſq. loc. cit. Cand. ibid. dub.41. Caietanus in opuſc. tr.17. Diana p.1. tr.7. r.25. contra Salam, Pitigianum, Azorium tom.1. l.4. cap.6. q.10. Suar. de rel. tom.1. l.3. cap.7. Cord. Syluest. Lopez, Rodriq. Ledeſmam, Ortiz, Raph. Turrium*. Quando tamen actus illi fiunt cum periculo pollutionis, vel cenſentur cum pollutione connexi, habent malitiam explicandam in confeſſione. *Lug. d.16. ſ.10. Paſſerin. d.3. & alij*.

8 Furtum rei profanæ, ſiue non ſacræ in loco ſacro, quæ ibi ſub cuſtodia, vel iure, vel tutela Eccleſiæ depoſita non fuit, ſacrilegium non eſt; vt manticulatio, ſeu crumenæ, quam diues in templo gerebat, ablatio; nulla enim loco ſacro iniuria irrogatur. Si quid externum, & per accidens illuc allatum inde auferatur. Itaque manticularius fur, qui manticulatum, ſeu furatum ſe eſſe fatetur, tacita loci ſacri circumſtantia, ſatisfacit. *Sotus in 4. d.18. q.2. art.4. Leſſius l.2. cap.45. d.3. Crux, Fagundez, Henriq. l.2. c.6. Zerola, Diana p.1. tr.7. reſ.27. Coninch. d.2. d.4. Azor. Raphael à Tur-*

re,

Digitized by Google

Lugus contra Suarium de Rel. tom. 4. l. 3. c. 4. Laymann l. 4. tr. 10. c. 7. Reginald. Candidum, Turrinum, Menochium, Ledesmam, Vasq. Nauar. Valentiam, Nugnum, Bonac. Rebell. quorum ſententiam probabilem exiſtimo ex cap. quiſquis inuentus 17. q. 4.

9 Nec ſacrilegij reus cenſendus eſt, qui rem à Clerico Eccleſiaſtico iure poſſeſſam ſurripit. Ita Pitigianus in 4. ſent. tom. 2. d. 18. q. 1. Diana ibidem contra Io. Pegnam. Qui ad furandum vtitur occaſione confeſſionis, hanc circumſtantiam fateri debet, nam infert iniuriam Sacramento. Fagund. l. 4. c. 4. Cordub. Lug. & alij.

10 Iudex ſæcularis, quamuis abſq; ſacrilegio, & circumſtantia neceſſario confitenda eos, qui Eccleſiæ aſylo, ſiue impunitate gaudent, è loco ſacro extrahere minime nequeat, is tamen intra Eccleſiam abſq; ſacrilegio arma auferre poteſt, neque id neceſſario confiteri debet. Couarruuias l. 2. cap. 20. num. 17. Fagundez pr. 2. l. 1. q. 4. nu. 55. Dian. p. 11. t. 7. r. 8. & alij.

11 Si quis in templo manens ſe contari cupiat extra illud, vel rem veneream cum pellice domi exercere, ſacrilegij reus non eſt, nec loci circumſtantiam in confeſſione illius deſiderij, ac concupiſcentiæ venereæ confiteri neceſſario debet; ſecùs verò dicendum eſt, ſi fornicari, mœchari, vel pollui in loco ſacro cupiat, actus enim interior voluntatis eiuſdem ſpeciei eſt cum actu interiori. Ita Lopez p. 1. cap. 33. §. cæterum v. Candid. diſp. art. 23. d. 40. contra Sylueſtrum v. confeſſio 1. nu. 11.

12 Qui furatus eſt rem ſacram in loco ſacro, non ſatisfacit ſi confiteatur ſe ſacrilegum furtum commiſiſſe, eſt enim ſacrilegium duplex ratione loci & rei ſacræ ſpecie diuerſum. Cardin. Lugo d. 6. num. 471. R. Amanſius 10. ſect. 11. D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 3. contra Fagund. de præcept. Eccl. p. 2. lib. 4.

## Circumſtantia numeri conſuetudinis, temporis, modi, ac finis, complicis. Cap. XIX.

1 IN vna, eademque actione ſimplici, ac naturali multiplex malitia eſſe poteſt, & conſequenter multiplex peccatum numero diſtinctum; quod accidit quando actio ad plura obiecta extenditur. Vt quando quis vno ictu plures homines occidit, vel iniuria, vel damno, vel infamia plures ſimul, ac ſemel afficit, vel afficere cogitat, vel vno verbo multorum famam lædit, vno furto res multorum surripit, vnico conſilio peſſimo multos ad perpetrandum ſcelus aliquod adducit, in vna maſtupratione, vel ſcortatione de pluribus coniugatis, vel innuptis, vel religioſis fœminis veneream delectationem imaginatione percipit, plura peccata, totidem ſcilicet, quod mala obiecta reſpicit, vno actu committit in confeſſione neceſſario explicanda. Multiplex enim malitia, vbi eſt, vbi multiplex repugnantia eſt cum recta ratione, igitur & multiplex culpa neceſſario confitenda. Ita Azor. tom. 1. l. 4. c. 4. q. 5. & 6. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 91. d. 4. Sayr. l. 2. c. 5. nu. 14. Salas p. 2. tr. 13. d. 3. ſ. 2. Henriq. l. 4. c. 5. n. 4. Diana, Molfeſi. Vrib. Peſant. Cand. d. 24. art. 22. d. 15. Molina tom. 4. d. 41. num. 4. Reginald. tom. 4. l. 22. c. 8. ſect. 9. Toletus l. 3. c. 7. Lug. Sanch. ſumma tom. 1. l. 1. c. 6. contra Bonacinam

nam

*num tract. de legib. d. 2. q. 4. p. 2. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 22. ſect. 5. num. 36. Filliuc. tr. 21. c. 8. nu. 320. Laym. l. 1. tr. 3. c. 3. Duardum, & alios.*

2 Si quis vno ictu tres clericos occideret, triplicem excommunicationem, ac triplicem irregularitatem contraheret, terque anathema, terque irregularis eſſet, ſecus vero ſi clericum eundem ter percuteret, in vnam enim excommunicationem tantum incideret. *Nau. c. 6. num. 18. Sayr. de cenſ. c. 10. Mol. tom. 4. tract. 3. d. 41. Vgolinus, Salas, Dian. ibidem, & alios.*

3 Certus peccatorum numerus in confeſſione dicendus eſt, quoad fieri poteſt, qui vero certi numeri peccatorum non recordatur poſt ſedulam conſcientiæ diſcuſſionem, confiteri poterit, ſe toties plus, minus, vel circiter peccaſſe ſcortando, furando, odio habendo, & numerus actuum diſtinctorum odij, vel delectationis moroſæ, ſeu libidinis, quoad fieri poteſt, explicari debet. *Nau. c. 6. num. 16. Bonac. de ſacr. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 2. Candid. dub. 16. & alij.*

4 Hæc autem peccata multiplicantur numero, quoties voluntatis moraliter interruptæ actus repetuntur, vt ſi prior voluntas furandi, poſtquam per contrariam voluntatem interrupta eſt, denuo redeat. In eadem enim voluntate permanere quis cenſetur, donec eum pæniteat, & nolit, quod prius volebat, & quamuis ſæpius eandem voluntatem contraria voluntate, ſiue pœnitentia non interruptam repetat, eandem voluntatem moraliter habere, vnum, idemque peccatum committere cenſetur, atque ideo illud tanquam vnum peccatum, puta, odium per menſem, vel per annum confiteri ſufficit. *ita Lopez. p. 1. cap. 31. Canus de pœnit. p. 5. & alij.*

5 Diuturnitas, ſiue duratio eiuſdem peccati, ſiue odij, ſiue inuidiæ, ſiue delectationis venereæ, ſiue aliorum huiuſmodi in confeſſione neceſſario explicanda non eſt, quatenus eſt circumſtantia peccatum grauius reddens, ſed tantum quatenus numerum peccatorum, longo tempore commiſſorum, qui aliter explicari non poteſt, indicat, vel quando nimia fuit, quia forſan vnum peccatum ille commiſiſſe videtur, qui plura commiſit, quorum numerus ſi commodè explicari non poſſit, durationem explicare oportet. *Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 1. d. 3. n. 36. Zerola c. 1. q. 115. Diana reſ. 39. Nauar. Cand. dub. 16. contra Canum, Sotum, Lopez.* Qui malam peccandi voluntatem non retractauit, in habituali peccato perſeuerat, non in actuali, niſi aliquo modo duret actualis peccati commiſſio; ſi autem peccatorum actualium numerus commodè explicari nequit, durationem habitualis peccati, ſiue in eo ſtatu peccati explicare opus eſt, ac ſatis.

6 Valdè probabilis eorum ſententia eſt, qui aſſerunt, peccatorum numerum multiplicari quacunque, vel minima interruptione voluntatis, vel ceſſatione, ſiue voluntaria ſit, ſiue ex quacunque naturali mentis euagatione, ſiue etiam ex ſomno modo contingat. Vt ſi Petrus Antonium interficere velit, deinde vel dormiat, vel de cæde Antonij nihil cogitet, ad alia mente diſtractus, & poſtea experge factus vel in ſe reuerſus iterum Antonium interimere ſtatuat, & opere, duo peccata committit; peccatum enim vnum eſſe non poteſt, niſi continuatione, duo autem illi actus minimè continuantur. Non igitur vnum, ſed duo.

quo peccata ſunt neceſſario confitenda: *ita Nugnus tom. 2. in 3. p q. 9 art. 2. d. 1. Cand. dub. 27. contra Suarium,* qui longam interruptionem, & moram ad diſtinctionem peccatorum requirit *tom. 4. in 3. p. d. 22. ſ. 5. num. 13. & Tabien. v. peccatum. 1. q. 8.*

7 Probabile etiam conſequenter exiſtimo, tot peccata committi, quot mali voluntatis actus fiunt, vt quoties aliquis in eodem itinere, quod occidendi inimici cauſa ſuſcepit, interficiendi volũtatem applicatione mentis ad alia interruptam repetit, reuocatuè; nouis enim actibus malis noua malitia ineſt, noua ergo culpa committitur, cum nouus actus voluntatis malus producitur, in confeſſione explicandus. *ita ex D. Thoma 2. ſent. d. 42. q. 1. art. 1. Nugnu ibid. Armilla v. peccatum, Becan. Tambur. & alij.*

8 Probabile etiam eſt, iniuſtum rei alienæ detentorem toties peccare, quoties illam domino non reſtituendi, ſed retinendi propoſitum facit; toties enim rationi, ac iuſtitiæ aduerſatur; idcirco in confeſſione explicandum, quoties quis rem alienam non reſtituere propoſuerit, cum eam domino reddere poſſet; ſi quis tamen poſt diligens conſcientiæ examen non recordetur, quoties eandem rem non reſtituere ſtatuerit, ſatisfaciet dicendo quandiu rem illam detinuerit, videlicet per annum, vel per tot menſes; ad impoſſibile enim nemo obligatur. *ita Nauar. c. 6. nu. 14. Nugnus, & Candid. ibidem dub. 19.* Contraria etiam ſententia probabilitate non caret, quã grauiſſimi doctores tuentur aſſerentes non plura peccata, ſed vnum tantummodo committi ab eo, qui vno anno, vel amplius rem alienã retinet, etiamſi fortè reſtituendi opportuna occaſio ſe illi ſæpiùs offerat, vel etiam ſi non reſtituendi propoſitum ſæpiùs renouet: modo priorem voluntatem non reſtituendi pœnitentia ductus non interruperit, ac deindè eandem non repetierit; ſed eandem voluntatem ſaltem virtualem continuauerit; nam eadem voluntas virtute ſaltem permanet, quando aliquis virtute illius voluntatis, vel intentionis prioris aliquid agit, quamuis actuali intentione, quam priùs habuit, ad alia mente diſtractus careat. Propterea etiam probabile eſt, iniuſtum alienæ rei detentorem non plura peccata eam per annum retinendo commiſiſſe, ſed priorem culpam continuaſſe, & nec diuturnitatem voluntariæ retentionis illius in confeſſione neceſſario explicandam, cum circumſtantia ſit aggrauans peccatum, non ſpeciem mutans. *a P. Nauar. lib. 4. de reſtit. c. 4. num. 9. Tanner. 2. 2. diſp. 4. q. 6. d. 14. Arragon. Carbo. Diana p. 1. tr. 7 reſ. 58. contra Cand. Nugnum, & Nauar.*

9 Eadem ratione aſſerere poſſumus vnum tantum ſcelus ab eo committi, qui inimicum vita ſpoliare ſtatuit, ideoque enſem præparat, acuitq; galeam, & loricam induit, iter ad patrandam cædem ſuſcipit, illius occidendi intentionem in via ſæpè repetit; prior enim intentio, quamuis non actu, virtute tamen perſeuerat in actione illa itineris ſuſcepti ad occidendum illum, quemadmodum in celebratione diuini ſacrificij virtualis intentio miniſtri ſemper adeſt, etiamſi actualis ſæpè deſit; idem in recitatione diuinæ pſalmodiæ ſæpius accidit. Præterea plures actiones externæ prioris intentionis virtute fiunt, & ad eundem finem ſimul ordinantur, vnamq; moralem actionem conſtituunt; cui

vna

Digitized by Google

vna malitia, vnum peccatum ineſt. ita *Nau. ſum. c.6. nu. 16. Henriq. l. 5. c.5. num. 5. Bonac. de ſacr. d.5. q.2. p. 2. Caiet. dub. 18. Lugo, & alij.*

10 Quiſquis plures vna, eademque contumelia affecit, perſonarum offenſarum numerum explicare debet; quot enim perſonæ offenſæ ſunt, tot offenſiones, totidemque peccata; vnitas enim, vel multiplicitas peccatorum ex vnitate, & multiplicitate obiectorum pendet. *Vaſquez in 3. p. tom. 4. quæſt. 91. artic. 1. d. 4. Tribarne in 4. ſent. d. 17. diſ. 15. ſect. 8. Bonac. de ſacr. d. 5. quæſt. 5. ſect. 2. Zerola, Henriquez lib. 5. cap. 5. num. 4. Tannerus. Tambur. Dian. contra Suarium.*

11 Qui varijs contumelijs aliquem affecit, earum numerum tantum, non diuerſitatem confiteri debet; omnium enim contumeliarum vna, eademque ratio, ſcilicet intentio lędendi alienam famam; ſatis ergo eſt, ſi pœnitens dicat: proximum minime toties contumelia affeci; neque opus eſt addere, illum ebrium, ſcurram, nebulonem, cinędum, blateronem, proditorem appellaui. *Caiet. 2. 2. qu. 72. artic. 1. Sotus lib. 5. quæſt. 9. artic. 1. Azor. part. 3. lib. 13. cap. 5. d. 1. Molin. tom. 5. tract. 4. d. 19. Reginaldus, Sa, Lug. pag. 352. Diana reſol. 28 contra Nauarrum, Henriquez, Tanner. Sanchium, Megalam, Tribarnem, Diana falsò citat Sanchium, Tambur. & Filliuccium.* Nonnulli grauiora tantum conuicia in proximos iactata confitenda eſſe, qualia fuerint, exiſtimant, vt ſi quis proximum hæreticum, patriæ proditorem appellarit. *ita Sotus ibid. Molfeſ. tom. 1. tract. 1. cap. 22. nu. 19.* ſed hoc ab illis dicendum eſt, qui circunſtantias peccati grauitatem augentes in confeſſione explicandas aſſerunt; quod autem de contumelijs dictum eſt, idem de calumnijs, & detractionibus famæ dicendum eſt. *Bonac. de ſacr. d. 5. quæſt. ſect. 2. part. 2. §. 3. Diana reſol. 28.* Blaſphemiæ, contumeliæ in Deum prolatæ differunt ſpecie ab ijs, quæ in ſanctos proferuntur; ideo circunſtantia confitenda eſt. *Suarez de relig. tract. 3. lib. 1. cap. 6. Turrian. Regin. Sanctar. Layman. Sanchez. Bann. Lopez, Filliuc. Aragon. Lugus, Diana, Tambur.*

12 Qui coram alijs alienæ famæ detraxit, vel impudica, & obſcœna locutus eſt, perſonarum numerum, quibuſcum oblocutionis, ſiue detractionis famæ, vel turpiloquij peccatum commiſit, explicare debet; nam totidem peccatorum, quot ſocij, & preſentes illi aſſentiędo commiſerunt, reus eſt: nam illis anſam præbuit. *Sanchez lib. 1. moral. cap. 6. num. 8. Sayr. de pœnit. cap. 9. num. 11. Conrad. d. 24. art. 13. d. 47. & alij.*

13 Quinimmo, ſi cum pluribus non ſolum impudica rerum venerearum narratione, ſed etiam rebus ipſis obſcœnis impudicè delectatus eſt, conditionem, ſeu circunſtantiam auditorum, ac ſociorum, an coniugati, an innupti, an caſtitatis voto deuincti eſſent, dicere debet, & an ſermo eſſet de adulterio, an ſtupro, an ſcortatione, ſeu fornicatione, an prædicatione, an ſacrilegio; nam delectatio venerea ab obiecto, & motiuo malitiam, & ſpeciem accipit. *Bonacina de ſacr. d. 5. quæſt. 5. ſect. 2. part 2. Lug. Ghilim. Dian. part. 6. tom. 6. reſol. 33. & alij.*

14 Qui de pluribus rebus interrogatus à iudice ſemel iurando mentitur, ac peierat in omnibus, vnicum tantum lethale ſcelus committit. Ità qui ſuper eadem ſe iuramenta per Deum,

Deum, & per ſanctos ſimul multiplicat; vnius tantum culpæ reus eſt. *Henriquez lib. 5. cap. 5. num. 6. Archidiaconus, & Sarmientus, Diana part. 1. tract. 7. reſ. 40. Tambur. & alij.*

15 Peccandi aſſuetudo in confeſſione neceſſario explicanda non eſt; hæc enim circumſtantia ſolum culpam grauat, non mutat ſpeciem, niſi peccandi conſuetudo ex occaſione, quam pœnitens vitare debet, ortum habeat, vel niſi iuſta de cauſa à confeſſario pœnitens de illa interrogetur, vt eius diſpoſitionem intelligat, vel niſi peccatum ex conſuetudine ſit reſeruatum, vt blaſphemia; non enim abſque iuſta cauſa pœnitens peccata ſuperioribus confeſſionibus deleta iterum Sacerdoti manifeſtare cogendus eſt; nam hoc nimis oneroſum eſſet: nemo idem peccatum confiteri bis debet. *ita Reginal. tom. 2. lib. 28. num. 81. Suarez in 3. part. tom. 4. d. 22. ſect. 4. & Relig. tom. 2. lib. 5. cap. 8. Bonac. de ſacr. d. 5. quæſt. 5. ſect. 2. part. 2. Vaſq. in 3. part. tom. 4. quæſt. 91. artic. 2. d. 3. & 1. Bannez, Ledeſma, Graff. Villalob. Delrius, Diana part. prim. tract. 7. reſol. 68. Lugus contra ſententiam D. Antonini, Tabiena, Roſel. Sylueſtri, Soti, Henriq. lib. 5. cap. 8. num. 2. Fagun[illegible] Candid. de lib. 48. Pellizar. ij. cap. 10. ſ. 3. quæſt. 3. & Tambur. & alij.*

16 Peccandi conſuetudinem, abſque iuſta cauſa interrogatus à confeſſario, pœnitens confiteri neceſſario non debet, ſed amphibologia vtendo celare poteſt hoc modo, conſuetudine peccandi careo, quam tibi nunc confiteri debeam. *Ioann. Sanc. diſp. 9. num. 6. Bonacina, Diana reſol. 552. contra Vaſquez quæſt. 91. Lug. d. 24. ſ. 10. num. 72. Pellizar. Tambur.*

17 Homini peccatis aſſueto Sacerdos abſolutionem à peccatis per menſem plus minus differre poteſt, ſi id expedire prudenter exiſtimauerit, non tantum enim iudicis, ſed & medici munere fungi confeſſarius debet, & congrua pœnitentis diſpoſitioni remedia adhibere. *Graff. p. 1. deciſ. lib. 1. cap. 20. num. 24. Suarez ibidem Sayr. lib. 5. cap. 4. Sanch. ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 32. Tabienus lib. 3. cap. 28. Reginald. Lug. Villalob. Tambur. & alij contra Sanctium ibid. quamquam* ſi commiſſum ſcelus deteſtetur, & ad meliorem frugem redire ſtatuat, ſtatim abſolui poteſt, etiamſi vitæ morumque emendationi nihil ſe induxerit. *Sanch. ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 32. Caſtropalaus, Diana p. 6. tract. 6. reſ. 30. contra Medinam, Saymum, Suarez, Lopez, Tambur.*

18 Probabilis eſt contraria ſententia, qui aſſerunt hominem [illegible] aureos ſatisfacere confeſſionis obligationi, ac conſcientiæ ſuæ, ſi [illegible] [illegible] ſe furatum eſſe fateatur, modo furtum lethale peccatum eſſe confeſſarius cognoſcat. Quemadmodum probabile eſt eum, qui res diuerſi valoris, & ſpeciei diuerſæ ſurripuit, ſatisfacere, ſi dicat ſe [illegible] aliena [illegible] quantitatem abſtuliſſe, [illegible] eſt dicere ſe aliquem graui iniuria affeciſſe, quamuis [illegible] furorem, vel adulterum [illegible] impetu appellauit. *[illegible] ſiderat. d. 5. num. 11. Vaſq. in 3. part. tom. 4. quæſt. 91. artic. 1. d. 3. Megala Zanardus de pœnit. cap. 18. Cyprian. Zerola, Diana p. 2. tract. 7. reſol. 14. Bonac. de ſacr. d. 5. quæſt. 5. ſect. 5. p. 2. d. 3. Henriq. Vgolinus, & alij.* Contraria tamen ſententia aſſerens, quantitatem, ſeu diſcretam, ſeu continuam furti explicandam eſſe, probabilior eſt:

[illegible] furtum multiplex multiplicem malitiam in ſe continet, à multiplicitate obiectorum [illegible] deſumptam. Quantitas furti, quæ poteſt variare iudicium circa pœnitentiam iniungendam, à confitente explicanda eſt. *ita Sotus in 4. d. 17. quæſt. 1. art. 4. Tolet. lib. 3. cap. 7. num. 4. Sayr. de pœnit. cap. 8. num. 8. Suarez in 3. part. tom. 4. d. 22. ſect. 5. num. 27. Sanchez ſum. tom. 1. lib. 4. cap. 1. Nagnus, Henriq. Coninch. Medina, Fagund. P. Fay, Bonac. ibid. Lugo d. 16. ſ. 3. & alij.*

19 Furtum rei notabilis, & rei modicæ, paruique momenti differunt plusquam genere; furtum enim graue mortale eſt, & gratia diuina priuat; leue autem veniale eſt, nec diuinam gratiam aufert. *D. Thom. 1. 2. quæſt. 72. art. 5. Henriq. lib. 5. cap. 7. num. 2. Bonac. Candid. d. 24. art. 23. d. 4.*

20 Quamuis non deſint, qui furtum mortale alicuius rei notabilis ſpecie differre à veniali furto rei minimæ, putant, & ſolam circumſtantiam peccati ſpeciem mutare, in genere moris. *Nauar. prælud. 9. num. 3. & alij.*

21 Neceſſe non eſt, vt Religioſi confiteantur cõſuetudinem tranſgrediendi conſtitutiones, ſeu regulas ſui ordinis, quæ ad lethalem culpam non obligant. Tranſgreſſiones; non enim talis conſuetudo peccatum lethale eſt, etiamſi coniuncta ſit cum propoſito regulas non obſeruandi; non enim vouerunt religioſi ſeruare omnia, quæ in conſtitutionibus continentur; hoc enim nimis oneroſum eſſet, ac periculoſum. Neque venialis culpa per multiplicationem fit vnquam mortalis, eius enim grauitas per vehementiorem [illegible] augetur, non per [illegible] [illegible] conſuetudo violandi conſtitutiones earum contemptum neceſſariò inuoluit, ſed imperfectionem arguit, neque lethalis culpæ reus eſt, qui peccata venialia, quæcunque ſibi occurrentia committere ſtatuit. Siue is ſit ſecularis, ſiue religioſus; modò contemptus, & ſcandalum abſint. Per ſolum enim lethale peccatum diſſoluitur amicitia hominis cum Deo. Neque propoſitum committendi omnia peccata venialia eſt proximum periculum labendi in lethale ſcelus, modò venialia illa non ſint circa Venerea, vt circa tactus, aſpectus, & verba impudica; Facilis deſcenſus Auerni, & lapſus concupiſcentiæ in lethale ſcelus, occaſio præceps eſt. *ita Iacob. Granad. 1. 2. contr. 6. tract. 2. ſ. 7. Caietan. Sotus, Giragus part. 3. d. 44. Baſſeus, Sylueſt. contra Sanchium, Caſtrumpalaum, D. Antoninum, Valent. & Azor. p. 1. lib. 4. cap. 9. quæſt. 11. Suar. lib. 3. de leg. cap. 28. v. Granad. Caiet. 2. 2. quæſt. 182. Salas, Girag. contra Sanch. Bonac. de pecc. d. 2. quæſt. 3.*

22 Superiores Religioſi, qui per diſſimulationes, & factioſas actiones, quas partialitates vulgo appellant, intendunt ſe in præfectura conſeruare, lethali ſcelere ſe obſtringunt: nihil ambitione illa periculoſius, ac perniencioſius; debet enim religioſus præfectus ſtudium perfectionis promouere. Ideò ſi diſſimulando ſinat deſuetudine, & incuria conſtitutiones religioſas negligi, & aboleri, lethalis culpæ reus fit. Ideò conſuetudinem diſſimulandi, & factioſè agendi confiteri debet. *ita Io. Franc. Giragus part. 3. d. 45. ex D. Ambroſio, D. Baſilio, D. Bern. Iuſtin. Chryſoſt. homil. 56. Lugo de iuſt. d. 9. ſect. 2.*

23 [illegible] Prælates religioſos

gioſos, qui diſtribuunt officia, dignitates, præfecturas ad preces, ac petitiones hominum pro ſe, vel pro alijs rogantium; ambitione, ac ſtudio dominandi, & imperandi alijs, lethalis culpæ, æternæque damnationis reos eſſe. iuſtitiæ enim diſtributiuæ leges offendunt, dum plures digni eſuriunt, indigni ebrij ſunt: hoc eſt, abundant honoribus, qui dignioribus debentur. rectæ gubernationis ordo peruertitur; ſecus vero dicendum eſt, ſi preces, ſeu petitiones illæ, abſque nota ambitionis fiant: vt in meritum virum conferatur dignitas. *ita ex S. Thom. quodlibet. 9. art. 11. Syluest. benef. 4. Rebuff. in praxi. Nauar. c. 25. num. 128. Sot. l. 3. q. 6. art. 3. Sanch. 1. opuſc. l. 2. c. 2. d. 5. Nauar comm. 4. de Reg. num. 24. Giragus dub. 59. p. 3. & alij.*

24 Addo etiam Superiores Religioſos, qui non corripiunt ſubditos aſſuetos violare religioſas conſtitutiones, & regularum tranſgreſſiones negligunt, nec ſtudent ſubditos ad perfectionem ordinis ſui promouere, mortifero crimine obſtrictos eſſe, quamuis ſubditi cõſtitutiones religioſas violando leuiter tantum peccent. Superiores enim non modo ex præcepto correctionis fraternæ, ſed etiam ratione ſui officij conſulere debent bono ſpirituali, & profectui ſubditorum, & obſeruantiæ conſtitutionum; poſſunt tamen quandoque ob leuitatem materiæ excuſari. *vt rectos decet collaudatio*, ita improbos correptio, & caſtigatio. Pſal. 32. *Suar. Sotus, Bannes, Caſtropalaus p. 1. d. 3. p. 5. tr. 6. Turrian. de char. d. 86. d. 2. Laym. l. 2. tr. 3. c. 7. Torres, Baſſeus, Lugo, Coninch. Caſpenſ. Girag. p. 3. d. 39. & reliqui commun. & alij.*

25 Si quis die Dominico, in quem feſtum alicuius Diui, vt Sancti Laurentij, vel S. Stephani incidit, ſacrificium Miſſæ omittat, vnum tantum peccatum committit, quod ſine illius mentione duplicis Feſti confiteri ſatis eſt; duplicis enim præcepti de eadem re violatio vnam malitiam continet: Idem iudicandum eſt de eo, qui præceptum ieiunij in peruigilio alicuius Diui, vt S. Matthiæ Apoſtoli incidente in diem Quadrageſimali ieiunio conſecratum frangit. *ita Nauar. cap. 11. num. 4. Reginald. tom. 1. l. 6. c. 14. Coninch. de ſacram. d. 2. d. 6. num. 47. Tanner, Homobonus, Faber, Lopez, Rodriquez.* Contraria tamen ſententia valdè etiam probabilis eſt, ac tenet *Vaſq. in 3. p. t. 4. q. 91. art. 1. Sanchez tom. 3. l. 9. d. 15. Henriquez, Ledeſma, Sancius, Nugnus, Megala, Homobonus, Sa v. confeſſio contra Candidum dub. 42. ibid. vbi contra hanc ſententiam Nugnum contra Nauarrum c. 6. num. 4. citat.*

26 Peccatum die feſto perpetratum, vt die Paſchatis, vel Natiuitatis Domini, vel die, quo Euchariſtiæ Sacramentum ſumptum eſt, ex circumſtantijs eiuſdem feſti confiteri pœnitens poteſt; peccata enim non magis vetita ſunt diebus feſtis, quam profeſtis, nec peccatum ſeruile opus eſt, niſi metaphoricè loquamur. *Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 1. d. 4. Bonacina de ſacr. diſp. 5. quæſt. 5. ſ. 2. p. 2. [illegible] Fillius, Nugnus, Candidus, P. Emman. Ledeſma, Henriq. Homob. p. 1. tr. 5. c. 12. q. 82. Diana p. 1. tract. 7. reſ. 32. Fagund. Couarr. Tabiena, [illegible], Alcozer, Dom. Sot. Cano, Nau. Almain. Reginald. Suarez, Caietanus contra Medinam, Pitigianum, Rodriq. [illegible], D. Antonin. Maior. Adrian. Angel. Alexandrum, Alenſ. Lopez,* Catha-

Digitized by Google

*Catharin. Nider, Turrecrem, Petr. Sot. Roſellam, Abulenſ. Cordubam.*

27 Qui die paraſceues comœdias, & ludos publicos exhiberet, vel qui ſtatim poſt celebratum ſacrum ſcortaretur Sacerdos, hanc circunſtantiam fateri deberet. *Lug. d. 16. ſect. 16.*

28 Qui ſcortandi cauſa quidpiam furatus eſt, ſi ſe furatum eſſe fateatur, deinde animum ſcortandi ſibi fuiſſe addat, ſatisfacit; furti enim malitia non eadem eſt cum ea, quæ in praua ſcortandi intentione reperitur. *Ita Angelus v. interrogatio. Nauarrus c. 16. num. 2. Fay in addition. q. 9.* Hanc furti in confeſſione omnino explicandam eſſe, plerique docent. *Suarez in 3. p. tom. 4. d. 2. Reginald. l. 6. Fagundez, Henriq. Diana ibid. r. 23. contra Sylueſtrum, Crucium, Megalam p. 1. l. 20. Nugnum ad 3. p. q. 9. art. 2.*

29 Qui in confeſſione alicuius peccati oblitus eſt circumſtantiæ ſpeciem mutantis, ſi poſtea ſolam circumſtantiam ſeparatim confiteatur, ſatisfacit, vt qui furatus in templo v. g. calicem, furtum abſque loci, vel rei circumſtantia confeſſus eſt, adnexi ſacrilegij immemor, ſi poſtea de ſacrilegio mortali commiſſo tantum ſe accuſet in confeſſione, ſatisfacit. Non aliter qui Clericum à ſe percuſſum confeſſus eſt, quem à ſe nunquam percuſſum iri iurauerat, vel vouerat, ſi huius iuramenti, vel voti in confeſſione oblitus ſit, poſtea iuramentum, vel votum à ſe fractum fuiſſe ſeparatim confiteri poteſt. *Ita contra Angelum Nugnum in 3. p. t. 2. q. 9. art. 1. d. 2. docet Suarez in 3. p. tom. 4. d. 22. ſect. 2. Reginald. tom. 1. l. 6. c. 4. num. 141. Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 14. num. 80. Coninch. Dian. p. 1. t. 7. reſ. 45. Card. diſq. 24. art. 22. d. 35. Nau. præludio 9. Bonac. de ſacram. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 2. d. 1. Sanchez l. 4. c. 11. moral. num. 24. & alij.*

30 Qui inanis gloriæ ſtudio concioni, vel rei diuinæ intereſt, venialem tantum culpam committit, quam confiteri neceſſe non eſt. *Ita Pitigianus, Coninch. Dian. ibid. reſ. 23. & alij.*

31 Qui furandi cauſa mortis periculo ſe expoſuit, vt qui coram Iudice, vel Principe furatur, periculi circumſtantiam confiteri debet; furti enim & temeritatis peccata committit. *Vaſquez p. 2. tom. 2. q. 73. art. 9. d. 3.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, nam directe, & per ſe pœnam capitis fur ille non vult, niſi forte ex ſuppoſitione peccati, quo ſuppoſito pœnam velle nullum peccatum eſt. Idem etiam dicendum de eo, qui cum periculo capitalis ſupplicij alteri facinus, aut ſcelus ſuadet. *Tannerus in p. 2. d. 4. q. 3. d. 3. n. 71. Dian. p. 1. tr. 7. reſ. 61.*

32 Odium proximi ſiue in famam, ſiue in diuitias, ſiue in ſalutem, aliaue eiuſdem bona intendatur, eiuſdem ſpeciei eſt. Propterea ſatis eſt, ſi pœnitens ſe toties odiſſe proximum fateatur. Eatenus enim alicuius bona odio habemus, eique mala imprecamur, vel optamus, quatenus ille nobis exoſus diſplicet. *Bonac. de leg. diſp. 3. q. 4. p. vlt. Io. Ledeſma tom. 2. tr. 3. c. 6. Lorca, Turrianus, Dian. reſ. 30. Valentia, Homobonus. Lug. d. 16. ſ. 5. §. 3.* Contraria etiam ſententia non improbabilis eſt, ſicut enim iniuriæ illatæ in vitam, & in famam proximi ſpecie diuerſæ ſunt, ita odia in vitam, in famam, in bona temporalia ipſius diuerſæ ſpeciei videntur. *Suarez de char. d. 6. ſect. 2. num. 2. & 3. Syluius 2. 2. q. 34. art. 6. Coninch. & alij.*

33 Qui malefacta ſua, ac læthalia peccata iactauit, confiteri eorundem ſpe-



Digitized by Google

ſpecies cogendus non eſt; deformitas enim mortalis iactantiæ indè oritur, quod tanquam medium ad humanam gloriam comparandam offenſa lethalis aſſumitur. Sed hæc ratio in omnibus peccatis mortalibus reperitur, quorum ſpecies reſpectu illius, vt materia ſe habent. *ita contra Sanch. Lopez, & Rodriq. Alcozer. Candid. d.24.art.22.d.32. docent Nauar. Dinap.2.tr.4.reſol.161. Caſtropalaus, Lug.d.16.ſect.5.*

34 Verum ſi iactantiæ adiuncta ſit delectatio moroſa de peccato, ſiue complacentia, & gaudium, cum hæc ad eandem ſpeciem, cuius eſt peccatum, quo iactator delectatur, vel gaudet, ſpectent, explicanda eſt in confeſſione peccati eiuſdem ſpecies, de quo commiſſo, vel non commiſſo ille gloriatur, ac lętatur, ſibiq; complacet. Eiuſdem enim ſpeciei eſt complacentia, & conſenſus interior, cuius eſt actus malus exterior. *ita Lopez p.1. c.5. Emanuel ſum.p.1.c.154.cap.13. Cand.dub.31.Lug.& alij.* Quinimmo iactator ille duplex lethale ſcelus committit; alterum iactantiæ de re mala, ac mortifera; illam enim laudans approbat; alterum delectationis moroſæ de mortali culpa, ſiue commiſſa, ſiue non admiſſa. *Sanchez l.1.moral.c.5. Cand.dub.33. ibid. Caietan.2.2.q.112.art.2.Sylu.v.vanagloria*; vtrumque etiam peccatum in confeſſione explicandum eſt.

35 Si quis vero mortiferum aliquod peccatum à ſe commiſſum ſolum narret non approbando illud, nec delectationem indè percipiendo, ſed dexteritatem, ingeniumque ſuum, vel robur oſtentando, venialem culpam tantummodo contrahit; nam dexteritatem ſuam, & ingenij ſui acumen laudat, ac laudat, non peccatum, ideo illius ſpeciem in confeſſione explicare neceſſe non eſt. *Leſſius l.2. de iuſtit. c.47.d.6. nu.42. Cand. d.32. & alij.*

37 Quiſquis aliquem de peccato mortali ſiue verè, ſiue falsò laudat, lethali ſcelere ſe aſtringit. Illius enim peccatum approbat, quod ſi filium præſentem, vel coram alijs, quorum gratia vindictam fecit, videlicet mutilando, vel occidendo aliquem, laudibus extollat, duplex peccatum ſcilicet iactantiæ, & ſcandali, quod alijs præbet, committit; illis enim anſam præbet gaudendi vindicta vera, vel deſiderandi illam. *Caietan. v.iactantia, Sanch.l.1.moral.c.5.n.8. Cand. d.34. & alij.*

37 Culpabilis omiſſionis cauſam vero quæſitam, vel datam confiteri ſufficit, vt ſi Sacerdos initio diuturnæ nauigationis Breuiarium Romanum domi, vel alibi ſponte relinquat, vel abijciat, ne Canonicum penſum, ſiue horarias preces perſoluat. Ipſa enim diuini officij omiſſio nonnihil in eadem culpabilis, vtpote voluntaria, cenſetur. Neque enim qui abiecto, vel relicto alibi Breuiario caret, diuinam pſalmodiam recitare poteſt, etiamſi velit; ſi autem Sacerdos iſte, vel Clericus ſacris initiatus beneficium Eccleſiaſticum poſſidet, hanc circumſtantiam explicare debet, duplicem enim obligationem religionis, & iuſtitiæ violauit, quanquam enim contra religionem tantum peccaſſe aliqui probabiliter aſſerant. Satis etiam eſt culpabilem cauſam profluuij genitalis, id eſt pollutionis in ſomno ſecutæ tacito effectu inuoluntario confiteri; effectus enim peccati non eſt peccatum. Idem etiam de homicidio ex ebrietate ſecuto dicendum videtur, & ex-



Digitized by Google

expedit tamen huiuſmodi euentus in cauſa tantum culpabiles quandoque confiteri, vt ex effectu qualis, & quanta malitia, & culpa in cauſa præceſſerit, cognoſcatur. Immò quandoque huiuſmodi euentus ex culpabili cauſa ortos explicare neceſſe eſt, vt Sacerdoti conſtet, an pœnitens quidquam reſtituere debeat, nec ne, an ſit irregularis. Vt ſi quis lethalia vulnera cuipiam inflixerit, ex quibus vulneratus poſt aliquot dies mortuus ſit. Nam etſi percuſſor ſtatim pœnitentia ductus confeſſus fuerit, ſe proximo lethalia vulnera inflixiſſe, ſi poſtea vulneratus ab eo moriatur, ſubſecutam illius necem, ſeu mortem ex vi inflictorum vulnerum confiteri poſtea debet. Nam homicidij reus eſt irregularis, & reſtitutionis lege tenetur. Præterea illam voluntatem, quæ ad executionem perducitur ſine externo actu, explicare ſatis non poteſt, propterea probabile eſt pollutionem nocte ſecutam, cui culpabilem cauſam die quis dedit, confitendam eſſe. *Ita Vaſq. in p. 2. tom. 1. d. 94. c. 3. n. 16. Bonacina de leg. d. 2. q. 4. p. 4. n. 8. Laym. l. 1. tr. 3. c. 3. nu. 3. vide Azor. tom. 1. l. 4. cap. 3. q. 3. Filliuc. tr. 21. c. 7. nu. 271. Becanum, Zumel, Malderum, Peſantium, Villalobum, Dianam p. 1. tr. 7. r. 64. à Suarez tom. 4. in 3. p. d. 22. Lopez, Tannerus 1. 2. diſp. 4. d. 3. num. 35. Cand. d. 24. art. 22. d. 23. Henriq. l. 5. c. 5. nu. 7. Sanchez, Granado, Curiel, Io. Sancius, Lug. d. 16. ſect. 9. contra Caſtrumpalaum, Sotum, Ripaltam, Marſilium, Palacium.*

38 Adulter, qui adulteria commiſſa confitetur, ſed prolem ex adulterio ſuſceptam à ſe fuiſſe Sacerdoti non dicit, pœnitentiæ Sacramentum validè ſuſcipit, nec peccat: Proles enim ex adulterio nata non eſt peccatum, immo votum elargiendi centum aureos pauperibus, ſi puer ex adultera naſcatur, poſtea nata prole ſoluendum eſt. *Caietan. 2. 2. q. 88. art. 2. d. 4. Sanchez l. 4. in Decal. c. 6. nu. 12. Lopez, Cand. d. 14. ib.*

39 Impudicos tactus, & oſcula illiciti coitus præludia, & initia, nec non obſcœna verba, quæ venereum concubitum præceſſerunt, vel comitata, vel ſubſecuta ſunt, in confeſſione adulterij inceſtus, ſeu ſcortationis explicare neceſſe non eſt; Iſta enim omnia cum principali actione coniũcta vnum ſcelus tantum conſtituunt, niſi poſt habitam rem veneream denuo ad iterandum coitum, vel ad percipiendam nouam voluptatem abſq; intentione iterum coeundi habita fuerint, etiamſi nouo coitu mox repetita Venus ſit, iſta enim à carnali copulatione diſtinctũ peccatum conſtituunt, ſeorſim in confeſſione detegendum. Cæterum qui poſt vnam fornicationem cum amica habitam eam vigeſies oſculatur, vel impudicè tangit, vel obſcœnis verbis alloquitur, ad maiorem delectationem ex congreſſu illo percipiendam abſque intentione iterandi concubitum, ſatisfaciet confeſſionis integritati, ſi ſemel, vel toties ſcortatum, vel fornicatum eſſe fateatur, tacitis oſculis, tactibus, vel obſcœnis verbis, quæ præcedentis actus principalis complementa ſunt, non ſubſequentis initia. *Ita Nauar. ſum. c. 6. num. 17. & tom. 2. conſil. l. 5. conſ. 7. nu. 3. Fagund. Graned. Azor. p. 1. l. 4. c. 4. d. 6. Henriq. l. 5. cap. 5. num. 5. Zanardus direct. p. 1. de pœnit. c. 18. Sancius, Zerola, Diana p. 1. tr. 7. r. 42. G. Hurtadus de ſacr. Cand. d. 24. art. 22. d. 10. Salas, Lug. d. 16. ſ. 14. & alij*

*contra Bonacinam tom.1. de ſacr. d.5. q.5. ſect.2. p.2. §.1. Vaſq. in 3. p. tom.4. q.91. art.1. d.5. Suar. in 3. p. tom.4. d. 21. ſ.2. Coninch. de ſacr. d.7. dub.7. n.59. Phil. Fabrum.*

40 Qui multo tempore fœminam aliquam ad explendam libidinem ſuam concupiuit, vel qui odio aliquem diu proſecutus eſt, numerum actuum carnalis concupiſcentiæ, vel odij repetitorum in confeſſione explicare debet, quantum ipſe recordatur; multi enim, ſeu interrupti concupiſcentiæ, vel odij actus multa etiam, ac diſtincta peccata ſunt. *Nau. c.6. Bonac. de ſacr. d.5. q.5. ſect.2. p.2. & alij.*

41 Qui ſe decies peccaſſe, vel paulo plus, minuſuè confeſſus eſt, deinde vero idem peccatum à ſe ter, aut quater amplius commiſſum fuiſſe recordatur, hunc poſtea numerum confiteri amplius non debet. Verba enim illa *plus, minuſuè* adhibenda, cum certus peccatorum numerus memoriæ non occurrit, ad duo, vel tria, vel etiam ad quatuor extenduntur. *Ita Hurtadus de ſacram. Lopez. inſtitut. p.1. c.13. Diana. p.4. tr.4. r.204. Cand. d.24. a.22. d.6.* tutius tamen eſt numerum certum iterum confiteri.

42 Qui per multos, diuerſoſque Diuos, vel varijs iuriſiurandi, aut voti formulis aliquid iurat, vouetuè, vno tanto iuramento, aut voto ſe adſtringit. & qui res multas, ac veras de quibus à iudice interrogatus eſt, vno tantum periurio, ideſt, mendaci iuramento inficiatur, vnius tantum peccati reus eſt. *ita Henriquez. lib.5. c.5. n.6. Diana p.1. tr.7. reſol.40. Archidiaconus, Sarmientus, & alij.*

43 Qui confeſſus eſt ſe decies furatum eſſe, non addendo *plus, minuſue,* ſi poſtea, duodecies ſe furtum receſſe recordetur, duo peccata ſuperiori confeſſione ex obliuione prætermiſſa conſiteri debet. *Suarez. tom.4. in 3. p. d.21. ſect.5. num.58. Bonacin. de ſacram. d.5. q.5. ſect.2. p.2. n.9. Cand. 24. art.22. & alij.*

44 Vir, qui viro quaſi mulieri ſuperccubans ſe polluit, hanc circumſtantiam conſiteri neceſſario non debet, ſed ſatis eſt, ſi dicat tactu alterius ſe polluiſſe. *ita contra H. Ebamum docet Diana p.1. tom.7. reſ.52.*

45 Modum in coniugali concubitu variatum conſiteri neceſſe non eſt, modo effundendi ſeminis periculum abfuerit; interdum enim veniali culpa caret modi, vel ſitus variatio, quam etſi maioris voluptatis cauſa vir poſtulet, illi vxor parere debet, ſi coniux ob pinguedinem, & obæſitatem ventris, vel propter periculum, ne fœtus in materno vtero ſuffocetur, in legitimo Naturæ vaſe quocumque modo, cautè tamen & ſine periculo effuſionis concumbat; naturalis enim ordo in accidente ſolum peruertitur; hæc autem ordinis peruerſio per ſe venialis culpa ad ſummum eſt. *Sanch. de matr. tom.3. l.3. d.16. nu.3. cum alijs, quos refert, & Henriq. l.11. c.16. num. 8. in gloſſam l. o. Diana p.1. tr.7. r.35. Bonac. de matrim. & alij communiter ab ijſdem citati.*

46 Qui peccauit diuinando, ſiue per aquam, ſiue per ignem, ſiue per aſtrorum, ſiue per auium, ſiue per lineamentorum inſpectionem, integrè confitetur, ſi toties ſe diuinando peccaſſe tacitis modis, ac medijs circumſtantijs fateatur; diuerſæ enim diuinationes Hydromantiæ, Pyromantiæ, Aſtrologiæ iudiciariæ, Chiromantiæ, quamuis in genere naturæ differant, non tamen in genere moris differunt.

Non

Non aliter, qui ſericum, vel pannum, vel aurum furatus eſt, ſatisfacit, ſi quanti pretij ſit res, quam furatus eſt, explicet, tacita furti materia. *Ita Soto in 4. d. 18. q. 2. art. 4. Cand. d. 24. art. 22. dub. 29. Tambur. c. 8. & alij.*

47 Si tamen diuinationi diabolicum pactum acceſſerit, id in confeſſione explicandum eſſe, probabile eſt. Multo enim grauius eſt demones expreſsè inuocare, quàm aliqua facere digna, quibus demones ſe ſe ingerunt. *ita Syluius in 2. 2. q. 96. art. 3.* quanquam alij contrarium aſſerunt, quoniam circunſtantiæ aggrauantes non neceſſario ſunt in confeſſione explicandæ. *Diana ibid. reſ. 66. & alij.*

48 Si quis impetrãdæ per iubileum abſolutionis, & veniæ fiducia, & ſpe ſcelus aliquod perpetrauit, quod alioquin minimè feciſſet, hanc circunſtantiam in confeſſione omittere poteſt. *Ita Pitigianus, Zanardus, Fagundez, Dian. p. 1. tr. 6. r. 33.*

49 Qui orando, vel pſallendo videns mulierem concupiuit, ſatis eſt, ſi prauam concupiſcentiam abſque circunſtantia orationis, vel pſalmodiæ confiteatur; irriuerentia enim illa erga Deum in diſtractione illa non eſt peccatum lethale contra religionem. *Sanchez in opuſc. tom. 2. l. 7. c. 2. d. 9. Trullench. tom. 1. l. 1. c. 7. d. 10. Suar. Diana p. 6. tr. 7. r. 36. contra Syluium.*

50 Circunſtantias minuentes peccata, ac multo leuiora reddentes in confeſſione explicare neceſſe non eſt, niſi peccati ſpeciem mutent. Vt ſi quis ex vehementi aliqua paſſione peccet, vt ſi ſubito iræ motu percitus aliquem percuſſerit, ſi puella fame, vel metu mortis compulſa viro ſuccumbat; nam Tridentinum Concilium ſeſſ. 14. c. 5. vbi neceſſaria ad pœnitentiæ Sacramentum tradit, circunſtantias mutantes ſpeciem confitendas eſſe aſſeruit, nulla de cæteris circunſtantijs intra eandem ſpeciem augentibus, vel minuentibus culpas mentione facta. Iſtæ igitur neceſſario confitendæ non ſunt. *Ita Victoria de ſacr. nu. 17. Henriq. l. 5. c. 7. num. 3. Cand. d. 24. art. 23. d. 3. Diana p. 5. tr. 14. reſ. 85. contra Sotum in 4. d. 18. q. 2. art. 4. cap. 5. Phil. Fabrum in 4. d. 17.*

51 Quando vero circumſtantiæ ita peccatum minuant, vt veniale reddant, quod ex genere ſuo mortiferum eſt, neceſſario confitendæ ſunt. Si quis enim obolum tantum furatus ſit, non poteſt accuſare ſe de furto ſimpliciter; hoc enim ex genere ſuo lethale eſt, vt ait D. Thomas; alioquin Sacerdotem pœnitens deciperet in re graui, ſed circumſtantiam paruæ materiæ, quæ à mortali peccato excuſet, explicare debet. *ita Nugn. tom. 2. in 3. p. q. 9. art. 2. d. 3. Candidus ibid.*

52 Probabilis doctorum ſententia eſt, peccati circumſtantiam, ex qua confeſſario ſceleris particeps, & ſocius detegitur, vel cognoſci poteſt, quando alius confeſſarius adiri non poteſt, qui ſocium non agnoſcat, in confeſſione aperiendam eſſe. Nulla enim infamiæ nota in confeſſione Sacramentali cuiquam inuritur; cum ea, quæ ſub confeſſionis Sacramentalis ſigillo ſciuntur, perindè ſe habeant, ac ſi neſciantur. Præterea ſi abſque ſcrupulo mortalis culpæ poſſum vni, vel duobus amicis taciturnis occultum alicuius crimen manifeſtare, quanto magis confeſſario peccati mei circunſtantiam ſocij criminis, ſiue complicis manifeſtationem ſub ſacramẽtali ſigillo dicere poſſum? & maximè ſi alium confeſſarium, à quo ſocius criminis



Digitized by Google

non agnoſcatur, adire nequeam. *Ita Nauarrus, Suarez, Rebellius, & alij, quos citat, & ſequitur Bonacina de contract. d. 2. q. 4. p. 4. nu. 2. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 2. d. 3. Reginald. l. 1. l. 6. c. 4. num. 156. Toletus l. 3. c. 8. nu. 4. Coninch. de ſacram. d. 7. d. 9. n. 89. Sa. v. confeſſio. Paludanus, Angelus, Henriq. Roſella, Lugus, Medina, Nugnus, Diana p. 1. tr. 7. r. 49. & p. 3. t. 4. reſ. 64. Leſſius l. 2. c. 11. d. 11. F. Longus p. 1. ſect. 1. art. 8. Layman l. 5. tr. 6. c. 6. Ledeſma, Malderus, Henrifrius, Sancius, Pontius, Regilus.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, lex enim prohibens alienæ famæ detractionem, præualet, ac præſtat legi confeſſionis integritatem iubenti. *Nau. in manuali c. 7. nu. 3. & 4. Caietan. v. confeſſio cond. 3. Valentia tom. 4. d. 7. q. 11. Armilla v. circumſtantia, Villalobos, P. Fay, Lopez, Io. de la Cruz.* Quinimmo nec in articulo mortis talem circumſtantiam manifeſtari licere nonnulli exiſtimant. *Sotus in 4. d. 18. q. 2. art. 5. Medina l. 2. c. 4. §. 1. Bannez*, ſed oppoſita ſententia probabilior eſt. *Ledeſma 24. q. 8. Victoria, P. Scotus l. 11. v. Tamb. l. 2. c. 9. §. 2.*

53. Non poteſt confeſſarius obligare pœnitentem, vt, ſi neceſſe non ſit ad explicandum proprium peccatum, detegat ſibi complicem ſub ſigillo confeſſionis; quia inutilis eſſet, & irrationabilis illius manifeſtatio. Ea enim extra confeſſionem vti confeſſarius non poteſt. Neque valet cogere pœnitentem, vt ſibi manifeſtet complicem extra confeſſionem, vt poſſit confeſſarius vti notitia cum hoc, vel illo homine. Licitè tamen poteſt pœnitens indicare complicem confeſſario ſiue extra, ſiue intra confeſſionem, vt notitia habita poſſit Sacerdos vti; nam etiam ſi pœnitens non confiteatur, poſſet detegere complicem ad conſilium capiendum, vel ad remedium proprium, vel complicis. Sic vxor adultera per confeſſarium poteſt monere adulterum, vt ſibi caueat, ne occidatur à marito. Cæterum rarò contingere poteſt, vt confeſſionis piacularis auſcultator cogere poſſit pœnitentem detegere ſibi complicem; nam pœnitens per ſe, vel per alium, cui magis, quam confeſſario fidat, præſtare poterit remedium, quod afferre confeſſarius poſſet, ſi eiuſdem notitiam haberet. Aliquando tamen poteſt Sacerdos iubere pœnitenti, vt manifeſtet complicem, vt cum aliter non poſſit conſulere ſaluti publicæ, non quia confeſſarius hanc obligationem ei imponat; ſed quia declarat eum debere prodere complicis nomen, vt imminentia damna auertantur: quod ſi nolit, abſolutio eidem neganda eſt; debet autem pœnitens manifeſtare complicem confeſſario, ſi per ſe, vel per alium impedire non poſſit, quò minus mala eueniant. Et ſi pœnitens dicat ſe velle per ſe, vel per alium detegere complicem, vt impediat imminentia damna, adhuc confeſſarius differre poteſt abſolutionem, donec pœnitens, quod debet, perfecerit. Sic debitori, qui ſæpius reſtituere promiſit, nec reſtituit, prudenter differtur abſolutio, donec reſtituat; prudenter enim timemus, ne poſt abſolutionem non reſtituat. Sic quando prudenter timetur, vt pœnitens officio ſuo ſatiſfaciat, differenda eſt abſolutio. Caueat confeſſarius, quando petit à pœnitente nomen, & notitiam complicis, qua extra confeſſionem vti poſſit, ne ſcandalum ex notitiæ illius vſu naſcatur. Poſtulet licentiam in ſcriptis,

vel

vel extra confeſſionem iubeat ſibi indicari complicem. Debet etiam confeſſarius non facilè fidem præſtare iis, quæ de aliis dicuntur; maximè ſi præſul, vel præpoſitus ſit, nec etiam ex licentia habita à pœnitente vti poteſt notitia huiuſmodi ad gubernationem exteriorem aliorum. Debet ſolum ea vti ad inuigilandum, & inueſtigandum, an talem defectum in ſubdito inueniat; non ad ſtatuendum aliquid de illo propter talem notitiam. Quando verò non datur poteſtas vtendi eiuſmodi notitia extra confeſſionem, non poteſt vllo modo ſuperior illa vti ad externum regimen propter Decretum Clementis Octaui hac de re editum. Incidunt quandoque tempora, in quibus confeſſarius debet exquirere nomen complicis, & aſſumere ſibi munus corrigendi, vel diferendi illum. *vide Suar. diſp. 34. ſect. 4. n. 20. Lug. d. 16. ſ. 7. Guerrer. Sot. in 4. d. 18. q. 4. art. 6. Faguñd. Gandau. Alenſ. Richard. Bonau. Anton. Syluest. contra Bannez.*

54 Pœnitens, qui ſine rationabili cauſa ſocium ſceleris ſui confeſſario manifeſtauit, ad reſtitutionem famæ non tenetur. Nam alterius crimen vni, vel duobus taciturnis, ac prudentibus viris detegere peccatum lethale non eſt; quanto minus confeſſario ſub Sacramentali ſigillo? potèſt tamen extra confeſſionem pœnitens Sacerdoti dicere, ſe erraſſe, nominando vnum complicem pro alio; & debet impedire quominus quidquam damni detectus patiatur. *Sic ex Caietano, Baunius, Baſſeus, Zambellus, Cœleſtinus, Diana p. 7. tom. 7. reſ. 9. Trullench. Fagund. in Decalog. tom. 2. l. 8. c. 2. & alij.*

55 Circumſtantiam aliquam tacere pœnitens poteſt, quando timet aliquod detrimentum ſibi, vel alteri, ſi illam confiteatur. Non excuſat tamen timor leuis detrimenti, nec timor grauis damni ſine iuſta cauſa timendi, & quandoque ob circumſtantiam poteſt taceri peccatum, cum periculum eſt ingentis damni, ſi peccatum innoteſceret confeſſario. *Suar. d. 22. ſ. 2. Henriq. Coninch. Lug. d. 16. ſ. 13.*

56 Qui manet in occaſione remota peccati, poteſt abſolui; ſecus qui in proxima. Ferè in omni ſtatu eſt occaſio remota peccandi. Hinc prudenter abſolui poſſunt adoleſcentes, qui verſantur cum fœminis in eadem domo habitantibus operando, vel conuerſando; etiamſi cum illis, vel cogitando de illis ſæpè peccauerint; hæc enim eſt occaſio remota, ex qua non ſolent homines ſemper, aut ferè ſemper peccata lethalia committere. Occaſio proxima eſt, quæ frequenter homines ſimilis conditionis ex genere ſuo ad lethale peccatum inducit, vel hunc præcipuè hominem, vt experientia conſtat. In hac tamen manens abſolui quandoque poteſt, vt cum habet extraordinarium dolorem, & propoſitum non peccandi, vel quando adhibet alia remedia, vt ſi ſolus cum ſola nunquam maneat, vel loquatur, & quando occaſio non poteſt relinqui abſque ſcandalo, vel graui infamia, vel detrimento magno ſpirituali, vel temporali. Tunc enim pœnitens manet in periculo neceſſario, & poteſt diuinum auxilium ſperare. Sic Pontifex (in c. conſultationis, De frigidis, & maleficiatis) declarauit duos, qui contraxerant matrimonium inualidum ex impotentia coeundi, poſſe ſimul cohabitare, vt fratrem, & ſororem ad euitandum ſcandalum, & infamiam; etiamſi eſſet periculum



Digitized by Google

tactuum illicitorum, & aliorum peccatorum; ſic filius familias abſolui poteſt, quamuis maneat domi ſerua, cum qua peccare conſueuit, quam ipſe expellere, nec facilè, nec decenter poteſt; multo magis abſoluendus eſt, qui cum fratre, vel ſorore peccandi occaſionem proximam habet. Si ab eius conuictu ſeiungi non poteſt abſque graui detrimento *a* hoc enim ſubire cogendus non eſt, nec occaſionem relinquere proximam iubendus, etiamſi ſæpè in peccatum relabatur, nec emendatio appareat *b*; quia adhuc cum experientia illa poteſt habere dolorem de peccatis, & propoſitum efficax non peccandi, etiamſi homo ex fragilitate ſe rurſus peccaturum exiſtimet. *a Nau. cap. 3. Corduba q. 4. Suarez, Sanch. Lug. Pellin. cap. 10. ſ. 3. ſ. 1. q. 26. b Ioan. Sancius d. 10. num. 16. Viuald. Lug. d. 14. Pelliz. ſ. 10. contra Suar. Graff. Reginald.*

57 Si Sacerdos hic, & nunc, non obſtante conſuetudine præterita, iudicet pœnitentem verè deteſtari peccata, & habere propoſitum non peccandi, eum poteſt abſoluere; verum ſi videat illum aſſuetum peccatis, nec auerſantem illa, non poteſt abſoluere, etiamſi pœnitens dicat ſe dolere. Quia ſi Sacerdos ei non credat, iudicio ad abſoluendum neceſſario caret. Vtile erit aliquando differre abſolutionem per aliquot dies, vt appareat emendatio, & conſtantia pœnitentis. *Thom. Sanch. l. 2. in Decalog. cap. 32. Suar. Regin. Henriq. Lug. & alij.*

58 Qui in blaſphemias conſueuit prorumpere, & verè dolet de præteritis, & emendaturum ſe promittit, ſtatim poteſt abſolui; quia ob peccata, quæ non pendent ex occaſione extrinſeca, ſed ex fragilitate peccatoris, non eſt neceſſario differenda abſolutio; licet differri quandoq; expediat. *Sanchez in ſumma tom. 1. l. 2. c. 32. num. 45. Caſtropalaus tom. 3. t. 14. d. 2. p. 2. Diana p. 6. tr. 30. & alij.*

59 Non improbabile videtur, confeſſarium abſoluere poſſe, ac debere pœnitentem in proxima peccandi occaſione pertinaciter manentem; ſi ex adiunctis, vel circunſtantijs probabiliter exiſtimet, illum manere in ea occaſione cum bona fide; quod ex ignorantia inuincibili credat permiſſum etiam in tali occaſione non eſſe peccatum, nec ſe debere neceſſario illam dimittere. Maximè cum ſciat Sacerdos, eum ex fragilitate permanſurum in tali occaſione, etiamſi moneatur, nec vllum emendationis fructum ex admonitione ſperet. In tali euentu expedit relinquere pœnitentem in bona fide, & abſoluere, ne laqueus illi inijciatur, *ex c. de viduis el. 1. 1795. Pelliz. tr. c. 10. ſ. 3. q. 26. & P. Dominicus Zanattus olim præceptores mei, quibus P. Bernardus Caſius, Octauius Ferrarius, Lucas Panetius, Alexander Boſell., Antonius Rapitius, Hieronymus Seraualtius, Io. Baptiſta Ferrarius in Parmenſi Academia Societatis Ieſu, cui multum me debere profiteor, ſucceſſere. Meque Philoſophiam, ac Theologiam docuere; ſic antea me illi Latinam, ac Græcam Grammaticam P. Dominicus Collaſanctus, humaniores litteras, Oratoriam, ac Poeticam artem P. Frãciſcus Monteſerrius, Mathematicas facultates Ioſeph Blancanus, Ethicam, ac Politicam P. Marius Bettinus poſtea Mathe[illegible] profeſſor me edocuerunt. Sic Pompilium T[illegible]ferrum Medicæ artis, & anatomiæ profeſſorem eximium, Antonium Ver[illegible], M. Antonium [illegible], Ge-*

*ſparem Rodiſium, Bartholomæum Vecchium, Io. Baptiſtam Aiatam Iuris Ciuilis, ac Canonici Doctores celeberrimos in Parmenſi Gymnaſio Magiſtros habui, quos honoris, & grati animi ergo hic nomino, quanquam Dijs, parentibus, ac Magiſtris nihil æquale reddi poſſe ſciam.*

60 Si pœnitens ex conſcientia erronea putet eſſe peccatum, quod re vera non eſt, vel ignorantia vincibili, & culpabili laboret, à confeſſario edocendus eſt, & admonendus. Si vero ignorantia inuincibilis ſiue iuris, ſiue facti pœnitentem habeat, nec ſperetur admonitionẽ profuturam eſſe, immo potius laqueos pœnitenti iniecturam; ita vt incipiat facere cum peccato, quod antea ſine culpa faciebat, etiamſi pœnitens ante dubitauerit, ſed poſtea dubitationem depoſuit, ſinendus eſt in bona fide, & ignorantia ſua permanere; Nam officium docendi non obligat confeſſarium cum graui damno ipſius, vel pœnitentis. *Sanchez l. 2. de matr. 2. d. 38. num. 6. Lugo d. 22. n. 23. Pelizzarius c. 10. ſect. 3. q. 27.*

61 Si Sacerdos euidenter ſciat aliquem pœnitentem aliquod peccatum perpetraſſe, neque illud antea confeſſum fuiſſe, nec confiteri velle etiamſi interrogetur, ſed negare illud commiſiſſe, cum nullam habeat cauſam tacendi illud, non debet illum abſoluere; quia non eſt diſpoſitus ad Sacramentalem abſolutionem. Si tamen confeſſarius exiſtimet, pœnitentem tacere peccatum, vel negare illud à ſe commiſſum ex cauſa, quam rationabilem putat, poteſt illum abſoluere; ſufficit enim integritas formalis, qualis in tali caſu eſt, ad valorem confeſſionis. *Suar. d. 32. de pœnit. ſ. 3. nu. 9. Henriq. Fagund. Lugo d. 22. n. 25. Peliz. contra Megalam 1. p. l. 1. c. 2.*

62 Qui plures confeſſiones irritas iterare debet, ſi eidem Sacerdoti ſtatum pœnitentis ſaltem confusè, & generaliter recordanti confiteatur, explicet peccata, quæ fortè non eſt confeſſus ex pudore, vel male confeſſus eſt, vtpote ſine propoſito eadem vitandi, deindè generatim dicat *confiteor tibi etiam omnia peccata, quæ tibi Superioribus menſibus confeſſus ſum*: ſic enim confeſſarius memor peccatorum ab eo antea auditorum, vel notitiam ſaltem confuſam habens poteſt illum abſoluere; ſecus vero, ſi eorum nec confusè quidem recordetur; tunc enim ſingula peccata antea in inualidis confeſſionibus explicata denuò explicanda ſunt. *Suar. d. 22. de pœnit. ſ. 6. Conimcb. d. 7. n. 107. Reginald. l. 8. nu. 33. Bonacina d. 5. q. 5. ſect. 2. Pellizar. & alij ab ipſis citati.*

## Confeſſarij iuriſdictio. Cap. XX.

1 Legitimus Sacramenti pœnitentiæ miniſter eſt Sacerdos, qui ordinariam, vel delegatam abſoluendi à peccatis poteſtatem habet. Duplex autem hæc poteſtas eſt ordinis, & iuriſdictionis. Ordinis poteſtas eſt Sacerdotalis caracter, quo diuina ordinatione homo Sacerdotio initiatus in pœnitentiæ foro iudicium exercere poteſt, & à peccatis abſoluendi poteſtatem remotam tantum, & indeterminatam habet. Hæc in actum exire nequit, niſi accedat ei iuriſdictionis poteſtas, quæ eſt authoritas, qua vnus alteri in interiori conſcientiæ foro externa Eccleſiæ conceſſione præficitur;



Digitized by Google

tur; quemadmodum iuriſconſultus Doctorum numero adſcriptus iudicare, aut publicè docere non poteſt, niſi iuriſdictionem, aut magiſterij cathedram alicubi obtinuerit. Vtraque ordinis, & iuriſdictionis poteſtas ad peccatorum abſolutionem neceſſaria *Clauium* nomine rectè ſignificatur, ſcilicet ſcientiæ ad cognoſcendam cauſam, & facultatis ad diiudicandam ſoluẽdo, vel ligando neceſſariæ. Iuriſdictionis poteſtas Sacerdoti aliquãdo auferri poteſt, ordinis vero nunquam.

2 Iuriſdictio alia ordinaria, alia delegata dicitur. Ordinaria eſt, quam ex vi proprij muneris habent quicunque alijs in ſpiritali foro præſunt, vt Summus Pontifex, eiuſque vices in pœnitentiæ foro gerens, quem ſummum Pœnitentiarium vocant, in omnes Orbis terrarum Chriſticolas, Epiſcopus in ſuam Diœceſim, Parochus in curiam, ſeu Paroeciam ſuam, religioſus præſul in ſubditos. Hi gregis quiſque ſui Paſtores proprij appellantur, & Ordinarij. Delegata iuriſdictio dicitur, quæ ab his, qui ordinariam poteſtatem tenent, alijs conceditur; hæc à Summo Pontifice cuilibet Sacerdoti vbicunq; degenti, vel quocunque ſe conferenti ad quorumcunque criminum abſolutionem impertiri poteſt, ſic ab antiſtite in ſua Diœceſi, à Parocho in ſua Paroecia iuriſdictio indigenis, exteriſque Sacerdotibus tribui poteſt. Et quidem Parochi conceſſione Sacerdos quilibet pro confeſſionibus à quocunque Epiſcopo vbicunque approbatus ſubditorum illius Paroeciæ confeſſiones excipere valet: niſi regionis illius Epiſcopus externum Sacerdotem ad ſubditorum ſuorum confeſſiones excipiendas admitti prohibuerit. A Concilio enim Tridentino Parochis conceſſa facultas eſt iuriſdictionem ſuam delegandi Sacerdotibus à quocunque Epiſcopo approbatis. *Vt docent Coninchius de ſacramentis diſp.8. dub.7. nu.57. Henriquius l.7. c.12. nu.4. Ioannes à Cruce in direct. p.2. de ſacram. pœnit. q.[illegible] dub.6. concl.3. contra Nugnum apud Dianam p.3. t.4. r.110. ex cap. omnis vtriuſque ſexus.* Ideo Sacerdotes ab externo Epiſcopo approbati, ſi in alienis Paroecijs cõceſſione Parochi confeſſiones audiant, ab illius Diœceſis antiſtite minime puniendi ſunt. *Ita contra Ledeſmam, & alios docet Sancius diſp.33. nu.43.* non poteſt tamen Parochus ſimplicem Sacerdotem ad ſuorum confeſſiones excipiendas admittere. *Vt contra Ledeſmam, & Ludouicum à Sancto Ioanne docent Fagundez præc.2. l.7. c.2. ex Tridentino Concil. Nugnus ad 3. p. q.[illegible] d.[illegible] Zanard. direct. p.1. de pœn. c.[illegible]*

3 Confeſſarius in ſua Diœceſi, vel Monaſterio aduenam externæ Diœceſis, vel Monaſterij à relaxandis [illegible] Epiſcopo, vel Superiore culpis abſoluere poteſt. Peregrini enim, & aduenæ à Sacerdote excipiendi, & abſoluendi ſunt non ſecus, ac loci, in quo degit, incolæ ex Eugenij IV. Decretali. *Ita contra Bellochium, Florentinum, [illegible]num, Chiapemollam, Vgolinum docent Caietanus, Paludan. Suarez, quem ſequitur Henriq. l.3. de pœnit. c.15. nu.8. Villalobos tom.2. tr.9. diff.56. Diana p.3. tr.4. r.103. Lugus, Candidus, Lezana, Creſcentius.*

4 Cum Antiſtes, propriuſuè Paſtor Sacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem, dum eo præſente à Sacerdote adminiſtratur, ratam habet, vel habere cenſetur, licet Sacerdoti tunc confeſſionem excipere, & confeſſum à

pec-

peccatis abſoluere. *Ita cont. D. Nugnum docet Syluester, Sotus, Becanus, Sanchius, Homob. Fagundez, Henriq. Villalob. Diana ibid. reſ. 68.* tacitus enim Parochi, præſuliſuè conſenſus confeſſionem præſentem ratam facit. grauiter tamen peccaret Sacerdos, qui ſine præſenti ratihabitione confeſſionem audire inciperet. Quia hæc ab initio irrita eſſet. Neque enim ſpes ratihabitationis ſufficit ad confeſſionem excipiendam. *Filliucius tom. 1. tr. 7. c. 9. num. 242. Coninch. de ſacr. d. 8. Becan. de ſacr. c. 37. q. 8. Syluest. v. confeſſio. Tolet. l. 3. c. 13. num. 3. Sanch. de matr. tom. 1. d. 35.*

5 Confeſſionem excipi poſſe à Sacerdote præſumente tacitum præſulis conſenſum, hancque eſſe Superioris voluntatem exiſtimante, probabiliter nonnulli aſſerunt. *Filliucius, Syluester, Medina, Angus, Richardus, D. Bonauentura, Peregr. & alij, quorum ſententiam Diana non probat reſ. 68.*

6 Parochus, vel alius quilibet Sacerdos extra Diœceſim, in qua approbatus confeſſiones audiendi poteſtatem habet, hominem eiuſdem Diœceſis confitentem ſibi abſoluere poteſt, niſi domicilium mutarit. Iuriſdictio confeſſarijs in pœnitentes Epiſcopo ſubditos conceditur nulla loci ratione habita. Ea autem cum ſit voluntaria à quotcunque illam habente in ſubditos vel extra territorium exerceri poteſt. *lege 2. de officio proconſulis. Ripa, Imola, Cardinal. Roſella, Syluest. Tabiena, Nau. c. 27. Adrian. D. Antonin. Alexand. ita contra Gutierium, Zerolam, Sorbum Garſiam docent Sanchius de matr. tom. 3. in p. 1. l. 1. c. 7. n. 25. Victoria, Graph. Alter. Couarr. Tolet. Zerola, Meſſeſ. Megala, Gamans, Nugnus, Acoſta, Ledeſma, Ant. Capic. Homob. Cameratus, Campanil. Torreblanca, Barboſa, Angles, Piaſec. Boſſ. Beia, Bezan. Gand. Henriq. l. 6. cap. 6. num. 7. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 28. ſ. 6. Peirinus de relig. tom. 1. q. 1. cap. 21. Vegha tom. 1. c. 62. caſ. 41. Diana l. c. r. 144. Valer. Megal. Ledeſm. Paſq. q. 198. Prepoſ. Sayr. l. 2. c. 21. Garzias, Floren. Boſſ. Hurtad. Reginald. & alij.*

7 Sacerdos dubitans, an abſoluendi poteſtatem habeat, nec ne, & quaſi in biuio hærens, & anceps, pœnitentem, quem menſæ Euchariſticæ accumbere oportet, vel qui peccata ſua poſthac non niſi poſt longum tempus pœnitentiæ Sacramento expiaturus ſit, ſub conditione (ſi poſſit) abſoluere poteſt, hoc pacto, vt poſtea Sacerdoti certam iuriſdictionem habenti iterum confiteatur: ſic enim nil temerè agitur. Eadem conditione tacita, vel expreſſa confeſſarius pœnitentem abſoluere poteſt, de quo dubitat, an vſu rationis polleat, vel an peccata expianda habeat, ſiue materiam abſolutionis capacem. *ita Diana p. 4. t. 3. r. 38. Reginald. to. 1. l. 1. c. 8. Coninch. de ſacram. d. 8. d. 6. n. 43. Suar. in 3. p. to. 4. d. 26. ſ. 6. Nald. v. confeſſio.*

8 Pœnitentiæ Sacramentum, & quodcunque aliud à miniſtro malo & parato, quem Eccleſia tolerat, ſuſcipere licet. Nam alterius ad peccandum parati, & ſponte peccantis culpa ad propriam vtilitatem vti fas eſt, modo ſcandalum abſit. Veniali tamen culpa non vacat, qui iuſta de cauſa Sacramentum ſuſcepturus illud à malo miniſtro potius, quam à bono petit. Si vero confeſſio publico peccatori facta offendiculum alijs præberet, ſacrilegium eſſet. *Sanch. de matrim. l. 7. d. 9. Layman l. 2. t. 5. p. 2. cap. 5. Ledeſma,*

Digitized by Google

*deſma, Valent. Cabrera, Suarez, Sot. Coninch. Valboa de Magroueio, Cutillus ad Mancinum, Diana p. 7. tit. 12. reſol. 33. & alij.*

9 Quilibet confeſſarius ſiue ſæcularis, ſiue religioſus, modò ſit approbatus, religionis candidatos, ſeu nouitios à peccatis, & cenſuris in religioſa ſodalitate reſeruatis abſoluere poteſt. Nouitij enim religioſis votis nondum adſtricti, nec religati ſunt; ideo nullis adhuc conſtitutionibus, vel legibus religionis obligantur, & tanquam populares ab approbatis confeſſarijs abſolui poſſunt. *ita Molſeſ. Homob. Ortiz, Rodr. Portel. Fay, Villal. Miranda, Riccius, Azor. Veg. Bellocb, Vgol. F. Longus, Floron. Nald. Sà, Graff. Cruz, Ledeſma, Nauar. Fauſt. Henriq. Bariola, Leo. Diana p. 3. t. 2. r. 4. & p. 4. tr. 4. r. 5. contra Peregrinum, Megalam, Vecchium, Tamburinum, Laymanum, Rodriquium.*

10 Religioſorum præfectis, niſi ab Epiſcopo territorij, vbi ſunt, admiſſi ſint, ſæcularium confeſſiones excipere non licet, cum iuriſdictione careat. *ita Suar. in 3. p. tom. 4. d. 28. ſ. 4. Rodriq. in Bullam cruc. § 9. d. 1. num. 4. Lugus, Diana, r. 46. tr. 16. p. 2. contra Henriquium, Mancinū, Gallum, Medinam, Bannez, Valerum, Sancium d. 49. nu. 11. 12. 13. & p. 8.*

11 Si proximam peccandi occaſionem pœnitens ſine magno incommodo vitare nequeat, & amplius peccare nolit, abſolui poteſt. Tunc enim occaſionem illam velle non cenſetur, ſed potius ab illa ſe expedire non poſſe, ſi ſine graui famæ, vel fortunarum detrimento, vel vitæ periculo, quod ſibi imminere videt, nequeat. Quinetiam licet in pœnitente vix bonæ frugis, & emendationis ſpes appareat, ſi commiſſa ſcelera deteſtetur, & non peccare amplius ſtatuat, abſoluendus eſt, etiamſi in eadem peccata frequenter relabatur. *ita contra Suarium, Graphium, Reginaldum, Nauarrum docet Viualdus de abſol. Diana p. 2. tr. 16. reſ. 47. Sancius ſelect. d. 10. num. 16. Pelizzarius.* Qui iuſta de cauſa aliquam peccandi occaſionem deſerere non vult, modo à peccatis abſtinere ſtatuat, etiamſi ſæpius relapſus ſit, abſolui poteſt. *Eman. Sà, & alij.*

12 Quādo Sacerdotem ad audiendas confeſſiones, & abſoluendos pœnitentes iuriſdictionem habere alij probabiliter aſſerunt, alij probabilius negant, ille opinioni minus probabili adhærens, ſi confeſſiones audiat, & abſoluat, nullius culpæ reus eſt, & abſolutio vera, ac rata manet, ſupplente Eccleſia omnem defectum, & dante iuriſdictionem; miniſtrantes enim Sacramenta ſecundum opinionem probabilem, relicta probabiliore, non temerè, ſed prudenter agunt; cum probabili enim certitudine operantur. *Ita cum xvij. Doctoribus docet Sanchez ſum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 14. Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5. Fillinc. tom. 2. tract. 21. cap. 4. nu. 128. Baz. Pontius de matrim. lib. 10. cap. 15. num. 4. Eng. Garz. Lorca, Caſtropalaus, Creſcent num. 50. Mutra, Rebel. Bonac. in Decal. d. 1. quaſt. 4. p. 9. nu. 20. Salas, Vaſquez, Malder. Turrianus, Tannerus, Villalobos, Lerch, Martinez, Aluarez, Sanctarellus, Barboſa, Portellius, Henriquez, Diana part. 2. tract. 13. reſol. 1. & part. 4. tract. 4. reſ. 4. contra Sylueſtrum, Caietanum, Conradum. D. Antonin. Comitolu Gabriel. Ant. Perez, & Peregrin.*

13 Illarum enim rerum, quæ à Chriſto inſtituta ſunt, ſingularis, & in-

nouiſſima eſt veritas; vt ſi Sacramenta in materia, & forma à Dei Filio inſtituta conficiantur, vera, & rata ſunt. Secus vero res ſe habent, quarum veritas à Summo Pontifice definita non eſt; ideo multiplex eſt, quotuplex de qualibet re probabilis opinio eſt: probabiles enim opiniones, vel diffidentium inter ſe Doctorum aſſerentium, vel negantium, contractum aliquem ratum eſſe, alicui Sacerdoti iuriſdictionem eſſe, votum aliquod irritum, legem nõ obligare, & alia huiuſmodi, Summus Pontifex ob Chriſtianæ reipublicæ bonum approbat; eaſque Eccleſia ratas habet, & tacitè iuriſdictionem præbet, ne conſcientiæ nimis grauentur. *ita Leſſius lib. 2. c. 29. d. 8. Bonac. in Decal. d. 2. quæſt. 4. part. 9. Sanchez. ſum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 35. Lug. Creſcentius, Henriq. Pitſius; Mulderus.* Ideo non minus ſapientum opinio, quam communis vulgi error iuriſdictionem confert. Sic præſente Parocho ſimplex Sacerdos moribundum, vel hæreticum à quibuſcunque cenſuris, & criminibus reſeruatis abſoluere poteſt. *Nauar. Rodriq. Henr. Vegha, Sanch. Villalob. Barboſ. Fr. Longus, Conradus, Valer. Zerola, Finel. Comitol. vide Dianam p. 2. tract. 13. reſ. 1. Sancium diſp. 44. num. 24. Turrian. part. 1. diſp. 21. d. 2. Merollum, & alios.*

14 Sacerdos irregularis nondum iudicis ſententia nominatim damnatus à peccatis abſoluere poteſt, ſed non ſine peccato, cum propter alios adhuc iuriſdictionem habeat; irregularitas enim ſacrorum Ordinum actus irritos non reddit, quemadmodum nec ſuſpenſio Ordinum, nec interdictum. *iuxta Extrauag. Ad euitanda, Suar. de conſ. d. 40. ſ. 2. num. 45. Diana p. 4. tract. 2. reſ. 68. Præpoſ. in 3. part. q. 5. d. 3. P. Cornejus, Villalobus.* Quanquam, ſuſpenſum, & interdictum abſoluendi poteſtatem habere aliqui negant. *Nauar. Hurtad. Auila de conſ. p. 7. diſp. 2. d. 2. & alij.*

15 Sacerdos, qui hæreſim, de qua ſuſpectus erat vehementer, abiurauit, ad audiendas pœnitentium confeſſiones admitti amplius ab Inquiſitore non poteſt. *ex Decreto Sacræ Congregationis Inquiſitioni præpoſitæ, quod refert vbi Locatus in praxi, Genuenſis. Dec. Riccius q. 2. deciſ. 218.*

16 Verum, qui hæreſim, in cuius ſuſpicionem incidit leuiter, abiurauit, non impeditur, quo minus ordines omnes exerceat, & Sacramenta omnia etiam pœnitentiæ adminiſtret, & ſecularium confeſſiones excipiat. *Ita Sacra Congregatio generalis Inquiſitionis Romæ anno 1596. pridie nonas Martij, Genuenſis in praxi cap. 45. n. 4. Diana p. 4. tract. 8. reſ. 64. & alij.*

17 A fidei quæſitore tanquam hæreticus puniri non poteſt Sacerdos confeſſionum exceptor, qui ſe pœnitenti abſolutionem impertiri nolle, vel non poſſe dixit, niſi ſibi criminis ſocium reuelet; licet enim hæreticus ſit; quicunque pertinaciter aſſert illicitum non eſſe proximum infamare; controuerſia tamen inter Doctores eſt; an qui ſceleris ſocium confeſſario detegit, ipſum infamet. *ita contra Medinam, & Lopez docet Franciſcus Longus de caſ. reſeru. p. 1. ſect. 3. art. 9. num. 3. P. Nauarra, Villalobos, Diana reſol. 97. & alij.*

18 Qui religioſis Sacerdotibus ab Epiſcopo approbatis peccata ſua confeſſi, ab iiſque abſoluti ſunt, eadem Parochis ſuis debito vllo tempore iterum confitendi obligatione non te-

nen-

Digitized by Google

nentur, immo qui contrarium docent, tanquam de hæreſi ſuſpecti ab Inquiſitoribus puniri poſſunt. *Alph. Leo, Zanardus in direct. p. 1. cap. 24. Peregrin. Naldus verſic. confeſſ. num. 29. Lug. Io. Crucius, Diana reſ. 102. contra Henr. Gandauenſem, Hoſtienſem, Archidiaconum, Io. Monachum. Sixt. IV. contrariæ ſententiæ aſſertores puniri iuſſit.*

19 Probabile eſt, poteſtatem excipiendi confeſſiones, præſertim Regularibus conceſſam, ad beneplacitum, non expirare mortuo Epiſcopo, quia conceſſum ad beneplacitum idem eſt, ac conceſſum, donec à concedente reuocetur. *Caſtropalaus tom. 1. tit. 3. d. 4. p. 16. §. 1. num. 5. & alij apud Præpoſitum Bondanus, Caranza, Boſſius, Paſqualigus tom. 1. deciſ. 490. ex conſtit. Clement. cuius initio extrauag. Inter cunctas de priuileg.* contraria tamen ſententia probabilior eſt, quia voluntas morte finitur. *lib. 4. ff. locati ex cap. ſi gratioſè de reſcriptis in 6. Anchoranus, Geminianus, Francus, Gutier. Valaſcus, Gonzales, Couarruuias, Angel. Decius, Maſcard. Diana p. 6. tract. 6. reſ. 48.*

20 Si quis bona fide peccata ſua Sacerdoti irregulari confiteatur, ab eoque abſoluatur, quem ab Eccleſia toleratum, & publicè confeſſarij officio fungentem validè abſoluere poſſe exiſtimat, abſolutio rata, ac valida eſt, etiamſi Sacerdotis illius irregularitas iudicis ſententia promulgata eſſet; nam irregularitas ordinis, & iuriſdictionis actus irritos non reddit. *Coninch. de conf. d. 8. d. 1. num. 7. Præpoſ. 3. p. q. 5. d. 3. num. 13. P. Corneius, Villalob. Suar. Diana p. 4. cap. 4. reſ. 68.* quanquam qui ab irregulari Sacerdote ſciens, eum talem eſſe, abſolutionem peteret, grauiter peccaret. *Turrian. Præpoſit. Dian. & alij.*

21 Piè admodum in Eccleſia Dei ſemper cuſtoditum fuit, vt nulla peccatorum reſeruatio in articulo mortis ſit, atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt, vt Concilium Tridentinum ſeſſione 14. cap. 7. decreuit; propterea ſimplex Sacerdos etiam præſente confeſſario approbato, & confeſſarius approbatus etiam præſente alio ſuperiore, cui caſus, & cenſuræ, quibus pœnitens obſtrictus eſt, reſeruantur; illum ab omnibus peccatis, & cenſuris, immo & ab hæreſeos crimine abſoluere poteſt, *ſeu apud Sanchium ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 14. Nauar. Rodriq. Henriq. Vegha, Villalob. Barboſa, E. Longus de caſ. reſer. p. 1. ſ. 3. art. 16. Conradus, Lud. à S. Ioan. Io. Valerus, Angles, Zerola, P. Comitolus, P. Ledeſma, Diana p. 1. tract. 5. reſ. 5. Marchinus contra Turrianum.* Quamquam contrariam opinionem valde probabilem eſſe exiſtimo, & in eo caſu Sacerdotem ſimplicem non poſſe licitè, aut validè abſoluere, præſente proprio confeſſario. *Sanchez ibid. num. 7. Bonacina de ſacram. q. 7. p. 1. Coninch. Auila, Benzonius, Sanctarellus, Pitigian. Reginald. tom. 1. Keller. Nugnus. Lug. Roſel. Syluest. Armilla, Cauerr. Simancas, Cordub. Graff. Gratianus, Zambran. Azor. Valentia, Molina, Ochagrauia, & alij.*

22 Nonnulli media incedentes via exiſtimant, ſimplicem Sacerdotem præſente Sacerdote approbato Diœceſano non habere poteſtatem abſoluendi moribundum; omnem vero Sacerdotem Diœceſanum approbatum, etiam præſente Parocho, poſ-

ſe

Digitized by Google

ſe non petita venia abſoluere moribundum à quouis crimine, & cenſura in foro conſcientiæ. *ita Hurtadus de Mendoza vol. 1. de fide d. 82. ſect. 6. §. 163.* articulum, & periculum mortis idem eſſe probabilius eſt, cum de abſolutione agitur. *Syluester, Nauarrus, Medina, Lugus, Diana, Suar. Vaſq. Coninch. & alij.*

23 Pœnitens in articulo, vel periculo mortis à Sacerdote excommunicato, hæretico, exaugurato, ſeu depoſito abſolutionem Sacramentalem petere aſque culpa poteſt, immo debet, quando alius Sacerdos illo melior non adeſt, nec ſubuerſionis periculum timetur, etiamſi cum lethali ſcelere Sacramentum ab illo adminiſtratum iri ſciat; petere enim licet à Sacerdote, quod licitè facere poteſt, ſi velit, contritionis actum eliciendo, vel pœnitenti in neceſſitate pœnitendi tẽpus non permittente ſuccurrendo. Neceſſitate enim vrgente Sacramentum peti poteſt ab imparato, etiamſi peccaturus putetur; ille enim abſq; peccato tunc illud adminiſtrare poteſt, cum alius Sacerdos non adſit. *ita Præpoſitus in 3. p. q. 7. d. 5. n. 42. Hurtadus, Kelliſonius, Cœleſtinus, Diana p. 5. t. 3. reſ. 58. Lug. d. 18. ſ. 2. & alij.*

24 Si Sacerdos deſit, poteſt, qui in articulo, vel periculo mortis verſatur, laico, vel clerico non Sacerdoti peccata ſua prudenter, & maturo conſilio confiteri non ad abſolutionem impetrandam, hanc enim non Sacerdos, vel laicus impertiri nequit, ſed ad capiendum conſilium, vel ad maiorem demiſſionem, ſeu humilitatem, & deteſtationem peccatorum, & ad placandam Dei iram. *Coninch. de ſacram. d. 8. dub. 1. n. 6. Gamachæus, Turrian. de pœnit. d. 23. p. 1. Hurtadus, Lug. ibi. Granadus, Candidus.*

Confirmatur hoc exemplo Sacerdotis, qui laico confeſſus eſt in ſtabulo, vt in ſpeculo exemplorum. Non deſunt tamen, qui huiuſmodi confeſſionem apud laicum factã minimè probant, cum neque rata ſit, neq; ad capiendum conſilium neceſſaria; ſed potius pœnitenti conſulendum eſt, vt peccatorum ſuorum pœniteat, veniamque à Deo, corde contrito petat. Tunc enim ſola peccatorum deteſtatio propter Deum concepta ſufficit. *Vaſquez. p. 3. tom. 4. q. 93. Marchinus, Sahagun de Villaſanctæ, Diana p. 5. tract. 3. r. 73. vide Candidum d. 24. a. 1. d. 1.* probabile eſt, confeſſionem factam laico prodeſſe ad remiſſionem venialium tanquam aliquod Sacramentale ex opere operato. *Victoria de confeſſ. num. 4.*

25 Qui iuriſdictione ſibi delegata cœpit audire alicuius confeſſionem, poteſt illum abſoluere; etiamſi interim expiret delegationis tempus; quia res non eſt integra. Propterea qui per Bullam cruciatam abſoluendi poteſtatem habet, confeſſionem cœptam proſequi, & abſoluere valet, etiamſi tempus interim expiret. *ita ex c. gratum, & c. relatum de officio delegati Sanch. l. 2. Decal. c. 13. n. 15. Villalob. Acoſta, Rodriq. Diana, Lug. d. 19. ſect. 2. contra P. Ledeſmam, Zambran.*

28 Certum eſt, fideles ſatisfacere præcepto annuæ confeſſionis, ſi peccata ſua religioſis habentibus à Summo Pontifice poteſtatem delegatam confiteantur; nec debere iterum confiteri peccata mortalia Parocho. *ita Clemen. VIII. declar. anno 1592. Lug. d. 19. ſect. 2. Mald. Adrian. Molina & alij.*

29 Iuriſdictio delegata à confeſ-

ſiones

Digitized by Google

ſiones audiendas non expirat, ſi moriatur, qui eam conceſſit, ſiue remoueatur ab officio, ſiue ſuſpendatur eius poteſtas. Niſi iuriſdictio delegata ſit pro pœnitente certo, tunc enim ceſſat, niſi confeſſio cœpta ſit. *Henriq. Suarez. d. 28. ſ. 3. Sayr, Graff. Lug. d. 19. ſect. 2. contra Palud. Antonin. Nauar. Philiarchum, & alios.*

28 Sacerdos, cui iuriſdictio delegata eſt, ſi notitia delegationis careat, & tamen ſe abſoluere poſſe putans, abſoluat quempiam à peccatis, abſolutio valet; alioquin religioſus abſoluens à peccatis reſeruatis, à quibus ex priuilegio ordini ſuo conceſſo abſoluere, poteſt inualidè abſolueret, ſi illud priuilegium neſciret; quod nimis durum eſt; plurimi enim religioſi ignorant multas cenſuras reſeruatas, & priuilegia ſui ordinis. Satius eſt, ſi confeſſarius, cui delegata eſt iuriſdictio, exiſtimet ſe habere facultatem, & habeat notitiam conceſſæ ſibi poteſtatis, ſic & volens abſoluere quantum poteſt, validè abſoluit. *ita Lug. d. 19. ſ. 2. & alij, contra Sanch. l. de matrim. d. 36. Coninch. d. 8.*

29 Quando de iuriſdictione confeſſarij duæ ſunt opiniones contrariæ, ambæ tamen probabiles, licet pœnitenti Sacramentum expoſcere, & Sacerdoti illud miniſtrare cum probabili opinione iuriſdictionis, quia ſicut, quando adeſt communis error, Eccleſia dat iuriſdictionem propter vtilitatem publicam; ita quando adeſt opinio probabilis Doctorum affirmantium, dari poteſtatem, tunc propter communem vtilitatem fidelium, qui iuxta illam probabilem ſententiam operantur, Eccleſia dat iuriſdictionem, etiamſi falſa ſit opinio; ita Sacerdos validè abſoluet, & verum Sacramentum conficiet: immo pœnitens dum à venialibus directè abſoluitur, etiam indirectè à mortalibus abſoluitur, in quæ re vera Sacerdos iuriſdictionem non habet. & hæc ſententia de ordinaria confeſſione extra mortis periculũ tutiſſima eſt, quia non eſt periculum, ne iterum pœnitens poſſit confiteri Sacerdoti, à quo ſaltem indirectè à peccatis illis abſoluetur, & quamuis poſſit repente mori, hoc tamen non cenſetur morale periculum hic, & nunc; ſicut non eſt in eo, qui ſanus differt confeſſionem peccati mortalis vſq; ad Paſca, quamuis poſſit & ipſe ſubita morte præoccupari. Non tenetur autem Sacerdos miniſtrare Sacramentum cum omni vtilitate, ac ſecuritate poſſibili, ſed ſufficit ſi cum probabili ſecuritate miniſtret; immò etiamſi dubitet, an habeat poteſtatem abſoluendi ab aliquo crimine reſeruato, poteſt ſequi opinionem probabilem, & quemcunque, vel in periculo mortis verſantem abſoluere directè, & Sacramentum validè conficere, quo pœnitens Dei gratiæ reſtituetur. Magis dubia res eſt ſi peccatum cum cenſura reſeruatum ſit, vel ſi Sacerdos ſimpliciter dubitet, an iuriſdictionem, & poteſtatem habeat, tunc enim non conſtat certo Sacerdote poſſe abſoluere directè reum lethalis culpæ; qui tamen ſecundum probabilem opinionem aliquem abſoluit, non videtur condemnandus. Nam & ſimplex Sacerdos validè poteſt abſoluere directè à venialibus aliquem, à quo ſi peccatum lethale commiſſum ſit, indirectè remittetur, ſi is bona fide confeſſus ſit. Nam & peccata mortalia propter obliuionem in confeſſione omiſſa indirectè per abſolutionem à peccatis dictis Sacerdoti

doti dimittuntur. *Sánchez l.3. Decal. cap.9. nu. 35. & alij, quos citat Diana p. 1. de opin. prob. & p. 8. tr. 1. reſ. 93. Bonac. d. 2. de peccat. q. 4. p. 9. Granad. Franciſcus de Lugo, Io. Macadus, Lud. Crucius, Caſtropalaus, Turrian. Io. Sancius, Leſſ. l. 2. c. 29. d. 8. Malderus, P. Lorca, Suar. Lug. d. 19. ſect. 2. §. 1. contra Salam dubitantem, & Sancium.*

30 Quamuis ex probabili aliquorum ſententia approbatio confeſſariorum Regularium ab Epiſcopis ex iuſta, & rationabili cauſa reſtringi, atque ad certum locum, tempus, & perſonas, vt ad viros tantum limitari poſſit; nihilominus ſi iuſta cauſa deſit, huiuſmodi reſtrictio nihil valet. *Ita Lezana ibid. n. 8. Miranda in man. tom. 1. q. 45. num. 10. Henriq. l. 3. c. 6. num. 5. & 9. Villalob. tom. 1. tr. 9. diſ. 53. Vegha tom. 2. c. 62. Portellius, Diana p. 3. tract. 2. reſ. 25. contra Fagund. alias de maiore vide Dianam ibidem reſ. 26. & 27. Lugum.*

31 Confeſſarius electus virtute Bullæ breuis, ſeu diplomatis ad ſoluendum lege, ſiue, vt aiunt, ad diſpenſandum, vel ad abſoluendum, exequi hoc debet confeſſione Sacramentali audita, non extra confeſſionem, vt ex verbis illis colligi poteſt in breuibus diplomatis apponi ſolitis *quatenus audita ſacramentali confeſſione*. Hæc eſt conditio, ſine qua non conceditur lege ſolutio, quæ diſpenſatio dicitur, idque quotidiano, ac perpetuo ſacræ Pœnitentiariæ vſu confirmatum eſt. *Leo in praxi p. 1. ſect. 28. Lezana, Pontius, Theſaurus, Crucius, Eſchobar, Diana Palinodiam cantans p. 8. tr. 3. 105. contra Sanchium, & Perez.*

32 Si confeſſarius electus virtute bullæ breuis à ſacra Pœnitentiaria obtentæ nolit abſoluere, vel diſpenſare, licet adire alium confeſſarium, inconſultò ſummo Pœnitentiario. Nam abſoluendi, vel diſpenſandi facultas non aperituro litteras, ſed executuro, quod in eis mandatur, conceditur. Idem dicendum, cum qui literas ſummi Pœnitentiarij aperit, non eſt magiſter Theologiæ, nec approbatus, ſiue admiſſus ab ordinario præſule ad confeſſiones excipiendas, ſicut exigitur in diplomate Breui, alius tunc poterit eligi, qui ad præſcriptum Bullæ abſoluat, vel diſpenſet. *Ita Bonacina, Naldus, Lezana, Sanch. Perez, Dian. p. 8. t. 3. r. 104. contra Leonem, Nauarrum.*

33 Nomine Magiſtri Theologiæ intelligitur etiam Doctor Theologiæ, non autem profeſſor Theologiæ, vel Pontificij iuris, niſi in approbata vniuerſitate ad eum gradum euectus, tituloque inſignitus fuerit. Nec ſufficit, ſi quis ſit iuris ciuilis Doctor, vel admiſſus, ſeu vt aiunt, Licentiatus in Theologia, vel in iure Canonico, nec ſi in religioſa ſodalitate, vel regulari ordine ſuo Magiſter ſit, vt facultate diſpenſandi, vel abſoluendi in litteris Pœnitentiariæ Magiſtro Theologiæ commiſſa vti poſſit. a ex priuilegio tamen Sacerdotes Societatis Ieſu, b & ex ordinibus Mendicantium, vel horum priuilegijs gaudentes ab Ordinario præſule approbati pro confeſſionibus excipiendis poſſunt facultatem per eiuſmodi literas impertitam exercere, mandata in ipſis exequi, modo à ſuperioribus ſuis ſpecialem adhoc poteſtatem acceperint. *a Salas de leg. d. 20. ſect. 10. §. 3. Diana p. 8. t. 3. reſ. 103. b ex Conſt. Gregorij XIII. Rodriq. tom. 1. q. 63. art. 8. Boculus in priuil. Somaſch.*

34 Sacerdos pro confeſſionibus virorum

tactuum illicitorum, & aliorum peccatorum; ſic filius familias abſolui poteſt, quamuis maneat domi ſerua, cum qua peccare conſueuit, quam ipſe expellere, nec facilè, nec decenter poteſt; multo magis abſoluendus eſt, qui cum fratre, vel ſorore peccandi occaſionem proximam habet. Si ab eius conuictu ſeiungi non poteſt abſque graui detrimento a hoc enim ſubire cogendus non eſt, nec occaſionem relinquere proximam iubendus, etiamſi ſæpè in peccatum relabatur, nec emendatio appareat b; quia adhuc cum experientia illa poteſt habere dolorem de peccatis, & propoſitum efficax non peccandi, etiamſi homo ex fragilitate ſe rurſus peccaturum exiſtimet. a *Nau. cap. 3. Corduba q. 4. Suarez, Sanch. Lug. Pelliz. cap. 10. ſ. 3. ſ. 1. q. 26.* b *Ioan. Sancius d. 10. num. 16. Viuald. Lug. d. 14. Pelliz. ſ. 10. contra Suar. Graff. Reginald.*

57 Si Sacerdos hic, & nunc, non obſtante conſuetudine præterita, iudicet pœnitentem verè deteſtari peccata, & habere propoſitum non peccandi, eum poteſt abſoluere; verum ſi videat illum aſſuetum peccatis, nec auerſantem illa, non poteſt abſoluere, etiamſi pœnitens dicat ſe dolere. Quia ſi Sacerdos ei non credat, iudicio ad abſoluendum neceſſario caret. Vtile erit aliquando differre abſolutionem per aliquot dies, vt appareat emendatio, & conſtantia pœnitentis. *Thom. Sanch. l. 2. in Decalog. cap. 32. Suar. Regin. Henriq. Lug. & alij.*

58 Qui in blaſphemias conſueuit prorumpere, & verè dolet de præteritis, & emendaturum ſe promittit, ſtatim poteſt abſolui; quia ob peccata, quæ non pendent ex occaſione extrinſeca, ſed ex fragilitate peccatoris, non eſt neceſſario differenda abſolutio; licet differri quandoq; expediat. *Sanchez in ſumma tom. 1. l. 2. c. 32. num. 45. Caſtropalaus tom. 3. t. 14. d. 2. p. 2. Diana p. 6. tr. 30. & alij.*

59 Non improbabile videtur, confeſſarium abſoluere poſſe, ac debere pœnitentem in proxima peccandi occaſione pertinaciter manentem; ſi ex adiunctis, vel circumſtantijs probabiliter exiſtimet, illum manere in ea occaſione cum bona fide; quod ex ignorantia inuincibili credat permanentiam in tali occaſione non eſſe peccatum, nec ſe debere neceſſario illam dimittere. Maximè cum ſciat Sacerdos, eum ex fragilitate permanſurum in tali occaſione, etiamſi vetetur, nec vllum emendationis fructum ex admonitione ſperet. In tali euentu expedit relinquere pœnitentem in bona fide, & abſoluere, ne laqueus illi inijciatur, *ex c. de viduis el. 1. 279. & Pauizzar. c. 10. ſ. 3. q. 26. & P. Dominicus Zanettus olim præceptores mei, quibus P. Bernardus Caſtus, Octauius Ferrarius, Lucas Panettius, Alexander Boſell., Antonius Rapitius, Hieronymus Serauallius, Io. Baptiſta Ferrarius in Parmenſi Academia Societatis Ieſu, cui multum me debere profiteor, ſucceſſere. Meque Philoſophiam, ac Theologiam docuere; ſic antea me ibi Latinam, ac Græcam Grammaticam P. Dominicus Colleſanctus, humaniores litteras, Oratoriam, ac Poeticam artem P. Fräciſcus Monteflorius, Mathematicas facultates Ioſeph Biancanus, Ethicam, ac Politicam P. Marius Bettinus poſtea Matheſeos profeſſor me edocuerunt. Sic Pompilium Taliaferrum Medicæ artis, & anatomiæ profeſſorem eximium, Antonium Venturam, M. Antonium Bettonum, Ge-*

ſpe-

*ſparem Radiſium, Bartholomæum Vecchium, Io. Baptiſtam Aiatam Iuris Ciuilis, ac Canonici Doctores celeberrimos in Parmenſi Gymnaſio Magiſtros habui, quos honoris, & grati animi ergo hic nomino, quanquam Dijs, parentibus, ac Magiſtris nihil æquale reddi poſſe ſciam.*

60 Si pœnitens ex conſcientia erronea putet eſſe peccatum, quod re vera non eſt, vel ignorantia vincibili, & culpabili laboret, à confeſſario edocendus eſt, & admonendus. Si vero ignorantia inuincibilis ſiue iuris, ſiue facti pœnitentem habeat, nec ſperetur admonitionẽ profuturam eſſe, immo potius laqueos pœnitenti iniecturam; ita vt incipiat facere cum peccato, quod antea ſine culpa faciebat, etianſi pœnitens ante dubitauerit, ſed poſtea dubitationem depoſuit, ſinendus eſt in bona fide, & ignorantia ſua permanere; Nam officium docendi non obligat confeſſarium cum graui damno ipſius, vel pœnitentis. *Sanchez l. 2. de matr. 2. d. 38. num. 6. Lugo d. 22. n. 23. Pelizzarius c. 10. ſect. 3. q. 27.*

61 Si Sacerdos euidenter ſciat aliquem pœnitentem aliquod peccatum perpetraſſe, neque illud antea confeſſum fuiſſe, nec confiteri velle etianſi interrogetur, ſed negare illud commiſiſſe, cum nullam habeat cauſam tacendi illud, non debet illum abſoluere; quia non eſt diſpoſitus ad Sacramentalem abſolutionem. Si tamen confeſſarius exiſtimet, pœnitentem tacere peccatum, vel negare illud à ſe commiſſum ex cauſa, quam rationabilem putat, poteſt illum abſoluere; ſufficit enim integritas formalis, qualis in tali caſu eſt, ad valorem confeſſionis. *Suar. d. 32. de pœnit. ſ. 3. nu. 9. Henriq. Fagund. Lugo d. 22. n. 25. Peliz. contra Megalam 1. p. l. 1. c. 2.*

62 Qui plures confeſſiones irritas iterare debet, ſi eidem Sacerdoti ſtatum pœnitentis ſaltem confusè, & generaliter recordanti confiteatur, explicet peccata, quæ fortè non eſt confeſſus ex pudore, vel male confeſſus eſt, vtpotè ſine propoſito eadem vitandi, deindè generatim dicat *confiteor tibi etiam omnia peccata, quæ tibi Superioribus menſibus confeſſus ſum:* ſic enim confeſſarius memor peccatorum ab eo antea auditorum, vel notitiam ſaltem confuſam habens poteſt illum abſoluere; ſecus vero, ſi eorum nec confusè quidem recordetur; tunc enim ſingula peccata antea in inualidis confeſſionibus explicata denuò explicanda ſunt. *Suar. d. 22. de pœnit. ſ. 6. Conimch. d. 7. n. 107. Reginaldi l. 8. nu. 33. Bonacina d. 5. q. 5. ſect. 2. Pellizar. & alij ab ipſis citati.*

## Confeſſarij iuriſdictio. Cap. XX.

1 Legitimus Sacramenti pœnitentiæ miniſter eſt Sacerdos, qui ordinariam, vel delegatam abſoluendi à peccatis poteſtatem habet. Duplex autem hæc poteſtas eſt ordinis, & iuriſdictionis. Ordinis poteſtas eſt Sacerdotalis character, quo diuina ordinatione homo Sacerdotio initiatus in pœnitentiæ foro iudicium exercere poteſt, & à peccatis abſoluendi poteſtatem remotam tantum, & indeterminatam habet. Hæc in actum exire nequit, niſi accedat ei iuriſdictionis poteſtas, quæ eſt authoritas, qua vnus alteri in interiori conſcientiæ foro externa Eccleſiæ conceſſione præficitur;

tur; quemadmodum iuriſconſultus Doctorum numero adſcriptus iudicare, aut publicè docere non poteſt, niſi iuriſdictionem, aut magiſterij cathedram alicubi obtinuerit. Vtraque ordinis, & iuriſdictionis poteſtas ad peccatorum abſolutionem neceſſaria *Clauium* nomine rectè ſignificatur, ſcilicet ſcientiæ ad cognoſcendam cauſam, & facultatis ad diudicandam ſoluẽdo, vel ligando neceſſariæ. Iuriſdictionis poteſtas Sacerdoti aliquãdo auferri poteſt, ordinis vero nunquam.

2 Iuriſdictio alia ordinaria, alia delegata dicitur. Ordinaria eſt, quam ex vi proprij muneris habent quicunque alijs in ſpiritali foro præſunt, vt Summus Pontifex, eiuſque vices in pœnitentiæ foro gerens, quem ſummum Pœnitentiarium vocant, in omnes Orbis terrarum Chriſticolas, Epiſcopus in ſuam Diœceſim, Parochus in curiam, ſeu Parœciam ſuam, religioſus præſul in ſubditos. Hi gregis quiſque ſui Paſtores proprij appellantur, & Ordinarij. Delegata iuriſdictio dicitur, quæ ab his, qui ordinariam poteſtatem tenent, alijs conceditur; hæc à Summo Pontifice cuilibet Sacerdoti vbicunq; degenti, vel quocunque ſe conferenti ad quorumcunque criminum abſolutionem imperiri poteſt, ſic ab antiſtite in ſua Diœceſi, à Parocho in ſua Parœcia iuriſdictio indigenis, externiſque Sacerdotibus tribui poteſt. Et quidem Parochi conceſſione Sacerdos quilibet pro confeſſionibus à quocunque Epiſcopo vbicunque approbatus ſubditorum illius Parœciæ confeſſiones excipere valet: niſi regionis illius Epiſcopus externum Sacerdotem ad ſubditorum ſuorum confeſſiones excipiendas admitti prohibuerit. A Concilio enim Tridentino Parochis conceſſa facultas eſt iuriſdictionem ſuam delegandi Sacerdotibus à quocunque Epiſcopo approbatis. *Vt docent Coninchius de ſacramentis diſp. 8. dub. 7. nu. 57. Henriquius l. 7. c. 12. nu. 4. Ioannes à Cruce in direct. p. 2. de ſacram. pœnit. c. 5. dub. 6. concl. 3. contra Nugnum apud Dianam p. 3. t. 4. r. 110. ex cap. omnis vtriuſque ſexus.* Ideo Sacerdotes ab externo Epiſcopo approbati, ſi in alienis Parœcijs cõceſſione Parochi confeſſiones audiant, ab illius Diœceſis antiſtite minimè puniendi ſunt. *Ita contra Ledeſmam, & alios docet Sanchius diſp. 33. nu. 43.* non poteſt tamen Parochus ſimplicem Sacerdotem ad ſuorum confeſſiones excipiendas admittere. *Vt contra Ledeſmam, & Ludouicum à Sancto Ioanne docent Fagundez præc. 2. l. 7. c. 2. ex Tridentino Concil. Nugnus ad 3. p. q. 8. art. 5. d. 3. Zanard. direct. p. 1. de pœn. c. 26.*

3 Confeſſarius in ſua Diœceſi, vel Monaſterio aduenam externæ Diœceſis, vel Monaſterij à reſeruatis ſuo Epiſcopo, vel Superiore caſibus abſoluere poteſt. Peregrini enim, & aduenæ à Sacerdote excipiendi, & abſoluendi ſunt non ſecus, ac loci, in quo degit, incolæ ex Eugenij IV. Decretali. *Ita contra Bellochiſium, Florentinum, Antoninum, Chiapemillam, Vgolinum docent Caietanus, Paludan. Suarez, quem ſequitur Henriq. l. 3. de pœnit. c. 15. nu. 8. Villalobos tom. 2. tr. 9. diff. 36. Diana p. 3. tr. 4. r. 103. Lugus, Candidus, Lezana, Creſcentius.*

4 Cum Antiſtes, propriuſue Paſtor Sacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem, dum eo præſente à Sacerdote adminiſtratur, ratam habet, vel habere cenſetur, licet Sacerdoti tunc confeſſionem excipere, & confeſſum à pec-

Digitized by Google

peccatis abſoluere. *Ita cont. D. Nugnum docet Sylueſter, Sotus, Becanus, Sanchius, Homob. Fagundez, Henriq. Villalob. Diana ibid. reſ. 68.* tacitus enim Parochi, præſuliſue conſenſus confeſſionem præſentem ratam facit. grauiter tamen peccaret Sacerdos, qui ſine præſenti ratihabitione confeſſionem audire inciperet. Quia hæc ab initio irrita eſſet. Neque enim ſpes ratihabitationis ſufficit ad confeſſionem excipiendam. *Filliucius tom. 1. tr. 7. c. 9. num. 242. Coninch. de ſacr. d. 8. Becan. de ſacr. c. 37. q. 8. Sylueſt. v. confeſſio. Tolet. l. 3. c. 13. num. 3. Sanch. de matr. tom. 1. d. 35.*

5 Confeſſionem excipi poſſe à Sacerdote præſumente tacitum præſulis conſenſum, hancque eſſe Superioris voluntatem exiſtimante, probabiliter nonnulli aſſerunt. *Filliucius, Sylueſter, Medina, Eugus, Richardus, D. Bonauentura, Peregr. & alij, quorum ſententiam Diana non probat reſ. 68.*

6 Parochus, vel alius quilibet Sacerdos extra Diœceſim, in qua approbatus confeſſiones audiendi poteſtatem habet, hominem eiuſdem Diœceſis confitentem ſibi abſoluere poteſt, niſi domicilium mutarit. Iuriſdictio confeſſarijs in pœnitentes Epiſcopo ſubditos conceditur nulla loci ratione habita. Ea autem cum ſit voluntaria à quocunque illam habente, in ſubditos vel extra territorium exerceri poteſt. *lege 2. de officio proconſulis. Epis. Imola, Cardinal. Roſella, Syneſt. Tabiena, Nau. c. 27. Adrian. D. Antonin. Alexand. ita contra Gutierrium, Zerolam, Sorbum, Garſiam, docent Sanchius de matr. tom. 3. in p. 1. l. 3. c. 7. n. 25. Victoria, Graph. Azor. Conarr. Tolet. Zerola, Moſſeſ. Megala, Gomez, Nugnus, Acoſta, Ledeſma, Ant. Capic. Homob. Camerota, Campanil. Torreblanca, Barboſa, Angles, Piaſec. Boſſ. Beia, Becan. Cand. Henriq. l. 6. cap. 6. num. 7. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 28. ſ. 6. Peirinus de relig. tom. 1. q. 1. cap. 21. Vegha tom. 1. c. 62. caſ. 41. Diana l. c. r. 144. Valer. Megal. Ledeſm. Paſq. q. 198. Prapoſ. Sayr. l. 2. c. 21. Garzias, Floron. Boſſ. Hurtad. Reginald. & alij.*

7 Sacerdos dubitans, an abſoluendi poteſtatem habeat, nec ne, & quaſi in biuio hærens, & anceps, pœnitentem, quem menſæ Euchariſticæ accumbere oportet, vel qui peccata ſua poſthac non niſi poſt longum tempus pœnitentiæ Sacramento expiaturus ſit, ſub conditione (ſi poſſit) abſoluere poteſt, hoc pacto, vt poſtea Sacerdoti certam iuriſdictionem habenti iterum confiteatur. ſic enim nil temerè agitur. Eadem conditione tacita, vel expreſſa confeſſarius pœnitentem abſoluere poteſt, de quo dubitat, an vſu rationis polleat, vel an peccata expianda habeat, ſiue materiam abſolutionis capacem. *ita Diana p. 4. t. 3. r. 38. Reginald. to. 1. l. 1. c. 8. Coninch. de ſacram. d. 8. d. 6. n. 43. Suar. in 3. p. to. 4. d. 26. ſ. 6. Nald. v. confeſſio.*

8 Pœnitentiæ Sacramentum, & quodcunque aliud à miniſtro malo & parato, quem Eccleſia tolerat, ſuſcipere licet. Nam alterius ad peccandum parati, & ſponte peccantis culpa ad propriam vtilitatem vti fas eſt, modo ſcandalum abſit. Veniali tamen culpa non vacat, qui ſine iuſta de cauſa Sacramentum ſuſcepturus illud à malo miniſtro potius, quam à bono petit. Si vero confeſſio publico peccatori facta offendiculum alijs præberet, ſacrilegium eſſet. *Sanch. de matrim. l. 7. d. 9. Layman l. 2. t. 5. p. 2. cap. 5. Ledeſma,*



Digitized by Google

*deſma, Valent. Cabrera, Suarez, Sot. Coninch. Valboa de Magroneio, Caſtillus ad Mancinum, Diana p. 7. tr. 12. reſol. 33. & alij.*

9 Quilibet confeſſarius ſiue ſæcularis, ſiue religioſus, modò ſit approbatus, religionis candidatos, ſeu nouitios à peccatis, & cenſuris in religioſa ſodalitate reſeruatis abſoluere poteſt. Nouitij enim religioſis votis nondum adſtricti, nec religati ſunt; ideo nullis adhuc conſtitutionibus, vel legibus religionis obligantur, & tanquam populares ab approbatis confeſſarijs abſolui poſſunt. *ita Molſeſ. Homob. Ortiz, Rodr. Portel. Fay, Villal. Miranda, Riccius, Azor. Veg. Belloch, Vgol. F. Longus, Floron. Nald. Sà, Graff. Cruz, Ledeſma, Nauar. Fauſt. Henriq. Bariola, Leo. Diana p. 3. t. 2. r. 4. & p. 4. tr. 4. r. 5. contra Peregrinum, Megalam, Vecchium, Tamburinum, Laymanum, Rodriquinum.*

10 Religioſorum præfectis, niſi ab Epiſcopo territorij, vbi ſunt, admiſſi ſint, ſæcularium confeſſiones excipere non licet, cum iuriſdictione careat. *ita Suar. in 3. p. tom. 4. d. 28. ſ. 4. Rodriq. in Bullam cruc. § 9. d. 1. num. 4. Lugus, Diana, r. 46. tr. 16. p. 2. contra Henriquium, Mancinũ, Gallum, Medinam, Bannez, Valerum, Sanctum d. 49. nu. 11. 12. 13. & p. 8.*

11 Si proximam peccandi occaſionem pœnitens ſine magno incommodo vitare nequeat, & amplius peccare nolit, abſolui poteſt. Tunc enim occaſionem illam velle non cenſetur, ſed potius ab illa ſe expedire non poſſe, ſi ſine graui famæ, vel fortunarum detrimento, vel vitæ periculo, quod ſibi imminere videt, nequeat. Quin etiam licet in pœnitente vix bonæ frugis, & emendationis ſpes appareat, ſi commiſſa ſcelera deteſtetur, & non peccare amplius ſtatuat, abſoluendus eſt, etiamſi in eadem peccata frequenter relabatur. *ita contra Suarium, Graphium, Reginaldum, Nauarrum docet Viuaidus de abſol. Diana p. 2. tr. 16. reſ. 47. Sanctus ſelect. d. 10. num. 16. Pelizzarius.* Qui iuſta de cauſa aliquam peccandi occaſionem deſerere non vult, modò à peccatis abſtinere ſtatuat, etiamſi ſæpius relapſus ſit, abſolui poteſt. *Eman. Sà, & alij.*

12 Quãdo Sacerdotem ad audiendas confeſſiones, & abſoluendos pœnitentes iuriſdictionem habere alij probabiliter aſſerunt, alij probabilius negant, ille opinioni minus probabili adhærens, ſi confeſſiones audiat, & abſoluat, nullius culpæ reus eſt, & abſolutio vera, ac rata manet, ſupplente Eccleſia omnem defectum, & dante iuriſdictionem; miniſtrantes enim Sacramenta ſecundum opinionem probabilem, relicta probabiliore, non temerè, ſed prudenter agunt; cum probabili enim certitudine operantur. *Ita cum xvij. Doctorib. docet Sanchez ſum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 14. Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5. Fillinc. tom. 2. tract. 21. cap. 4. nu. 128. Baz. Pontius de matrim. lib. 10. cap. 15. num. 4. Eug. Garz. Lorca, Caſtropalaus, Creſcent num. 50. Murra, Robl. Bonac. in Decal. d. 1. quæſt. 4. p. 9. nu. 10. Salas, Vaſquez, Malder. Turrianus, Tannerus, Villalobos, Lorca, Martinez, Aluarez, Sanctarellus, Barboſa, Portellius, Henriquez, Diana part. 1. tract. 13. reſol. 1. & part. 4. tract. 4. reſ. 4. contra Sylueſtrum, Caietanum, Conradum. D. Antonin. Comitol. Gabriel. Ant. Perez, & Peregrin.*

13 Illarum enim rerum, quæ à Chriſto inſtituta ſunt, ſingularia, & in-

[illegible] eſt veritas, vt ſi Sacramenta in materia, & forma à Dei Filio inſtituta conficiantur, vera, & rata ſunt. Secùs vero res ſe habent, quarum veritas à Summo Pontifice definita non eſt; ideo multiplex eſt, quadruplex de qualibet re probabilis opinio eſt: probabiles enim opiniones, vel diſſidentium inter ſe Doctorum afferentium, vel negantium, contractum aliquem ratum eſſe, alicui Sacerdoti iuriſdictionem eſſe, votum aliquod irritum, legem nō obligare, & alia huiuſmodi, Summus Pontifex ob Chriſtianæ reipublicæ bonum approbat; eaſque Eccleſia ratas habet, & tacitè iuriſdictionem præbet, ne conſcientiæ nimis grauentur. *ita Leſſius lib. 2. c. 29. d. 8. Bonac. in Decal. d. 2. quæſt. 4. part. 9. Sanchez. ſum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 35. Lug. Creſcentius, Henriq. Pitſius, Mulderus.* Ideo non minus ſapientum opinio, quam communis vulgi error iuriſdictionem confert. Sic præſente Parochio ſimplex Sacerdos moribundum, vel hæreticum à quibuſcunque cenſuris, & criminibus reſeruatis abſoluere poteſt. *Nauar. Rodriq. Henr. Vegha, Sanch. Villalob. Barboſ. Fr. Longus, Conradus, Valer. Zerola, Finel. Comitol. vide Dianam p. 2. tract. 13. reſ. 1. Sancium diſp. 42. num. 24. Turrian. part. 1. diſp. 21. d. 2. Merollum, & alios.*

14 Sacerdos irregularis nondum iudicis ſententia nominatim damnatus à peccatis abſoluere poteſt, ſed non ſine peccato, cum propter alios adhuc iuriſdictionem habeat; irregularitas enim ſacrorum Ordinum actus irritos non reddit, quemadmodum, nec ſuſpenſio Ordinum, nec interdictum. *iuxta Extrauag. ad euitanda, Suar. de conſ. d. 40. ſ. 2. num. 45. Diana p. 4. tract. 2. reſ. 68. Prapoſ. in 3. part. q. 5. d. 3. P. Cornelius, Villalobus.* Quanquam, ſuſpenſum, & interdictum abſoluendi poteſtatem habere aliqui negant. *Nauar. Hurtad. Auila de conſ. p. 7. diſp. 1. d. 11. & alij.*

15 Sacerdos, qui hæreſim, de qua ſuſpectus erat vehementer, abiurauit, ad audiendas pœnitentium confeſſiones admitti amplius ab Inquiſitore non poteſt. *ex Decreto Sacræ Congregationis Inquiſitioni præpoſitæ, quod refert vbi Locatus in praxi, Genuenſis, Leo. Riccius q. 2. decif. 218.*

16 Verum, qui hæreſim, in cuius ſuſpicionem incidit leuiter, abiurauit, non impeditur, quo minus ordines omnes exerceat, & Sacramenta omnia etiam pœnitentiæ adminiſtret, & ſecularium confeſſiones excipiat. *Ita Sacra Congregatio generalis Inquiſitionis Romæ anno 1596. pridie nonas Martij, Genuenſis in praxi cap. 45. n. 8. Diana p. 4. tract. 8. reſ. 64. & alij.*

17 A fidei quæſitore tanquam hæreticus puniri non poteſt Sacerdos confeſſionum exceptor, qui ſe pœnitenti abſolutionem impertiri nolle, vel non poſſe dixit, niſi ſibi criminis ſocium reuelet; licet enim hæreticus ſit; quicunque pertinaciter aſſerit illicitum non eſſe proximum infamare; controuerſia tamen inter Doctores eſt; an qui ſceleris ſocium confeſſario detegit, ipſum infamet. *ita contra Medinam, & Lopez docet Franciſcus Longus de caſ. reſeru. p. 1. ſect. 3. art. 9. num. 3. P. Nauarra, Villalobos, Diana reſol. 97. & alij.*

18 Qui religioſis Sacerdotibus ab Epiſcopo approbatis peccata ſua confeſſi, ab iiſque abſoluti ſunt, eadem Parochiis ſuis debito, vllo tempore, denuo confitendi obligatione non ſe-

nen-

nentur, immo qui contrarium docent, tanquam de hæreſi ſuſpecti ab Inquiſitoribus puniri poſſunt. *Alph. Leo, Zanardus in direct. p. 1. cap. 24. Peregrin. Naldus verſic. confeſſ. num. 29. Lug. Io. Crucius, Diana reſ. 102. contra Henr. Gandauenſem, Hoſtienſem, Archidiaconum, Io. Monachum. Sixt. IV. contrariæ ſententiæ aſſertores puniri iuſſit.*

19. Probabile eſt, poteſtatem excipiendi confeſſiones, præſertim Regularibus conceſſam, ad beneplacitum, non expirare mortuo Epiſcopo, quia conceſſum ad beneplacitum idem eſt, ac conceſſum, donec à concedente reuocetur. *Caſtropalaus tom. 1. tit. 3. d. 4. p. 16. §. 1. num. 5. & alij apud Præpoſitum Bondanus, Caranza, Boſſius, Paſqualigus tom. 1. deciſ. 420. ex conſtit. Clement. Auignonib. extrauagantem cunctas de priuileg.* contrariam tamen ſententiam probabiliorem eſt, quia voluntas morte finitur. *lib. 4. ff. locati ex cap. ſi gratioſe de reſcriptis in 6. Anchoranus, Geminianus, Francus, Gutier. Valaſcus, Gonzales, Couarruuias, Angel. Decius, Maſcard. Diana p. 6. tract. 6. reſ. 48.*

20. Si quis bona fide peccata ſua Sacerdoti irregulari confiteatur, ab eoque abſoluatur, quem ab Eccleſia toleratum, & publicè confeſſarij officio fungentem validè abſoluere poſſe exiſtimat, abſolutio rata, ac valida eſt, etiamſi Sacerdotis illius irregularitas judicis ſententia promulgata eſſet; nam irregularitas ordinis, & iuriſdictionis actus irritos non reddit. *Coninch. de conf. d. 18. d. 1. num. 7. Præpoſ. 3. p. q. 5. d. 3. num. 13. P. Corneius, Villalob. Suar. Diana p. 4. cap. 2. reſ. 68.* quanquam qui ab irregulari Sacerdote ſciens, eum talem eſſe, abſolutionem peteret, grauiter peccaret. *Turrian. Præpoſit. Dian. & alij.*

21. Piè admodum in Eccleſia Dei ſemper cuſtoditum fuit, vt nulla peccatorum reſeruatio in articulo mortis ſit, atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt, vt Concilium Tridentinum ſeſſione 14. cap. 7. decreuit; propterea ſimplex Sacerdos etiam præſente confeſſario approbato, & confeſſarius approbatus etiam præſente alio ſuperiore, cui caſus, & cenſuræ, quibus pœnitens obſtrictus eſt, reſeruantur; illum ab omnibus peccatis, & cenſuris, immo & ab hæreſeos crimine abſoluere poteſt, *ut apud Sanchium ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 14. Nauar. Rodrig. Henriq. Vegha, Villalob. Barboſa, F. Longus de caſ. reſer. p. 1. d. 3. art. 16. Conradus, Lud. a S. Ioan. Io. Valerus, Angles, Zerola, P. Comitolus, P. Ledeſma, Diana p. 1. tract. 5. reſ. 5. Marchinus contra Turrianum.* Quamquam contrariam opinionem valdè probabilem eſſe exiſtimo, & in eo caſu Sacerdotem ſimplicem non poſſe licitè, ac validè abſoluere, præſente proprio confeſſario. *Sanchez ibid. num. 7. Bonacina de ſacram. q. 7. p. 13. Coninch. Auila, Bonzonius, Sanctarellus, Pitigian. Reginald. tom. 1. Valq. Nugnus, Lug. Roſel. Syluest. Armilla, Caiet. Simancas, Cordub. Graff. Gratianus, Zambran. Azor. Valentia, Molina, Ochagrauia, & alij.*

22. Nonnulli media incedentes via exiſtimant, ſimplicem Sacerdotem præſente Sacerdote approbato Diœceſano non habere poteſtatem abſoluendi moribundum; omnem verò Sacerdotem Diœceſanum approbatum, etiam præſente Parocho, poſ-

ſe

Digitized by Google

te non petita venia abſoluere moribundum à quouis crimine, & cenſura in foro conſcientiæ. *ita Hurtadus de Mendoza vol. 1. de fide d. 82. ſect. 6. §. 163.* articulum, & periculum mortis idem eſſe probabilius eſt, cum de abſolutione agitur. *Syluester, Nauarrus, Medina, Lugus, Diana, Suar. Vaſq. Coninch. & alij.*

23 Pœnitens in articulo, vel periculo mortis à Sacerdote excommunicato, hæretico, exaugurato, ſeu depoſito abſolutionem Sacramentalem petere abſque culpa poteſt, immo debet, quando alius Sacerdos illo melior non adeſt, nec ſubuerſionis periculum timetur, etiamſi cum lethali ſcelere Sacramentum ab illo adminiſtratum iri ſciat; petere enim licet à Sacerdote, quod licitè facere poteſt, ſi velit, contritionis actum eliciendo, vel pœnitenti in neceſſitate pœnitendi tempus non permittente ſuccurrendo. Neceſſitate enim vrgente Sacramentum peti poteſt ab imparato, etiamſi peccaturus putetur; ille enim abſq; peccato tunc illud adminiſtrare poteſt, cum alius Sacerdos non adſit. *ita Præpoſitus in 3. p. q. 7. d. 5. n. 42. Hurtadus, Kelliſonius, Cæleſtinus, Diana p. 5. t. 3. reſ. 58. Lug. d. 18. ſ. 2. & alij.*

24 Si Sacerdos deſit, poteſt, qui in articulo, vel periculo mortis verſatur, laico, vel clerico non Sacerdoti peccata ſua prudenter, & maturo conſilio confiteri non ad abſolutionem impetrandam, hanc enim non Sacerdos, vel laicus impertiri nequit, ſed ad capiendum conſilium, vel ad maiorem demiſſionem, ſeu humilitatem, & deteſtationem peccatorum, & ad placandam Dei iram. *Coninch. de ſacram. d. 8. dub. 1. n. 6. Gamachens, Turrian. de pœnit. d. 25 p. 1. Hurtadus, Lug. lat. Granadus, Candidus.* Confirmatur hoc exemplo Sacerdotis, qui laico confeſſus eſt in ſtabulo, vt in ſpeculo exemplorum. Non deſunt tamen, qui huiuſmodi confeſſionem apud laicum factã minimè probant, cum neque rata ſit, neq; ad capiendum conſilium neceſſaria, ſed potius pœnitenti conſulendum eſt, vt peccatorum ſuorum pœniteat, veniamque à Deo, corde contrito petat. Tunc enim ſola peccatorum deteſtatio propter Deum concepta ſufficit. *Vaſquez p. 3. tom. 4. q. 93. Marchinus, Sabugun de Villaſantia, Diana p. 5. tract. 3. r. 73. vide Candidum d. 24. a. 1. d. 1.* probabile eſt, confeſſionem factam laico prodeſſe ad remiſſionem venialium tanquam aliquod Sacramentale ex opere operato. *Victoria de confeſſ. num. 4.*

25 Qui iuriſdictione ſibi delegata cœpit audire alicuius confeſſionem, poteſt illum abſoluere, etiamſi interim expiret delegationis tempus; quia res non eſt integra. Propterea qui per Bullam cruciatam abſoluendi poteſtatem habet, confeſſionem cœptam proſequi, & abſoluere valet, etiamſi tempus interim expiret. *ita ex c. gratum, & c. relatum de officio delegati Sanch. l. 2. Decal. c. 13. n. 15 Villalob. Acoſta, Rodriq. Diana, Lug. d. 19. ſect. 2. contra P. Ledeſmum, Zambran.*

26 Certum eſt, fideles ſatisfacere præcepto annuæ confeſſionis, ſi peccata ſua religioſis habentibus à Summo Pontifice poteſtatem delegatam confiteantur; nec debere iterum confiteri peccata mortalia Parocho. *ita Clemen. VIII. declar. anno 1592. Lug. d. 16. ſect. 2. Maior, Adrian. Medina, & alij.*

27 Iuriſdictio delegata ad confeſſiones

ſiones audiendas non expirat, ſi moriatur, qui eam conceſſit, ſiue remoueatur ab officio, ſiue ſuſpendatur eius poteſtas. Niſi iuriſdictio delegata ſit pro pœnitente certo, tunc enim ceſſat, niſi confeſſio cœpta ſit. *Henriq. Suarez. d. 28. ſ. 3. Sayr, Graff. Lugo d. 19. ſect. 2. contra Palud. Antonin. Nauar. Philiarchum, & alios.*

28 Sacerdos, cui iuriſdictio delegata eſt, ſi notitia delegationis careat, & tamen ſe abſoluere poſſe putans, abſoluat quempiam à peccatis, abſolutio valet; alioquin religioſus abſoluens à peccatis reſeruatis, à quibus ex priuilegio ordini ſuo conceſſo abſoluere potest inualidè abſolueret, ſi illud priuilegium neſciret, quod nimis durum eſt; plurimi enim religioſi ignorant multas cenſuras reſeruatas, & priuilegia ſui ordinis. Satius eſt, ſi confeſſarius, cui delegata eſt iuriſdictio, exiſtimet ſe habere facultatem, & habeat notitiam conceſſæ ſibi poteſtatis, ſic & volens abſoluere quantum poteſt, validè abſoluit. *ita Lug. d. 19. ſ. 2. & aly, contra Sanch. l. de matrim. d. 36. Coninch. d. 8.*

29 Quando de iuriſdictione confeſſarij duæ ſunt opiniones contrariæ, ambæ tamen probabiles, licet pœnitenti Sacramentum expoſcere, & Sacerdoti illud miniſtrare cum probabili opinione iuriſdictionis, quia ſicut, quando adeſt communis error, Eccleſia dat iuriſdictionem propter vtilitatem publicam; ita quando adeſt opinio probabilis Doctorum affirmantium dari poteſtatem, tunc propter communem vtilitatem fidelium, qui iuxta illam probabilem ſententiam operantur, Eccleſia dat iuriſdictionem, etianſi falſa ſit opinio; ita Sacerdos validè abſoluet, & verum Sacramentum conficiet: immò pœnitens dum à venialibus directè abſoluitur, etiam indirectè à mortalibus abſoluitur, in quæ re vera Sacerdos iuriſdictionem non habet. & hæc ſententia de ordinaria confeſſione extra mortis periculũ tutiſſima eſt, quia non eſt periculum, ne iterum pœnitens poſſit confiteri Sacerdoti, à quo ſaltem indirectè à peccatis illis abſoluetur, & quamuis poſſit repente mori, hoc tamen non cenſetur morale periculum hic, & nunc; ſicut non eſt in eo, qui ſanus differt confeſſionem peccati mortalis vſq; ad Paſca, quamuis poſſit & ipſe ſubita morte præoccupari. Non tenetur autem Sacerdos miniſtrare Sacramentum cum omni vtilitate, ac ſecuritate poſſibili, ſed ſufficit ſi cum probabili ſecuritate miniſtret; immò etianſi dubitet, an habeat poteſtatem abſoluendi ab aliquo crimine reſeruato, poteſt ſequi opinionem probabilem, & quemcunque vel in periculo mortis verſantem abſoluere directè, & Sacramentum validè conficere, quo pœnitens Dei gratiæ reſtituetur. Magis dubia res eſt ſi peccatum cum cenſura reſeruatum ſit, vel ſi Sacerdos ſimpliciter dubitet, an iuriſdictionem, & poteſtatem habeat, tunc enim non conſtat ex ipſo Sacerdote poſſe abſoluere directè reum lethalis culpæ; qui tamen ſecundum probabilem opinionem aliquem abſoluit, non videtur condemnandus. Nam & ſimplex Sacerdos validè poteſt abſoluere directè à venialibus aliquem, à quo ſi peccatum lethale commiſſum ſit, indirectè remittetur, ſi is bona fide confeſſus ſit. Nam & peccata mortalia propter obliuionem in confeſſione omiſſa indirectè per abſolutionem à peccatis, directis Sacerdoti

doti dimittuntur. *Sánchez l. 3. Decal. cap. 9. nu. 35. & alij, quos citat Diana p. 1. de opin. prob. & p. 8. tr. 1. reſ. 93. Bonac. d. 2. de peccat. q. 4. p. 9. Granad. Franciſcus de Lugo, Io. Macadus, Lud. Crucius, Caſtropalaus, Turrian. Io. Sancius, Leſſ. l. 2. c. 29. d. 8. Malderus, P. Lorca, Suar. Lug. d. 19. ſect. 2. §. 1. contra Salam dubitantem, & Sancium.*

30 Quamuis ex probabili aliquorum ſententia approbatio confeſſariorum Regularium ab Epiſcopis ex iuſta, & rationabili cauſa reſtringi, atque ad certum locum, tempus, & perſonas, vt ad viros tantum limitari poſſit; nihilominus ſi iuſta cauſa deſit, huiuſmodi reſtrictio nihil valet. *Ita Lezana ibid. n. 8. Miranda in man. tom. 1. q. 45. num. 10. Henriq. l. 3. c. 6. num. 5. & 9. Villalob. tom. 1. tr. 9. diſ. 53. Vgolin tom. 1. c. 61. Portellius, Diana p. 3. tract. 2. reſ. 25. contra Fagund. alias de hac re vide Dianam ibidem reſ. 26. & 27. Lugum.*

31 Confeſſarius electus virtute Bullæ breuis, ſeu diplomatis ad ſoluendum lege, ſiue, vt aiunt, ad diſpenſandum, vel ad abſoluendum, exequi hoc debet confeſſione Sacramentali audita, non extra confeſſionem, vt ex verbis illis colligi poteſt in breuibus diplomatis apponi ſolitis *quatenus audita ſacramentali confeſſione*. Hæc eſt conditio, ſine qua non conceditur lege ſolutio, quæ diſpenſatio dicitur, idque quotidiano, ac perpetuo ſacræ Pœnitentiariæ vſu confirmatum eſt. *Leo in praxi p. 1. ſect. 28. Lezana, Pontius, Theſaurus, Crucius, Eſcbobar, Diana Palinodiam cantans p. 8. tr. 3. 105. contra Sanchium, & Perez.*

32 Si confeſſarius electus virtute bullæ breuis à ſacra Pœnitentiaria obtentæ nolit abſoluere, vel diſpenſare, licet adire alium confeſſarium, inconſultò ſummo Pœnitentiario. Nam abſoluendi, vel diſpenſandi facultas non aperituro litteras, ſed executuro, quod in eis mandatur, conceditur. Idem dicendum, cum qui literas ſummi Pœnitentiarij aperit, non eſt magiſter Theologiæ, nec approbatus, ſiue admiſſus ab ordinario præſule ad confeſſiones excipiendas, ſicut exigitur in diplomate Breui, alius tunc poterit eligi, qui ad præſcriptum Bullæ abſoluat, vel diſpenſet. *Ita Bonacina, Naldus, Lezana, Sanch. Perez, Dian. p. 8. t. 3. r. 104. contra Leonem, Nauarrum.*

33 Nomine Magiſtri Theologiæ intelligitur etiam Doctor Theologiæ, non autem profeſſor Theologiæ, vel Pontificij iuris, niſi in approbata vniuerſitate ad eum gradum euectus, tituloque inſignitus fuerit. Nec ſufficit, ſi quis ſit iuris ciuilis Doctor, vel admiſſus, ſeu vt aiunt, Licentiatus in Theologia, vel in iure Canonico, nec ſi in religioſa ſodalitate, vel regulari ordine ſuo Magiſter ſit, vt facultate diſpenſandi, vel abſoluendi in litteris Pœnitentiariæ Magiſtro Theologiæ commiſſa vti poſſit a ex priuilegio tamen Sacerdotes Societatis Ieſu, b & ex ordinibus Mendicantium, vel horum priuilegijs gaudentes ab Ordinario præſule approbati pro confeſſionibus excipiendis poſſunt facultatem per eiuſmodi litteras impertitam exercere, mandata in ipſis exequi, modo à ſuperioribus ſuis ſpecialem adhoc poteſtatem acceperint. *a Salas de leg. d. 20. ſect. 10. §. 3. Diana p. 8. t. 3. reſ. 103. b ex Conſt. Gregorij XIII. Rodriq. tom. 1. q. 63. art. 8. Boculus in priuil. Somaſch.*

34 Sacerdos pro confeſſionibus virorum



Digitized by Google

rorum tantum, certarumuè perſonarum excipiendis approbatus illis tantum (non alijs, quorum confeſſiones excipere nequit) beneficium diſpenſationis, abſolutionis; aliudue ex literis Pœnitentiariæ impertire poteſt, nam maior Pœnitentiarius in executore litterarum ſuarum prærequirit iuriſdictionem, & poteſtatem conceſſam ab Ordinario præſule in illos, quibus gratia conceſſa eſt. *P. Leon. Emanuel tom. 1. c. 60. P. Ledeſma, Suarez tom. 4. de pœn. d. 27. ſ. 7. Diana loc. cit.* probabilis etiam exiſtimatur ſententia aſſerentium confeſſarium etiam cum limitatione, vel deſignatione certarum perſonarum non ex defectu ſcientiæ, ſed ætatis poſſe vti facultate litteris Pœnitentiariæ conceſſa erga quoſcunque viros, vel etiam fœminas; quin in executore ſcientia potius, ac peritia ad vſum earum litterarum neceſſaria requiri videtur, quam iuriſdictio. *Sanchez l. 8. d. 38. num. 16. Perez d. 48. ſ. 5. nu. 5. Portel. Dian.*

35 Dilatio, commutatio votorum, abſolutio à cenſuris, vel ab irregularitate, reſtitutio habilitatis ad beneficia Eccleſiaſtica, & quæuis diſpenſatio etiam præmiſſa ſacrilega confeſſione obtenta, valet; quia fauorabilia latè accipienda ſunt; talia etiam beneficia cum Sacramentali confeſſione neceſſario connexa non ſunt. *Sanchez l. 4. cap. 54. num. 17. Suar. l. 6. c. 56. de voto Herinq. Dian. p. 8. tr. 3. r. 106. Eſcobar. Leo.*

36 Capitulum Sede vacante poteſt approbare confeſſarios, & concedere illis poteſtatem abſoluendi à criminibus reſeruatis, & à cenſuris. Reuocare valet licentias audiendi confeſſiones Sacerdotibus ſæcularibus conceſſas; omnia enim, quæ viuens Epiſcopus poteſt, etiam Capitulum Sede vacante poteſt; namq; par vtriuſq; eſt iuriſdictio.

37 Confeſſarij Regulares ab anteceſſore Epiſcopo approbati nequeunt à Capitulo ad examen Sede vacante reuocari, neque illis conceſſa facultas adminiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ, vel concionandi, & aliqua vota in alia pia opera commutandi auferri, vel ſuſpendi à Capitulo poteſt. Hoc enim priuilegium à Clemente IV. Dominicanis, & Franciſcanis, & mox reliquis Regularibus Mendicantibus ſic conceſſum, ac communicatum à Tridentino Concilio minimè reuocatum eſt. *Lud. Crucius, Lug. de pœnit. d. 21. ſect. 3. Debellus, Nauarrius, Molina, Diana p. 8. t. 4. ibid. r. 48. Fagund. Bordonus r. 36. q. 4. Rodriq. Syluest. Confectius Alex. Beraga, Boſſius contra Phil. Mancbinum.*

38 Qui à Superiore obtinuit facultatem confitendi peccata ſua per decem dies cuidam Sacerdoti, & ab eodem abſolutus eſt. Si poſt aliquod tempus recordetur aliquorum peccatorum, quæ confiteri illi oblitus eſt, poteſt ruſus ſecundum probabilem opinionem eidem peccata, quorum reminiſcitur, confiteri, & ab eo abſolui. Hæc enim peccata, quorum is oblitus fuerat, ſunt pars Superioris confeſſionis apud eundem factæ. Eſt autem valdè probabile, cum, cui conceſſa fuit facultas audiendi confeſſiones ad certum tempus, poſt eo elapſo cœptam confeſſionem proſequi, & à peccatis, quorum pœnitens ſtato tempore oblitus eſt confiteri, ruſus abſolui. *ita Diana p. 6. tr. 7. r. 46. ita in deciſionibus caſuum Bononiæ deciſum eſt anno 1539.*

39 Religioſus approbatus in vna

Dioe-

Diœceſi, ſi ſe alio conferat, non ſecus, ac ſæcularis Sacerdos, indiget approbatione illius Epiſcopi, in cuius Territorio vult confeſsiones excipere, etiamſi vt hoſpes per locum illius iuriſdictioni ſubditum tranſeat. Si tamen approbatus Placentiæ, poſtea Mutinam ſe transferat, ibique commoretur, vt hoſpes abſque approbatione Mutinenſis Epiſcopi poteſt audire, & abſoluere ſubditum Epiſcopi Placentini à quo approbatus eſt. *Rodriq. tom. 1. r. 60. art. 5. & 7. Miranda tom. 1. q. 46. art. 14. c. 3. Beia p. 4. cap. 20. Peregr. v. abſolutio. Bordon. r. 36. num. 36. H. Rodriq. reſ. 32. n. 14. Paſqual q. 198. Ioan. de Lugo d. 21. ſect. 2. num. 42. Vnigers ex Decreto Vrbani VIII. quod affert Diana p. 3. tr. 2. reſ. 123. contra Cellotium aſſerentem approbatum in vna Diœceſi cenſeri vbique approbatum.*

40 Iuſta de cauſa poteſt Epiſcopus approbare Religioſos Sacerdotes, quos Regulares vocant, cum limitatione temporis, & perſonarum, nec mirum, quod Parochus anno vigeſimo quinto admittatur ſine vlla limitatione ad omnium etiam fœminarum confeſſiones excipiendas, maiori enim examine, quam religioſus Sacerdos probatur. *Lugo d. 21. ſ. 3. Diana p. 6. t. 7. r. 51. contra Cellotium, Zambellum, Præpoſitum, & alios.*

41 Approbatio confeſſarij ad beneplacitum conceſſa ab Epiſcopo licitè reuocari poteſt ex cauſa, validè etiam, ſed illicitè ſine cauſa, ſi Sacerdos ſit ſæcularis. Approbatio enim pro tali tempore, tranſacto illo ceſſat; approbatio vero ad beneplacitum nullum determinatum tempus reſpicit, ſed pendet ab arbitrio approbantis α verum ſi Epiſcopus admiſſo Regulari facultatem audiendi confeſſiones reuocet ſine cauſa, reuocatio non modo illicita, ſed etiam inualida eſt β; Regulares enim, quos Epiſcopus idoneos cenſuit, non amplius ab Epiſcopo pendent in vſu poteſtatis abſoluendi, ſed à ſolo Romano Pontifice, à quo iuriſdictionem ſuam habent. Talis enim approbatio eſt inſtar iuſtæ ſententiæ, quæ per regulas iuris data, irreuocabilis eſt. *ita β Peyrinus de priuilegijs minim. tom. 1. conſtit. 26. Leo X. §. 5. Bauny. in Theol. mor. p. 1. tom. 4. q. 9. Diana p. 6. tr. 7. r. 72. Coninch. Portell. Filliuc. Cœleſtin. Paſqualig. c. 2. q. 143. Cellotius l. 5. cap. 25. Lug. d. 25. ſ. 3. §. 1. Henriq. l. 3. de pœnit. c. 6. Miranda tom. 1. q. 45. Lezana tom. 2. c. 19. nu. 8. ex l. iuriſperitus ff. de excuſat. Alex. Guttier. Maſcard. Gonzal. Menoch. Ann. & alij.*

42 Regulares ordinum Mendicantium ab aliquo Epiſcopo præuio examine approbati non poſſunt ab eodem rurſus examinari, α ſed à ſucceſſore poſſunt ad β examen reuocari. *Bauny. p. 1. tr. 4. q. 10. Io. Præpoſitus in 3. p. q. 8. d. 3. de pœnit. Henriq. vide Dianam p. 3. tract. 2. r. 27. contra Vegham, Rodriq. Salic. Fumum*, qui dicunt confeſſarium approbatum ab Epiſcopo non poſſe à ſucceſſore eiuſdem iterum ad examen reuocari.

43 Summus Pontifex poteſt concedere alicui perpetuam facultatem audiendi confeſſiones vbique terrarum, eandem Epiſcopus concedere poteſt in ſua Diœceſi, dum ipſe viuit. talis licentia, & facultas concedi non ſolet niſi Epiſcopis ordinarijs, & Parochis non inuitis, nec repugnantibus, in Pontifice reſidet ius vniuerſale, quod ad perſonas, β quibus conceditur facultas, & quod ad modum

 *Ami-*

rorum tantum, certarumuè perſonarum excipiendis approbatus illis tantum (non alijs, quorum confeſſiones excipere nequit) beneficium diſpenſationis, abſolutionis, aliudue ex litteris Pœnitentiariæ impertire poteſt, nam maior Pœnitentiarius in executore litterarum ſuarum prærequirit iuriſdictionem, & poteſtatem conceſſam ab Ordinario præſule in illos, quibus gratia conceſſa eſt. *P. Leon. Emanuel tom. 1. c. 60. P. Ledeſma, Suarez, tom. 4. de pœn. d. 27. ſ. 7. Diana loc. cit.* probabilis etiam exiſtimatur ſententia aſſerentium confeſſarium etiam cum limitatione, vel deſignatione certarum perſonarum non ex defectu ſcientiæ, ſed ætatis poſſe vti facultate litteris Pœnitentiariæ conceſſa erga quoſcunque viros, vel etiam fœminas; quin in executore ſcientia potius, ac peritia ad vſum earum litterarum neceſſaria requiri videtur, quam iuriſdictio. *Sanchez l. 8. d. 38. num. 16. Perez d. 48. ſ. 5. nu. 5. Portel. Dian.*

35 Dilatio, commutatio votorum, abſolutio à cenſuris, vel ab irregularitate, reſtitutio habilitatis ad beneficia Eccleſiaſtica, & quæuis diſpenſatio etiam præmiſſa ſacrilega confeſſione obtenta, valet; quia fauorabilia latè accipienda ſunt; talia etiam beneficia cum Sacramentali confeſſione neceſſario connexa non ſunt. *Sanchez l. 4. cap. 54. num. 17. Suar. l. 6. c. 56. de voto Hering. Dian p. 8. tr. 3. r. 106. Eſcobar. Leo.*

36 Capitulum Sede vacante poteſt approbare confeſſarios, & concedere illis poteſtatem abſoluendi à criminibus reſeruatis, & à cenſuris. Reuocare valet licentias audiendi confeſſiones Sacerdotibus ſæcularibus conceſſas; omnia enim, quæ viuens Epiſcopus poteſt, etiam Capitulum Sede vacante poteſt; namq; par vtriuſq; eſt iuriſdictio.

37 Confeſſarij Regulares ab anteceſſore Epiſcopo approbati nequeunt à Capitulo ad examen Sede vacante reuocari, neque illis conceſſa facultas adminiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ, vel concionandi, & aliqua vota in alia pia opera commutandi auferri, vel ſuſpendi à Capitulo poteſt. Hoc enim priuilegium à Clemente IV. Dominicanis, & Franciſcanis, & mox reliquis Regularibus Mendicantibus conceſſum, ac communicatum à Tridentino Concilio minimè reuocatum eſt. *Lud. Crutius, Lugo de pœnit. d. 21. ſect. 3. Debellis, Nauarrius, Molina, Diana p. 8. t. 4. ibid. r. 48. Fagund. Bordonus r. 36. q. 4. Rodriq. Syluest. Confectius Alex. Peregr. Boſſius contra Phil. Manchinum.*

38 Qui à Superiore obtinuit facultatem confitendi peccata intra decem dies cuidam Sacerdoti, & ab eodem abſolutus eſt. Si poſt aliquod tempus recordetur aliquorum peccatorum, quæ confiteri illi oblitus eſt, poteſt rurſus ſecundum probabilem opinionem eidem peccata, quorum reminiſcitur, confiteri, & ab eo abſolui. Hæc enim peccata, quorum is oblitus fuerat, ſunt pars Superioris confeſſionis apud eundem factæ. Eſt autem valdè probabile, eum, cui conceſſa fuit facultas audiendi confeſſiones ad certum tempus, poſſe eo elapſo cœptam confeſſionem proſequi, & à peccatis, quorum pœnitens ſtato tempore oblitus eſt confiteri, rurſus abſolui. *ita Diana p. 6. tr. 7. r. 46. ita in deciſionibus caſuum Bononiæ decriſum eſt anno 1539.*

39 Religioſus approbatus in vna

Dioe-

Digitized by Google

Diœceſi, ſi ſe alio conferat, non ſecus, ac ſæcularis Sacerdos, indiget approbatione illius Epiſcopi, in cuius Territorio vult confeſsiones excipere, etiamſi vt hoſpes per locum illius iuriſdictioni ſubditum tranſeat. Si tamen approbatus Placentiæ, poſtea Mutinam ſe transferat, ibique commoretur, vt hoſpes abſque approbatione Mutinenſis Epiſcopi poteſt audire, & abſoluere ſubditum Epiſcopi Placentini à quo approbatus eſt. *Rodriq. tom. 1. r. 60. art. 5. & 7. Miranda tom. 1. q. 46. art. 14. c. 3. Beia p. 4. cap. 20. Peregr. v. abſolutio. Bordon. r. 36. num. 36. H. Rodriq. reſ. 32. n. 14. Paſqual q. 198. Ioan. de Lugo d. 21. ſect. 2. num. 42. Vnigers ex Decreto Vrbani VIII. quod affert Diana p. 3. tr. 2. reſ. 123. contra Cellotium aſſerentem approbatum in vna Diœceſi cenſeri vbique approbatum.*

40 Iuſta de cauſa poteſt Epiſcopus approbare Religioſos Sacerdotes, quos Regulares vocant, cum limitatione temporis, & perſonarum, nec mirum, quod Parochus anno vigeſimo quinto admittatur ſine vlla limitatione ad omnium etiam fœminarum confeſſiones excipiendas. maiori enim examine, quam religioſus Sacerdos probatur. *Lugo d. 21. ſ. 3. Diana p. 6. t. 7. r. 51. contra Cellatium, Zambellum, Prapoſitum, & alios.*

41 Approbatio confeſſarij ad beneplacitum conceſſa ab Epiſcopo licitè reuocari poteſt ex cauſa, validè etiam, ſed illicitè ſine cauſa, ſi Sacerdos ſit ſæcularis. Approbatio enim pro tali tempore, tranſacto illo ceſſat; approbatio vero ad beneplacitum nullum determinatum tempus reſpicit, ſed pendet ab arbitrio approbantis. verum ſi Epiſcopus admiſſo Regulari facultatem audiendi confeſſiones reuocet ſine cauſa, reuocatio non modo illicita, ſed etiam inualida eſt; Regulares enim, quos Epiſcopus idoneos cenſuit, non amplius ab Epiſcopo pendent in vſu poteſtatis abſoluendi, ſed à ſolo Romano Pontifice, à quo iuriſdictionem ſuam habent. Talis enim approbatio eſt inſtar iuſtæ ſententiæ, quæ per regulas iuris data irreuocabilis eſt. *ita Peyrinus de priuilegijs minim. tom. 1. conſtit. 26. Leo X. §. 5. Bauny in Theol. mor. p. 1. tom. 4. q. 9. Diana p. 6. tr. 7. r. 72. Coninch. Portell. Filliuc. Cæleſtin. Paſqualig. c. 2. q. 143. Cellotius l. 5. cap. 25. Lug. d. 25. ſ. 3. §. 1. Henriq. l. 3. de pœnit. c. 6. Miranda tom. 1. q. 45. Lezana tom. 1. c. 19. nu. 8. ex l. iuriſperitus ff. de excuſat. Alex. Guttier. Maſcard. Gonzal. Menoch. Ann. & alij.*

42 Regulares ordinum Mendicantium ab aliquo Epiſcopo præuio examine approbati non poſſunt ab eodem rurſus examinari, ſed à ſucceſſore poſſunt ad examen reuocari. *Bauny p. 1. tr. 4. q. 10. Io. Prepoſitus in 3. p. q. 8. d. 3. de pœnit. Henriq. vide Dianam p. 3. tract. 2. r. 27. contra Veghem, Rodriq. Salic. Fumum,* qui dicunt confeſſarium approbatum ab Epiſcopo non poſſe à ſucceſſore eiuſdem iterum ad examen reuocari.

43 Summus Pontifex poteſt concedere alicui perpetuam facultatem audiendi confeſſiones vbique terrarum, eandem Epiſcopus concedere poteſt in ſua Diœceſi, dum ipſe viuit. talis licentia, & facultas concedi non ſolet niſi Epiſcopis ordinarijs, & Parochis non inuitis, nec repugnantibus, in Pontifice reſidet ius vniuerſale, quod ad perſonas, quibus conceditur facultas, & quod ad modum

*Amicus tom. 8. d. 15. ſ. 2. Diana p. 8. tr. 1. r. 83. contra Suar.*

44 Probabile eſt Sacramenta collata à Sacerdote, qui communi errore habetur pro confeſſario approbato, vel pro Parocho cum titulo colorato, quem inualidè accepit ob defectum occultum, valida, ac rata eſſe, nec confeſſum ei peccata, & abſolutum ab eo, debere confeſſionem iterare, cum Pontifex in ſimili euentu, iuriſdictionis defectum supplere cenſeatur. α ita omnia geſta per Parochum non verum, ſed putatum cum titulo legitimo valida eſſe probabile eſt. Idem dicendum, ſi titulus verus adſit, ſed deficiat; quia tranſactum ſit tempus, ad quod conceſſum fuit. Vt cum poſt annum confeſſarius, cui ad annum conceſſa fuit facultas audiendi confeſſiones ſine prorogatione, ſeu noua confirmatione licentiæ, vel poteſtatis confitentes audit, & abſoluit, vel ſi iuriſdictione ab ordinario præſule priuatus ſit, vel ſi excommunicationis, vel ſuſpenſionis pœna, aliauè ſimili cauſa impediatur, quominus munere confeſſarij, vel Parochi fungatur. Si defectus, & impedimentum ignoretur, rata manet abſolutio, & quælibet Sacramentorum adminiſtratio. β modo ſit verè Sacerdos. Nam Laicus putatus falsò Sacerdos validè non abſoluit, neque alia Sacramenta adminiſtrare poteſt, validè tamen matrimonio ex conceſſu Parochi aſſiſtit. Titulum enim habet, & communi errore cenſetur Sacerdos, nec ius diuinum, nec naturale ad valorem matrimonij Sacerdotis præſentiam exigit γ Eccleſia autem ſupplere cenſetur, quod poteſt; defectum vero iuris naturalis, vel diuini ſupplere nequit, vt defectum Sacerdotalis ordinis, vel intentionis neceſſariæ ad conficienda validè Sacramenta. α *ita Doctores, quos citat, ac ſequitur Sanchez de matrim. tom. 1. l. 3. d. 22. num. 49. Solorzanus, Vuameſius, Boſſius, Gonzales, Fagundez, Gutierez, Leſſius l. 2. cap. 29. d. 8. Trullench. Theſaur. Ludou. à Cruce, Villalobos, Diana p. 8. t. 1. reſ. 94. & Auila, Molfeſ. tom. 1. tr. 7. cap. 13. Maſcard. Gampa. Surd. & alij contra Homobonum, Reginald. Megalam, Rotam* β *Baſil. Pontius, Io. Sancius, Molfeſius, Cutillus, Bordonus, Delbenius, Leander, Caſpenſis, Diana l. c. Panormit.* γ *Henriq. lib. 6. cap. 6. Valer. Auila, Creſcentius, & alij.*

45 Sacerdos approbatus, & admiſſus ad audiendas confeſſiones, ſi eas audire nolit, niſi charitatis, vel obedientiæ præceptum, vel neceſſitas exigat, & nullius confeſſiones excipit, lethali ſcelere ſe non idcircò obſtringit; niſi alienæ ſalutis cura illi commiſſa ſit, vt Parocho, qui ſubditorum confeſſiones aliquoties excipere debet, *Auerſa q. 16. ſ. 11. Diana p. 8. t. 7. reſ. 9. Nau. tom. 2. in cap. placuit. Bonacin. & alij.*

46 Religioſi ab Ordinario non approbati pro confeſſionibus nequeunt ſecularibus, qui ſunt de familia latè ſumpta, Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrare, ſed illis tantum qui verè, ac propriè eorum familiares, & iugiter commenſales. Tales non exiſtimo eſſe infirmos in Xenodochijs Religioſorum ægrotantes. Pro quorum confeſſionibus excipiendis Ordinarij præſulis approbationem neceſſariam eſſe probabilius eſt. *R. Auerſa de pænit. q. 16. ſ. 7. Gauantus v. confeſſ. num. 25. Diana p. 8. r. 7. reſ. 95. contra Bordonum reſ. 36. queſt. 31. num. 63.* cuius ſententiam approbat vſus.

47 Mi

47 Milites D. Iacobi Alcantaræ, Calatrauæ & Equites Hieroſolymitanos, & Melitenſes poſſe confiteri peccata ſua confeſſarijs ab Ordinario non approbatis probabilis Doctorum ſententia eſt, α quamuis hoc vſu minimè receptum ſit. Nam ijdem Equites, quod ad receptionem Sacramentorum ab Ordinarijs locorum pendent. α *Bordonus reſ. 37. q. 26. num. 70. Sancius d. 49. nu. 11. 13. Barboſa contra Dianam p. 9. tr. 6. r. 96.*

48 Sacerdos Regularis expoſitus à Superioribus ſuis ad audiendas confeſſiones virorum tantùm, & ſimpliciter approbatus ab Epiſcopo habente intentionem conferendi illi iuriſdictionem, quam ſolet conferre cuilibet idoneo Sacerdoti, validè poteſt etiam mulierum confeſſiones audire, eaſque abſoluere. α peccabit tamen venialiter tantum, niſi conſtitutiones Regulares eum, qui ſic expoſitus eſt, ſub pœna lethalis culpæ prohibeant mulierum confeſſiones audire. Si vero ſit expoſitus à Superiore, & ab Epiſcopo approbatus regulari more abſq; collatione iuriſdictionis non poteſt mulieribus pœnitentiæ Sacramentum miniſtrare. Quia caret iuriſdictione ad abſoluendas mulieres neceſſaria. β Epiſcopus enim admittens Regulares non tribuit illis iuriſdictionem, ſed eos tantum idoneos iudicat. Habent enim Regulares à Summo Pontifice iuriſdictionem *extrauaganti* conſtitutione *de Priuilegijs* conceſſam, quatenus à ſuis Superioribus exponuntur γ iuxta mentem ipſorum, & menſuram δ expoſitionis, α *Angles de confeſſ. art. 8. Io. à Cruce, Homobon. p. 1. tr. 5. Miranda tom. 2. q. 45. Megal. p. 1. l. 1. c. 15. Nugnus, Salas, Pitigian. Diana p. 1. tr. 11. r. 13. Paſqualig. Cent. 11. q. 128.* β *ita contra Peregrinum docet Molfeſ. Megal. Diana, Angel. apud Adrianum.* γ *ex Conſtit. Clem. IV. exigentib. Syxti IV. Pauli III. & Paul. IV.* δ *extrau. inter cunctas, ex Clement. Dudum.*

49 His autē Conſtitutionibus Pontificum, ac priuilegijs Tridentinum Concilium minimè derogaſſe docent authores, qui aſſerūt Sacerdotem Regularem præſentatum Ordinario, ſi abſque iuſta cauſa non approbetur, poſſe nihilominus confeſſiones audire, cum enim ſit vitanda legum correctio, quantum fieri poteſt, Decretum Tridentini accommodandum eſt diſpoſitioni *Clementinæ*, quæ incipit *Dudum*, & extrauaganti *inter cunctas* de priuilegijs. Siquidem lex noua vniuerſaliter lata, quale eſt Tridentinum Decretum, non derogat antiquæ legi in particulari caſu procedenti, ſed trahitur ad ſenſum illius, vt latè oſtēdit *Nauarrus* ε dicendum ergo videtur ex Tridentini Concilij Decreto nullum poſſe confeſſiones excipere, qui ab Ordinario non fuerit approbatus, quando Ordinarius præſul approbationem iuſtè concedit, vel iuſtè negat; ſecus vero, ſi iniuſtè illam denegat. Clementinam Conſtitutionem minimè ζ abrogatam eſſe quod ad formam præſentandi certum eſt. *Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. Nau. cap. 27. nu. 162. Graff. l. 1. cap. 13. Laym. l. 4. tr. 6. c. 11. Palat. Henriq. Fagund. Rodriq. Diana p. 3. tr. 2. r. 24. Paſqual. Cent. 2. q. 128. Gamach. Cæleſt. Cochier. Villalob. Finet. Zerol. Peyrin. Miranda tom. 1. q. 45. Io. à Cruce, Ledeſma, Corduba H. Rodriq. r. 32. n. 4. Pius V. Bulla 7.* ε *Nau. cap. placuit nu. 147. num. 147. de pœnit. nu. 147.* ζ *B. à S. Fauſt. tom. 3. l. 6. Barb. p. 2. alleg. 25.*



Digitized by Google

50 Certa, & vnanimis Doctorum omnium ſententia eſt Ordinarium Antiſtitem, qui ſine iuſta cauſa aufert licentiam audiendi confeſſiones Sacerdoti approbato idoneo, lethali ſcelere ſe obſtringere. Nam iniuſtè illum priuat iure acquiſito, & cum notabili detrimento bonæ exiſtimationis, maximè ſi Sacerdotes Regulares approbatos facultate conceſſa excipiendi confeſſiones ſine cauſa priuet. Regularibus enim Epiſcopus non impertit iuriſdictionem, ſed eos tantum idoneos iudicat. Propterea ſacer Cardinalium Cætus die xx. Nouembris anno MDCXV. declarauit *Ordinarios non poſſe ſuſpendere* ſiue impedire *Regulares ſimpliciter admiſſos, quominus audiant confeſſiones, niſi iuſta, ac noua adſit cauſa, quæ ſpectet ad Sacramenti illius adminiſtrationem, vel niſi interdictum ab Ordinarijs impoſitum ijdem violauerint*. Non poteſt iudex ſententiam iuſtam à ſe latam abſque noua, ac iuſta cauſa reuocare, nec ius per eam acquiſitum auferre. ergo nec Ordinarius præſul reuocare abſque iuſta cauſa approbationem, qua Sacerdotem idoneum ad Sacramenti pœnitentiæ miniſterium iudicauit, nec iure acquiſito per approbationem, tanquam per ſententiam, illius poſſeſſorem priuare poteſt. Poteſtas enim Epiſcopis conceſſa eſt in ædificationem; non in deſtructionem; nec ad fouendam quorundam præſulum auerſionem à Regularibus. Tridentinum Concilium ſeſſione xxiii. capite xv. prohibet Sacerdotes exercere poteſtatem abſoluendi à peccatis, quam in ſuſceptione Sacri Ordinis accipiũt, niſi ab ordinarijs idonei approbati ſint, vel niſi habeant Parochiale beneficium, ergo facultas audiendi confeſſiones ab Ordinario abſque cauſa auferri non poteſt ijs, qui ſimpliciter ad tale munus admiſſi ſunt. Quod ſemel approbatum eſt, non poteſt amplius abſque noua, ac iuſta cauſa reprobari, *quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet*. vt regula iuris docet. Regulares per approbationem ab Ordinario, iuriſdictionem à Summo Pontifice accipiunt, eiuſque ſunt miniſtri. non ſubſunt præſulis Ordinarij poteſtati, niſi noua cauſa emergat, propter quam non idonei cenſeri valeant. Propterea ſi Ordinarius Regularibus ſimpliciter approbatis per iniuriam, hoc eſt abſque cauſa interdicat adminiſtrationem Sacramenti pœnitentiæ, hi minimè tenentur obedire. Quoniam ille poteſtatis ſuæ limites excedit, vt Iudex iniquam ſenteutiam ferens, à qua neceſſe non eſt appellare, ſed ſatis eſt eius iniquitatem oſtendere. Ideo Leo X. Conſtitutione xv. quam affert Peyrinus, decreuit, *vt Confitentes Regularibus indebitè ab Epiſcopis reprobatis Conſtitutioni, quæ incipit, omnis vtriuſque ſexus, quod ad confeſſionem duntaxat ſatisfeciſſe cenſeantur*. Ergo Regulares iniuſtè reprobati confeſſiones audire licitè poſſunt; hoc tamen faciendum non eſt, ſi periculum ſcandali, & magnæ perturbationis adſit; quod euitari decet. *ex Clementina, Dudum, de ſepult. extrau. inter cunctas de priuilegijs, & Clement. IV. exigentibus. Nauar. c. 27. nu. 162. Syluest. verbo Confeſſor. 2. nu. 5. Suarez de pœnit. d. 28. ſ. 8. num. 4. & 5. Rodriq. tom. 3. q. R. 24. art. 6. Vegha p. 1. c. de confeſſ. c. 7. Miranda tom. 1. q. 14. art. 10. Henriq. l. 3. cap. 6. Fagund. præc. 2. Eccl. l. 7. c. 2. num. 26. Fumus, Bapt. Salis, Palatius, Corduba, Laym. l. 5. c. 11. nu. 6.*

Ce-

*Coninch. d.8. d.7. Fillinc. tr.7. cap.9. num.267. Peyrin. tom.1. priuil. Portel. v. licentia Lezana tom.1. cap.19. nu. 9. Gauantus v. confeſſ. Paſqual. c.2. q. 142. Zanardus p.1. directorij cap. 24. §.7. Diana p.3. tr.2. r.22. & p.4. tr.4. r.200. Mercerus in 3 p. q.7. art.8. Barboſa in collect. v. Regul. confeſſor. Rodriq. Sacra Congreg. in Criolenſi, & Genuenſi anno* 1615. *&* 1630. *S. Baunius, Gamacheus, Cœleſtinus, Cellatius, Lud. à Cruce, Villalob. Finel. Zerola contra Turrianum, Sanchium, & G. Hurtadum* ꝑ. *Dec. conſ.* 445. *Socin. Iun. c.181. nu.98. l.2. Crauetta c.* 621. *Menoch. c.* 501. *&* 904. ꝩ *ex conſtit. relatis, & ex priuil. Religion. Confect. in priuil. Mendic. Gloſſa in cap. ſi Epiſcopus de pœniten. Henriq. Graf. Vaſq. Bein, Io. F. Suar. d.5. Portel. Rodriq. Molfeſ. Peyrin. tom.3. Vegha, Laym. Lezana* ꝑ *Abbas in c. inter cæteras de ſent. Butrius. Curtius, Zabarel. Barbat. Par. ſ. Socin. Menoch. Peyrin. Paſq. c.2. q.142.* contrariam tamen ſententiam in praxi tutiorem vtenti illa exiſtimo, quam docent *Suar. d.28. ſ.5. Vaſq. q.92. art.3. Sylnius, Coninch Pitigian. Filliuc. tr.7. num.257. Barboſa, Homobon. Tamburin. Floren. Valer. Bordon. Lug. d.21. ſect.3. n.52. Diana p.8. tr.1. r.85. Nugnus, & alij.*

51 Sacra Congregatio Cardinalium die 2. Iulij anno 1587. decreuit vt *Regulares qui quoad ad confeſſiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumuè examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indiſtinctè abſque vlla limitatione temporis, certorumuè locorum, aut generis perſonarum admittantur in Diœceſi propria. De cæteris verò, qui non adeo idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio ordinariorum relinquitur ipſos cum limitata facultate, prout ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domo laicorum confeſſiones ex cauſa audierint, ſtatim Parochum admonere teneantur, & fidem confeſſionis pro Medico aduenienti relinquere. Paſq. c.* 2. *q.*143. *& alij.*

52 Sacerdos Regularis pro audiendis confeſſionibus approbatus ab Ordinario Præſule non indiget Parochi conſenſu, vt adminiſtrare pœnitentiæ Sacramentum in eius Parœcia poſſit ꝗ; immo eodem inſcio, vel inuito poteſt ibidem confeſſiones excipere ꝑ; ſiue enim regularis habeat iuriſdictionem à Summo Pontifice, ſiue ab Epiſcopo, quominus eam exerceat à Parocho impediri nequit; neq; enim hic poteſt antiſtitis ſui, aut Summi Pontificis in ſuam Parœciam iuriſdictionem habentis voluntati obſtare. Fauet Regularibus priuilegiū ab Alexandro IV. conceſſum Fratribus Minoribus, vt inconſultis, vel inſcijs Parochis poſſint regulares, quorumcunque confeſſiones audire. ꝩ Clementina etiam Conſtitutione *Dudum* ſancitum eſt, ne Parochi poſſint conceſſionibus Summorum Pontificum aduerſari, ac reclamare aduerſus regulares, alioquin ſtatutis pœnis obnoxij ſint; poteſtas autem audiendi confeſſiones eſt priuilegium, quod non eſt affixum Eccleſiæ regularium, ſed ſequitur perſonam, cui conceſſa eſt. Cum ergo Regulares à Summo Pontifice ex priuilegio poteſtatem audiendi confeſſiones, & iuriſdictionem habeant, ſi à Superiore coram Epiſcopo præſentati, & ab hoc approbati ſint, poſſunt ex vi priuilegij illius confeſſiones in omni loco Diœceſis, in qua approbati ſunt, audire; nec à Parochis

impediri poſſunt, quominus iuriſdictione ſibi à Summo Pontifice conceſſa intra Diœceſim, vbi ad confeſſiones audiendas idonei ſunt iudicati ab Antiſtite, liberè vtantur. Sunt enim coadiutores Parochorum ſimiles illis, qui ad trahendum rete plenum piſcibus ab Apoſtolis piſcantibus vocati ſunt, eoſque tanquam cooperatores iubet Summus Pontifex admitti ß; æquitas tamen poſtulat, vt in templo Parochiali Regulares pœnitentiæ Sacramentum non adminiſtrent, niſi Parochus conſentiat *, ne diſcordiæ, & rixarum detur occaſio, & ſi ægroti confeſſionem in Parochia excipiant, ſchedulam Parocho, & Medico oſtēdendam relinquant, ſi opus ſit. *α Gloſſ. in Clement. Dudum v. Liberè de ſepulturis, & cæteri Canoniſtæ D. Thomas op. 19. c. 4. Sot. in 4. d. 18. D. Antonin. 3. p. t. 17. cap. 9. Medina, P. Sot. Henriq. Regin. l. 3. num. 46. Zerola c. 15. q. 3. Nau. c. Placuit nu. 57. de pœnit. d. 6. Bonac. d. 5. quæſt. 7. p. 4. Coninch. d. 8. d. 3. ß Syluest. v. confeſſor. 2. q. 1. Megal. p. 1. Inſtit. l. 1. c. 9. Miranda tom. 1. q. 44. art. 14. H. Rodr. r. 32. Tambur. tom. 2. d. 6. Portel. Peir. Paſq. q. 198. & alij γ Compend. priuileg. d. Abſolutio Clement. Dudum de ſepult. & H. Rodriq. r. 32. n. 16, Miranda l. c. Villalob. Tamburin. ex l. in omnib. ff. de reg. iuris, & c. priuilegium de reg. iur. in 6. Suar. l. 8. de leg. c. 26. * Rodriq. tom. 1. q. 60. art. 4. Portel. v. confeſſor. Bordon. reſ. 36. Paſq. l. cit.*

53 Quilibet Sacerdos à venialibus culpis pœnitentes abſoluere poteſt, & à lethalibus culpis aliàs Sacramentali confeſſione deletis; hanc enim poteſtatem Summus Pontifex, & Eccleſia concedere cenſetur, cum ab Epiſcopo Sacerdotalem ordinem conferente verba illa proferuntur. *accipe Spiritum Sanctum &c.* neque alia approbatio Sacerdotis adhoc neceſſaria eſt, cum enim peccata venialia, & aliàs confeſſione expiata mortalia non ſint neceſſario confitenda Sacerdoti approbato, licet ea cuilibet Sacerdoti ſimplici confiteri α; hanc tamen poteſtatem abſoluēdi à venialibus Summus Pontifex Sacerdoti non approbato ad confeſſiones auferre poteſt, non alius. Hac autem iuriſdictione caret, quiſquis communione fidelium, & ſacris interdictus eſt. Qui autem à venialibus à ſimplici Sacerdote abſolutus eſt, à mortalibus etiam, quæ pœnitens confiteri oblitus eſt, indirectè abſolutus manet; verum ſi eorum poſtea recordetur, Sacerdoti approbato confiteri debet. *α. ita contra Philippum Fabrum de pœnit. in 4. d. 17. q. 1. d. 25. c. 3. num. 71. Beiam, Bordonum docent D. Thom. in 4. d. 18. q. 2. art. 3. Suarez tom. 4. d. 26. ſect. 2. Henriq. Laym. Sanch. tom. 1. ſum. l. 1. c. 9. Granad. in 3. p. c. 7. tr. 10. Fagund. Præcept. Tanner. Vaſq. tom. 4. Nugnus Caſpenſis, Lug. d. 18. ſ. 3. G. Diana p. 5. tract. 14. & alij.*

54 Nullius valoris eſt abſolutio, qua Sacerdos iuriſdictionis ordinariæ, vel delegatæ expers, à lethalibus culpis extra neceſſitatem aliquem abſoluit; ſententia enim in ſubditos ferri tantum poteſt; ſolus Sacerdos approbatus pro confeſſionibus legitimus Iudex eſt in foro pœnitentiæ, non alius niſi in periculo mortis, in quo ſimplex Sacerdos quemlibet à quibuslibet culpis abſoluere poteſt. *Lugo de ſacram. d. 5. ſ. 2. Io: Melanus, Zambellus, Fr. Zipeus, Diana contra Crouſers.*

55 Pœnitentiæ Sacramentum ab interdicto Sacerdote miniſtratum irritum

ritum non eſt; interdictum enim ordinis, ac iuriſdictionis poteſtate non priuat Sacerdotem, ſed licitũ eius vſum tantum impedit. Itaque ſi Sacerdos interdictus aliquem abſoluit à peccatis, ſe ipſum mortiferæ culpæ laqueo ligat. Siquis tamen ei bona fide confeſſus, & abſolutus eſt, abſolutio rata eſt, ac valet. *ita Corneius in 3. p. tr. 5. Diana p. 5. tr. 10. contra Ph. Fabrum in 4. ſentent. d. 13.*

56 Qui Sacerdoti Regulari approbato peccata ſua confeſſus eſt; eadem non amplius Parocho confiteri debet, neque à Parocho licentiam confitendi religioſo Parochiani petere debent; nam eam ab Epiſcopo cenſentur habere. *Suar. d. 23. ſ. 2. Coninch. Valent. Regin. Zerola, Henriq. l. 4. c. 4. Nugnus, Bonac. d. 3. q. 5.*

57 Non poſſunt cæteri Epiſcopi vti priuilegio conceſſo ab Vrbano VIII. Pontifice Epiſcopo Gienenſi Balthaſari Sandoualio Cardinali; α ſiquidem in eo non eſt præſcripta regula à reliquis Epiſcopis ſeruanda in admittendis ad confeſſiones, & verbi diuini prædicationem Regularibus, vel reprobandis iiſdem indicta cauſa; lex enim non obligat alios præter eos, pro quibus lata, & promulgata eſt β; nam legis obligatio ſe tantum extendit, quantum intentio legislatoris; nec priuilegium conceſſum alijs intelligitur, quàm illis, quorũ nominatim fit mentio γ; quod autem in eo decreto Epiſcopo Gienenſi conceditur, eſſe ſpecialem gratiam, & priuilegium contra ius commune conſtat ex ipſius verbis illis *teque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes*. Præterea in eodem decreto non ordinaria, ſed delegata iuriſdictio δ conceditur, quæ ad delegatum coarctatur, & ad ſolam Diæceſim Gienenſem extenditur, neq; legis vim habet, ſed commiſſionis, ac delegationis. Eſt priuilegium ſtrictè interpretandum, ε neque reſcriptum, vel decretum Principis in cauſa aliqua particulari, vel ſpeciali vim legis vniuerſalis habet, niſi intentione condendi ius vniuerſale factum, ac promulgatum fuerit, vt ab omnibus obſeruetur. ζ Illud autem Pontificis decretum non eſt propoſitum, vt ſeruandum pro lege communi. *α ita contra Barboſam in collect. c. 15. nu. 45. Bordonum r. 36. nu. 83. docet Paſqualigus q. 170. β Abbas in c. de terra de priuileg. Rota γ Cardinal. Bartol. Turret. Macerat. Azor. p. 1. l. 6. c. 23. q. 2. Salas, Suar. l. 8. de leg. c. 10. Merol. δ Io. Andr. in c. ſtatutum de reſcript. in 6. Archid. Alex. c. 175. Imola, Bellam. Beroius, Gutt. Flamin. Gratian. Sanch. de matrim. l. 8. d. 27. num. 20. P. Anchar. Tiraq. Angel. c. 346. ε c. de filijs Præsbyt. c. ex tuarum de vſu pallij Pariſ. conſ. 9. Franc. Bec. c. 32. Turret. ζ Sanch. l. 2. ſum. c. 29. Suar. l. 3. de leg. c. 13. Salas d. 2. de leg. 8. Palaus p. 1. tr. 3. d. 1. Merol. tom. 2. d. 4. cap. 3. d. 14. Mancin. c. 1. c. 95. Paſq. l. c.*

58 Poteſtas audiendi confeſſiones duratura ad beneplacitum concedentis alicui Sacerdoti à Vicario Generali alicuius Epiſcopi cõceſſa durat etiam amoto, vel mortuo eodem Vicario. Quia adhuc viuit Epiſcopus, cuius authoritate, & virtute exercebat poteſtatem Vicariam. Ideó perſeuerat adhuc beneplacitum illud tanquam beneplacitum Epiſcopi viuentis. Voluntas enim, & poteſtas Vicarij quatenus Vicarius eſt vna in genere moris cum voluntate Epiſcopi nam faciunt vnum, idemque tribunal, & vtriuſque idem eſt auditorium adeo

vt quicquid concedit Vicarius, etiam concedat Epiſcopus, cuius ille vicem gerit *cap. 2. de conſuet. in 6. cap. Romana 3. de appellat. in 6. ita Bordon. r. 70. num. 7. & alij.*

59 Communis ſententia eſt licentiam conceſſam ab Epiſcopo ad beneplacitum expirare mortuo Epiſcopo vel remoto, vel renunciato officio, *Ex c. ſi gratioſè §. de reſcripto in 6.* vbi legitur *per quem ipſius beneplacitum omnino extinguitur. Graff. tom. 2. c. 1. d. 5. nu. 7. Sayr. l. 7. de cenſ. c. 14. nu. 7. Sanch. l. 8. d. 28. nu. 10. Bonac. de priuileg. part. 1. num. 13. p. 8. Henriq. Boſſius, Nald.* contraria tamen opinio valdè probabilis non expirare ratione concedentis beneplacitum, & licentias audiendi confeſſiones ſecularium regularibus cōceſſas etiam poſt mortem Epiſcopi, qui eas conceſſit. *Paſqualig. d. 499. Rodriq. t. 1. q. 59. art. 6.*

60 Si forte nec Epiſcopus, nec eius Vicarius in Diœceſi ſua reſideant, ſed procul abſint, confeſſarij ad annum approbati elapſo etiam tempore poſſunt confeſſiones excipere, & interim procurare facultatis ſuæ prorogationem. a credendum enim eſt Epiſcopum contentum eſſe, ac ſuum præſtare conſenſum, & nolle in neceſſarijs deeſſe confeſſarijs, & gregi ſuo. Nam neceſſitas legem non habet, locumq; tenet tum in humano, tum in diuino iure, e & in ſpiritualibus. ſ ſic in neceſſitate ceſſat omnis reſeruatio peccatorum, ac cenſurarum. u & datur iuriſdictio non habenti. Sic prorogatur vltra terminum præſcriptum. a *Bordon. r. 70. nu. 17.* e *Anchar. conſ. 191. & 143.* ſ *Doctores, quos citat, & ſequitur Ricciul. l. 4. c. 52. n. 3.* u *Sanch. lib. 2. d. 40. num. 3. & alij.*

61 Præſes Religioſus ſecundum Inſtituti ſui leges animaduertere poteſt in ſubditum Regularem ad confeſſiones virorum tantum admiſſum, qui etiam fæminarum confeſſiones excipit Iubilei tempore α quia Pontifex non intendit auferre ius quæſitum alteri quibuſcunque verbis vtatur, nec cenſetur derogare Conſtitutionibus Regularium particularium, niſi de illis ſpecialem mentionem faciat. Priuilegia enim in dubio nulli obſunt, damnumue afferunt. β Præterea in Iubilei diplomate conceditur facultas eligendi confeſſarium non quemuis, ſed ſolum iam antea approbatum. *ita α Franc. Bordon. r. 70. n. 12.* β *Gloſſ. fin. cap. cum olim de conſuet. c. licet de off. ordin. cap. 2. de relig. domib. cum Gloſſ. fin. Rebuff. in praxi benefic. de iure alt. quaeſ. Gloſſ. 6. num. 7. Suar. in Enchir. lib. 2. de contract. v. iuspatronatus.*

62 Sacerdos, qui poſt impetratam poteſtatem abſoluendi aliquem à pathiciſmo, ideſt ſodomia paſſiua inuenit pœnitentem etiam pœdicationis, ideſt ſodomiæ actiuæ ſcelere obſtrictum ab vtroque peccato abſq; noua alia licentia abſoluere poteſt, γ mens enim præſulis eſt, vt à peccato ſodomiæ abſoluatur pœnitens, quod eſt eiuſdem ſpeciei ſiue actiuè, ſiue paſſiuè commiſſum ſit, & ſecundum probabilem aliquorum Doctorum opinionem circunſtantiam paſſionis, vel actionis fateri neceſſe non eſt δ quando duo inter ſe connexionem habent conceſſo altero alterum etiam conceſſum cenſetur. ε talia ſunt pędicatio, & pathiciſmus. Conceſſo vno cenſentur conceſſa reliqua, ſine quibus illud impleri nequit. γ *Bordon. c. 70. n. 19.* δ *Alphonſ. Leon. Diana de ſacr. r. 159.* ε *ex cap. præterea de off. deleg.*

Digitized by Google

*deleg. Nau. conſ. 25. de temp. ordin. & tom. 4. in c. cum conting. remed. 6. nu. 4. Beia p. 3. cap. 25.*

63 Religioſi Mendicātes non poſſunt abſque conſenſu Superiorum eligere ſibi confeſſarium, qui virtute Bullæ Cruciatæ eos à reſeruatis criminibus abſoluat. Id Summi Pontifices ſępius declararunt, & nouiſſimè Vrbanus Octauus anno 1630. declarauit, *conceſſionem ſanctæ Cruciatæ quantum ad prædictum articulum eligendi confeſſarium, & abſoluendi à caſibus reſeruatis cum Regularibus quorumcunque Ordinum, & Congregationum, Societatiſque, & inſtituti Mendicantium, & non Mendicantium vtriuſq; ſexus locum minimè habuiſſe, nec habere, nec illis vllo modo ſuffragari potuiſſe, neque poſſe, & quod ijdem Fratres, & Moniales quantum ad ſacramenti pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſtolicæ, quoad ſibi reſeruata ſubiecti ſint.* abſtulit deindè facultatem Nuncijs Apoſtolicis, ac Cruciatæ Bullæ Commiſſarijs facultatem aliter interpretandi. Itaque quęſtio olim controuerſa iam deciſa eſt. *vide Ioan. Lug. de Pœnit.* latè de hoc differentem. *Auerſa, & alios.*

64 Pręſes Generalis Religioſi Ordinis graui de cauſa ſpectante ad confeſſionem, vel aliud ſimile poteſt ſuſpendere poteſtatem audiendi ſecularium confeſſiones, quam ſubditus legitimè pręſentatus, & approbatus ab Epiſcopo accepit. licet crimen eiuſdem occultum ſit, & extra iudicium. α ſed præſtat huiuſmodi confeſſarium loco mouere, & aliò mittere, vt velit, nolit ſuſpenſus quod ad confeſſiones excipiendas maneat, & tunc Sacerdos ille ſacramentum pœnitententiæ miniſtrare nequit, & qui illi confitentur peccata ſua, grauiter peccant, & abſolutio irrita eſt, illi vero qui ignorantes eius ſuſpenſionem eidem confitentur, validè abſoluuntur ſupplente Eccleſia defectum iuriſdictionis in confeſſario ad beneficium animarum β. idem poſſe videtur Prouincialis Pręſes, ſi tamen iudicialiter procedat, & confeſſarium conuictum de crimine iuridicè priuet facultate excipiendi cōfeſſiones. γ nemo enim abſque culpa iure ſuo priuandus eſt α. *ita Sacra Congregatio cenſuit. Lucerna Regularium v. Generales Barboſa in bullario v. Generalis.* β γ *Bord. reſ. 58. num. 50.*

65 Si Epiſcopus voce tenus, vel ſcripto approbat, & admittat aliquem Sacerdotem ad confeſſiones excipiendas, quem tamen animo, ac iudicio ſuo cenſet ad tantum munus ineptum, & indignum; graue ſcelus committit, & grauiter peccant examinatores ab Epiſcopo electi, ſi quem tāquam idoneum commendāt, quem ignarum, & indoctum repererunt, grauiter etiam peccaret Sacerdos, qui inhabilitatis ſuæ conſcius ſacramentum pœnitentiæ adminiſtraret. Validè tamen abſolueret. Quia valor actus, vt approbationis confeſſarij ab Eccleſia iudicante externa, non interna pendet. Fideles externo iudicio Superiorum ſtare debent. Solus enim Deus ſcrutator cordium internos hominum ſenſus, & occulta iudicia videt. Neque vero interna Epiſcopi approbatio ſufficit abſque externa, quam Tridentinum Concilium exigit in confeſſario his verbis *idoneus iudicetur, & approbationem obtineat. Suarez. d. 28. ſ. 5. Bonacin. de pœnit. quæſt. 7. part.*

Digitized by Google

*7. part. 45. R. Auerſ. quaſt. 16. ſect. 6.*

66 Confeſſarius iniuſtè ab Epiſcopo reprobatus poteſt appellare Archiepiſcopum, ab eoque approbari, & ex hac approbatione confeſſiones audire. *Lug. d. 12. num. 54. Auerſa loc. cit.* quamuis nonnulli doceant Sacerdotem Regularem idoneum preſentatum ordinario, ſi abſque iuſta cauſa non approbetur, poſſe nihilominus confeſſiones audire. Attamen talem Sacerdotem ab Antiſtite non admiſſum nec licitè, nec validè confeſſiones audire aſſerendum eſt. id enim à Tridentino Concilio ſtatutum fuiſſe patet ex verbis, *nullum etiam Regularem* excipientibus *priuilegijs non obſtantibus* vel in corpore iuris inſertis, & Clementis Conſtitutio *Dudum* reſtringebatur ab illos miniſtros, qui erant neceſſarij pro multitudine populi, eius vero neceſſitatis iudicium ſpectabat ab Epiſcopum, *vide ſupra cap. 20. num. 49. ita Suar. d. 28. ſ. 5. Vaſq. quaſt. 93. artic. 3. Filliuc. tract. 7. num. 257. Coninch. Nugn. Pitigian. Barboſa tom. 3. collect. part. 2. lib. 3. in Clem. Dudum, Homobon. Tambur. Floron. Valerus, Bordon. tom. 1. reſ. 36. quaſt. 1. Auerſa quaſt. 16. ſ. 6. contra Nauar. Henriq. lib. 6. cap. 6. Rodriq. quaſt. 59. art. 2. Laym. Fagund. Peyrin. Portel. v. confeſſor. nu. 3. Cœleſtin. tract. 1. cap. 14. quaſt. 2. num. 4. Io. Cruc. Dian. LeZan. num. 8. Mirand. tom. 1. quaſt. 45. num. 10.*

67 Quamuis Epiſcopus prçuio examine Sacerdotes pro confeſſionibus approbare poſſit. Hoc tamen ſimpliciter neceſſarium non eſt. Sed quando aliundè cognoſcit ſufficientiam Sacerdotis, poteſt abſque examine eum ad confeſſiones excipiendas admittere. neque neceſſe eſt, vt approbatio in ſcriptis fiat, ſed ſola voce, ac nutu fieri poteſt. Neque Notarius Epiſcopi debet accipere ſtipendium pro ſcriptura approbationis, aut ſigillo, ſed gratis eam debet exhibere. Quamquam vſus contrarium docet. *Barboſ. collect. ad ſeſſ. 21. cap. 1. num. 16. Gauantus verſic. licentia num. 3. Dian. part. 5. reſ. 70. R. Auerſa l. c. Sacra Cong. Card. C. Trid.*

68 Nullius momenti abſolutio eſſe debet, qua Sacerdos ordinaria, aut ſubdelegata iuriſdictione carens extra articulum, vel periculum mortis aliquem à peccatis mortalibus abſoluit, vt Tridentinum Concilium affirmat. *a quoniam, inquit, natura, & ratio iudicij expoſcit, vt ſentẽtia in ſubditos dumtaxat feratur.* quando Chriſtus dominus facultatem abſoluendi ſacerdotibus dedit, non ſubdidit omnes fideles ſingulis Sacerdotibus, nec cuilibet fideli facultatem arbitrariam eligendi ſibi quem vellet iudicem ex omni numero Sacerdotum reliquit; ſed Eccleſiæ commiſit poteſtatem diſtribuendi iuriſdictionem, & præficiendi ſingulos alijs prout tempus, & res poſtulabit, & ſubijciendi alios ſingulis. Summus Pontifex, qui nulli ſubeſt, ſeipſum ſubijcit Sacerdoti, cui vult, eique tribuit iuriſdictionem in ſe, vt in foro pœnitentiæ abſoluatur. Cum tamen non poſſit vlli concedere facultatem, vt ab eo legibus obligetur, cenſuris afficiatur. Poteſtas ordinis ab ipſomet Chriſto proximè confertur in ordinatione, poteſtas iuriſdictionis ab Eccleſia datur illis, quos ad confeſſiones excipiendas, vt ad regimen animarum admittit, poteſtas ordinis eſt caracter ipſe. Hic eſt qualitas indelebilis ſpiritualis infuſa à Deo intus in animam. Poteſtas vero iuriſdi-

Digitized by Google

diſtionis eſt deſignatio, ſeu conſtitutio quædam moralis extrinſeca, qua aliquis conſtituitur ſuperior, præficiturque alijs. *a* *Trid. ſ. 14. c. 7. Sot. in 4. d. 18. q. 4. Suar. d. 26. ſ. 3. Lug. d. 5. ſ. 5. Ledeſm. Coninch. Valent. Faber. Berden. Auerſa. Io. Medin. Can. Turrecr. & alij.*

69 Quilibet Sacerdos, licet non approbatus ab antiſtite, licitè poteſt abſoluere queslibet fideles non conſcios ſibi lethalis culpę poſt confeſſionem vltimam á peccatis venialibus, & à mortalibus alias in confeſſionis ſacramento explicatis, & abſolutis, vt communis omnium ſenſus, vſus, & praxis fidelium docet. *b* in foro tamen externo puniri poſſet Sacerdos non approbatus, ſi aliorum confeſſiones exciperet. Non enim debet in hoc foro diſcerni, an pœnitentis confeſſio ſit ſolum de venialibus culpis; ſi vero quis oblitus lethalis peccati Sacerdoti ſimplici venialia tantum bona fide confiteatur, & abſoluatur, indirectè etiam à mortali peccato, cuius tunc non meminit, abſoluitur. Nec peccata venialia, nec mortalia, nec mortalia ſemel à Sacerdote in confeſſione expoſita, ac remiſſa ſunt materia reſeruata confeſſario approbato; ergo à quolibet Sacerdote per abſolutionem dimitti poſſunt. Ad hoc enim quilibet Sacerdos ab Eccleſia habet delegatam vniuerſali conceſſione iuriſdictionem, quam nullus præſul auferre poteſt, aut limitare. Sed tantum pœnas ſtatuere, & infligere abſoluenti à venialibus. *c* abſque approbatione. *a* *Capreolus, Nugnus, Sot. d. 18. q. 4. art. 2. Ledeſm. Caiet. Vaſq. Kelliſon. b Suar. d. 26. ſ. 5. Coninck. Lug. d. 18. ſect. 3. Henriq. Bonac. q. 7. par. 5. §. 1. Auerſa quæſt. 16. ſect. 3. & alij.*

70 Epiſcopus nouus confeſſarios tum ſeculares, tum regulares ab anteceſſore approbatos ad examen reuocare poteſt, vt de eorum ſufficientia certior fiat. Ad hoc autem certum tempus ſtatuere poteſt: intra quod qui non acceſſerint, ac paruerint, ſuſpenſione miniſterij mulctentur. Iuſtam enim cauſam habet nouus Antiſtes explorandi miniſtros Sacramentorum, vt animarum ſibi commiſſarum ſaluti cautius conſulat. *Pius V. Conſtitut. incip. Romani Pontificis, & Doctores commun. Sancius d. 48. Riccius tom. 4. r. 70. Zanard. Fagund. Mirand. tom. 1. q. 45. art. 7. Campanil. Auerſ. q. 16. ſ. 6. contra Doctores relatos à Diana p. 3. tract. 2. r. 27. Villalob. Beccanum, Henriq. Io. Cruc. Vaſq. tom. 1. Lop. Nauar. Carranzam*, & ita in praxi ſeruari vidi, præſertim Venetijs à Io. Franciſco Mauroceno Patriarcha amico meo ſucceſſore Federici Cornelij Cardinalis patroni mei, quo Patriarcha Dianœarum Moralium Summam compoſui, eamq; à Veneto Inquiſitore approbatam Iacobo Sarzinæ Typographo typis imprimendam dedi anno ſalutis MDCXXIX.

71 Sacerdotes Regulares, quantum ad iuriſdictionem, quæ à Pontifice Romano conceditur iure confeſſarijs Regularibus præſentatis à Superiore ſuo, & approbatis ab Epiſcopo, indigent ſuperioris ſui conceſſione, ſeu conſenſu, vt ſacramentum pœnitentiæ validè adminiſtrent. *a* ſecus verò quantum ad iuriſdictionem ab Epiſcopo illis conceſſam; ideò ſi Epiſcopus approbaret ſolum tanquam idoneos Regulares Sacerdotes ad confeſſiones excipiendas, nec iuriſdictionem propriam illis concederet; non poſſent validè abſoluere quenquam

mario ſuperiore ſuo, à quo non fuiſſent Epiſcopo præſentati; ſi vero iuriſdictionem ab Epiſcopo approbante accepiſſent, indigerent ſolum Præpoſiti, vel Superioris ſui conceſſione, vt ſacramentum pœnitentiæ licitè miniſtrare poſſent, alioquin licet validè abſoluerent, venialiter tantum peccarent, niſi aut virtute Conſtitutionum ſuarum, aut ſuperiorum præcepto, vel ſub pœna alicuius cenſuræ confeſſiones audire prohiberentur. Cæterum qui ad confeſſiones audiendas iuriſdictionem ab Epiſcopo acceperunt, cui à ſuperioribus ſuis præſentati non fuerunt, non maiorem habent poteſtatem abſoluendi, quam confeſſarij ſeculares, nec poſſunt vti priuilegijs, quę conceſſa ſunt confeſſarijs Regularibus præſentatis à Præſulibus ſuis, & approbatis ab Ordinario, quod ad abſolutionē à quibuſdam caſibus Summo Pontifici reſeruatis, niſi præſentationis defectus ſuppleatur. Regularis confeſſarius à Superiore ſuo confeſſiones audire prohibitus, ſi virtute Bullæ Cruciatæ eligatur, validè abſoluit; quamuis contra obedientiam peccet. ſed ſi ſolum Conſtitutionibus non obligantibus ad culpam non pareat in hoc, leuiter peccat. Sacerdotem Regularem admiſſum ad confeſſiones ab Epiſcopo indigere ſuperioris ſui licentia, vel præſentatione ad validè miniſtrandum pœnitentiæ ſacramentum aſſerunt. *Rodriq. tom. 1. q. 60. art. 3. Portel. Bordon. r. 9. q. 9. Henriq. Boſſ. negant verò Miranda tom. 2. q. 45. art. 11. Graff. p. 1. l. 1. cap. 23. Nug. Pitigian. Salas, Homobon. de Cruc. Zerola, Megal. Molfeſ. Peregr. Diana p. 1 tr. 11. r. 13. Auerſa diſtinguit q. 15. ſ. 6. Fagund cum alijs exigit licentiam ſuperioris ad licitè miniſtrandum. Dian. Ledeſ. Acoſta. Molfeſ. Megal. Diana, Auerſa, & alij.*

72 Cardinales ratione titulorum Eccleſiarum, quas habent in Vrbe, verè curam animarum habent; & ſi Sacerdotes ſint, confeſſiones ſubditorum excipere valent, ita Epiſcopi titulares homines Diœceſum ſuarum, quæ ab infidelibus occupatæ detinentur, abſoluere poſſunt, & in Diœceſibus illis ordinariam iuriſdictionem exercere. *Auerſa q. 16. ſect. 7. num. 4. Suar. & alij Doctores.*

73 Superior Religioſus poteſt delegare iuriſdictionem cuicunque Sacerdoti ſiue proprij, ſiue alieni ordinis, vel etiam ſeculari non approbato ab Epiſcopo, vt poſſit ſubditorum ſuorum confeſſiones excipere, atque abſoluere; niſi obſtet ſpecialis alicuius ordinis Conſtitutio. Pręſules enim Regulares in ſubditos habent iuriſdictionem ferè Epiſcopalem; nec Tridentinum Concilium circa eos, quidquam innouauit. Ideò ſubditi habentes ſiue tacitam, ſiue expreſſam à Superiore licentiam confitendi apud externum Sacerdotem ſine reſtrictione ad confeſſarium approbatum confiteri poſſunt cuicunq; ſimplici Sacerdoti, vel Seculari, vel Regulari, quod de iter habentibus, vel procul abſentibus à Collegio, vel Cœnobio aliqui maximè aſſerunt. Quando autem conceſſa eſt Religioſo facultas confitendi confeſſario approbato, intelligendum eſt de admiſſo ad confeſſiones exterorum, vel ſodalium eiuſdem Religioſi Ordinis. Poteſt etiam Religioſus extra Collegium ſuum in eadem Ciuitate ob aliquā neceſſitatē, ſi commodè domum redire nequeat, confiteri peccata mortalia, ſi habet, externo confeſſario, vel venialia tantum



Digitized by Google

tum cum attritione ſaltem, ſeu dolore imperfecto de mortalibus, quorum conſcientia premitur, vel abſque confeſſione cum contritione cordis ſacrum agere, vel ſacramentum aliquod ſuſcipere. Suar. d.28. ſ.4. Bonacin. q.7. p.4. num.25. Nauar. cap.4. n.17. Reginal. tom.1. l.1. c.5. Ochagaui. Syluius, Prapoſit. Io. Sanc. Bord. Io. Cruc. Henriq. Vegha, Ledeſ. Sà, Graff. p.1. l.3. c.5. Fagund. Diana p.3. in additis r.4. Auerſa q.16. ſ.7. Creſcentius, & alij à me citati t.2. c.21. nu.16. contra Nauarrum, Peregr. Vaſq. aſſerentem generalem licentiam datam Regularibus confitendi cuilibet Sacerdoti intelligendam eſſe de approbato confeſſario. Auerſa contra Portellium, idem contra Bordonum.

74 Famuli, & hoſpites inſeruientes Regularibus in ipſorum Monaſterijs, vel Collegijs non poſſunt ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipere à Sacerdote non admiſſo ad confeſſiones excipiendas ab Epiſcopo, quemadmodum nec infirmi ſeculares in Xenodochijs alicui Religioſæ ſodalitati commiſſis, nec conuictores ſtudijs operam dantes in Academijs, & domibus Regularium confiteri poſſunt Sacerdoti approbato à ſolo Superiore ſuo. Hi enim omnes in Decreto Concilij Secularium nomine, quales verè ſunt, comprehenduntur. De Tertiarijs vero, ſeu Oblatis, ſiue aggregatis in quibuſdam Religioſis Ordinibus id aſſerendum eſt, quod conceſſa illis priuilegia, vel Religioſa eorum inſtituta petunt, vel ſtatuunt. Homob. de examin. tr. 8. cap. 2. q.7. Barboſ. p.2. de Epiſc. alleg. 25. n.49. Auerſa quæſt.16. ſect. 8.

75 Decretum Clementis VIII. inſtar inſtructionis factum, quo dicitur Nouitios debere confiteri Magiſtris, & interdum alteri à Superiore aſſignato non habet vim præcepti, nec aufert poteſtatem confeſſarijs approbatis ab Ordinario Antiſtite abſoluendi eoſdem religioſos tyrones à peccatis etiã reſeruatis Religioſo Præſuli. Nam reſeruatio caſuum, vel præcepta etiam ſub pœna cenſuræ alicuius à Regulari Superiore facta non obligant Nouitios, qui nondum obedientiæ voto ſe ſe adſtrinxerunt. Molfeſ. tom.1. tr.7. c.3. num. 8. Fauſt. Theol. p.1. l.8. q.53. Nouar. ſ.2. q.63. Portellius v. Nouitij Abſolutio. Henriq. lib. 6. c.16. P. Fay, Villalob. Diana p.3. tr.2. r.4. Auerſa q.16. ſ.7. aliique.

76 Tridentinum Concilium noluit ſubijcere Regulares Epiſcopis, quod ad confeſſiones peccatorum. Nam peculiari modo gubernantur, & proprios Paſtores, ſeu præſides habent, à quibus approbantur confeſſarij pro Religioſis ſubditis, etiamſi ab Epiſcopo ad confeſſiones excipiendas non fuerint admiſſi; hoc enim illi antiquo, & communi iure conceſſum eſt. Circa quod à Concilio nihil innouatum fuit. Nec poſſunt Regulares ſubditos validè abſoluere à lethalibus culpis abſque conceſſu Superiorum confeſſarij alij præter approbatos, & delegatos ab iiſdem Superioribus pro ſubditorum confeſſionibus intra ordinem eorundem. Nam Sacerdotes extranei non habent iuriſdictionem ad regulares abſoluendos, niſi hæc à Superioribus ipſorum conceſſa ſit. Fratribus Minoribus à Clemente IV. & Bonifacio VIII. ſpecialiter interdictum eſt, ne præterquam in neceſſitate, ſeu in periculo mortis, quãdo non adſunt confeſſarij eiuſdem Ordinis, extraneis Sacerdotibus peccata ſua confiteantur,

Digitized by Google

tur, vt Sorbus in compendio priuilegiorum refert, Neque fratres Minores cum Superiorum ſuorum conſenſu cuiquam Sacerdoti extra Ordinem ſuum confiteri poſſunt præterquam in neceſſitatis articulo. Quanquam Leo X. Pontifex conceſſit Concionatoribus Fratrum Minorum facultatem confitendi peccata ſua Sacerdoti alterius Ordinis, vel Presbytero Seculari. Quando ſunt extra Territorium, vbi non habent Monaſterium ſui Ordinis modo hoc faciant abſque fraude ſuorum Superiorum, & hoc priuilegio cæteri Ordines Religioſi Mendicantium, & ij, quibus ipſorum priuilegia communicata ſunt, vti poſſunt, & etiam Patres Capuccini, quamuis hi renunciauerint omnibus priuilegijs regulam relaxantibus, hoc enim non relaxat illam, ſed ſupplet, ac perficit, cum melius ſit Concionatores ſua peccata ſacramento confeſſionis expiare, quam in culparum ſordibus iacere. Tanti Sacramenti præſtat beneficio gaudere, quam carere, & ſicut vota, ita Conſtitutiones non obligant, niſi ſint de meliore bono, nec ſuperioribus conceſſa eſt poteſtas in deſtructionem, ſed in ædificationem ſubditorum, ideò non poſſunt priuare illos priuilegio conceſſo à Pontifice ad ſpirituale bonum eorundem. Cæterum quando à Superiore aſſignantur confeſſarij pro ſubditis Religioſis irrita eſt confeſſio, quæ fit Sacerdoti non admiſſo à Superiore ad audiendum confeſſiones ſubditorum eiuſdem domus, quia nemo carens iuriſdictione in aliquos eos abſoluere poteſt. *Hier. Sorb. Geſuald. Bonon. tr. 24. c. 1. n. 34. & ſeq. Palitius in Regul. S. Franc. & alij.*

77 Probabilis eſt etiam ſententia aſſerentium, poteſtatem abſoluendi quemlibet à culpis venialibus, & à mortalibus antea abſolutis, quam omnis Sacerdos habet, modo non ſit excommunicatus vitandus, vel exauthoratus, ſiue, vt aiunt, degradatus, à iure diuino, non ab vlla iuriſdictione pendere, & licitè poſſe quemcunque nullius lethalis culpæ reum venialia, vel mortalia antea abſoluta confiteri Sacerdoti ſimplici exceptis Religioſis, qui voto obedientię ſtricti licitè confiteri nequeũt Sacerdoti non expoſito à ſuis Superioribus, alioquin puniri poſſent, abſolutio tamen valeret. *Viuald. de abſol. num. 18. Suar. d. 26. l. 5. Zerol. Coninch. Bonacin. Henr. Vaſq. Filliuc. Nau cap. 4. nu. 5. Palud. in 4. d. 17. art. 5. D. Anton. 3. p. tom. 17. cap. 7. Angel. & Geſuald. tom. 24. cap. 1. num. 46.*

78 Ad audiendas confeſſiones non ſufficit approbatio cuiuſcunq; Ordinarij, ſed certi Ordinarij, antiſtitis, ſeu Præſulis, quo nomine intelliguntur quicunq; Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habent, vt Capitulum Sede vacante, Abbates, Præſides Religioſi quocunque nomine appellentur. Hæc enim eſt mens Tridentini Concilij requirentis in confeſſario approbationem Epiſcopi, & quidem certi ſecundum regulas iuris, & ſicut in alijs rebus, in quibus requiritur cõceſſio Epiſcopi; alioquin Concilium non ſatis prouidiſſet, ſi voluiſſet cuiuſcunque Epiſcopi approbationem ſufficere pro toto Orbe, & vniuerſa Eccleſia, & id praxis ſatis oſtendit; Regulares enim quamuis in alijs Diœceſibus approbati, cum ad aliam accedunt, quærunt denuo ab illius Epiſcopo approbationem, & multò magis Seculares Presbyteri, & contraria ſententia poſt Decretum

Vrbani

Digitized by Google

Vrb. VIII. editū anno MDCXXVIII. non eſt probabilis. Pontifex enim reuocat omnia priuilegia, & facultates audiendi confeſſiones ſine approbatione à Diœceſanis Epiſcopis obtenta. huiuſmodi approbatio non requiritur per ſe ab Ordinario loci, vel confeſſarij, ſed ab Ordinario pœnitentis antiſtite: ad eum enim ſpectat iuriſdictionem conferre, qui delegat confeſſarium, & curam, ac regimen habet ſubditorum, quibus idoneos ſacramentorum miniſtros procurare debet; & cui ex antiquo iure Regulares præſentari debebant. Præterea confeſſarius ſiue Regularis, ſiue Secularis approbatus Placentiæ poteſt audire, & abſoluere Placentinum ſubditum ſuum Bononiæ; voluntaria enim iuriſdictio exerceri poteſt etiam extra proprium Territorium. Cum abſque ſtrepitu, & ſolemnitate in foro conſcientiæ ſolum exerceatur. Regularium ordinarius non eſt Epiſcopus; ſed proprius ipſorum Preſes, & tamen ad audiendas ſecularium confeſſiones admittuntur ab Epiſcopo, non à proprio Superiore. Sacerdos approbatus ab Ordinario antiſtite ſuo in vna Diœceſi, ſi ad alias Diœceſes tranſeat mutando domicilium, non poteſt ibi quoque confeſſiones audire; niſi in ſingulis Diœceſibus ab Ordinarijs pœnitentium ad confeſſiones eorum audiendas admittatur. Si vero non mutet domicilium, ſed per alienum Territorium tráſeat animo quamprimum reuertendi ad ſuum, ab antiſtite proprio retinet approbationem, & hinc habilis eſt, & capax iuriſdictionis ad audiendas quorumcunque confeſſiones, & poteſt eligi à quocunque in confeſſarium virtute Bullæ, & à Parochis locorum, qua tranſit, admitti ad ſecularium confeſſiones, vel ab Epiſcopo alienæ Diœceſis, cui ille non ſubeſt ad confeſsiones ibidem excipiendas approbari. Adhæc idem Sacerdos pluribus Epiſcopis pariter ſubeſſe poteſt, vt ſic Placentiæ, & Cremonæ habeat ſtabile domicilium, & æqualibus ſpatijs anni ſoleat vtrobique commorari, hic hieme, illic æſtate, quamuis à Placentino Antiſtite approbatus confeſſiones Placentinorum audire poſsit, non ideò Cremonenſes audire, & abſoluere valet. Et tamen à proprio Antiſtite eſt admiſſus ad tantum miniſterium. Ergo approbatio non ab Ordinario præſule confeſſarij, ſed pœnitentium neceſſario requiritur. *Lug. d.21. num.21. Auerſa q.16. ſ.8. contra Nugn. Petr. Fay, Henriq. Io. Crux, Io. Valer. Portel. Ledeſ. Diana p.4. tr.4. r.110. Suar. d.28. ſ.6. num.10. Auerſa q.16. ſ.8. & alij multi Theologi, ac Iuriſconſulti Nugn. Peyrin. tom.1. q.1. cap.21. Vegha, Megala, Lug. d.21. nu.30. Diana contra Fagund. Bonacina, Coninch. Reginald. Filliuc. lib. 2. ff. de Officio Proconſulis.*

79 Sacerdos, qui audiendi confeſſiones ſecularium, ad quas admiſſus fuit, labore fatigatus, vel tædio affectus acceptam ab Epiſcopo licentiam, & approbatorias literas frangit, vel ſuperiori ſuo renunciat, proteſtatus ſe nolle amplius illo munere fungi. Poteſt adhuc confeſſiones excipere. Illa enim renunciatio non eſt acceptata ab Epiſcopo, à quo ille facultatem audiendi confeſſiones accepit: res enim per eaſdem cauſas diſſoluuntur, per quas naſcuntur ſic renunciatio facultatis conceſſæ non valet, niſi acceptetur ab eo, qui illam conceſſit. Renunciatio enim facienda eſt ſupe-

riore acceptante, & poteſtatem habente. *Sic Doct. commun. in c. ſi de terra cap. recedentibus de priuil. Sanch. l. 8. d. 32. n. 2 Bonacin. de priuileg. p. 8. §. 4. Bord. r. 52. n. 512. Abbas Beſſign. deciſ. 5. Gemin. conſ. 127. Blanch. Rota Rom. vol. 4. deciſ. 529. Calderin. c. 5. M. Anton. l. 1. r. 108. Ant. Gabr. Beccar. Surd. Lauor. Caphal. & alij.*

80 Sacerdos Regularis ad audiendas confeſſiones ab Epiſcopo ſimpliciter admiſſus fidelium confeſſiones validè excipere poteſt; etianſi ad hoc munus à ſuperiore ſuo non fuerit admiſſus, & iubilei tempore, & ex bullæ cruciatæ priuilegio eligi poteſt in confeſſarium à quouis genere perſonarum, etiam fœminarum, ſi pro virorum confeſſionibus tantum admiſſus fuerit. habet enim poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis cum Epiſcopi approbatione. Hoc autem ſufficit ad validè miniſtrandum pœnitentiæ Sacramentum ſecundum Decretum Concilij Tridentini *c. 15. ſeſſ. 23.* iuriſdictionem proximè delegatam à Summo Pontifice habet, modo ab ordinario antiſtite approbatus fuerit. neq; enim Epiſcopus approbat regularem, quatenus is dependet à ſuo ſuperiore, ſed abſolutè nulla dependentiæ ratione habita. Siquidem eum declarat idoneum ad excipiendas fidelium confeſsiones. Neque obſtat Clementina conſtitutio *de ſepulturis* vbi decernitur, vt Regulares confeſſarij à ſuperioribus ſuis eligantur, ac præſententur Ordinario Antiſtiti. Hoc enim nihil ad intrinſecam rationem approbationis, vel poteſtatis audiendi confeſsiones pertinet. Quamuis approbatio ab Epiſcopo facta inſcio Præſide Regulari illicita ſit, non tamen eſt inualida. Iubilei autem tempore quilibet confeſſarius approbatus ab Ordinario habet iuriſdictionem, ſeu poteſtatem abſoluendi proximè ab ipſomet Pontifice. Idem dic de confeſſario electo per Bullam cruciatam ſaltem quod ad ſæcularium confeſſiones excipiendas, ſi Sacerdos ſæcularis approbatus pro confeſſionibus virorum tantũ ex defectu ætatis iubilei virtute electus ſit, validè, quamuis non licitè fœminas confitentes audire, & abſóluere poteſt, vt Doctorum communis ſententia eſt. ſiquidem reſtrictio illa, ſeu limitatio, reſpicit tantum iuriſdictionem ab Epiſcopo conceſſam, non verò iuriſdictionem à Summo Pontifice iubilei, vel bullæ cruciatæ priuilegio communicatam. Inferior enim non poteſt coarctare gratiam ſuperioris. ſic pariter Sacerdos regularis cum à Summo Pontifice ſimpliciter, & immediatè iuriſdictionem ſtatim, ac approbatur, recipit, ſimpliciter approbatus cenſetur in ordine ad delegationem Pontificiam, & ratione ſcientiæ. Fauor non debet in odium retorqueri, non reſtringi, ſed ampliari, maximè quando de animæ ſalute agitur, quæ cæteris rebus præferenda eſt. Regulares igitur ab Epiſcopo approbati pro confeſſionibus excipiendis, etianſi à ſuperioribus præſentati non fuerint, confeſſiones validè excipere poſſunt; niſi fortè in ipſorum ordine recepta ſit conſtitutio Iulij III. qua eiuſmodi confeſſiones irritæ vocantur. approbati enim ab Epiſcopo habent iuriſdictionem delegatam, Grauiter tamen peccant, ſi contra iuſtam prohibitionem ſuperioris, vel conſtitutionum ſuarum confeſſiones audiant. Verum non conſtat Conſtitutionem Iulij II. editam rogatu Patris Generalis Ordinis Prædicatorum

rum

rum ab aliis religioſis Ordinibus receptam fuiſſe. Quicunq; eorum priuilegijs gaudent, eodem indulto vti poſſunt. Et vi illius Superiores Regulares, ſuſpendere valent iuriſdictionem, quam ſubditi ab Epiſcopo approbati habent. Hi ſi à Superioribus confeſſiones audire prohibeantur in pœnam ſceleris ab ipſis patrati, vel ne ab iiſdem pœnitentiæ ſacramentum indignè miniſtretur, iuriſdictione priuari cenſentur. Si vero iubeantur ſimplicis obedientiæ gratia à tali miniſterio tunc temporis abſtinere, validè quidem, ſed illicitè abſoluunt, nec priuilegiorum vſu carent, quamuis eo ſe indignos reddant; nec qui illis abutitur, ſtatim illis priuatur. Neque ex vllo iure contrarium conſtat. Negari enim poteſt Regulares eatenus priuilegijs ſibi conceſſis vti poſſe, quatenus à Pontifice iuriſdictionem habent. Contrariam tamen ſententiam, vt tutiorem ampelctendam eſſe probabile eſt. a Diana p.1. tract.11. reſ.13. citans Salam, Angel. Homoben. Villal. Mirand. Molfeſ. tract.7. c.14. Peyrin tom.1. q.1. c.21. Rodriq. tom.1. q. 60. art. 3. Sanc. d. 48. num.27. Valer. Sot. Vidal. in q.6. nu 8. & alij. b Fagund Henriq. Petr. Diana p 3. tr.2. r. 93. & alij. c Peyrinus de priuil. in Conſtitut. 2. Sixti IV. num. 44. & alij ibidem citati. d Clement. Dudum de ſepult. §. ſtatuimus e Bonacin. de ſacr. d. 5. q. 7. p. 4. §.1. Barboſa de p. epiſc. all. 25. Fagund prac. 2. Eccleſ. lib. 7. Alph. Leo Henriq. Medin. Angel. Coninch. Nugn. Led. Vid. n. 25. f c. inferior diſt. 21. g l. quod fauer C. de legibus. h Miranda p.1. q 45. art.12. Laym. l. 5. tract.6. c.10 Rodr. Pelliz. docens eandem doctrinam locum habere in religioſis Societatis Ieſu. Suar. tom.4. tract.10. l.9. c.2. num.3. i Mirand. c. Paulus tract. 23. d.1. p.14. K Suar. nu. 17. K a Pellizar. num. 17. Auerſa, & alij.

8. Regularis confeſſarius ab Ordinario ſimpliciter approbatus ſæcularium confeſſiones iubilei tempore validè excipit, & abſoluit. Quamuis à Superiore ſuo per ſententiam iuridicam condemnatus, & prohibitus ſit ſæcularium confeſſiones excipere. Eſt enim approbatus ab Epiſcopo, & iuriſdictionē à Summo Pontifice habet. Nec ſuperioris conſenſus neceſſarius eſt ad validam, ſed ad licitam abſolutionem. Nec poteſt Præpoſitus Regularis ſubditum priuare poteſtate illi ab Epiſcopo conceſſa; nemo enim poteſt auferre, quod non dedit. Sicut nemo dare poteſt, quod non habet. Quamuis Regularis Præſes ſubditum priuet facultate à ſe conceſſa audiendi confeſſiones, non priuat tamen approbatione, & licentia ab Epiſcopo data. Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Diana p. 5. tr. 12. r. 49. Trullench. in Cruciata l. c. §. 7. d. 6. num. 7. Vid. num. 31. etiam probabile videtur Regularem expoſitum à præſule ſuo ad excipiendas tantum confeſſiones virorum, ſi iubilei tempore fœminarum confeſſiones excipiat; non peccare contra obedientiam Superiori, debitam, ac licitam rem agere. Vtitur enim iuriſdictione à Summo Pontifice tunc conceſſa omnibus confeſſarijs ab Ordinario approbatis, & licitè eligitur. Nec peccat contra bene ordinatam ſuperioris voluntatem; quæ eſt ſubiecta Summi Pontificis voluntati in omnibus. Ipſe enim eſt ſupremus Superior, & per votum obedientiæ Regularis ei proximè ſubditur, vt religio-



Digitized by Google

ſus, qui ſubeſt, vt Chriſtianus. Qui vult vti priuilegio Pontificis, à quo dependet omnis iuriſdictio Præſidis regularis, non peccat, immo licitè operatur, opinionem probabilem, quæ eſt menſura operandi conformis rectæ rationi, prudenter ſequitur. ſubilei tempore Summus Pontifex derogat omnibus conſtitutionibus, aut præceptis, quibus prohibetur confeſſarijs conditiones neceſſarias habentibus vti indultis, & priuilegijs Pontificijs ob commune bonum totius Reipublicæ Chriſtianæ conceſſis. Præpoſiti Regularis voluntas ratione voti obedientiæ debet ſe conformare cum voluntate Summi Pontificis, qui eſt ſupremus omnium tam Superiorum Regularium, quam ſubditorum præſes; ei omnes Regulares ſubditi ſunt, & obedire debent. Propterea religioſus ſubditus per ſupremam Pontificis authoritatem, & priuilegium eximitur ab obligatione parendi religioſo ſuperiori ſuo præcipienti aliquid contra Pontificium priuilegium. Quo vtens ſecundum hanc ſententiam à Superiore puniri licitè, ac iuſtè non poteſt. Quia vbi culpa abeſt, debet etiam pœna abeſſe. Nulla pœna infligitur ei, qui culpa caret. *pœna enim eſt peccati vltio, & noxa vindicta l. 131 de verb. ſignif. cap. ſine culpa de Reg. iuris in 6. c. cognoſcentes de Conſtitut.* Propterea iniquum eſt punire actum virtutis ſecundum probabilem opinionem exercitum: *res, quæ culpa carent, in damnum reuocari non debent. cap. 2. de Conſtitut.* delictum non debet iudicari ſecundum opinionem punientis, ſed ſecundum conſcientiam delinquentis; hic autem operans ſecundum opinionem probabilem non peccat, Nec tenetur ſubditus fauorabilem ſibi habens opinionem probabilem obedire ſuperiori præcipienti contrarium opinioni illi. Tunc enim in dubium vocatur ſuperioris iuriſdictio. Et probabile eſt ſubditum non obligari, nec tenetur idem obedire ſuperioris præcepto, quando dubitat, an legitimè imperet, & ex obeditione damnum alteri impendet, immo ſubditus doctus introducere poteſt per ſe ipſum opinionem probabilem, ſi in aliquo euentu probabiliter exiſtimet ſe non teneri obligatione obediendi ſuperiori, & ita tunc non peccat non obediendo. Nemo enim tenetur propriam opinionem probabilem deſerere. Nec culpæ reus eſt, qui non obſeruat legem, quam iniuſtam eſſe probabiliter cenſet. *Diana p. 3. tract. 2. reſ. Vid. ing. 6. nu. 55. Palauſ. tom. 1. tr. 1. diſp. 33. nu. 28. cum alijs Sancius d. 33. nu. 28. 29. 30. Ledeſma, Sayrus, Leſſius, & alij à me ſuperius citati.*

3 Subditus Regularis confeſſarius, qui extra iubilei tempus fidelium confeſſiones abſque conſenſu ſuperioris ſui excipit, mortiferæ culpæ reus non eſt. *a* niſi hoc ſub lethali culpa à conſtitutionibus Religioſi Ordinis, in quo ille eſt, prohibeatur, vel niſi iuſta de cauſa à Regulari præſide id vetitum ſit ſub præcepto ſanctæ Obedientiæ. *a* nonnullorum ſententia eſt Regulares tempore iubilei, in quo datur etiam Regularibus facultas eligendi confeſſarium, confiteri poſſe peccata ſua confeſſario approbato tantum à Regulari Præſide, non ab Epiſcopo. *a* nam nomine Ordinarij dicunt intelligi etiam religioſum ſuperiorem. Habet enim in ſubditos ſuos iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem *a* Regulares quando in conceſſione eligen-

di

Digitized by Google

[illegible] confeſſariorum iubilei tempore comprehenduntur, eligere poſſunt ſibi confeſſarium approbatum extra ordinem ſuum, [illegible] Superior illis hoc prohibere poteſt. Moniales etiam iubilei tempore eligere ſibi poſſunt confeſſarium quemlibet approbatum ab Ordinario, etiamſi ad excipiendas Monialium confeſſiones aliàs non ſit admiſſus. [illegible] Moniales enim hoc ſunt [illegible] conditionis, quia cæteri Chriſtifideles. Hanc etiam facultatem Vrbanus [illegible] Pontifex illis [illegible] conceſſit [illegible] Pontificis [illegible] Epiſcopi prohibere [illegible] Monialibus iubilei tempore confeſſarium quemlibet approbatum ſuo Regularium, vel Sæcularium [illegible] Regularium [illegible] ad [illegible] confeſſiones [illegible] [illegible] illis [illegible] Poſſideant. [illegible] [illegible] Diana [illegible] Diana [illegible] Bonacina [illegible] Boſſius [illegible] Diana [illegible] Bulla [illegible] 249. [illegible]

[illegible] Vrbanus VIII. [illegible] anno MDCXXVIII. [illegible] ſingula privilegia [illegible] Religioſis, ac Societatibus [illegible] ad audiendas confeſſiones ſæcularium ſine Ordinarij examine, & approbatione. Quamquam Epiſcopus [illegible] poſſit Regulares approbare ſine examine, vt ex Concilio Tridentino patet. [illegible] poſſunt autem cogi ſtare coram Epiſcopo dum examinantur, quia tunc ſe habent, ac ſi eſſent ſubditi, etiamſi ſint Doctores, & Magiſtri, quia etſi Doctor religioſus ſit perſona publica, cum priuata perſona ſit, quæ dignitate caret, & tamen ſit examinis ſpectatur, vt priuata perſona, ideò non habet ius ad ſeſſionem, & quamuis ſit Doctor, vel Magiſter [illegible] laureatus profeſſor Theologiæ, & Concionator approbandus eſt ab Epiſcopo, hoc eſt idoneus iudicandus: [illegible] maiores [illegible] honorandi ſunt à minoribus, [illegible] quibus obſequium præſtandum eſt. [illegible] Conſtitut. [illegible] Concil. Trid. [illegible] 15. [illegible] Bordon. [illegible] Caſpenſis [illegible] Pellizar. [illegible] Gloſſa [illegible] Fagund. [illegible] Bordon. [illegible] Cordubæ, Gutier. Rodriq. Manuel. Palaur. & alij [illegible] [illegible] 58 [illegible] officio [illegible]

[illegible] Præſides religioſi habentes parochias ſæcularium Monaſterijs, vel Collegijs ſuis annexas non poſſunt ſubſtituere ſibi aliquem regularem in Parochum, ſeu Vicarium, qui non ſit approbatus ab Antiſtite Ordinario, vt audiat confeſſiones ſæcularium, quia Tridentinum Concilium in confeſſarijs regularibus exigit approbationem Epiſcopi, & in ijs, qui non habent beneficium Parochiale ſimpliciter, hoc eſt, quod ſit perpetuum, quale non eſt Parochia Regularibus ad certum tempus tantum deſignari ſolita. Ideò comprehenduntur in generali reuocatione facultatum excipiendi confeſſiones, quando ab Epiſcopo iuſtè ſit. Eique ſiſtere ſe debent, vt ad confeſſiones admittantur. Palau. tr. 8. [illegible] 305. [illegible]

[illegible] 1585. Legatus à Latere Pontificis poteſt regularibus exemptis habentibus domicilium in ſua Prouincia conce-



dere-

dere facultatem eligendi ſibi confeſſarium non approbatum à Præſule regulari, qua facultate tanquam priuilegio perſonali iidem regulares etiam extra Prouinciam legati concedentis uti perpetuo poterunt, ſi tamen ea conceſſa ſit ſine ulla limitatione. Poteſt etiam Legatus à Latere admittere Regulares ad audiendas confeſſiones ſæcularium in tota Prouincia. Quia ipſe eſt Iudex, & proprius Epiſcopus Regularium quamuis exemptorum, quibus autem Antiſtes Ordinarius poteſt ſubditis talem concedere facultatem, quanquam Legati non debent eſſe faciles in uſu huiuſmodi poteſtatis, ne incurrant in offenſionem Ordinariorum. Poſſunt etiam abſoluere ab excommunicatione quoſcunque qui accedunt ad eum extra ſuam Prouinciam. *Nauar.* [illegible] & *Sayrus* [illegible] *Glossa* [illegible] *de officio Legati*, [illegible] *Belliz.* [illegible] Parochum, ſeu [illegible]

86. Epiſcopus nolens approbare vel admittere ad examen [illegible] approbationis Religioſos, ea tantum de cauſa quod in propria Diœceſi cenſet adeſſe [illegible] confeſſariorum copiam, [illegible] Regulares habent ad audiendas confeſſiones, [illegible] qui per ſua priuilegia ſunt [illegible] Parochi fidelium à Summo Pontifice ad tale miniſterium delegati. Nec Clementina Conſtitutio *Dudum* obſtat in qua dicitur: *Numerus perſonarum aſſumendarum ad huiuſmodi officium exercendum eſſe debet, prout uniuerſitas Cleri & populi* [illegible] *multitudo vel paucitas exigit eorundem.* Hæc enim limitatio [illegible] procedit, quoad priuilegium [illegible]

Clementina illa [illegible] *Lega* [illegible] *de pen.* [illegible] *Vasquin* [illegible] *lis. nu. 25.* [illegible]

87. Cum iuriſdictio à iure [illegible] Pontifice Maximo regularibus [illegible] caſſa reſtringi [illegible] Ordinarij approbationem [illegible] iuſta adſit [illegible] dum eſt Regulares obligari [illegible] Concilij Prouincialis Mediolanenſis [illegible] *quibus* [illegible] *facultas* [illegible] *confeſſiones* [illegible] Quamquam illud [illegible] Regulares [illegible] Ordinarij [illegible] quenquam valide abſolui à confeſſario [illegible] participe criminis [illegible] Ordinarius neque videtur poſſe approbare confeſſarios Monialium [illegible] ceptione. Nam quando illud Decretum à Mediolanenſi Synodo [illegible] Regulares non admitteb [illegible] Ordinario loci, ſed à Præſide Regulari [illegible] limitatione [illegible] Ordinario loci [illegible] à Gregorio [illegible] Concilium Gregorius XIV. Ordinarij locorum [illegible] Præſulibus [illegible] Regulares ad confeſſiones [illegible] exemptarum [illegible] conſtitutionem *Inſcrutabili*, [illegible] *adminiſtrandis* [illegible]

dictioni,

*diſtioni, correctioni, & viſitationi Diœceſani Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati planè in omnibus ſubijciantur.* Hæc autem verba intelligenda ſunt de omnibus ijs, quæ ſunt de iure communi, non de ijs, quæ ſunt de iure ſpeciali vniuſcuiuſq; Diœceſis. v *ita Nicand. ep. 1. q. 45. art. 10. Lezana ſolit. 2. c. 10. n. 8. Barboſa de pot. Ep. all. 25. n. 32. contra Portel. Veg. Villal. Zanard. & Pelliz. n. 28. & 29.*

88 Religioſus in aliqua Diœceſi ſolùm approbatus, ſi fuerit dimiſſus è Religione, non poteſt audire confeſſiones in eadem Diœceſi, poſtquam dimiſſus eſt, non quidem defectu approbationis, quæ durat donec reuocetur, ſed ex defectu iuriſdictionis ex priuilegijs Regularibus conceſſæ à Summo Pontifice. Hæc enim ceſſat in eo, qui deſinit eſſe Regularis. Si tamen prius approbationem ab Epiſcopo iuriſdictionem acceperit, confeſſiones excipere, & conceſſu Parochorum, & per Iubilæum, Bullamque cruciatam in eadem Diœceſi in confeſſarium eligi poterit, vt Doctoris dignitas, ita facultas audiendi confeſſiones non repugnat ſtatui religioſo, nec ſæculari, ſed valdè vtilis eſt, ideò Sacerdos ſæcularis, & Religioſus ab Epiſcopo ad confeſſiones admiſſus iuriſdictione, quam ab Epiſcopo acceperunt, vti poterunt, etiamſi ſæcularis ad religionem, & religioſus ad ſtatum ſæcularem tranſeat, poterit vti approbatione, & poteſtate ſibi ab Epiſcopo conceſſa. Religioſus ad ſæculum migrans priuilegijs religionis deſertæ uti nequibit: confeſſarius ſæcularis ſi ad religionem migret, à religioſis Præſulibus prohiberi poterit, quominus confeſſiones excipiat. Si autem religionem profiteatur in ordine, in quo munus audiendi confeſſiones non exerceatur, ceſſabit in eo facultas audiendi confeſſiones. Si vero profiteatur in ordine, in quo confeſſiones ſæcularium audiuntur, eos poterit audire, & vti priuilegijs, etiamſi non præſentetur ordinario per ſuum ſuperiorem; nam ad conſtituendum confeſſarium regularem non eſt neceſſaria præſentatio, vt ex Clementina conſtitutione colligitur. ſ *Pelliz. tr. 8. c. 3. ſ. 3. ſubſ. 1. nu. 38. & 39. Bordon.* t *Pelliz. & Ceſpedes d. 145. n. 2. contra Moron. tr. 85. nu. 28.*

89 Probabile eſt Religioſum à quolibet Ordinario Antiſtite approbatum ſimpliciter, & abſolutè eligi poſſe in confeſſarium virtute Bullæ cruciatæ, & Iubilæi etiamſi domicilium mutet, nec ab vllo alio Ordinario approbetur. Quia ſufficit approbatio alicuius Ordinarij, qua habita Religioſus accipit iuriſdictionem à Summo Pontifice concedente poteſtatem eligendi confeſſarium vi Pontificiæ Bullæ, & priuilegiorum Regularibus conceſſorum. v & approbatione Ordinarij, quia priuilegium Gregorij XIII. ſupponit approbationem ſemel ab aliquo Ordinario conceſſam, & tranſeuntibus tantum ſuffragatur. Vrbanus à vero abolet priuilegia, ob quæ nonnulli dicebant ſe approbari debere ab Ordinarijs ſine examine abſolutè, ac ſimpliciter. Reſtrictio priuilegiorum Regularibus conceſſorum ita explicanda eſt, vt ijs deroget, quam minimum poſſit. Sic priuilegium à Sixto V. conceſſum Patribus Congregationis Sancti Philippi Nerij, quod ijdem à Vicario Vrbis approbati poſſint vbique locorum abſque alio examine, conceſſu tamen Ordinariorum, audire confeſſiones, non fuit ab Vrbano



Digitized by Google

no VIII. ſublatum. μ quia illi Patres in odioſis non veniunt nomine Regularium, cum tribus votis ſe non obligent. κ *Bullarium Societatis Ieſu p. 137.* λ *Bull. tom. 4. Bulla 92. Pelliz. l. c. nu. 52.* ν *Lugo de pœnit. d. 21. ſ. 2. n. 29. contra Lezanam tom. 1. c. 19. nu. 5.* ξ *Ceſpedes de exempt. d. 114. n. 30.*

90 Regulares alicubi approbati audire poſſunt confeſſiones quorumlibet ad ipſos accedentium etiam ex alijs Diœceſibus; quod priuilegium non fuit reuocatum à Tridentino Concilio exigente Epiſcoporum approbationem. Hoc enim à Regulari nihil expoſcit, niſi vt ab Epiſcopo loci, vbi habet domicilium, aut quaſi domicilium, ad confeſſiones admittatur. Nec modo in proprijs Eccleſijs, ac domibus, ſed etiam vbicunque eſt, hoc priuilegio vti poteſt. Nam lex generaliter loquens generaliter intelligi debet, cum ſit fauorabilis. *Pius II. Nicolaus III. Sixtus IV. Leo X. Paulus III. in Bullis. Sorbus, Boculus in compendio priuileg. Somaſch. Suar. tom. 4. tr. 10. l. 9. c. 2. nu. 8. Pellizar. num. 53.*

91 Regulares ab Ordinario approbati audire poſſunt confeſſiones ægrotantium extra eorum Monaſteria, ex peculiari priuilegio conceſſo à Paulo IV. & ſtatim Parochum certiorem facere de audita confeſſione debent verbo, vel ſcriptura. Pius V. ſolum vetat medicos viſitare ægrotos, niſi habeant fidem à confeſſario de eorum audita confeſſione, nihil præcipit religioſis. *Filliuc. tr. 7. n. 34. Nugn. Scortia, Barboſa apud Dianam p. 3. tr. 4. reſ. 93. Pelliz. Ceſped. d. 147. n. 13. contra Lezanam.*

92 Facultas audiendi confeſſiones conceſſa Religioſo non ceſſat, donec per nuncium ab Ordinario miſſum eiuſdem reuocatio Regulari innoteſcat. Nam per quas cauſas res naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Sacerdos accipit facultatem excipiendi confeſſiones ſtatim, ac per nuncium ab Epiſcopo miſſum certior fit de illa ſibi conceſſa, ſecus ſi ab alio non miſſo, neque ab antiſtite, neque ab ipſo Sacerdote. *Reginald. l. 1. n. 204. Sanch. Pelliz.*

93 Reſpectu abſolutionis Sacramentalis pro eodem à Tridentino Concilio ſumuntur articulus, & periculum mortis, ita vt abſolutio non minus in periculo, quam in articulo mortis impendi à Sacerdote poſſit. μ Siquidem in iure Canonico articulus mortis periculum mortis appellatur. Nec minus in periculo mortis, quam in articulo mortis præceptum Diuinum confeſſionis, & in vtroque tempore Sacerdotes eandem partim iuriſdictionem retinent, quod ad forum conſcientiæ, & quidem illam duplici habent, vt perpetua traditio oſtendit ab Apoſtolorum temporibus hucuſque deducta. Poteſtas abſoluendi à peccatis à Chriſto conceſſa fuit Eccleſiæ ad ædificationem, & ſalutem animarum, ideò Sacerdotes, & iudices conſcientiarum, & medici animarum ſunt, ergo in periculo, & in articulo mortis parem habent abſoluendi, & medendi animis facultatem, & eadem iuriſdictione vtuntur, quam Apoſtolis Chriſtus conceſſit (*Ioannis 20.*) dicens *accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Tridentinum Concilium ſeſſione xiv. cap. vii. concedens omnibus Sacerdotibus in articulo mortis facultatem abſoluendi ab omnibus peccatis, & cenſuris loquitur ſine diſtinctione, & vniuerſaliter. Non igitur diſtin-

ſtin-

[diſ]tinctione hic opus eſt. Non enim diſtinguere debemus, cum lex non diſtinguat, & lata ſit in fauorem, & beneficium animarum, ſed latè interpretanda eſt. Iure Eccleſiaſtico pœnitenti in articulo mortis conceditur facultas eligendi ſibi quemlibet confeſſarium. Et Tridentinum Concilium voluit conſulere ſaluti animarum, & libertati conſcientiæ. Ideò illi in articulo mortis concedit facultatem confitendi cuilibet Sacerdoti etiam non approbato. Tunc ceſſat omnis caſuum reſeruatio: ergo etiam reſeruator. Multi adeò ſunt infirmi, teſte D. Thoma, vt ſine confeſſione mori malint, quam tali Sacerdoti confiteri. Propterea in articulo mortis nulla reſeruatio, nulla poteſtatis limitatio eſt. *Atque ideò omnes Sacerdotes quoſcumque pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt*, vt ait Tridentinum Concilium. Ergo non eſt neceſſe, vt Sacerdos approbatus, vel ſuperior in mortis articulo, vel periculo Sacerdoti non approbato, & inferiori præponatur. *Ita docent Nauarr. l. 5. conſil. de pœnitent. Sà, v. abſol. Naldus v. confeſſio n. 31. Barboſa de Epiſc. p. 2. all. 25. Comitol. l. 1. q. [illegible] Sanch. [illegible] Lodeſ. Rodriq. [illegible] Dian. [illegible] Vega, Villal. Zerola [illegible] Bonac. p. 1. ſ. 2. art. 16. Conrad. [illegible] Valer. Angles, Dian. p. 4. tract. 4. r. 161. Vidal. Syl-ueſt. v. confeſſ. 2. nu. 4. Marchinus de bello diuino p. 4. c. 5. Capreolus, Paludan. Armilla, Durand.* contrariam ſententiam etiam probabilem exiſtimo, quam ſequuntur *Suar. tom. 4. de pœnit. d. 26. ſ. 4. nu. 4. Bonac. de ſacr. d. 5. q. 7. p. 1. [illegible] nu. 10. Reginal. l. 1. n. 61. Henriq. Coninch. Fagund. Fauſt. Lugo de pœnitent. d. 18. ſ. 2. Bellonus, Turrianus, Sanch. Auila, Vaſquez, & alij.* Pro eodem ſumi articulum, ac periculum mortis quoad abſolutionem docent *Bonacina de ſacr. d. 5. q. 7. p. 1. Nauar. c. 26. num. 31. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 26. ſ. 4. Molina, Lugo d. 18. ſect. 12. Fauſt. Diana p. 5. tr. 4. r. 57. Layman. l. 5. tr. 6. cap. 12. Sylueſt. Fagund. Zanabraxo de caſibus mortis.* Communis Doctorum ſententia eſt Sacerdotem non approbatum deficiente approbato, ſi confeſſionem alicuius in articulo mortis audire cœpit, poſſe illam complere, & pœnitentem abſoluere, etiamſi ſuperueniat Sacerdos approbatus, nec opus illi eſt à Superiore licentiam petere. Nimirum quia in illo caſu Sacerdos à iure diuino iuriſdictionem habet ordinariam. *Fagund. in 2. præcept. l. 1. c. 1. num. 6. Fauſt. l. 6. q. 36. Diana p. 5. r. 6.*

94 Moribundus, qui abſente Sacerdote pœnitentiæ ſigna dedit, vel confeſſarium acceſſiuit, vel ſe velle confiteri dixit, ſi quis fide dignus id teſtetur, validè, ac licitè abſolui poteſt, immò debet, vt conſtat ex Concilio Arauſicano primo cap. II. ex Carthaginenſi III. cap. xxxiv. ex D. Leone Pontifice epiſtola nonageſima prima ad Theodorum. Huiuſmodi enim confeſſio eſt neceſſaria, vt medium ad ſalutem, & æquiualet confeſſioni, quæ fit per interpretem, & licita eſt. Deus impoſſibilia non exigit à nobis, ſed confeſſionem hic, & nunc poſſibilem. Et facienti, quod poteſt, Deus non denegat gratiam. Quando agitur de ſalute animarum, & de obligatione charitatis, pars magis pia, & tutior eligenda eſt, præcipuè in articulo mortis. Pœnitenti benè parato, ſeu diſpoſito ſaltem ſecundum probabilem opinionem abſolutio licitè denegari

nequit,

nequit, præſertim à Parocho, qui etiam contra propriam opinionem debet abſoluere pœnitentem habentem opinionem contrariam probabilem: hic enim eſt benè diſpoſitus. Charitas, vel iuſtitia obligat confeſſarium ad procurandam pœnitentis ſalutem quocunque modo poteſt. Confeſſio per interpretem facta eſt valida, & licita, etiamſi in ea cõtingere poſſit deceptio, ergo & confeſſio, quæ fit per atteſtationem adſtantium, vel teſtium aſſerentium pœnitentem petijſſe confeſſionis Sacramentum licita eſt, etiamſi ſacerdos decipi poſſit. Immo etiamſi nullum pœnitentiæ ſignum moribundus dederit, validè, & licitè ſub conditione abſolui poteſt eo modo, quo Clemens VIII. cadentem hominem ex templo Diui Petri nullo præcedente pœnitentiæ ſigno abſoluit dicens. *Si es capax, abſoluo te. Hæc docent authores à me citati cap. 28. huius tabulæ Marcus Vidalis Inquiſit. 2. p. 22 pag. 426. nu. 8. & ſeq. Fagund. pr. 2. l. 3. c. 1. Mald. Sylueſt. Salas, Becanus, Vaſq. Literatus, Megala, Decius, Cyrillus aſſerens debere abſolui moribundum, qui religiosè viuebat, & ſolitus erat frequentare Sacramenta, & Eccleſias etiamſi nullum pœnitentiæ ſignum dederit.*

95 Quamuis ex honeſta, laudabili, & ſancta conſuetudine confeſſio peccatorum ſecretò fiat. Hoc tamen minimè neceſſarium eſt, nec ad rationem intrinſecam ſacramenti pœnitentiæ ſpectat. Chriſtus enim non prohibuit modum publicè confitendi, ſi pœnitens in vindictam peccatorum ſuorum, & ſui demiſſionem, & ad aliorum exemplum, & ob offenſæ Eccleſiæ ædificationem, & ſatisfactionem peccata ſua publicè confiteri velit. Vt Trident. Concilium aſſerit. Ad neceſſitatem, & valorem Sacramenti pœnitentiæ exigitur tantum, vt peccata confeſſario, vt iudici manifeſtentur. Quod æquè fit, ſiue publicè, ſiue ſecretò quis ea confiteatur *Trident. Concil. ſeſſ. 14. c. 5. Suar. tom. 4. de pœnit. d. 21. ſ. 2. Bonac. de ſacr. d. 5. q. 5. ſ. 2. num. 2. Lugo de pœnit. d. 15. ſ. 5. n. 2. D. Thomas in 4. ſent. d. 17. q. 3. art. 4. q. 3. Vidal. & alij contra Scotum, Gabrielem, Anglos ab eis citatos.*

96 Ideò abſq; neceſſitate, vel iuſta cauſa peccata ſua publicè confiteri peccatum mortale non eſt, ſi ſcandalum abſit. Quia nullam legem ſiue diuinam, ſiue humanam tranſgreditur, qui publicè ſua peccata confitetur. Ius canonicum ſecretæ confeſſionis modum non præcipit, ſed tantum commendat cap. vtriuſque ſexus de pœnitentia, & remiſſione. Vbi dicitur *confeſſionem ſecretò ſemel in anno ſoli Sacerdoti faciendam*; per quæ verba ſignificatur confeſſionem exigi non publicam, non iuberi ſecretam. Nec conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ confitendi ſecretò peccata ſub lethali culpa obligat, quia non introducta fuit animo obligandi ad lethale peccatum eos, qui publicè peccata ſua confiterentur, vt ab iiſdem abſoluerentur. Nec per confeſſionem validam publicè factam pœnitens infamiæ notam ſibi inurit. Quanquam quiſque famæ ſuæ dominus eſt, & ſicut opes, ita famam abſque lethali culpa prodigere poteſt. Nec ideò confeſſio redderetur odioſa, aut oneroſa, Quia publicè peccata ſua confiteri nemo cogitur, nec cogi poteſt. Iuſta autem cauſa confitendi publicè peccata eſſe poteſt naufragium, vel prælium, aliudque periculum mortis

coram

Digitized by Google

coram pluribus [illegible], vel offenſæ Eccleſiæ ædificatio, propria humiliatio, vel peccatorum vindicta, & expiatio. Prudenter tamen agendum ad vitanda incommoda, vel ſcandala. Equi Auguſtinus, & Anſelmus, aliiq; publicas confeſſiones fecerunt. a *Vitalis p. 2. inq. 6. nu. 18.* b *Suar. Fagun. Nauarr. Ban. Rebel. Leſſ. Sot. Ledeſm. Bonac. d. 2. q. 4. num. 1. & alij.*

97. Probabilis videtur ſententia aſſerentium confeſſionem ſacramentalem etiam poſt Decretum Clementis Octaui validè, & licitè fieri poſſe confeſſario abſenti, vel per ſcripturam, vel per nuncium, modo pœnitens non abſoluatur abſens, ſed præſens, & pœnitentiæ, vel deteſtationis peccatorum ſignum aliquod exhibeat, quæ abſenti Sacerdoti per literas, vel nuncium iam manifeſtauit. Namq; Clemens VIII. Anno MDCII. die XX. Iunij prohibuit fieri confeſsionem ſacramentalem completam abſente pœnitente, hoc eſt, abſolui abſentem à peccatis per nuncium, vel per literas manifeſtatis. Non autem prohibuit pœnitentem abſolui præſentem à peccatis ab eodem antea abſente per literas, vel per nuncium indicatis, dum præſens pœnitentiæ ſigna det. Quia tunc validè, ac licitè pœnitentiæ ſacramentum conficitur, quando adſunt materia, formaque, miniſter, vt in noſtro caſu. Pœnitentis ſtatus non minus ſcripto, quam voce ipſius ſe accuſantis ſacerdoti innoteſcit, & hoc ſufficit, vt abſolui poſsit, dummodo præſens ſit. Abſolutio enim rei præſentiam exigit. Si poteſt abſolui moribundus à ſacerdote, qui eidem abſenti pœnitentiæ ſigna dedit, ergo & ille, qui confeſſario abſenti per literas, vel nuncium peccata ſua accuſauit, poſtea præſens abſolui poteſt: dum percutiendo pectus ſacerdoti ſignificat ſe commiſiſſe, ac deteſtari peccata per ſcripturam, vel internuncium ei indicata. Par vtriuſque ratio militat. *Ita Celeſtinus, Iacobus Mancinus, Kelliſonius, Gamachæus, Villalob. Henriq. Valentia, Bonac. de ſacr. c. 5. q. 4. p. 5. n. 2. Dian. p. 5. tr. 14. r. 60. & p. 3. reſ. 6. Vitalis p. 2. inq. 4. nu. 77.*

98. Qui dubitat, an peccatum, quod commiſit ſit lethale, an veniale, debet neceſſario illud, vt dubium confiteri, quia præceptum diuinum obligat, vt etiam dubium peccatum mortale pœnitens confiteatur, a & ita Eccleſiæ conſuetudo docet. Neceſſe eſt enim, vt vnuſquiſque confiteatur ea peccata, quibus ſe Deum ſuum offendiſſe meminit; b igitur conſcius ſibi peccati mortalis dubij debet illud, vt tale, confiteri. Conſcientia enim dubia vera eſt. Indubio [illegible] & [illegible] debemus, & meliore modo conſulere animæ ſaluti. Si quis vero bona fide confeſſus eſt, vt dubium, peccatum mortale, quod poſtea certo ſe commiſiſſe cognoſcit, non tenetur amplius illud, vt certum confiteri. c Quia confeſſio ſemel integrè materialiter, & formaliter facta, non eſt amplius neceſſario repetenda. d Et peccatum ſemel directè, & valida abſolutione deletum, non eſt neceſſe iterum confiteri. e Cum fuerit explicatum ſecundum ſpeciem, & numerum, & grauitatem, in confeſſione certitudo de peccato non tenet ſe ex parte peccati, ſed ex parte manifeſtationis, & notitiæ reſpectu confeſſarij, [illegible] confeſſus peccatum, vt dubium, illud manifeſtauit totum, ſecundum conſcientiam ſuam. Ergo illud repetere neceſſe non eſt. a *Sanch.*

*ſum.*



Digitized by Google

*ſum. l. 4. c. 16. num. 66. Baldellus l. 4. d. 8. nu. 19. Lug. de pœnit. d. 16. ſ. 2. n. 63. Diana p. 3. tract. 4. r. 60. Fagund. præc. 2. lib. 3. c. 4. num. 2. Nauar. Sot. Suar. Valent. Azor. Sayr. Tabien. Angel. Syluest. Caiet. Victor. Armil. Merol. Syluius. Homoben. Hurtad. Felin. Faust. Vid. inquiſ. 5. & ex Trident. ſeſſ. 14. c. 5. & Lug. l. c. §. 4. Vid. num. 33. contra Sanch. l. c. nu. 69. Tamburinum q. 9. art. 4. d. 19. d. 6. Diana p.* [illegible] *r. 91.*

99 Error communis cum titulo putatiuo non ſupplet defectum circa ius diuinum, aut naturale, nec confert iuriſdictionem. Quia inferior non poteſt immutare leges ſuperioris, nec Pontifex mutare ius diuinum, vel naturale poteſt. Propterea ſi fœmina putata vir Sacerdos, Epiſcopus, aut Pontifex eligeretur, eius acta nihil valerent, nec validè abſolueret à peccatis, nec conſecraret, quia enim incapax ordinis, ac iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Sic amens, aut furibus non poteſt eſſe iudex. Qui non eſt Sacerdos, non poteſt facere ea, ad quæ facienda Sacerdotalis ordo neceſſarius eſt. Sic ſacramenta abſque intentione actuali, vel virtuali Miniſtri non conficiuntur. Eam communis error non ſupplet. *Abbas, Deuius, Couar. Palud. Tab. Vgol. Palac. Maſtr. num. 98. Sanch. de matr. l. 3. d. 22. num. 17. Pontius l. 5. cap. 19. Vid. contra Albertum, Iaſon. Vinium, Anton. Gabriel. Gloſſ. in c. dudum de elect.* acta, quæ propter communem errorem valida ſunt, non ſunt irrita reſpectu ſcientis defectum, vel impedimentum canonicum, vel ciuile. Iura enim non priuatum, ſed communem errorem attendunt, & contra in verſa mur circa ea, quæ communiter accidunt. Error non priuatorum, ſed publicum errorem ſequitur ob communem vtilitatem. *Abb. Felin. Imola, Sotin. Syln. Nau. & alij apud Sanchium num. 42. & Pontium Vid. inq. 4. contra Cardin. Decium, Tiraq. Lop. & alios ex l. Barbarius ff. de leg.* ſecus vero dicendum eſt de geſtis contra publicam vtilitatem. Tunc enim ceſſat ratio, ob quam communis error prodeſſe poſſet; neque hic confert iuriſdictionem, quando notoria ſententia, vel publica fama titulum falſum eſſe docet. *Iaſon, Bart. Aretin. & alij, quos Pontius Sanchius ſequitur contrarium probat. num. 96. Fagund. l. 2. cont.* [illegible] *num.* [illegible]

100 Sacerdos, qui quouiſmodo obtinuit à Summo Pontifice poteſtatem excipiendi confeſſiones fidelium vndecunque ad ſe venientium, ex vi poteſt abſque impetrata ab Epiſcopo, vel Parocho licentia. Superioris enim iuriſdictio non pendet ab inferiori. Hic non poteſt ſupremam illius iuriſdictionem arctare, vel reſtringere. Summus Pontifex poteſt velle fidelium confeſſiones excipere, igitur & hanc poteſtatem delegare. Ius ordinarium Epiſcopi conſenſum exigit pro confeſſionibus excipiendis, non vero ius ſpeciale, & Pontificis priuilegium. *Ita colligitur ex Ioannis XXII. declaratione extrau. vas electionis, de hæreticis. Extrau. Benedicti XI. & Martini V. Honorius III. C. in his 10. de priuileg. D. Thom. in opuſc. 19. contra impugnantes &. 4. d. 17. q. 3. art. 3. D. Doct. comm. Vid. part. 2. inq. 1. nu. 10.*

101 Paulus III. conceſſit Patribus Societatis Ieſu facultatem audiendi confeſſiones omnium fidelium ad ſe venientium, & priuilegium, vt quicunq; ipſis confeſſi ſunt, non teneantur obligatione confitendi proprio

Pa-

Parocho Paſchalis tempore, quamuis Euchariſtiam eo tempore in Parochia propria ſumere debeant. Hoc priuilegio (alij) etiam Regularis gaudent. Quicunque à Sacerdote habente facultatem excipiendi confeſſiones à Summo Pontifice abſolutus eſt à peccatis, non tenetur amplius eadem Parocho ſuo confiteri. Sic liberatus ab ære alieno ſoluere amplius non debet. *Benedict. XI. in extrau. inter cunctas de priuileg.*

102 Si quando Summus Pontifex alicui nominatim concedat facultatem audiendi confeſſiones, non eſt neceſſe, vt hic ab ordinario approbetur, tunc enim cenſetur electa induſtria perſonæ, & ita à Summo Pontifice approbatus Sacerdos non eget Epiſcopali approbatione. *Fagund. prac. 2. l. 7. cap. 2. Vid. nu. 55. & aly.*

103 Quando in iubileis conceditur Regularibus facultas eligendi confeſſarium nulla facta mentione approbati ab antiſtite, tunc poterunt elieligere quemlibet Sacerdotem ex ſæcularibus etiam non approbatis ab Ordinario. Secus vero, ſi concedatur facultas eligendi confeſſarium approbatum ab Ordinario. *ita Doct. comm. Suar. Henriq. Nauar. Fagund. l. c. nu. 5. Vid. &c.*

103 Error communis confert iuriſdictionem pro vtroq; foro, idest non ſolum ad acta, quæ pertinent ad forum externum; verum etiam ad internum. Tunc enim propter publicam vtilitatem fidelium Sũmus Pontifex, Antiſtes, & Princeps iuriſdictionem tacitè conferre cenſentur. Error communis probabilem reddit opinionem. Hæc autem nemini nocere debet. Alioquin grauia incommoda, ac damna ſequerentur. *Ex l. Barbarius ff. de offic. Prat. l. 1. c. de teſtam. c. infamis 3. q. 7. & c. ad probandum de ſent. & re iud. Suar. de pœnit. d. 26. ſ. 6. nu. 7. Molſeſ. Sanch. de matr. l. 3. d. 22. nu. 51 Fagund. prac. 2. l. 7. c. 2. Pontius l. 5. c. 19. Nau. Caiet. Tabien. Angel. Rodriq. Roſel. & aly.*

104 Titulus coloratus cum errore communi tribuit iuriſdictionẽ etiamſi à legitimo ſuperiore collatus non fuerit. Satis eſt ſi præſumptus, & intruſus ſit, qui illum habet. Ideò valent geſta eius, qui Vicarius Epiſcopi communi deceptione cenſetur, quamuis re vera non ſit. Valet matrimonium, cui aſſiſtit Sacerdos, qui communis errore Parochus putatur. Valet confeſſio bona fide facta à popularibus ei, qui ad confeſſiones audiendas admiſſus ab Antiſtite communi errore cenſetur. Communis vtilitas exigit, vt iuriſdictio concedatur tam ei, qui intruſus eſt in aliquam dignitatem, quam ei, qui à legitimo ſuperiore titulum accepit. Iuriſdictio etiam acquiritur mera conſuetudine. Non igitur titulus à legitimo ſuperiore acquiſitus neceſſarius ad eam videtur. *ita Alberic. Iaſon. Tiraq. Hoſtienſ. Io. Andreas, Decius, Cardinalis apud Sanch. de matr. l. 3. d. 22. nu. 48. Felin. in c. 1. num. 18. Maſcard. vol. 2. de prob. concl. 649. nu. 47. Menoch. concl. 404. num. 41. Nauar. c. 9. nu. 11. Zubar conſil. 114. Pontius, Molſeſ. Sayr. Diana p. 3. tr. 4. r. 122. Fagund. Vid. & aly contra Io. Andr. Abb. Archidiac. Imol. Ang. Armil. Lop. Vgol. Sanch. l. c. Thuſcum l. C. concluſ. 330. Megal.* Reginal. *l. 1. c. 8. Coninch. Barb. Homob. & alios.*

105 Nequaquam probatur Doctorum quorundam ſententia aſſerentium Sacerdotes Regulares aptos, & ido-

idoneos, quos abſque cauſa Epiſcopus ad audiendas fidelium confeſſiones admittere, ſiue approbare noluit, poſſe tuta conſcientia fidelium confeſſiones excipere. Quamuis Bonifacius VIII. Pontifex Maximus in extrauagante Conſtitutione de ſepulturis ſuper cathedram de plenitudine Pontificiæ poteſtatis concedat Regularibus facultatem audiendi confeſſiones, & abſoluendi, quando Epiſcopus eoſdem ſibi legitimè preſentatos à ſuperioribus ſuis ad audiendas fidelium confeſſiones admittere noluit, & Leo X. Pontifex in Lateranenſi Concilio Conſtitutionem ediderit, qua decreuit, vt regularis Sacerdos ab Epiſcopo ſine cauſa ad confeſſiones excipiendas non admiſſus pro admiſſo habeatur, quam Conſtitutionem Paulus Piaſecius in praxi Epiſcoporum p. 2. cap. 3. refert. Tridentinum enim Concilium ſeſſione xxiij. cap. xv. decernit, vt nullus etiam Regularium poſſit confeſſiones ſæcularium audire, neq; ad id idoneus reputari, niſi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem obtineat. Igitur poſt hoc Tridentinum Decretum non video quomodo tuta, ac probabilis dici poſſit contraria ſententia, qualem eam vocat, ac tuetur fuſiſſimè *Marcus Vitalis inquiſitione ſexta concluſione quinta. Layman. l. 5. tr. 6. c. 11. nu. 4. Rodriq. q. 59 Fagund. precept. 2. Eccl. l 7. c. 2. Graff. l. 1. deciſ. 13. Portel. v. confeſſ Reg nu. 2. Lezana tom. 1. c. 19. num. 3. Io. Franciſc. Suar. l. 5. vid. confeſſor. Diana p. 3. tr. 2. reſ. 24. p. 5. tr. 13. r. 45. Peyrin. tom. 1. q. 1. c. 21. & alij plures apud illos contra Sanch. ſelect. d. 48. nu. 16. Bordon. c. 36. num. 4. Barboſ. de Epiſc. all. 25. Suar. Vaſq. Coninch. Filliuc. Eng. de pæn. d. 2 1. ſ. 3. nu. 5 2.* quorum ſententiam amplectendam cenſeo.

106 Limitatio approbationis Regularibus conceſſæ, ſi abſque iuſta cauſa fiat, vt ad tantum, vel ad determinatum tempus, vel locum, inualida eſt. Eadem enim ratio eſt de toto ad totum, ac de parte ad partem. Epiſcopus abſque iuſta cauſa non poteſt denegare totam approbationem idoneo; ergo neque partem abſque cauſa denegare poteſt. Regulares à Summo Pontifice habent iuriſdictionem in omnes ad ſe accedentes, neq; in ea ab Epiſcopi arbitrio pendent. Igitur ſine iuſta graui, & cognita cauſa non poteſt Epiſcopus eam limitibus circumſcribere, vel arctare, & acquiſito iure Regulares priuare. hoc enim eſt grauem iniuriam toti Religioſo Ordini facere. Nec plura peccata ſeu caſus reſpectu Regularium, quam reſpectu Parochorum ſibi reſeruare valet Epiſcopus, ideò quando quibuſdam anni ſolemnitatibus facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis Parochis concedit, eandem Regularibus concedere cenſetur, quia Conſtitutio de ſepulturis Regulares Parochis facit æquales *Mirand. q. 45. art. 10. c. 2. Fagund. l. 7. c. 2. n. 16. Peyrin. tom. 1. q. 1. c. 21. Lezana ſum. cap. 19. Paſqual. d. 500. Rodr. Ang. Graff. Portel. Vidal. Sylu. ſum. v. confeſſor. 2. §. 5. Sot. in 4. d. 18. q. 2. art. 5. Rodriq. Suar. Peginal. Molfeſ.*

107 Probabilis eſt ſententia aſſerentium hodiè nullos caſus propriè dictos, hoc eſt peccata nulla Epiſcopis de iure communi reſeruari. Quia per Clementinam Conſtitutionem *Dudum de ſepulturis* abrogata eſt reſer-



Digitized by Google

ſuntin quæſtione alio quinque caſuum. Iniuſte nullus extat textus reſeruans caſus, ibique ſermo eſt tantum de caſibus ex conſuetudine reſeruatis. Voti commutatio, iuramenti relaxatio, & abſolutio à quibuſdam irregularitatibus non ſunt propriè caſus reſeruati, cenſuræ non ſunt peccata; ſed pœnæ, quæ etiam extra ſacramenta auferri poſſunt. Nec peccatum incendiariorum ante excommunicationem à iure reſeruatur Epiſcopis. Poſt excommunicationem vero Summo Pontifici reſeruatum eſt, cenſuræ in iure abſque reſeruatione latæ Epiſcopis non reſeruantur, ſed ab his quilibet confeſſarius abſoluere poteſt. Nihilominus ſi caſus aliqui ſunt à iure reſeruati Epiſcopis, Regulares ad hoc priuilegium habentes, ab illis validè, ac licitè abſoluere quoslibet pœnitentes poſſunt. Nam ex priuilegio abſoluere poſſunt à caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, quod maius eſt, quam abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis. Qui autem poteſt, quod maius eſt, etiam quod minus eſt, valet, maximè, quando ad idem tendunt. Dignus trahit ad ſe minus dignum. Non poſſunt tamen regulares abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ. Neque à quinque caſibus à Clemente VIII. reſeruatis, neque à caſibus, quos ſibi Epiſcopus reſeruauit. *Nauar. c. 27. num. 262. Suar. tom. 4. de pœnit. d. 29. ſ. 3. nu. 6. Filliuc. tr. 15. c. 10. Graff. l. 1. c. 13. n. 6. Faſt. Belloch. Floriu. Peyrin. Lezam. Vidi. inq. 1. nu. 25. & ex Clem. Dudum de ſepult. v. Flor. p. 1. c. 2. § 1. Belloch. Caiet. Sylu. Tol. Suar. Graff. Fagund. & Homobon. de caſ. p. 1. c. 3. Lud. Cruc. Fag. præc. 3. Eccl. l. 8. Filliuc. l. c. Poſſeuin. c. 7. nu. 48. S. Fauſt. Peyrin. Florem. p. 1. c. 11. § 1. Vidal. nu. 40. ſed de his ſatis diſſerui.*

## Confeſſarij electio ex cap. fin. de Penitentia, & per Iubileum. Cap. XXI.

1 Cardinales Epiſcopi, & Legati poſſunt eligere ſibi confeſſarium non approbatum à proprio, ſiue ordinario Præſule; non enim ſubduntur Epiſcopis in foro pœnitentiæ; etiamſi ſint extra Diœceſim, vel locum, in quo iuriſdictionem exercent; ſed ſunt tanquam ordinarij præſules in ſuis familijs. Ideò non indigent iuriſdictione confeſſarij collata à proprio ordinario; cum talis iuriſdictio reſpiciat ſubditos ipſi ordinario; ſed ipſi eam tradunt. Nec oportet eum approbatum fuiſſe; quia approbatio ſit tantum ad communicandam iuriſdictionem, & poteſtatem ad abſoluendum ſubditos; Cardinales autem non ſunt ſubditi ipſi. Neque à Concilio Tridentino reuocatum eſt priuilegium conceſſum *in cap. ne pro dilatione. De pœnitentia*) quia Concilij decretum, vt ex ipſius verbis patet, reſtringitur ad *ſæculares etiam Sacerdotes*, quorum nomine non poſſunt intelligi Cardinales. Nam licet ſint Sacerdotes, ratione tamen dignitatis ſunt in ſuperiori ordine ſpeciali, qui non intelligitur nomine Sacerdotis, præſertim in pœnalibus, & odioſis *odioſa enim reſtringenda ſunt, & fauorabilia ampliẽda*. Præterea in Cardinalibus ceſſat ratio, propter quã Tridentinum Concilium vetuit, ne vllus confeſſarius poſſit excipere confeſ-

feſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum; niſi ſit approbatus ab Ordinario antiſtite, vt quiſque ſuum agnoſcat Paſtorem, & vt confeſſarius dependeat ab Epiſcopo in adminiſtrando pœnitentiæ Sacramento ipſius ſubditis; nec vlla declaratio authentica Cardinalium Concilij interpretum dictis obſtat. *Ita contra Azorium, Præpoſitum, Hurtadum, Chelliſonium docet Boſſius de Iubileo ſ. 3. c. 2. §. 4. nu. 110. Paſqualig. d. 85. Syluest. Archidiaconus, Palud. in 4. d. 1. Suar. de pænit. d. 27. ſ. 2. nu. 10.*

2 Cardinales non Epiſcopi iure ordinario poſſunt ſibi eligere confeſſarium non approbatum ab Ordinario ipſius præſule, ſiue Romæ, ſiue alibi commorentur; cum enim habeant iuriſdictionem Epiſcopalem in ſuis Eccleſijs titularibus, eandem etiam habent in ſua familia, cuius ſunt veluti Ordinarij Antiſtites. Hoc etiam illis conuenit ex *capitulo finali de Pœnitentia*, quod non eſt reuocatum per Decretum Tridentinum ſeſſione xxiij. cap. xv. per hoc enim non eſt ablatum priuilegium Prælatis conceſſum, & in corpore iuris contentum; priuilegia autem huiuſmodi non abrogantur, niſi de ipſis fiat ſpecialis mentio. Præterea ſi Epiſcopis licet eligere, quem maluerint ex ſibi ſubditis in confeſſarium abſque vlla approbatione Epiſcopi Diœceſani, etianſi extra propriam Diœceſin commorentur, ergo & Cardinalibus licet commenſalem eligere in confeſſarium; idque cõſuetudo Romæ tacitè Summi Pontificis conſenſu approbante cõfirmat. *Ita contra Hoſtienſem, Armillam, Tabienam, Rubeam, Azorium tom. 2. l. 4. c. 3. ſudocent Sot. in 4. d. 18. q. 4. art. 2. Tolet. l. 4. c. 13. Suar. tom. 4. d. 27. ſect. 2. Alban. Laudens, Zerola, Henriq. Comitol. Nald. Turrian. Filliuc. tr. 7. c. 7. num. 197. Vaſq. tom. 4. q. 93. art. 1. Reginald. Præpoſit. Boſſius, Ludouic. à S. Cruce, Ochagau. Diana p. 5. tr. 2. Abbas, Butrius, Felin. Monac. Alban. Iacobat. Azor. Leo Caietan. v. abſol. Paſqual. d. 93. ex cap. finali de pænit. & Gloſſ. in authen. Quæ in Prouincia cap. 4. vbi de crimine. Barboſa, Bul. Paulus, Iaſon. in l. 1. ff. ſoluto matrim. Suar. d. 11. ſ. 14. C. Palaus p. 1. t. 3. d. 4.*

3 Poſſunt etiam Cardinales confiteri Religioſo exempto commenſali ſuo; eumque ſuum, & familiæ ſuæ confeſſarium conſtituere abſque vlla Ordinarij approbatione; ſicut etiam Epiſcopus poteſt in confeſſarium ſibi eligere Sacerdotem Regularem ſuæ Diœceſis ratione domicilij, vel habitationis. *Lud. Cruc. Suar. Diana p. 8. tr. 1. r. 85. Tanner. tom. 4. d. 6. q. 9. Nald. Lud. à S. Io. Paſqual. d. 94. contra Hoſtienſem, & alios.*

4 Qui familiares ſunt alicuius Cardinalis, & in ipſius familia, & domo viuunt, vbi ipſe manet, poſſunt, concedente ipſo, tanquam proprio, & ordinario præſule eligere ſibi confeſſarium non approbatum ab Antiſtite Diœceſano; vt enim Epiſcopus ſubditis, ita Cardinalis familiaribus domeſticis eligendi ſibi confeſſarij facultatem concedere poteſt, non quidem generalem pro electione cuiuſcunque Sacerdotis, ſed ſpecialem pro hoc, vel illo Sacerdote ad audiendas confeſſiones idoneo. Poſſet tamen concedere generalem poteſtatem eligendi quemlibet Sacerdotem ex certo genere perſonarum, quæ ad hoc munus cenſentur idoneæ, quales ſunt Theologi, & Doctores iuris Pontificij;

Digitized by Google

cij; quia ſicut huiuſmodi doctos Sacerdotes omnes idoneos iudicare poteſt, ita & omnes approbare. *Ita Paſqual. & Doct. cit.*

5 Dixi, Epiſcopos non Cardinales poſſe ſibi extra Diœceſin eligere confeſſarium non approbatum à proprio Ordinario præſule, quia priuilegium concesſum præſulibus *cap. finali de pœnitentia* non eſt abrogatum per decretum Tridentinum, cuius verba generalia nihil derogant priuilegijs in corpore iuris contentis; præterea non extenduntur ad Epiſcopos, ſed ad ſæculares etiam Sacerdotes α; poteſt vero quilibet præſul, quod ad ſe, quod poteſt, quod ad ſubditos: duas quippe gerit perſonas, præſulis exercentis iuriſdictionem, & hominis, qui ſubditur iuriſdictioni, β cum ergo Epiſcopus poſſit deſignare, & approbare confeſſarios pro alijs, poteſt etiam pro ſe ipſo, nec contraria declaratio Sacræ Congregationis Concilij Tridentini cum approbatione Summi Pontificis, quod Epiſcopi non poſſint eligere ſibi confeſſarium non ſubditum, quidquam obſtat. Quia huiuſmodi declarationes cum non extent in forma authentica, nullius ſunt roboris ex decreto eiuſdem Congregationis, & Vrbani VIII. die ſecunda Auguſti Anno M DC XXXI. α *ita contra Suarium tom. 4. d. 28. ſ. 4. Azorium, Filliuccium, Molfeſ. Coninch. Alph. à Leone, Riccium, Graff. Fagund. Barboſam, Fauſtum, Armendar. Dianam, Naldum, Hurtad. Chelliſon. docent Franc. Longus, Coriolan. part. pri. de caſ. reſeru. ſ. 1. artic. 21. num. 5. Zerola part. 2. prax Epiſc. Aluin. cap. 35. Valerus verſic. iuriſdictio diff. 14. Villalob. Barboſa ex vi diſput. Graff lib. 4. deciſ. cap. 15. Paſqual.* β *ex D. Thoma Addit. ad. 3. part. quaſt. 27. art. 4. Molina tom. 1. tract. 2. d. 247. D. Antonino, Syluestro, Suar. tom 5. d. 41. ſect. 2. Sanch. Sot. Caietan. Rodriqez, Palud. Gabr. Angel. Tabien. Henr. Gom. Maiolo, Sayr. Salas, Lop. ex cap. per venerabilem. Qui filij ſunt.*

6 Epiſcopus extra propriam Diœceſin non habet iuriſdictionem iudicialem, qua ibidem iudicium in foro contentioſo, vel Pontificalia exercere poſſit. Habet tamen iuriſdictionem ſpectantem ad propriam Eccleſiam, ac Diœceſim. Ideo poteſt exercere regimen Epiſcopale ipſius, pro ipſa approbare reliquias Sanctorum; ad hoc enim non eſt neceſſaria iuriſdictio contentioſa, ſed voluntaria ſufficit, quam Epiſcopus extra propriam Diœceſin exercere non prohibetur. *Sanchez l. 2. in Dec. c. 43. nu. 14. Fagund. Barboſa de Epiſc. alleg. 97. n. 16. Sanch. l. 3. de matr. d. 19. n. 8.*

7 Epiſcopi titulares, quamuis non habeant circa quod iuriſdictionem exercere valeant, poſſunt tamen eligere ſibi confeſſarium non admiſſum ab Ordinario, quia priuilegium illud *cap. finali de pœnitentia* conceditur ratione dignitatis, non iuriſdictionis; titulares autem Epiſcopi dignitatem Epiſcopalem verè habent γ. eodem priuilegio gaudent Epiſcopi ſuſpenſi, ac depoſiti, & excommunicati, quando poſſunt confiteri, nec non ſacris interdicti. Secus vero degradati, quos exauguratos Latinè veteres dixiſſent; nulla enim cenſura Epiſcopum dignitate, vel priuilegijs priuat, ſed degradatio illum quantum poteſt, dignitate, ordine, & priuilegijs expoliat, ita vt mox ita habeatur ac ſi Epiſcopus non eſſet. *Suar. d. 27. ſ 2. num. 5. Rodriq. Alzedo, Prapoſit. Henriq. Boſſius,*



Digitized by Google

ſius, *Paſq. d.* 87. 90. 91. Epiſcopi confirmati, ſed nondum conſecrati vi eiuſdem priuilegij eligere ſibi poſſunt confeſſarium non approbatum ab Ordinario præſule b quia verè habent dignitatem, & iuriſdictionem Epiſcopalem, licet non ordinem. Secus vero de Epiſcopis electis, ſed nondum confirmatis dicendum eſt; nondum enim dignitatem adepti ſunt, ideò nec priuilegio Epiſcopali gaudent, & confeſſarium ſibi eligere nequeunt, quem ordinarius loci præſul non approbauerit. *b ita contra Alzedum p. 1. nu. 121. docet Rodriq. p. 4. c. 67. c. 17. Suar. d. 27. ſ. 2. nu. 5. Paſq. d.* 88. *c Rodriq. Suar. Alzed. Boſſ. ſ. 3. c. 2.*

8 Nomine Prælatorum exemptorum, quibus *cap. fin. de pœnitentia* conceditur poteſtas eligendi ſibi confeſſarium non approbatum ab Ordinario, alij intelligunt eos præſules, qui ſoli Romano Pontifici, quod ad forum pœnitentiæ, immediatè ſubſunt; huic interpretationi conſona videntur verba illa decreti, quibus finis priuilegij indicatur, ſcilicet *ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum* : nam ſi ſubeſſent alij Superiori, vnum facile poſſent adire, nec periculum huiuſmodi immineret. Alij verò interpretantur illos præſules, qui à iuriſdictione Epiſcopi exempti ſunt, quod Suarius de ſubiectione in foro pœnitentiæ explicat, ac dicit extra Religioſas ſodalitates exemplum non inueniri. In illis vero eſſe Abbates, Prouinciales, & cæteros inferioris gradus Superiores; ſed hæc explicatio aliquibus non placet. Nam ſi eſſent exempti quod ad forum pœnitentiæ, poſſent ſibi eligere confeſſarium abſq; priuilegio. Ideo intelligendi ſunt nomine exemptorum, qui in externo foro non ſubſunt Ordinario loci præſuli, ſiue immediatè ſubdantur Pontifici, ſiue non. d Nam priuilegium illud conceditur Epiſcopis, etianſi ſubſint Archiepiſcopis. Deindè datur facultas, qua poſſint ſibi eligere confeſſarium Superioris ſui conceſſione. Subintelligitur ergo illos ſubeſſe alicui Superiori præter Summum Pontificem. *c Angelus v. confeſſio. Hoſtienſis, Panormit. d Sylu. v. confeſſ. 1. q. 8. Archidiac. Suarez d. 27. de pœnit. ſ. 2. d Paſqualig. dec. 92.*

9 Generales Regularium Præpoſiti, præſuleſuè poteſtatem habent eligendi ſibi confeſſarium non approbatum ab Ordinario loci præſule, a & eodem priuilegio gaudent Superiores Regularium b inferiores generalibus Præfectis, & locales omnes Regularium Præſides, y nec non Vicarij locales Abbatum, ac Præfectorum Religioſorum, quos vulgo *Priores*, & *Guardianos* appellant, a & cæterorum Superiorum Vicarij, abſente Superiore, extero Sacerdoti non approbato ab Ordinario præſule confiteri, & abſolui poſſunt, niſi Conſtitutiones Religioſi Ordinis à Summo Pontifice ſcienter confirmatæ forma ſpeciali e prohibeant Religioſos Superiores externo Sacerdoti confiteri, ſicut Conſtitutiones Clericorum Regularium Congregationis Somaſchenſis, quæ ſuperiores Sacerdoti alterius inſtituti confiteri vetant. Verum Eminentiſſimi Patres negotijs Regularium Præfecti anno MDCXXXVIII. die xxv. Iunij conceſſerunt Superioribus Congregationis Somaſchenſis, vt ijdem, graduum ordine ſeruato, ſibi inuicem facultatem eligendi confeſſarium extra eorundem numerum, ac profeſſionem, cui peccata ſua confiteri poſ-

ſint

Digitized by Google

ſint, quoties indiguerint, impertiri valeant. Hoc eſt locorum Præſides à Prouincialibus, ſeu Viſitatoribus hanc impetrare poterunt facultatem; Prouinciales verò, ſeu Viſitatores, Generaliſque Procurator à totius Religionis Generali Præpoſito, qui tandem Generalis Præpoſitus ab eo Patrum numero, qui Congregationem Generalem repræſentant, eandem obtinere debebit facultatem, & ſemel eam petere ſufficit, cum onera ſibi impoſita aggrediuntur, eaque generatim vti poterunt, quouſque munera ſibi impoſita abſoluerint. Cæterum confirmatio Conſtitutionum prohibétium Religioſos alicuius inſtituti externo Sacerdoti confiteri ſpecialiter, & ſcienter facta derogat priuilegio ſubditorum α ſi verò Conſtitutiones confirmatæ ſint forma communi, conſtitutio prohibens Superiores eligere ſibi confeſſarium externum non approbatum inualida eſt β vtpotè contraria Sacris Canonibus, contra quos nihil conſtitutum valet. α *ita contra Canum, Vaſquium, Ochagauiam, Rodriquium tom. 4. ſum. 87. Hier. Roder. r. 69. docent Palud. Gabr. Adrian. D. Anton. p. 3. tom. 17. cap. 2. Syluest. v. Confeſſor. Sot.* Roſella, *Cord. Miran. tom. 2. q. 20. art. 7. Filliuc. tr. 7. c. 9. n. 231. Syluius, Nugn. Præpoſit. Coninch. Villaloa. Barboſa, Dian. p. 3. tr. 2. r. 1. Rodriq. quæſt. reg. tom. 1. q. 20. art. 28. Hurtad. Peyrin. Lezana, Boſſ. Lugo d. 19. ſect. 1. nu. 4. Paſq. d. 96.* β *ita contra Sorbum, Angel. Regin Hoſtien. Panorm. docent D. Anton. Sot. in 4. d. 18. q 9. Sylu. Archid. Palud. Roſella, Corduba.* γ *ita contra Valerum, & Llamas docent D. Antonin. Suar. tom. 4. q. 27. ſ. 2. Sylu Cord. Villalob. Præpoſ. Leg. p. 1. q. 7. Lug. Boſſ. Henr. Rodr. Valent. tom. 4. d. 7. q. 16. Tambur. Capuc. Franc. Longus de caſ. r. p. 1. ſect. 1. art. 21.* δ *Megal. Long. Leon. Diana p. 3. tr. 2. r. 1.* ε *ex c. examinata de confirm. ex c. Dudum de Decimis ex c. Quià diuerſ. de conceſſ. Imol. Innoc. Boſſ. Felin. Panorm. Decius, Bald.* ζ *Gloſſ. in c. de Transact. Innoc. Thuſc. v. confirm. Suar. l. 8. de legib. c. 18. c. Palaus Paſq. d.* 100.

10 Valdè probabile eſt, priuilegium omnibus Superioribus Religioſorum Ordinum exemptis conceſſum, vt ſibi confeſſarium eligere poſſint, abrogatum eſſe reſpectu Superiorum Clericorum Regularium Teatinorum edito in comitijs generalibus eorundem Decreto his verbis, *nemo noſtrum ſua peccata extero Sacerdoti cõfiteri queat.* Nam licet hoc Decretum comitiale non loquatur ſpecialiter de Superioribus, ſed generatim de omnibus, non verò de Superioribus tantum, verba tamen decreti capitularis, quibus Teatini Patres ſe dicunt renunciare nomine totius Religionis, cuicunque priuilegio, adeò clara ſunt, vt nemo in dubium reuocare queat, an ad priuilegium Canonis extendantur. Nec Clemens VII. qui Teatinorum Conſtitutiones confirmauit, contentum in corpore iuris priuilegium ignoraſſe cenſendum eſt: *ex cap. pri. de Conſtit. in 6. Peregrinus in comm. Conſtit. C. R. T. part. 1. cap. 9. l. c. contra Dianam part. 3. tract. 2. reſol. 1. Paſqual. d.* 101. Dixi Vicarios Superiorum Regularium abſente Superiore poſſe eligere ſibi confeſſarium non approbatum; quia cum præſente Superiore non habeant iuriſdictionem in foro conſcientiæ, nec in foro contentioſo, tunc eo priuilegio eos non gaudere cenſeo; *ita contra Paſqualig. d.* 103.



Digitized by Google

*docent Alph. Leo. tract. 1. reſ. 6. Megal. Dian. par. 3. tract. 2. reſol. 1. Fr. Longus part. 1. lib. 1. cap. 10. Fauſt. lib. 6. de pœnitent. quaeſt. 92. Bordonus reſ. 34. num. & alij.*

11 Probabile eſt, Parochos eligere poſſe confeſſarium approbatum à quocunq; Ordinario, vel à nullo etiam poſt Concilium Tridentinum, à quo certum eſt non fuiſſe reuocatum, *cap. finali de pœnitentia*, inſertum in corpore iuris, cum de eo non ſit facta ſpecialis mentio in Tridentino Decreto, *a* quo prohibetur, quominus vllus Sacerdos idoneus ad audiendas confeſſiones ſęcularium etiam Sacerdotum cenſeatur, niſi à proprio Ordinario approbatus fuerit, aut niſi Parochiale beneficium obtinuerit. Priuilegium enim amplè conceſſum, amplè accipiendum, ſicut etiam nomen Superioris. Talem enim fuiſſe intentionem concedentis ex eo conſtat. *a Trident. cap. 15. ſeſſ. 23. Panormit. in cap. fin. de pœnit. Sylueſt. verſ. confeſſ. Paſq. d. 105.* Parochos intelligi ſub nomine Pręlatorum *docent Abbas in cap. decernimus nu. 16. de Iud. Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 25.*

12 Regularis Sacerdos non expoſitus ad audiendas confeſſiones à ſuis Superioribus poteſt eligi in confeſſarium inconſultis, vel inſcijs ijſdem; nam in *Canone finali de pœnitentia*, datur poteſtas eligendi quemcunque prouidum, & diſcretum, ergo ſi talis ſit regularis, poteſt eligi. Neque facultas à Summo Pontifice amplè conceſſa poteſt ab alio reſtringi; talis autem electio fit poteſtate conceſſa à Pontifice ſupremo, Religioſorum omnium Antiſtite. *Paſqualig. dec. 107. contra Peregrinum.*

13 Vt autem pręſul exemptus gaudeat eodem priuilegio, non eſt neceſſe, vt habeat in foro conſcientiæ iuriſdictionem, ſed ſatis eſt, ſi habeat in exteriori foro iuriſdictionem, ratione cuius verè Pręlatus eſt; *b* idcircò præſules Romanæ Curiæ habentes in contentioſo foro iuriſdictionem, vt Auditor Cameræ Apoſtolicæ, Theſaurarius, Clerici Cameræ, Pretonotarij Apoſtolici participantes, & Referendarij non ſolum aſſiſtētes ſignaturæ, ſed etiam cæteri, & Romanæ Rotæ Auditores, nec non familiares Pontificis, Magiſter Sacri Palatij eodem priuilegio, & poteſtate eligendi ſibi confeſſarium gaudent; ſunt enim Prælati, habentque iuriſdictionem, & ab Ordinariorum iuriſdictione omnino exempti ſunt. Qui verò carent iuriſdictione, non poſſunt eo priuilegio gaudere: licet enim exempti ſint, non tamen ſunt Prælati, ſicut qui tantum ratione perſonæ, non officij accipiunt panem ex Palatio Pontificio, quamuis ſint verè commenſales, & familiares Pontificis; nihilominus quia officio, & iuriſdictione carent, non ſunt Prælati. Ideò nec confeſſarium ſibi eligere poſſunt. *b Ita contra Paludanum in 4. d. 17. q. 3. art. 2. docet Suarez de pœnit. d. 27. ſ. 2. Boſſ. ſ. 3. c. 2. Sylueſt v. confeſſ. & Sixtus V. in Bulla Leo X. Pratus c. 8. Corbier. Barboſa, Paſqualig. contra Zerolam.*

14 Vicarij Epiſcoporum, & quicunque habent titulos honorarios Eccleſiaſticos cum iuriſdictione, poſſunt cuilibet Sacerdoti non approbato cōfiteri; nam licet Ordinarij à Tridentino Concilio ſubijciantur; ijs tamen ſubſunt non tanquam Ordinarijs, ſed tanquam delegatis à Sede Apoſtolica. Idcircò ab ordinaria Epiſcoporum iuriſdictione exempti ſunt. *Trid. Concil.*

*eit. ſeſſ. 24. c. 11. Henriq. l. 6. c. 13. l. K Boſſius, Paſqual. d. 117. contra Suarinum, Lugum d. 19.*

15 Inquiſitores hæreticæ prauitatis, fidei cenſores, & Aduocati Conciſtoriales eodem priuilegio *Canone finali de pœnitentia* contento non gaudent. Illi enim non habent iuriſdictionem ordinariam, ſed delegatam, ideò nec Prælati, nec Superiores ſunt. Hi vero non ſunt exempti à poteſtate Ordinarij, nec habent iuriſdictionem, nec Prælati ſunt. *ex cap. vt offic. de Heret. in 6. Paſq. dec. 114. & 115.*

16 Regulares, qui Superiorum ſuorum conceſſu extra Monaſterium, vel domum ordinis ſui commorantur, cuicunque Regulari, vel ſæculari Sacerdoti confiteri poſſunt, & abſolui ab omnibus peccatis, etiam à reſeruatis, à quibus confeſſarij Ordinis illos abſoluere valent. Non tamen à reſeruatis ab ipſiſmet Superioribus Regularibus, à quibus confeſſarij Ordinis ſine licentia abſoluere nequeunt. Vt ex priuilegio conceſſo ab Innocentio VIII. Fratribus Prædicatorij Ordinis, & alijs Regularibus communicato conſtat. Neque vero præſumpta Superioris conceſſio ad abſoluendum regulares à peccatis ipſi reſeruatis ſufficit, nec ab illis virtute Bullæ cruciatæ regulares abſolui poſſunt poſt Conſtitutionem Vrbani Octaui. *ita contra Euſebium de Herera docet Diana. q. 8. tr. 7. r. 78. Card. Lugo, Trullench. Io. Machad. Gauantus in man. Barboſa collect. v. Bulla Candidus* licet contrariam ſententiam probabilem exiſtimet nullam mentionem faciens Conſtitut. Vrbani VIII; probabile tamen eſt, eum Religioſum, cui Superior conceſſit poteſtatem eligendi ſibi confeſſarium extra Monaſterium, poſſe etiam ab electo confeſſario abſolui à caſibus reſeruatis Superiori: *Diana, Creſcent. l. c. contra Aph. Leon. Alex. Peregrin.*

17 Ad excipiendas regularium extra Monaſterium procul commorantium, vel iter habentium confeſſiones idoneus eſt quilibet, vel ſimplex Sacerdos ſiue ſæcularis, ſiue Regularis: Nec vlla ad hoc approbatione indiget. Neque neceſſe eſt, vt Sacerdos regularis audiendis confeſſionibus ſit expoſitus à Præpoſito, vel Superiore, vel ab Epiſcopo; ſed ſufficit poteſtas eligendi confeſſarium ſiue à Pontifice, ſiue à Superiore conceſſa ſit, & quamuis magis deceat Sacerdoti ad confeſſiones audiendas expoſito confeſſiones audiendas expoſito confiteri, non tamen neceſſe eſt. Nam Superior Regularis iuriſdictionem in ſubditum ſuum poteſt, cuicunq; velit, eiuſdem capaci delegare. *Lezana p. 1. c. 18. nu. 27. Archang. Roman. Fagund. Nauar. Reginald. l. 1. c. 15. nu. 171. P. Creſcentius in armamentario Religioſorum M. Angel. Phariſellus Theol. Card. Farneſij Conſult. Suar. tom. 4. tr. 8. l. 2. c. 5.*

18 Neque opus eſt ſimplici Sacerdoti Regulari, ſi ab aliquo Regulari extra Monaſteriũ ſuum procul commorante in confeſſarium eligatur, petere à Superiore ſuo poteſtaté audiendi confeſſionem illius aduenæ Regularis, niſi hoc illi vetitum ſit. Nam præſulis Clauſtralis conſenſus tunc neque dat, neque adimit iuriſdictionem, aut valorem abſolutioni. *Angel. Palud. in 4. d. 17. D. Antonin. p. 3. t. 17. c. 7. Dian. p. 1. t. 11. r. 13. Lez. p. 1. c. 19. Creſcentius.*

19 Etianſi nullum extaret priuilegium, vel conſuetudo, poſſent Reli-

gioſi longum iter faciendi veniam à Superiore habentes quemcunque Sacerdotem in confeſſarium eligere: dimiſſi enim à Superiore licentiam tacitam, ac poteſtatem confitendi cuilibet Sacerdoti etiam non approbato habent; hanc enim quilibet Superior concedere cenſetur ſubditis procul à Monaſterio per aliquot dies bona venia commorantibus. *Io. à S. Io. Miranda tom. 2. q. 33. art. 6. Lez. p. 1. c. 18. Creſcent. num. 48.*

20 Quinetiam Religioſus ſubditus non habens copiam confeſſarij expoſiti, vel approbati, etiam ſi iter non faciat, nec procul à Monaſterio abſit, poteſt ſibi confeſſarium eligere, ſi ſacrum celebrare debet; fauorabilia enim latè accipienda ſunt. *Perez l. 1. de Annun. c. 5. n. 24. Gomez tom. 1. c. 11. Couarru. in c. Raynut. nu. 16. Eueuardus, Padill. Rebell. Cardas, Salicet. Tiraq. Mantic. Menoch. Creſcent. 48.*

21 Sicut Superiores religioſi poſſunt ſibi eligere confeſſarium extra ordines ſuos ſiue ſæcularem, ſiue regularem malint; etianſi non ſit approbatus ab Ordinario, modò Sacerdos idoneus ſit: ita etiam quilibet Religioſus à iuriſdictione Epiſcopi exemptus annuente, ac conſentiente Superiore ſuo poteſt; in hoc enim Tridentinum Concilium nihil iuri ſuperiorum Regularium detraxit, *Adeo vt Regulares quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſtolicæ, quoad ſibi reſeruata ſubiecti ſint.* Ita Vrbanus Octauus declarauit. *Conſtit. 105. tom. 4. Bull. Nau. man. c. 4. num. 2. Corduba, Portel. Suar. de pœnit. d. 28. ſ. 4. Vaſq. tom. 4. q. 93. art. 3. d. 3. Zerola, Fagund. Sà, Graph. Ochagau. Vegha, Ledeſ. Io. Sanc. d. 49. n. 10. Trullench. Phil. à Cruce. Hier. Rodriq. r. 31. nu. 31. num. 21. Syluius q. 8. art. 5. Ioſeph de ortu Villalob. Lud. à S. Ioan. Megalius. Io. Prapoſit. Miranda tom. 1. q. 45. Chapeauil. Coninck. Homob. Molſeſ. Barboſa, Dian. p. 4. tom. 4. r. 3. Bonac. de ſacram. d. 5. q. 7. Fabr. de pœnit. d. 30. Megal. Boſſ. Creſcent. n. 46. Phariſel. Conſ.*

22 Poteſt etiam quandoque Regularis abſque expreſſa licentia à ſuperiore obtenta neceſſitate vrgente confiteri Sacerdoti ſæculari non approbato à ſuo præſule, vt ſi ordinibus initiandus ab Epiſcopo, vel ſacrum operaturus à Monaſterio, vel Collegio ſuo abſit: nec commodè domum ad confitendum ire poſſit; tunc enim credendum eſt, ſuperioris adeſſe conſenſum, & ex priuilegio conceſſo à Sixto IV. & Clem. IV. confeſſarius extra Monaſterium, ſi neceſſitas poſtulet, à religioſis eligi poteſt. Neceſſitas enim licitum facit, quod aliàs illicitum eſſet. *Bordonus Parm. amicus meus p. 1. reſ. 34. num. 27. ex cap. quarto de conſuet. c. 4. de reg. iuris. Sorbus in priuil. Creſcent. nu. 51.*

23 Regulares tempore Iubilei poſſunt eligere quemcunq; confeſſarium approbatum ab Ordinario, ſiue ſæcularem, ſiue Regularem alterius Ordinis, quando in Iubilei diplomate etiam Regularibus conceditur facultas eligendi confeſſarium; & hoc maximè verum eſt, cum Bullæ Iubilei additæ ſunt clauſulę derogatorię quorumcunque contrariorum, quales in diplomatibus ſuis Clemens Octauus, Gregorius XV. & Vrbanus VIII. adhibuere; tunc enim facultas munita derogatione contrariorum omninò ſubſiſtit.

ſtit. *Ita contra Homobonum, Rodriq. Molfeſ. Io Valer. Io. à Cruce, Villalob. Barboſam docent Nau. conſ. 13. Franc. Longus de caſ. reſ. p. 1. ſ. 3. art. 14. Boſſius, Lauor. Sanctarel. Polac. Tambur. Alph. à Leone, Viuald. Rodriq. Floron. S. Fauſt. Megal. Filliuc. tr. 8. c. 10. nu. 276. Graff. Vgolin. Paſq. c. 11. q. 129.*

24 Si electio confeſſarij admiſſi ab Ordinario concedatur expreſsè etiam Regularibus, poterunt eligere quemcunque approbatum ab Ordinario ipſius confeſſarij. Non modo enim conceditur poteſtas abſoluendi à reſeruatis, ſed etiam eligendi confeſſarium. Si autem concederetur electio confeſſarij approbati ab Ordinario præſule pœnitentis, nihil concederetur. Quia extra Iubileum ſemper hoc modo confeſſarium omnes eligere poſſunt. Priuilegium autem, ne ſit otioſum, operari debet aliquid præter ius commune, cum in aliquo derogare cenſetur. *cap. in his de priuilegijs c. ſi Papa de priuil. in 6. Bart. in l. finita ff. de dam. dat. Panorm. Syluest. Suar. Portel. Merola, Menoch. Paſqualig. quaeſt. 129. cap. 2. & alij.*

25 Etianſi in diplomate Pontificio nulla fiat mentio expreſſa regularium, ſed concedatur facultas omnibus vtriuſque ſexus eligendi confeſſarium, poterunt adhuc regulares eligere confeſſarium quemcunq; ex approbatis ab Ordinario; cõceſſio enim generalis generaliter de omnibus intelligenda eſt. a ſic caput *omnis vtriuſque ſexus de pœnitentia* tam Regulares, quam Seculares obligat. Præterea fauorabilia ſunt latè interpretanda, quantum non ſolum naturalis, ſed etiam ciuilis interpretatio patitur. b fauor Principis extendendus eſt, quantum extendi poteſt. neq; in fauorabilibus opus eſt ſpeciali expreſſione. a conceſſio poteſtatis eligendi confeſſarium eſt fauorabilis; quippè quæ ad ſalutem animæ, & conſcientiæ quietem directa eſt c; idque declaraſſe Gregorium XIII. teſtatur Franciſcus Longus vir doctiſſimus. Hoc eſt, *omnes Regulares confiteri poſſe peccata ſua Sacerdotibus etiam ſæcularibus approbatis ad confeſſiones.* nam in bulla non fit mentio niſi de Ordinario eorum, qui audient confeſſiones, non de Ordinario pœnitentium; hæc autem declaratio de omni Iubileo e vniuerſali intelligenda eſt, virtute cuius Regulares, etianſi ſpecialiter in Bulla non nominentur, confeſſarium ſiue ſæcularem, ſiue regularem alterius inſtituti ſibi eligere poſſunt; non tamen vi Bullæ cruciatæ, nec aliorum indultorum, vt Clemens VIII. & Vrbanus VIII. decreuerunt. *a l. de pretio ff. de publ. in rem act. & cap. ſolita §. fin. de maior. & obed. cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. Paſq. cap. 2. q. 129. Canc. b Bald. Salicet. & Caſtrenſis in l. qui ſe patris c. vnde, Salas, Bonac. de leg. d. 1. q. 1. Suar. l. 6. de leg. 2. y l. emancipatum ff. de Senat. & l. milites c. de quaeſt. a Calderin. in cap. in veſtra de reſcript. c. 2. de Cler. non reſid. e cap. fin. de pœnit. e Rodriq. in collect. Bull. Longus, Filliuc. e Zerola, Megal. Graff.*

26 Quando Summus Pontifex in conceſſione Iubilei, & facultatis eligendi confeſſarium derogat priuilegijs, indultis, Conſtitutionibus, &c. Regularium priuilegia religioſis ſodalitatibus conceſſa, quibus prohibentur ſubditi abſque Superiorum conceſſione confeſſarium eligere a, non obſtant, quominus Regulares

confeſſarium eligere valeant; priuilegia enim ſunt reuocabilia etiam abſq; cauſa ab eorum conceſſore, vel eius ſucceſſore, quando ſunt conceſſa ſubditis. t Nec Summus Pontifex in aliquo poteſt ſucceſſorum ſuorum poteſtati derogare, cum ſinguli à Chriſto immediatè authoritatem habeant. Cum omnia priuilegia generatim reuocantur, omnes etiam priuilegiorum ſpecies reuocatæ cenſentur; nam expreſſio generis cōtinentis ſpecies idem operatur, ac ſi ſingulæ ſpecies eſſent reuocatæ. u cum ergo Pontifex reuocat omnia priuilegia olim conceſſa, in Iubilei conceſſione reuocat etiam priuilegia, quibus Regulares confeſſarium extra religioſum ſuum ordinem eligere vetantur. Eadem etiam reuocantur per conceſſionem eligendi confeſſarium ex quibuſcunque approbatis ab Ordinario; poſterior enim voluntas præualet priori, niſi prior deroget poſteriori. λ quod in noſtro caſu non euenit, quia voluntas ſucceſſoris Pontificis non ſubeſt dominio prædeceſſoris. Priuilegia vero illa impediunt, quominus Religioſi ſubditi non poſſint vi Iubilei alicui religioſæ ſodalitati, ſeu, vt aiunt, Confraternitati, vel Eccleſiæ conceſſi eligere ſibi confeſſarium; ideó non ſunt otioſa. μ nec fruſtra Summi Pontifices ea conceſſere ι *Alexander VI. Ciſtercienſibus, Pius V. Prædicatorum Ordini, Innocentius VIII. Eremitis Auguſtinianis, Gregorius XIII. Societati Ieſu, Leo X. Minoribus, vt patet ex Compendijs priuileg. Mendicantium, Ieſuitarum, Minimorum, Theatinorum. Rodriq. ex c. Cler. de immun. Eccl. c. fin. de ſent. excom. Decius, Iaſ. Butrius, Panorm. Felin. Io. Andr Ripa, Martin. Laudenſ. Iſer. Aſſiſt. Gram. d. 46. Caſtal. Belluga, Suar. 18. de leg. c. 37.* u *l. ſi chorus ff. de Legat. Alex. c. 233. num. 16. l. 3. Feder. Senenſ. Zabarell. Ancharan. Gemin. Bald c. 1. num. 5. Natta c. 613. Curt. Franc. Bec. Molin.* λ *l. ſi mihi §. in legatis ff. de legat. 1. & l. ſi quis ff. de leg 3. l clari c. de fideicomm. Bart. in l. ſi fideiuſſ. ff. de legat. 1. Ruin. c. 148. nu. 6. Pariſ. conſ 97. num. 107. Ioſeph Seſſe, Mantica, Menoch. Maſchar.* μ *Fr. Longus de caſ reſeru. p. 1. ſ. 3. art. 15. Boſſ. ſ. 5. c. 16. num. 4. Paſqual. c. 2. q. 130.*

27 Ceſſante approbatione, ſiue facultate excipiendi confeſſiones ab ordinario conceſſa ad annum Sacerdoti conceſſa eidem poteſtas abſoluendi à caſibus reſeruatis Epiſcopo, abſque vlla temporis limitatione non ceſſat, ſed impedita manet, ne ea ſacerdos vtatur, donec confeſſiones excipiendi poteſtas iterum illi detur, vel antea data prorogetur, nam & iuriſdictio, & facultas abſoluendi à reſeruatis alicui ſacerdoti cōcedi poteſt, antequam admittatur ad confeſſiones audiendas, ſic à Summo Pontifice datur Regularibus mendicantibus, vel gaudentibus eorum priuilegio facultas abſoluendi à caſibus reſeruatis ipſimet pontifici extra Bullam Cœnalem; antequam approbentur pro confeſſionibus excipiendis; quanquam ea facultate minimè vti poſſint, niſi poſtquam ab ordinario præſule admiſſi ſint ad confeſſiones excipiendas *Lug. reſp. mor lib. 1. d. 23.* Sacerdos, qui immemor facultatis abſoluēdi ab omnibus caſibus ſibi ab Epiſcopo antea conceſſæ, ſi poſtea eandem facultatem cum reſtrictione, vel limitatione ab eodem impetrat, poteſt vti priore conceſſione illimitata; quandiu non



Digitized by Google

cognoſcit præſulem intentionem habuiſſe reuocandi priorem facultatem aliud enim eſt nunc non concedere quantum antea conceſſerat, aliud reuocare facultatem antea conceſſam. Hoc enim durius eſt illo, nam & *Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes* durius eſt auferre conceſſum, quam non concedere petitum, idem dicendum de eo, qui vt lege aliqua ſolueretur cum ampla diſpenſatione impetrauit, & poſtea motus quibuſdam ſcrupulis ſibi obiectis aliam legis ſolutionem, ſeu diſpenſationem petit, & impetrat, quæ ei cum quibuſdam moderationibus conceditur. Poſtea certior factus validam fuiſſe priorem diſpenſationem, ea adhuc vti poteſt nam ſecundam petens non renunciauit priori *ita Sanchez lib. 8. de matr. diſp. 22. Lug. Card. lib. 1. reſp. dub. 224.*

28 Poteſt confeſſarius abſoluere hominem ſuperueniente reſeruatione alicuius peccati poſt inceptam confeſſionem; neque neceſſarió petere debet facultatem; vt à peccato reſeruato poſt inceptam confeſſionem abſoluat. Nam iuriſdictio ſemel habita prorogatur in iudice delegato incepta ſemel cauſa in eius foro. Sic ſacerdos ſimplex habens iuriſdictionem in articulo mortis ob defectum confeſſarij approbati, vel parochi poteſt confeſſionem inceptam proſequi etiam ſuperueniente parocho, & pœnitentem abſoluere. *Card. Lug. l. c.*

29 Facultas abſoluendi à reſeruatis criminibus extenditur ad reſeruanda, idcirco, ſacerdos habens ab epiſcopo poteſtatē abſoluendi ab omnibus reſeruatis poteſt etiam abſoluere ab illis, quæ poſt conceſſam illi facultatem ab eodem epiſcopo reſeruata fuere; niſi contrariam eſſe voluntatem concedentis compertum ſit. Intentio enim ſuperioris reſeruantis, hæc ſola videtur, vt facultas ordinaria non ſufficiat, nec vllus ab eo caſu abſoluat niſi ſuperior, vel qui ſpecialem facultatem habet à ſuperiore reſeruante, vel ab eius ſuperiore. Non ergo excluditur ille, qui habet à ſuperiore poteſtatem abſoluendi ab omnibus caſibus reſeruatis eidem ſuperiori ſic habens per bullam cruciatam facultatem, qua poſſit abſolui à caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini poterit etiam abſolui à reſeruandis per ſequentem Bullæ Cœnalis promulgationem *ita Card. Lug. dub. 2. lib. 1.*

30 Confeſſarius ordinarius Regularium non poteſt eos à peccatis reſeruatis Summo Pontifici extra Cœnalem Bullam abſoluere niſi ſpecialem facultatem à ſuperiore Religioſo accipiat, cui à Summo Pontifice ex priuilegio conceſſa eſt poteſtas abſoluendi ab illis, ideo manent reſeruata ſoli ſuperiori, qui ex priuilegio pontificio abſoluere ab ijs poteſt, vel poteſtatem abſoluendi ab illis alteri committere. Talis enim facultas conceditur ſolis ſuperioribus, & ijs, quibus ipſi eam commiſerint. Non vero omnibus confeſſarijs. *Ita Suar. tom. 4. de religione tract. 8. l. 2. cap. 22. nu. 17. Cardin. Lug. reſp. mor. lib. 1. dub. 27. ex compendio priuileg. ſocietatis contra Quintanadu. tr. 3. ſingulari 19. n. 14.*

31 Reſeruatio caſuum facta ab Epiſcopo in Synodo Diœceſana ianuis clauſis celebrata, ſi poſt mortem Epiſcopi à Capitulo Sede vacante promulgetur, non obligat, pars enim ſequitur conditionem totius, ſed tota Synodus non promulgata viuente epiſcopo non obligat, igitur nec pars

eiuſdem

eiuſdem Synodi, quæ eſt reſeruatio caſuum. Neque lex obligat ſubditos, niſi ſufficienter promulgata ſit. *ita S.Thomas* 1.2.*q.*90.*art.*4.*Caietanus ibi Vaſq. dup.*155.*cap.*2. *Suar. de leg. lib.*1.*cap.*11.*Molina tr.*5.*de iuriſdict. diſp.*70. *Sot. de iuſt. lib.* 1.*q.*1.*art.* 4. *Nauar. Manuel.cap.*23.*num.*44. *Salas diſp.*1.*ſ.*10. *Lug. l.*1.*d.*21.*reſponſ.*

33 Si quis à Sancto Petro Apoſtolorum Principe nunc inter cælites degente à peccatis læthalibus abſolueretur, vel paſchatis tempore ab eodem Diuo Euchariſticum panem acciperet, præcepto annuæ confeſſionis, vel communionis non ſatisfaceret, Deo quidem reconciliaretur. Non enim credibile eſt quenquam à D.Petro Apoſtolo in re tanti momenti decipi poſſe. Deberet tamen eadem peccata ſacerdoti mortali viſibilis Eccleſiæ miniſtro, & abſoluendi poteſtatem habenti confiteri, & abſolui. Petrus enim Apoſtolus non amplius habet Eccleſiæ claues à Chriſto olim ſibi datas, quibus peccata ſubicienda ſunt, neque eſt amplius Summus Pontifex, ſed aduocatus noſter in Cœlo. Id colligi poteſt ex Tridentino Concilio ſeſſ. 14. cap. 2. vbi aſſerens diſcrimen inter baptiſmi, & pœnitentiæ ſacramenta ait, *cum Eccleſia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipſam per baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus, quid enim mihi,* inquit Apoſtolus, *de ijs qui foris ſunt, iudicare?* Pro baptizatis autem hoc ſacramentum pœnitentiæ Chriſtus inſtituit *quos ante hoc tribunal tanquam reos ſiſti voluit, vt per ſacerdotum ſententiam non ſemel, ab admiſſis peccatis, ſed quoties ad ipſum pœnitentes confugerent, poſſent liberari*, hinc conſtat à tribunali ſolum Eccleſiæ militantis, quæ ſola non poteſt iudicare eos, qui per portam baptiſmi nondum eccleſiam militantem intrarunt. Eccleſia enim cæleſtis, & triumphans non minus exercere iudicium poteſt in non baptizatos, quam in baptizatos: Confeſſio igitur eorum miniſtro militantis Eccleſiæ, vt præcepto ſatisfiat, facienda eſt. Eadem ratio militat pro ſumptione Euchariſtiæ ex præcepto Eccleſiæ cum hoc tamen diſcrimine, quod ſi quis ex manu Diui Petri, alteriuſuè Diui, vel Angeli Euchariſtiam ſumpſiſſet, licitè non poſſet eodem die de manu proprij ſacerdotis Euchariſticam dapem manducandam accipere. Lege enim cautum, ac vetitum eſt, ne quis eodem die bis Euchariſtiam ſumat excepto die natali Chriſti, ſi ſit ſacerdos, qui tres miſſas celebrare eo die poteſt ex priuilegio tantæ ſolemnitatis *Card. Lug. lib.*1.*reſp. moral. cap.* 1.*d.*10.

34 Non poteſt epiſcopus extra Diœceſim ſuam manens approbare confeſſarios pro confeſſionibus ſubditorum ſuorum extra diœceſim manentium excipiendis, ſacerdos enim ad confeſſiones excipiendas ab ordinario ſuo tantum admitti poteſt ex decreto Concilij Tridentini, at ſacerdotum in aliena diœceſi manentium epiſcopus alterius diœceſis extra quam manet, non eſt ordinarius. *ita Sacra Congr. Concil. Trid.*

35 Facultas abſoluendi conceſſa ſacerdoti, & nondum mandata executioni, cæpta iam confeſſione à pœnitente non ceſſat mortuo, vel amoto ab officio illo, à quo talis poteſtas conceſſa fuit, vel ſi facultas concedendi tales facultates illi ablata, vel reſtricta fuit. Gratia enim, & facultas conceſſa non expirat, quando res non eſt integra, & pœnitens cæpta confeſſione,

& in-

& interrupta ex cauſa acquiſiuit ius perficiendi confeſſionem, & obtinendi abſolutionem. Idem dic de facultate ſoluendi lege aliqua, hoc eſt diſpenſandi, quando is, qui illam pro ſe obtinuit à Romana pœnitentiaria, præſtitit aliquid, v. g. ſoluit iam eleemoſinam iniunctam ſibi à ſummo pęnitentiario, cui poſtea Pontifex abſtulit facultatem concedendi tales licentias *Io. Lug. Card. lib.* 1. *reſp. dub.* 20. *ex doct. Thoma Sanch. lib.* 8. *de matr. dup.* 8. *Suar. de leg. lib.* 8. *c.* 31.

36 Poteſt pœnitens recipere ſacramentum pœnitentiæ dolens de vno veniali peccato nō de omnibus, quādo ratio motiua deteſtationis eſt ſpecie diuerſa, vt ſi quis doleat de irreuerentia erga Deum; quia opponitur cultui debito diuinæ excellentiæ, quod eſt motiuum religionis; tunc non eſt neceſſe, vt doleat etiam virtualiter de quolibet peccato veniali alterius ſpeciei grauiore, vel æque graui, niſi in illo inueniatur etiam æqualis irriuerentia oppoſita religioni. Idem dici poteſt de attritione concepta ab metum pœnæ temporalis ſpecialis à Deo infligi ſolitæ ob aliquod peccatum; qua non punit alia grauiora. Licet ea grauiore pœna poſt mortem puniat. ſic Deus iis, qui parentes ſuos non honorant temporalis vitæ breuitatem minatur, & honorantibus parentes ſuos longam vitam pollicetur. poteſt ergo aliquis ob timorem talis pœnæ dolere de peccato veniali irreuerentiæ erga parentes; quæ motiua ratio non extenditur ad alia peccata venialia grauiora, pro quibus Deus hanc ſpecialem pœnam breuitatis vitæ non eſt comminatus, quamuis illis grauior pœna in purgatorio debeatur. Dolor enim ille de peccato non eſt ob metum pœnæ, vt pœna eſt. Sed talis pęnæ in hac vita ſubeundæ, & non extenditur ad alia venialia peccata. Probabile etiam eſt dolorem de peccato leui, vt de furto leui propter talem peculiarem inobedientiam contra Dei legem non extendi virtualiter ad alia peccata venialia diuerſę ſpeciei, etiam ſi ſint grauiora, vel æque grauia. ſic poteſt aliquis dolere de peccato veniali contra pręceptum ieiunij propter malitiam inobedientiæ ſpecialis contra virtutem temperantiæ, & non dolere de violatione diei feſti, quæ eſt contra præceptum diuerſum, & virtutem religionis, & talis dolor ſufficit vt à pœnitente recipi poſſit pœnitentiæ ſacramentum. ſecus vero dicendum eſt de peccatis venialibus ad eandem ſpeciem ſpectantibus. non enim poteſt eſſe dolor de vno peccato veniali, qui non extendatur ſaltem virtualiter, & implicitè ad peccata venialia reliqua eiuſdem ſpeciei. *Lug. l.* 1. *d.* 29. *reſp. vide Tambur. lib.* 1. §. 4. 8. *Laym. l.* 5. *tr.* 5. *cap.* 4. *n.* 19. *Suar. de pœnit. d.* 20 *ſ.* 1. *Fagund. lib.* 2. *de* 2. *de pracep. Eccl. c.* 1. *nu.* 13.

37 Si nouitius in religione conſtitutionum ſuarum obſeruante frequēter in Venerea peccata labatur, atque ideo à Magiſtro nouitiorum eius confeſſiones audiente ad religionem minimè aptus iudicetur, non poteſt tamen cogi ab eo ad manifeſtandam ſuperiori extra confeſſionem procliuitatem ſuam, & frequentem relapſum in talia carnis peccata, & ad dimittendum religionis habitum, neque poteſt confeſſarius ei abſolutionem negare, quoties eum peccata ſua confiteri, ac deteſtari videt, neque ſtatus religioſus eſt illi proxima peccandi contra caſtitatem occaſio. Non enim

illi

illi minor peccandi occaſio in ſeculo eſt; præſertim ſi ſine magno incommodo vxorem ducere nequeat; nec poteſt confeſſarius pœnitenti quidquam præcipere excepto eo, quod in pœnitentiam illi iniungit, vt iudex, quod ad cætera poteſt tantum, vt medicus declarare ea quæ illi neceſſaria ſunt ad recuperandam ſanitatem animæ, vt reſtitutionem alienæ rei, relinquere proximam peccandi occaſionem *&c. l. Lug. lib. 1. dub.* 28.

## Confeſſarij dignitas, ſcientia, officium. Cap. XXII.

1 SAcerdos, qui ad audiendas confeſſiones admiſſus eſt, vt cum dignitate, & fructu munere ſuo fungatur, perpẽdat ſe Dei eſſe miniſtrum ad reducendas animas ad ſuum principium, & finem vltimum, ſeque Dei coadiutorem, Vicarium, internuncium, ac legatum mediũ inter Deum, & homines, & quaſi alterum animarum Redemptorem, ac Saluatorem; ſe diuiniſſimum opus prę manibus habere, quod eſt ſalutem animarum procurare, ſe artem artium difficillimam exercere, ad quam ſcientia, & prudentia maxima opus eſt. Vtramq; à Deo poſtulet, & ex ſacrorum, piorumque librorum lectione haurire conetur; non enim ſufficit ei innocentia, ſed neceſſaria eſt rerum cognitio, ac ſcientia, dicente Malachia. 2. *labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt*. Moyſes ſciẽtiam Sacerdotalibus inſculpſit veſtibus. Doctor gentium Thimotheum, & Titum omni diſciplinarum genere inſtituit. Sicut iniqui peccatores miniſterium Sacerdotale aſſequi prohibentur, ità indocti, & imperiti tali officio interdicuntur. Illi enim prauis exemplis proborum vitam corrumpunt, hi vero impios, & errantes corrigere nequeunt; adeo vt confeſſarij inſcitia periculoſior ſit pœnitẽti, quam nequitia. Audiat ignarus Sacerdos Deum per Oſeam dicentem; *tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*. Infidelium gentium Sacerdotes, vt Gallorum, Ægyptiorum, Thuſcorum, Græcorum, Perſarum, Caldæorum, & Indorum ingenuis artibus, diſciplinis, ac ſcientijs inſtructiſſimi erant, quanto magis Chriſtianorum Sacerdotes doctrina, ac diuina ſapientia inſtructos eſſe decet, ne cœci cœcorum duces ſint. Periti Medici pharmaca nutricibus tribuunt, vt lactentibus medeantur. Demochâris Medicus in curanda valetudine Conſidię Longę M. Seruilij Longi Conſularis filiæ omnem medicinam recuſantis prudenter vſus eſt lacte caprarum, quas lentiſcopaſcebat. Ita quicquid boni à confeſſarijs animorum educatoribus accipitur è libris ſiue tanquam alimentum, ſiue tanquam medicamentum in pœnitentium alumnorum animos illabitur. In primis ergo confeſſarius neceſſario ſcire debet, quæ venialia, quæ lethalia ſint peccata, & diſcrimen lepræ à lepra ſaltem in genere dignoſcere, & neceſſarias circunſtantias noſcere, quænam peccata ſint reſeruata, quibus cenſura adnexa ſit, vel reſtituendi obligatio, quinam contractus illiciti ſint, fœneratitij, ſimoniaci, quando, & quibus de cauſis præcedens confeſſio reiteranda ſit. Satis eſt autem, ſi de huiuſmodi rebus dubitare ſciat, & pe-

& peritiores conſulere. Maiori autem, vel minori ſcientia Sacerdos indiget pro locorum, in quibus ab eo excipiendæ ſunt confeſſiones, & pœnitentium diuerſitate, quos ad ſalutem neceſſaria docere debet. Si lux Mundi Sacerdotes à Chriſto domino vocantur, & ſunt, ijs lumen præbere debent, qui in ignorantiæ tenebris errant; ita vt (S. Paul. 2. ad Timoth. 2.) *ſi quis praeoccupatus fuerit in aliquo delicto, ipſi, qui ſpirituales ſunt, huiuſmodi hominem inſtruant, ſcientiam ſalutis, & ſanam doctrinam tradant*, qua vt medici animorum morbis medeantur, vt vero Iudices de quacunque actione, & officij prætermiſſione rectam ſententiam ferant. Debet autem eſſe

*Confeſſor ſuauis, dulciſq; affabilis omni,*
*Diſcretus, prudens, mitis, pius, atque benignus.*

2 Deficientem Sacerdotis ſcientiam pœnitens peritus, & fidelis magna ex parte quandoque ſupplere poteſt, qui ei non modo crimina ſua fideliter confitetur, ſed etiam quid de illis iudicare debeat, Sacerdotem edocet. Huius in hoc caſu excuſatur imperitia; quemadmodum etiam, quando pœnitentibus, quos audire conſueuit, non difficiles conſcientiæ nodos, vel caſus eſſe nouit; ita cum pœnitenti mors imminet, vel confeſſarij copia deeſt; vt in regionibus infidelium; tunc enim mediocris ſcientia ſufficit. *Tolet. Bonac. Fill. & alij comm.*

3 Prudentia etiam, ac ſanctimonia Sacerdoti neceſſaria eſt; altera vt opportuna peccatorum morbis remedia adhibeat, perhumaniter aliquando, aut ſeuerè cum pœnitente agat; altera vero, vt dignius, & abſque conſcientiæ labe officiorum, ac munerum maximum obeat. Grauis culpæ reus eſt Sacerdos, qui neceſſaria ſcientia non inſtructus confeſſionum audiendarum munus ſuſcipit, vel exercet.

4 Sacerdos, qui ex ignorantia ſupina, & craſſa pœnitentem aliena reſtituere non iuſſit, reſtitutionis lege non tenetur. Confeſſarij enim officium eſt ſpiritualia tantum præſtare, quod ſi ille negligat, religionem potius, quam iuſtitiam violat. *Ita contra Nugnum, Zanardum, Gabrielem, Syluest. docent Doctores à Bonatina citati de reſtit. d. 1. q. 2. p. 11. Barth. Fauſtus. Aegydius Coninch. de ſacr. d. 8. d. 17. nu. 144. Filliuc. tom. 1. tract. 7. c. 12. Malder. in 2. 2. tr. 5. c. 3. d. 24. Rebellius, Diana p. 2. tom. 16. r. 1.* ipſe vero Sacerdos reſtituere debet, ſi pęnitenti, ne alienam rem reſtituat, perſuaſerit, vel ſi nihil debenti, vt rem alteri non debitam reſtituat, iuſſerit. *Suarez in 3. p. tom. 4. d. 22. ſ. 6. Rebellius de oblig. iuſt. p. 2. l. 17. q. vlt. nu. 13.*

5 Si quis imperito, & valdè ignaro Sacerdoti peccata ſua bona fide confeſſus, & abſolutus fuerit, confeſſionem poſtea iterare opus non erit; nam ille voluit, & valuit pœnitentem abſoluere. Secus verò dicendum eſt, ſi data opera ignarum, & ineptum Sacerdotem, vt ei confiteretur, cum docto poſſet, exquiſiuit; tunc enim irrita confeſſio eſt defectu perfectę deteſtationis peccatorũ, & integritatis. *Henriq. l. 2. c. 14. Filliucius tr. 7. c. 9. num. 254. Prapoſitus, Hurtadus, Mercerus, Syluius, D. Nugnus, Villalobos, Io. Valerus, Gabriel, Adrianus, Medina, Corduba, D. Thomas, Diana p. 5. tr. 4. r. 21. contra Richardum, Syluestrum, Caietanum, Nauarrum, Boſſium, B. Ochagauiam, Vaſquium.*

6 Peccatum mortale, quod veniale



Digitized by Google

le eſſe pœnitens exiſtimabat, atque vt veniale ſemel confeſſus eſt, iterum confiteri neceſſariò non debet; vt enim pœnitentiæ Sacramentum ratum, ac validum ſit, neceſſe non eſt pœnitenti, vel Sacerdoti totam culpæ grauitatem ſcire; neque circunſtantias mutantes ſpeciem peccatorum, quæ quiſpiam confeſſus eſt ignoranti Sacerdoti, iterum confiteri oportet. *Valerus v. nullitas dif. 6. nu. 1. Corduba, Victoria, Dian. ibid.*

7 Si Sacerdos animaduertat pœnitentem ignorantia inuoluntaria, & inculpabili laborare, nullumque ex admonitione fructum speret, ſed potius exiſtimet animi perturbationem, ſollicitudinem, rixam, vel peccati occaſionem indè orituram, conniuere, ac diſſimulare debet, nec plus reſpondere, quam ab ipſo pœnitente interrogetur; ſic enim ille ignorantia excuſante non peccabit. Nam & Diuus Auguſtinus ait: *ſi ſcirem tibi non prodeſſe, non te admonerem; non te terrerem:* vt, ſi matrimonium ob latens impedimentum irritum ſit; ſi maritus ob caſtitatis, vel cælibatus votum ante nuptias nuncupatum, vel ob inceſtum poſt nuptias cum coniugis conſanguinea perpetratum ius petendi debitum, ſiue vtendi matrimonio amiſerit, ſi ille hoc ignoret, nec emendatio ſperetur, ſilentio diſſimulandum eſt. *S. Auguſt. homil. 40. Adrianus, Medina, Nauarrus, Suarez in 3 p. tom. 4 d. 32. ſ. 3. num. 3. Diana p. 3. tr. 4. reſol. 80. Layman l. 5. tr. 6. cap. 13. num. 5. Sanch. de matr. tom. 1. l. 2. d. 38. n. 6. Villalob. Lug. d. 22. ſ. 2. limitationes Soti, & Cani reprobat Sanch. l. c.*

8 Cautè admodum ſe gerere debent Sacerdotes, dum pœnitentes, & præſertim fœminas de venereis peccatis interrogant; præſtat enim aliquando Sacerdoti minus clarè pœnitentis peccatum agnoſcere, quam ſibi, vel illi peccandi periculum creare. Si confiteatur mulier, ſe extra naturam virum admiſiſſe, non inquirendum eſt, qua corporis parte, vel quomodo rem cum illo habuerit; ſatis enim eſt ſcire peccatum ab ea contra naturam eſſe. *ita Angelus v. interrog. num. 1. Diana ibid. r. 99. Coninch. de ſacr. d. 7. d. 7. num. 56. Homob. Fagund. Io. Caramuel, & alij.*

9 Sacerdos hominem, quem lethali ſcelere obſtrictum eſſe, neque illud confeſſum fuiſſe pro comperto habet, abſoluere minimè debet. Non enim ſolum iudicis, ſed etiam medici officio fungitur, à quo ægroto non diſpoſito, nec præparato medicina præbenda non eſt. a Integrum tamen confeſſario eſt, ſi velit, ſibi perſuadere, pœnitentem ideò peccatum illud reticere, vel inficias ire, quod neceſſariò ſibi confitendum tunc non eſſe ille exiſtimet, atque adeò illum abſoluere. Multa enim tempora incidunt, quibus confeſſionem integram eſſe non oportet. *a Henriq. l. 6. c. 20. nu. 6. Syluius ad 3. p. q. 9. art. 2. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 32. ſ. 3. Fagund. Sancius, b Megala, Suar. loc. cit. Fumus, D. Antoninus, Syluester v. confeſſ. 3. n. 17. Dian. ibid. reſ. 105. Tolet. l. 3. cap. 16. nu. 4. Nauar. cap. 8. num. 17.*

10 Peccati ſocium, ſceleriſuè participem à pœnitente ſciſcitari confeſſario non licet animo illum corripiendi; Sacramenti enim huius finis eſt pœnitentis expiatio, non ſocij ipſius emendatio. Nec ſocius ſcelerum corripi poteſt, quin huic Sacramẽto iniuria fiat ſecretum detegendo, & niſi ſocij reuelatio ad explicãdum proprium pec-

Digitized by Google

peccatum neceſſaria ſit, non licet confeſſario requirere à pœnitente ſocij nomen; α quinimmò ſi pœnitens ſocium criminis vltro imprudenter indicauerit, huius peccatum ſacramentali ſigillo tegendum eſt, adeò enim pœnitentis peccato coniunctum eſt, vt alterum ſine altero dignoſci nequeat β; lethalis tamen culpæ reus non eſt, qui in confeſſione proximi, & ſocij ſui crimen detexit, cum nullum inde periculum infamiæ, vel damni illi immineat γ. α *ita Franc. Longus de caſ. reſerv. p. 1. ſ. 3. art. 9. Sot. in 4. d. 18. q. 2. art. 5. Rodriq. ſum. tom. 1. cap. 109. Malder. de ſigillo c. 17. Bannez, Sylvius, Ledeſm. Villalob. P. Fay, P. Lorca, Nugnus, Diana p. 5. tr. 15. r. 39. contra Fagund. Suar. in 3. p. tom. 4. d. 34. ſect. 4.* β *ita Sot. Richard. Sylveſt. Angel. Malder. Vaſq. Ledeſm. Bannes, Faber. de pœnitent. in 4. d. 19. q. 1. Pitigian. Villalob. Diana p. 3. tr. 4. r. 111. contra Ioannem à Cruce p. 2. de pœnit. q. 6. d. 2. Lug.*

11 Si confeſſione iampridem audita pœnitentis ſtatum confuſè tantum Sacerdos recordetur ex notitia, quam in proxima confeſſione hauſit, illum tanquam bene præparatum à peccatis abſoluere poteſt, immo, licet peccatorum antea in confeſſione auditorum immemor omnino ſit, abſoluere quidem validè, ſed non licitè poteſt; in pœnitentia enim imponenda tunc iudicis munere fungi nequit. Porrò hominem ſic abſolutum admonere de defectu neceſſe non eſt. *ita D. Anton. Palud. Nauar. Sylu. Val. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 92. art. 3. d. 3. Laym. l. 5. tr. 6. c. 9. num. 6. Iac. Granad. in 3. p. contr. 7. tract. 9. d. 12. Mercer. Hurtad. Diana p. 3. tract. 4. r. 123. & p. 5. tr. 14. r. 51.*

12 Ne crimen ſocij in confeſſione detegat pœnitens, debet adire Sacerdotem, qui confeſſionem audiens nequeat ſceleris participem agnoſcere, & ſic integrè confiteri poterit. *Ioan. Vuigers de ſacram. q. 9. art. 2. Vaſq. tom. 4. queſt. 91. art. 2. Coninch. Valbon in c. omnis de pœnitent. Lugo d. 16. ſect. 7. num. 392. & alij.*

## Opinio eligenda à confeſſario, & à pœnitentibus, atq; à reliquis bene operari cupientibus. Cap. XXIII.

1 Confeſſarius ſiue ordinariam, ſiue delegatam iuriſdictionem habeat, probabilem pœnitentis opinionem in adminiſtrando pœnitentiæ Sacramento etiam contra propriam ſententiam ſequi debet; modò illa ſolidæ rationi, vel probatorum Doctorum authoritati innitatur; quotieſcunque enim ſecundum illam pœnitens abſolui licitè poteſt, abſoluendus eſt, & ius exigendi abſolutionem habet; nam tunc temporis, ſi opus ſit, Eccleſia poteſtatem, vel iuriſdictionem non habenti Sacerdoti tribuit α; non ſufficit tamen opinionem pœnitenti ſoli probabilem videri, niſi talis approbatæ authoritatis Doctoribus cenſeatur. β quamuis grauis culpæ reum non arbitror eum Sacerdotem, qui non proprius Sacerdos, vel Parochus pœnitentis illius opinionē, quam falſam putat, ſequi γ eumq; à mortiferis culpis abſoluere nolit. α *Suar. in 3. p. tom. 4. d. 32. ſect. 5. num. 4. Valent. tom. 3. d. 5. q. 7. p. 4. Azor. tom. 1. l. 2. cap. 17. q. 10. Coninch. de ſacram. d. 8.*

Digitized by Google

d. 8. d. 17. num. 135. Lug. d. 22. ſ. 11. §. 2. Dianap. 2. tr. 13. r. 11. Victoria, Ledeſ. Nauar. Henriq. Salon. Sanch. Mercado, Palatius, Nugn Syluius, Baſ. Pontius, Monteſinus, Salas, Villalob. Peyrin. Corneius, Malder. Merolla, Portel. Baldel. Auerſa, Sanctius, Sayr. Lorca, Fernand. Paſqual. d. 15. β Sanch. Dian. r. 11. Suar. Victoria, γ Vaſq. p. 2. tom. 1. d. 62. c. 7. n. 40. Salas in p. 2. q. 21. tract. 8. ſ. 9. nu. 82. Rodriq. Monteſin. contra Io. Sancium d. 33. num. 54. Thom. Sanch. tom. 1. l. 1. c. 9. nu. 24. Dianam p. 2. tract. 13. r. 11. Valentiam.

2 Confeſſarius, & quilibet Sacramentorum miniſter amplecti debet opinionem fauorabiliorem pœnitenti, alteriuſuè Sacraměti ſuſceptori, quàm ipſimet Sacramento. Siquidem Sacramenta ad fidelium vtilitatem, & fauorem inſtituta ſunt, idcirco iure ſuo cedunt, vt fidelium ijs indigentium, eaque ſuſcipere volentium neceſſitati ſuccurrendum eſt; ideò qui morti proximus pęnitentię ſacramentum petijt, vel pœnitentiæ ſigna edidit, referente hoc vel vno teſte, etiam non Chriſtiano, nec iurante, abſolui poteſt ſimpliciter, niſi dubium ſit, an ſigna illa ex dolore corporis orta ſint; tunc enim ſub conditione abſoluendus eſſet. *Ita Bellarm. l. 2. de pœnit. c. 7. Sanch. de matr. l. 2. d. 36. num. 8. Regin. tom. l. 8. c. 3. nu. 28. Filliuc. tr. 7. c. 5. num. 12. Val. tom. 4. d. 7. q. 11. Syluius, P. Fay, Zambran. Salas, Peſant. Pitig. Coninch. B. Pontius, Breſſer. Sancius, Monteſin. Lud. à S. Io. Henriq. Diana p. 1. tr. 13. r. 13. Fernand. Villalob. Azor. Suar. tom. 4. d. 32. ſect. 5. Creſcent. num. 49. Vaſq. d. 62. c. 7. Sanc. d. 44. nu. 32. Diana, & alij.*

3 In eligenda opinione non debemus tanquam pedarij Senatores in ſententiam, quam plures ſequuntur, pedibus ire, ſed iudicio eam eligere, quam Doctores licet pauci optimis rationibus innixi tradunt; nam vnus aliquando plures iudicio ſuperat, ac melius ſpeculatur. Quanquam cæteris paribus maior multitudo Doctorum probabiliorem opinionem reddere cenſetur. *Abbas, Ioan. Andreas, Maſcard. Azor. tom. 1. l. 2. c. 16. Nauar. ſum. c. 27. Sanch. de matrim. d. 44. Villalob. Sayr. Caſtropalaus, Baldel. Vaſq. Paſqual. & alij. ex l. 1. §. neque c. de veteri iure.*

4 Quanquam vnius opinio firmæ rationi innixa communi multorum ſententiæ præferri α poteſt, immo debet, cum maioribus, quàm communis, innititur fundamentis, β quod qui nequit expendere, alios conſulat, vel ſi hoc facere nolit, celebris Doctoris bonæ exiſtimationis viri ſententiam tutò ſequi poteſt contra communem. γ Diſcipulis magiſtri ſui in moribus amplecti licet opinionem ſacræ ſcripturæ, & communi ſenſui, & Eccleſiæ δ authoritati non repugnantem nihil inquirendo de probabilitate ſententiæ, quam à magiſtro didicit, poteſt eam quiſque ε tuta conſcientia ſequi. *α Azor. l. c. Sayr. l. 1. c. 6. Vaſq. d. 62. c. 4. Io. Sanch. d. 29. Caſtropalaus, Maſcard. Io. Sanch. C. Palaus. Villalob. Paſq. β Abbas, Angel. Bal. Valent. tom. d. 2. q. 14. Filliuc. tr. 21. c. 4. nu. 134. Merol. Nau. Syluest. Angel. Tiraq. Connub. Caſſan. Comitol. Farinac. Marta, Barboſa, Merol. Sà γ δ Azonid. Rolan. Corat. Baldel. Meditius, Turret. Rimin. iun. Rec. Chartar. Paſqual. d. 2. γ Henr. Conrad. Azor. tom. 1. l. 2. c. 17. q. 5. Breſſer. l. 3. c. 13. Merol. contra Maior. Cor-*

dub,

*dub.* e *Panormit. Imol. Caccia, Cagnol. Crauetta, Neuiz. Azor. l. 2. cap. 17. q. 4. Breſſer. l. 3. c. 3. Villal. Paſq. d. 28. & 361.*

5 Non modo in ijs, quæ ſunt iuris humani, ſed etiam in ijs, quæ ſunt iuris diuini, ſingularis vnius opinio rationibus bene fulta ſententię communi anteponi poteſt, quia vtrobiq; probabilitas eſt eiuſdem rationis. *Sanch. l. 2. Decal. c. 9 Breſſerus l. c. Paſq. d. 3. contra Adrian. Cordub. l. 2. q. 3.*

6 Communis opinio doctorum poteſt præferri Gloſſæ; hæc enim probabilitatem, non certitudinem habet. At poteſt eligi minus probabilis opinio doctorum, relicta probabiliore Gloſſæ. Illud Horatianum mihi placet: *Nullius addicti iurare in verba magiſtri. ita Bald. Cart. Dec. Ferret. Butr. Villal. Modit. Azoguid. Iaſon. Cur. iun. docet Paſqualig. d. 4.*

7 Confeſſario licet ſequi opinionem probabilem etiam cum formidine oppoſiti in iudicio particulari; ſi enim omnis formido abeſſet, opinio illa non eſſet probabilis, ſed certa; probabilitas enim admittit formidinem oppoſiti. *Baldel. Gerſon. Vaſq. d. 62. c. 5. Salas tr. 8. d. 1. Sanch. l. 1. ſum. c. 9. Merol. tom. 1. d. 3. Paſq. d. 17. contra Armillam, Caietan. Nauar.* Non eſt neceſſe, vt probabilitas opinionis euidenter conſtet, vt quis eam ſequatur; ſatis eſt enim iudicare illam eſſe probabilem, ſeu rectę rationi conformem. Neque euidentia probabilitatis alicuius opinionis nos obligat, vt eam ſequamur; non enim aufert probabilitatem oppoſitæ ſententiæ. *ita contra Merollam, Breſſerum, Baldel. Medin. docet Paſqualig. dec. 18.*

6 Poſitus in biuio duarum opinionum oppoſitarum inter ſe probabilium poteſt alterutram ſequi; etiamſi de vtraque dubitet. Vtraque enim eſt recta menſura ſecundum rectam rationem pro humanis operationibus. *Sanch. ſum. l. 1. c. 9. nu. 16 Vaſq. d. 62. cap. 4. Merol. Baldel. Breſſer. Paſqualig.* Cum aliquis tam ex principijs intrinſecis, quam extrinſecis dubitat, an opinio ſit probabilis, non poteſt licitè eam ſequi. Non enim poteſt iudicare eam eſſe rectę rationi conformem. Ideo ſi eam ſequeretur, operaretur cum conſcientia dubia, quod non licet. *Valentia d. 2. q. 14. Sanch. Salas, Medin. Breſſer. Paſq. d. 19.*

9 Si quando neceſſe ſit ſtatim alterutram partem eligere, nec poteſt moraliter adhiberi magna diligentia; adhibita ea, quæ tunc poteſt adhiberi, poſſumus operando ſequi opinionem habentem minimum probabilitatis gradum; ignorantia enim inuoluntaria excuſat operantem. *Suar. tom. 5. d. 40. ſect. 5. Sanch. l. 1. ſum. cap. 9. nu. 25. Nau. Sot. Valentia d. 2. q. 14. Merol. Salas, Paſqual. d. 20.* idem etiam dicendum videtur, quando graue damnum, quod vitari nequit, imminet. Ratione enim periculi opinio minimum probabilitatis gradum habens videtur fieri probabilior. *Nau. in cap. inter verba c. 53. num. 1. Sot. Sanch. Baldel. Breſſer. l. 3. c. 7.*

10 Licet nobis operari ſecundum aliquam opinionem probabilē, quam nos ex principijs intrinſecis falſam exiſtimamus; obſequi enim licet alieno iudicio, quod prudens putatur: & aſſumi poteſt tanquam norma rectæ operationis, e ſed tunc probabilius eſt, deponendum eſſe iudicium de falſitate illius opinionis; quilibet enim in operando ſequi debet propriam conſcientiam, non alienam. Poteſt

O tamen

tamen vir doctus alieno iudicio etiam vnius Doctoris grauis proprij iudicij faſces ſubmittere, a etiamſi eius opinionem non putet probabilem intrinſecè. a *Ioan. Sanchez d.4. num.7. Paſqual. dec.21.* b *Auerſa q.18.c.1.* c *Paſqual. contra Breſſ. Banch. Vaſq. Baldel.*

11 Quando confeſſarius non habet tempus conſulendi libros, vel viros doctos. Vt cum debet abſoluere pœnitentem in faucibus mortis hærentem, deliberare debet ſecundum id quod probabile eſſe exiſtimat; nam prudenter operatur, qui, quod probabile eſſe exiſtimat, facit. *Sanch. Decal. l.1. cap.9. num.25. Valent. d.2. q.14. Granad. Baldel. Paſq. r.24. Breſſer.*

12 Quamuis laudabilius ſit opinionem probabiliorem ſequi, nihilominus opinionem minus probabilem ſemper amplecti licet, etiam tempore mortis in quacunque re, cum opinio ſe habet, vt regula operandi, nec tranſit in obiectum electionis; cum enim aliquod principium eſt verum in vniuerſali, eſt etiam verum in materia quacunque particulari, nec magis debemus tempore mortis vitare offenſam Dei, quàm quouis alio tempore. *Breſſerus lib.3. cap.6. Paſq. d.26. Io. Sanch. d.19. n.8. & alij.*

13 Quando in opinionis electione ſoli authoritati Doctoris innitimur, non ſufficit illam in libris alicuius antiqui authoris inueniſſe, vt eam ſecuti valeamus amplecti; forſan enim talis opinio à ſubſequentibus Doctoribus examinata falſa comperta eſt, ac reprobata. *Sanch. l.1. ſum. c.8. n.10. Merolla, Breſſer. Baldel. Paſqual. d.28. Salon abſolute.*

14 Ad euitandum aliquod damnum imminens licet nobis operari ſecundum opinionem minimę probabilitatis; a immo aliquando debemus eam ſequi ex lege charitatis, b vt graue proximi damnum auertatur, aut vitetur, alioquin lethale peccatum committemus. a *Sot. Nau. Sanch. l.2. de matrim. d.36. num.8.* b *Villalob. Paſqual. d.30.*

15 Quando vtrinque oppoſitę opiniones probabiles ſunt, non eſt neceſſe ſequi eam, quæ poſſeſſioni fauet. Sed vtraque eligibilis eſt. Alterutram amplecti licet. *Sanch. loc. cit. Villal. Paſq. d.31.*

16 Confeſſarius, & quiuis alius poteſt ſequi opinionem minus tutam, etiamſi ſit minus probabilis. Nam eſt conformis rectæ rationi, alioquin non eſſet probabilis, & à primis principijs, quibus humanæ actiones diriguntur, rectitudinem ſuam habet. Ergo eſt regula rectè operandi a; vna autem opinio tutior, quàm altera eſt, quando obiectum illius nullo modo poteſt eſſe peccatum; vt ea quæ docet, reſtituendum eſſe; nam contraria huic licet poſſit eſſe probabilior, minus tamen tuta dicitur, docens, non eſſe reſtituendum; cum hoc poſſit eſſe obiectum peccati. a *Azor. tom.1. l.2. q.16. Aragon. 1.2. q.6. Aluarez, Auerſa, Bannes, Breſſer. Baldel. tom.1. l.4. d.12. Corneius, Diana p.2. tr.12. r.1. Gattier. Henriq. Layman, Ledeſma, Lopez, Lorca, Martinez, Medina q.19. Nauar. c.27. Man. num.288. Paſqual. d.31. Pontius l.10. de matrim. cap.15. Suar. tom.5. d.40. ſ.5. Salon. Salas, Valentia d.2. q.12. Vaſq.1.2. d.62. Vniuerſ contra Adrian. Armill. Angel. D. Anton. 1. p. tom.3. cap.16. Alenſem, Almain. Ant. Perez, Conrad. Caietan. Gabriel. Comit. Syluest. Medin. Cordubam.*

17 Li-

17 Licet cuilibet conſulere plures doctos viros, docet inueniat aliquem reſpondentem ſibi fauorabiliter: quiſquo enim ius ſuum defendere poteſt, & ideò non peccat, qui rationes, & patronos exquirit ſibi fauentes; ſicut enim licet cuiuis ſequi opinionē probabilem, ac ſibi vtilem ita eam inquirere. Quid ni liceat veritatem indagare in opinione ſibi fauente? α peccaret tamen, qui hanc quæreret animo operandi ſecundum β voluntatem, & non ſecundum rectum conſcientiæ dictamen. α *Baldel. tom.* 1. *l.* 4. *d.* 12. *nu.* 2. *Sanch. Sanch. l.* 1. *Dec. c.* 9. *nu.* 24. *Zumel. Paſqual. d.* 33. β *Nau. c.* 27. *nu.* 83. *Adrian.*

18 Vt tutò alicui opinioni inhæreamus, non eſt neceſſarium certum conſcientiæ iudicium dictantis, licitum eſſe operari ſecundum illam opinionem; ſed ſufficit iudicium probabile; quod enim eſt probabile, eſt etiam prudens; & conforme rectæ rationi; tale autem iudicium quiſquis ſequitur, honeſtè operatur; quia dictamen rectæ rationis, & prudentiæ, quæ eſt regula benè operandi, ſequitur. *Gerſon. de prep. ad Miſſam c.* 3. *Corduba l.* 5. *q.* 5. *Sanch. l.* 1. *c.* 9. *Vaſq. d.* 62. *c.* 5. *Salas tr.* 8. *d.* 1. *Baldel. Breſſer. Merolla; Paſq. d.* 34. *contra Almain. Caiet. Armil. Nau.*

19 Licitum eſt amplecti ſimul oppoſitas opiniones, vt probabiles, & modò vnam, modò aliam operando ſequi pro arbitrio, & vtrique opinioni per principia intrinſeca, ideſt, ex vi rationum aſſentiri. Etianſi altera ſit probabilior; quoniam intellectus per aſſenſum probabilem non coniungitur vndequaque cum obiecto, ſed tantùm ex parte, quatenus ſcilicet ſubeſt tali rationi; cum autem idem obiectum ſimul ſtare poſſit ſub oppoſitis inter ſe rationibus, quæ gignere contrarias inuicem opiniones poſſunt, idem intellectus oppoſita inter ſe iudicia de eadem re habere poteſt reſpectu diuerſarum rationum, quibus ad diuerſos aſſenſus mouetur. Neque ideo ſunt iudicia ſibi contradictoria formaliter; quia non ſunt de re obiecta eodem modo conſiderata, ſed diuerſo modo, vt ſi quis dicat, probabile eſt, habentem beneficium ſine fructibus non peccare, ſi non recitet Horarias preces; quia onus perſoluendi diuini officij eſt adnexum fructibus. Poterit etiam dicere, illum peccare; quia onus illud adnexum eſſe beneficio, probabile eſt. Ita diuerſi iudicij diuerſæ ſunt rationes in obiecta materia. *Sanch. ſum. l.* 1. *c.* 9. *Layman l.* 1. *tom.* 1. *cap.* 5. *Merolla, Corneius, Breſſer. l.* 3. *cap.* 2. *Granad. Paſqual. d.* 13. *&* 365. poſſumus etiam aſſentiri vni opinioni ex vi rationis intrinſecæ, & alteri oppoſitæ ex vi authoritatis extrinſecæ; hi autem aſſenſus ſunt diuerſi generis. *Sayr. l.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. *Azor. tom.* 1. *l.* 2. *c.* 16. *q.* 2. *Vaſq. d.* 62. *cap.* 3.

20 Quando aliquis Doctor contrarias opiniones diuerſis locis docuit, ea opinio præferenda eſt, quæ meliori, ac firmiori rationi innititur; quia ſolam auctoritatem ſequi eſt cæcorum, vel pecudum more præeuntem ducem ſequi, qui ſi cæcutiat, vel dormitet, vt quandoque bonus dormiat Homerus, in errorem, quamuis inuoluntarium, vel materialem tantum ducet. Verum ſi authoritatem ſequi volumus, illa opinio, quæ ex profeſſo traditur, α ei, quæ obiter innuitur præferenda, & ea, quæ poſteriori tempore, β ei, quæ priori tradita eſt. Illa, quæ fuſius per-

pertractata eſt, γ vel ea, quæ pluribus in locis, δ ei, quæ ſtrictius, vel quæ paucioribus in locis tractata fuit, anteponenda. Vel ea, quam in conſilijs pro poſtulante parte Doctor ſecutus eſt ε. α *Capol. conſ. 278. lib. 2.* β *Gloſſa fin. in l. qui filium §. ff. ad Trebel. Neuiz. Rim.* γ *Abbas in cap. bona 2. Rim. Grat. Pariſ.* δ *Bald. in l. precibus.* δ. γ ε. *Neuiz. Paſqualig. d. 12.*

21 Ea ſententia, quæ cum diſtinctione, & limitatione procedit, ei præferenda eſt, quæ abſolutè, & vniuerſaliter profertur; qui enim diſtinguit, & limitat, melius, & ſubtilius rem perpendit, ac veritatem attingit, & quando aliquis Doctor alicubi ſimpliciter quæſtionem aliquam reſoluit, minus rem conſideraſſe cenſetur, quàm ibi, vbi cum diſtinctione de eadem re ſententiam dixit, & hæc idcircò illi præferenda eſt. *Ex l. adeo §. cumquis ff. de acquiſ. ver. dom. im. Alph. Mendoza, Farin. Corat. Pariſ. Oſaſch. Gratian. Burg. Neuizan, Char. Modit. Caphal. Salycet. Rota Auenion. c. Fam. Alex. conſil. 50. Ripa, Paſqual. d. 11.*

22 Benignior ſententia præferenda eſt rigidiori, ac ſeueriori circa eandem rem, quando vtraque eſt probabilis; in charitate enim iuſtitia fundatur, vtranque complectitur benignior ſententia; rigida vero rigorem iuſtitiæ, & ſummum ius, quod ſumma iniuria dicitur, ſpectat, & quandoque ſeuera ſententia ſpectatis circunſtantijs vtens charitatem offendit. *Farinac. Repert. ind. q. 14. num. 25. Corat. Mocit. Nauar. cap. 17. Man. n. 187. Chartar. Menoch. l. 2. præſumpt. 71. Achil. Vulpel. Cacheran. Iaſon. Villal. Paſq. d. 9.*

23 Nullius culpę reus eſt, qui abſq; diſcuſſione, vel præuio examine ſententiam alicuius Doctoris bona fide ſequitur, & poſtea falſam eſſe deprehendit. Etianſi potuiſſet illam prius expendere; hic enim talem opinionem eligit Doctoris authoritate motus, quem nonniſi credibilia docere arbitratur. Ideò prudenter agit. *Abbas Innocent. Moditius, Sanch. l. 1. Decal. c. 9. num. 8. Paſq. d. 10.*

24 Romanæ Rotæ deciſiones non habent vim legis, ſed valdè probabiles ſunt, vt grauium Doctorum ſententiæ, quales ſunt Auditores Rotæ, Doctoribus autem eatenus credimus quatenus aſſertionem ſuam rationibus, ac aliorum teſtimonijs confirmant. Propterea licet ſequi probabilem aliquam ſententiam, etianſi deciſioni Rotæ probabiliori aduerſetur. *Suar. de leg. l. 7. c. 11. Salas d. 19. Burg. Vaſq. d. 177. Sanch. l. 8. de matrim. Euerar. Moditius. C. Palaup. 1. tr. 3. d. 3. p. 2. Corat l. 2. de comm. op. dicit,* deciſiones Rotæ æquiparandas eſſe Doctori antiquo excellẽtiſſimo, *Paſq. dec. 8. & alij.*

25 Doctores cenſentur approbare ſententiam, quam vltimo loco poſt alias referunt α; ſolent enim poſtremò referre, quam ſequuntur opinionem, niſi meri ſint compilatores, vel niſi per aphoriſmos breues ſentẽtiam ſuam ſtatim proferant. Quandoque tamen relatam vltimo loco opinionem alijs iudicandam relinquunt, in quam ipſi dubij propendent; illam autem non approbare cenſentur, quã relata dicunt: *tu cogita, tu videris*, β vel ſimilia, quibus frequenter prudentiſſimus Diana vtitur *Gloſſ. in l. qui filium Sabinus ff. ad Treb. Decius in c. 1. num. 32. de Conſt. Alex. cap. 67. Moditius, Farinac. in Rep. q. 14. Azouid. Corat. cum alijs plurimis.* Neque

illam

illam approbant, quam, vt alienam ſententiam referunt hiſce loquendi formulis *quamuis alij oppoſitum ſentiant, licet non deſint contrarium aſſerentes, quicquid alij dicant. Riminal. l.1. conſ.7. n.43. Farinac. loc. cit. Cerue. Paſq. d.7. & alij.*

26 Opinio ſpeculatiuè probabilis talis eſt etiam practicè; nam probabilitas practicæ eſt effectus ſpeculatiuæ. Ideò aliquis benè, vel malè operatur, quod ſpeculatiuè licitum, vel illicitum exiſtimauit. Nequit homo ſecundum probabilitatem ſpeculatiuam operari, niſi eo iudicio vtatur ad dirigendam operationem; non poteſt autem tale iudicium applicare, niſi id ſe poſſe applicare ſecundum cōſcientiam iudicet, & talem applicationem rectæ rationi conformem eſſe. Hinc naſcitur probabilitas practica, quæ ſpeculatiuam ad opus dirigit. *Ioan. Sanch. d.44. num.6.3.5.4. Paſqual. dec.362. contra Nauar. Suar. Salam. Gerſon. Leſſ. Garciam, Merol. Becan. Granadum.*

27 Probabilitas alicuius opinionis naſcitur interdum ex facto plurium Religioſorum probatæ vitæ, vel ſæcularium virorum notæ integritatis, & ex frequenti exemplo profeſſorum alicuius artis, vel ſcientiæ, vel Iudicum, non verò ex facto cuiuſcunque etiam pij, ac probi Doctoris; ideò Veneti pro lege vtuntur ſententijs aliàs latis; & ſecundum ipſas iudicant. *Io. Sanch. d.44. num.71. C. Palaus p.1. tr.1. d.2. p.1. Sà v. dub. Breſſer. Paſq.*

28 Quoniam vnicuique perito in arte ſua fides habenda eſt, ſi de rebus Theologicis, & ad conſcientiæ forum ſpectantibus agatur, Theologorum potius, quàm iuris canonici profeſſorum ſententiæ ſtandum eſt; ſecus vero ſi de canonicis rebus, & ad forum iudiciale pertinentibus ſit controuerſia; in his enim præferenda eſt eorum, qui canonum ſcientiam profitentur, opinio. Verùm ſi Theologi canonum ſtudio operam nauarunt, his magis, quàm ſolotum canonum peritis fides præſtanda eſt in rebus etiam canonicis, quod ad principia generalia, ſeu communia, quæ potius à Theologis exquiruntur, vt an Decimæ ſint ex iure diuino, an ex Pontificio ſoluendæ; nonnulli enim Canonici iuris Doctores circa huiuſmodi principia hallucinantur, qui tamen particularium canonum, & ſanctionum intelligentia multum excellunt, idem proportione dicendum eſt de Iuriſconſultorum, & eorum, quos Canoniſtas vocant, ſententijs de eadem re prolatis; his enim magis, quam illis in rebus ad ius Eccleſiaſticū attinentibus acquieſcendum eſt; ſecus autem in ciuilibus cauſis, in quibus Iuris Cæſarei Doctoribus magis ſtandum eſt, niſi ijdem ſimul vtriuſq; iuris prudentiam egregiè calleant; & ſint in vtroque Cæſares. *Azor. p.1. l.2. c.17. q.3. Baldel. tom.1. l.4. d.11. Paſq. d.366.*

29 Probabilior eſt recentiorum, quam veterum de iiſdem rebus ſententia, ſi cætera ſint paria; ſi enim diſparia ſint, in iudicando habenda eſt ratio diſparitatis. Veteres non tantam rerum, ac rationum, notitiam habebant, quantam recentiores; hi enim veterum rationes expenderunt, & nouas inuenerunt; quibus probabiliores ſuas ſententias reddiderunt, & quidem magis in dies hominum ſcientia creſcit auroræ conſurgenti ſimilis, quæ noua luminis ſemper incrementa capit. Ideò multæ opiniones, quæ olim erant probabiles, nunc im-



Digitized by Google

improbabiles habentur, & quæ antea improbabiles à veteribus cenſebantur, iam probabiles euaſere. *ſic multa renaſcuntur, quæ iam cecidere, cadentque, quæ nunc ſunt in vſu, ita cont. Azorium tom. 1. l. 2. c. 17. Farinac. q. 14. repert. Baldel. Villalob. Mendis docet Paſq. dec. 364. & alij.*

30 Opinio vnius Doctoris probati eſt probabilis, etianſi ab ipſo, vt probabilis tantum, non vt vera, tradita fuerit. Quod enim ab vno, vel à pluribus eandem doceamur ſententiam, eius authoritas non creſcit, quod ad intenſionem, ſed quod ad extenſionem; nam intenſiuè pendet à ratione motiua, ſecundum quam æquè eſt probabilis, ſi ab vno, ac ſi à pluribus eadem ſententia tradatur; nec enim à pluribus maiorem accipit certitudinem, nec maiorem probabilitatem intrinſecam, quæ à firma aliqua ratione prouenit, propter quam probabilis in ſe eſt, & ideò talis cenſenda, ſiue vnus, ſiue plures eam doceant. *ita contra Breſſerum l. 3. c. 5. num. 28. docet Paſqual. deciſ. 367. & alij.*

31 Probabilem eſſe opinionem vnius Doctoris obiter, & perfunctoriè traditam, alij negant; alij aſſerunt abſolutè, alij cum hac diſtinctione, ſi Doctor ille non eſt ſolitus diſputare, affirmant; ſecus ſi diſputationibus ſit aſſuetus; niſi verbis ſe illam approbare indicet, & tanquam claram ſupponat. Tertia hæc ſententia cum diſtinctione mihi placet, cum Doctor ſolum aliquando diſputat, ſi de eo, quod obiter dicit, principaliter agit, vel tractationem aliàs conſcripſit, & fortè illam edidit, opinio illius, etianſi obiter proferatur, probabilis cenſenda eſt, quia illam conſideratè profert *ita diſtinguunt Ant. Maria Conat. l. Autebemus opin. 16. Farinac. q. 14. Rep. num. 32. & negant probabiliter Nau. in cap. ſi quis autem de pœnit. d. 7. Grand. Breſſer. Aym. Alciat. Abbas in cap. Bonæ n. 30. Hipp. Rimin. Nemz. & affirmant ſimpliciter, & quidem non improbabiliter Socinus conſ. 73. l. 4. num. 15. Hieron. Bulig. Tob. Non. & Corat. l. c.* ait ita obſeruari in praxi, & afferri ſententias ab Authoribus obiter prolatas. Docti ſummarum Authores, qui rationes eorum, quæ ſcribunt perpendunt, & doctrinæ fundamenta attingentes deliberatè iudicium ſuum proferunt, opiniones reddunt probabiles, ſecus verò indocti compilatores, qui ſæpè non intelligunt, quæ ex alijs, peperam quandoque citatis Authoribus abſque iudicio tranſcribunt. *Paſqualig. dec. 368. ſicut Hurtado eſt, & ſunt alij multi indocti, doctique, potuntque poſſunt ſic ſummas docti, indocti conſcribere fuerunt.*

33 Quando aliqua ſententia non ſufficienter reprobatur, nec adducta pro ipſa argumenta bene ſoluuntur, nec ſolui poſſe videntur, ſed verè vim magnam habent, poteſt tanquam probabilis acceptari. Sufficit enim, vt qui illam acceptat, illius probabilitatem intrinſecam agnoſcat, rationem ſcilicet, quam aduerſarij eludere nequeant. Ita multæ opiniones, quæ olim improbabiles cenſebantur, expenſis poſtea rationum momentis, probabiles inuentæ ſunt, qualis eſt ſententia aſſerentium circumſtantiam ſtupri conſentiente virgine commiſſi non eſſe neceſſario confitendam. Nemo debet actiones ſuas ſecundum alienam conſcientiam dirigere, ſed meriti, ſed propriæ conſcientiæ dictamen ſequi quiſque debet, quam ipſe

recta

Digitized by Google

rectæ rationi conformem eſſe cenſet, etiamſi decipi poſſit; a. cum enim ex vtraque parte adſit ſola probabilitas, tam ex vna, quam ex alia parte deceptio contingere poteſt. Multi enim *decipimur ſpecie recti*, inquit Venuſinus Poeta. Multarum rerum veritas abſtruſa non latet, *abſtruſa in venis ſilicis ceu ſemina flammæ*. ſic olim Antipodes, quos olim viri doctiſſimi eſſe negarunt; iamque Chriſtophorus Columbus Placentiæ ortus, vel oriundus, reperit, β. ſupra quatuor annorum millia latuerunt. Poteſt quiſque tuta conſcientia operari ſecundum opinionem, quam probabilem ex ratione ſolida nuper detecta eſſe exiſtimat, etiamſi contraria ſententia communis habeatur; quiſquis enim probabilitatem opinionis, vel ſingularis ſequitur, ſecundum rectam rationem operatur, ergo tuta conſcientia. a. *vide Ingeniorum Phœnix Io. Sanchez diſp. 44. num. 41. & Zach. Paſq. deciſ. 361. β. Petr. Maria Campius in Hiſtoria Placentina, Creſcentius in Corona Nobilitatis, & alij.*

33 Non ex quolibet ligno fit Mercurius, non omnibus datur ire Corinthum, non quilibet Doctor ſingularem opinionem ſuam probabilem efficere, id eſt authoritate facit, vt qui ambitione, vel odio allectus ad docendum illam mouetur, non qui, vt gratiam alicuius Principis aucupetur, non qui ſpe lucri, vel timore damni, aut formidine pœnæ; ſed ſolo veritatis amore ſecundum rationis dictamen, eam ſententiam, quam veram cenſet, tradit, ac tuetur, ſicut, qui olim dicebant, *amicus Plato, ſed magis amica veritas*; propterea opinio in aliquo conſilio deciſiuo tradita præualet, ac præferenda eſt opinioni aliquo in conſilio ad inſtantiam partis edito a. debet autem ſingularis opinionis aſſertor, vt eam probabilem reddat, ſcientiæ, vel facultatis, ad quam illius ſpectat opinio, valdè peritus eſſe, adeo vt cognoſcat quicquid de ſubiecta materia traditum ſit, & quicquid dici poſſit. Nec audax, nec præceps, ſed iudicio maturus, ac prudens eſſe debet, & idoneus, aptuſque profitendo aut ore, aut calamo illam facultatem, in qua opinatur; tradere enim aliquam ſententiam eſt docere; ergo aptus docendo eſſe debet, qui propriam opinionem vult probabilem efficere. *a ita Breſſerus l. 3. c. 3. nu. 33. Azequid. l. 3. c. 15. Carat. & Barbat. c. 6. Corn. cap. 27. Medit. 8. 2. Baldel. tom. 1. l. 4. d. 12. c. 11. Paſq. d. 371.*

34 Doctor igitur iis dotibus præditus, quas diximus, probabilem reddit opinionẽ aliquam ſingularem, etiam, quando contraria pro certa communiter habetur; in tradenda enim doctrina ſua rationabiliter procedere cenſetur, & aliquam authoritatem ſententiæ ſingulari tribuit: quod ſufficit, vt opinio ſit probabilis, etiamſi tantam authoritatem nõ habeat, quantum oppoſita ſententia. Talem autem Doctorem non ex antiquis, qui communem aliorum ſenſum non nouerunt, vel ſi nouerunt, illum poſtea reſeruatum, ſed ex neotericis aliquem docendo, & inueniendo aptum debere eſſe exiſtimo, qui opinionem ſuam ſingularem vult reddere probabilem contra aliam, quæ certa habetur *ita contra Sanchium l. 1. Decal. c. 9. & Breſſerum docet Paſqualig. d. 69. Alciat.*

35 Si doctor prudens, ac iudicio maturus conſideratis rationibus, propter quas opinio aliqua improbabilis



Digitized by Google

communiter cenſetur, adhuc eam tanquam probabilem ſingulariter doceat, ac firma ratione confirmet, & obiecta diluat, illam authoritate ſua probabilem facit, eiuſque iudicio docti etiam acquieſcere poſſunt, & ſi dubitent, an rationabiliter illi aſſentiantur, dubitationem deponere poſſunt exiſtimando, illum rationabiliter, ac prudenter procedere in docendo illam ſententiam, ſicut in alijs conſueuit. *ita contra Vaſq. d. 62. cap. 4. Sanch. l. 1. Dec. c. 9. Baldelbum, Breſſerum docet Paſq. d. 170. & alij.*

36 Singularis opinio calcographicis typis edita Superiorum conceſſu maiorem probabilitatem habet, quam ſi edita non eſſet, quia non modo ſcriptoris, ſed etiam cenſorum libri, in quo ipſa continetur, iudicio approbata cenſetur. debent autem librorum, ac ſcriptorum cenſores eſſe viri docti, qualis olim erat Dionyſius Caſſius Longinus veterum ſcriptorum cenſor ſub Adriano Imperatore dictus *ſpirans muſæum, bibliotheca animata*. Indocti quidam cenſorum munus, quo rectè fungi nequeunt, ignoranterque acceptantes grauiter peccant, dum velut cæci de coloribus iudicium ferre audent. *Breſſer. l. 3. c. 3. nu. 36. Paſqual. d. 372. Cauſin. Marcellin.*

37 Ex opinionibus probabilibus vnā altera tutiorem eſſe ratione obiecti probabilius eſt; cum enim ſua probabilitatis maiorem certitudinem habeat vna, quàm altera, plus ab errore diſtat, & magis aberrandi periculo. Hinc illud natum eſt *tutior pars eſt eligenda*, hoc eſt, tutior ſententia amplectenda. *Caietan. v. opin. Vaſq. tom. 1. d. 62. Portel. l. 3. c. 6.* Contrariam etiam ſententiam alij probabiliter docent, omnes ſcilicet opiniones probabiles eſſe æquè tutas, & omnes, qui illis vtuntur, æquè, ac pariter tutos eſſe; quia operantes ſecundum opinionem probabilem, Deum non offendunt. Hoc etiam, & nihil amplius præſtare poteſt opinio, vel tutiſſima. *Azor. Sanchez, vterque, Caſtro Palaus p. 1. tr. 1. d. 2. Henriq. in proœm. Paſqual. d. 359. contra A. Merendam, Bianch.*

38 Ex duabus opinionibus probabilibus inter ſe oppoſitis de eadem re licet ſequi minus probabilem relicta probabiliore; nam qui probabiliter iudicat, eam aliquam eſſe licitam, prudens, & honeſtè operatur ſequens opinionem probabilem. Non eſt imprudens, neque temerarius, neque improbè agit, quia rationi, & cauſæ probabili innititur. Neque contra conſcientiam operatur dictantem, opus, quod fit, eſſe peccatum, vel dubitantem, an ſit peccatum, neque exponit ſe periculo peccandi formaliter, quamuis id, quod agitur, poſſit eſſe materia peccati, nam prudenter agenti non poteſt imputari culpa. At qui opinionem probabilem, relicta probabiliore, operando ſequitur, iudicium probabile ſequitur, cum ratione, & cauſa probabili agit, nec dubitat, an id, quod agit, ſit peccatum, ſed licitum eſſe probabiliter exiſtimat. in propoſitionibus ſpeculatiuis licet abſque errore, vel deceptionis periculo alterutram ex duabus probabilibus ſequi; ergo & in moralibus abſque peccati periculo licitum eſt ex duabus probabilibus oppoſitis alterutram ſequi. Non exigit à nobis Deus impoſſibilia; ſed in moralibus non poſſumus ſemper certa ſcire, eligere, ac ſequi. Licet igitur ea ſequi, quæ probabiliter licita arbitramur. Poſſumus duas opiniones inter ſe contrarias proba-



Digitized by Google

babiles opinari, ergo & licitè vtranq; amplecti. Licet cuilibet opinionem alicuius docti, ac grauis viri contra propriam ſententiam ſequi, & ſubditus obedire poteſt, & quandoque neceſſario debet contra propriam opinionem probabiliorem, Superiori præcipienti aliquid ſecundum probabilem opinionem ratione aliqua, vel authoritate fultam, vt cum Superior probitate, ac diſcretione inſignis, nec ſolitus præceptis ſubditos illaqueare, aliquid probabiliter licitum imperat. Præterea non eſt neceſſe homini ſequi, quod perfectius, & tutius eſt, ſed ſatis eſt, ſi perfectum, ac tutum ſequatur. Onus etiam homini intolerabile eſſet, ſi quoties aliquid agendum eſſet, deberet inueſtigare, ac diſcurrere, vel ab alijs quærere, quænam opinio ſit probabilior. *iugum Chriſti ſuaue eſt, & onus leue*, illud ergo non debemus amarum, & graue contrariæ opinionis ſeueritate reddere. Intellectus noſter poteſt iudicare, operationem eſſe licitam, & honeſtam, quando regula operandi congruit rectæ rationi; hanc enim ſequitur operatio conformis, quam conſcientia vt licitam dictare poteſt. Denique opinio minus probabilis, quando verè talis eſt, norma operandi conformis rectæ rationi eſt. In hoc enim conſiſtit probabilitas, quod opinio aliqua ratione appareat conſona rectæ rationi, cui ſi abſona eſſet, non probabilis, ſed falſa foret. Neque in probabilibus opinionibus locum habet illud: *in dubijs tutior pars eſt eligenda*; non enim ſunt dubiæ, cum intellectus determinatè aſſentiatur alterutri parti. Deindè, cum omninò certum ſit, opinionem probabilem eſſe conformem rectæ rationi, & hominem ſecundum regulam illam benè operari, non eſt dubium, ſed certum, eum, qui opinionem probabilem ſequitur relicta probabiliore, bene operari; & ideò ratione dubij non eſt eligenda probabilior. Quando occurrunt contrariæ ſibi opiniones probabiles; neutra certitudinem habet, nec vna magis accedit ad veritatem, quàm altera; non enim poteſt huiuſmodi acceſſus cognoſci, niſi veritas cognoſcatur. Si autem veritas agnoſceretur, altera opinio vera, ac certa eſſet, altera falſa, nec locum daret probabilitati. Quod verò ad vſum opinionum probabilium ſpectat, æquè certum eſt iudicium, quo cenſemus vnam poſſe adhiberi, ac illud, quo iudicamus, nos altera quoque vti poſſe; vtrunque enim habet regulam operandi conformem rectæ rationi, qualem in operando licet adhibere, æquè operatur ſecundum rationem, qui vtitur opinione minùs probabili, quàm qui magis probabili; nam vtraque eſt æquè conformis regulis rectæ rationis; ſiquidem conformitas conſiſtit in indiuiſibili, ideòque nec maior in vna, quam in alia. Neque repugnat rationi electio minoris boni, quando habita ratione temporis, ac loci magis expedit. Neque opinio minus probabilis eſt minùs bonum rationis, quia æquè quadrat ad rectam rationem, ac opinio magis probabilis; vtraque eſt æqualiter regula bene operandi. Nec dicas, eum claudere ſibi viam ad veritatem inueniendam, qui opinionem minus probabilem amplectitur; hic enim non inquirit veritatem, ſed eam ſe iam inueniſſe probabiliter exiſtimat, & ſecundum veritatem probabiliter inuentam operatur. Diſpar autem eſt ratio inter iudicantem ſecundum minus veriſimilia teſtimonia, & inter

d. 8. d. 17. num. 135. *Lug. d. 22. ſ. 11. §. 2. Dianap. 2. tr. 13. r. 11. Victoria, Ledeſ. Nauar. Henriq. Salon. Sanch. Mercado, Palatius, Nugn Syluius, Baſ. Pontius, Monteſinus, Salas, Villalob. Peyrin. Corneius, Malder. Merolla, Portel. Baldel. Auerſa, Sanctius, Sayr. Lorca, Fernand. Paſqual. d. 15.* β *Sanch. Dian. r. 11. Suar. Victoria,* γ *Vaſq. p. 2. tom. 1. d. 62. c. 7. n. 40. Salas in p. 2. q. 21. tract. 8. ſ. 9. nu. 82. Rodriq. Monteſin. contra Io. Sancium d. 33. num. 54. Thom. Sanch. tom. 1. l. 1. c. 9. nu. 24. Dianam p. 2. tract. 13. r. 11. Valentiam.*

2 Confeſſarius, & quilibet Sacramentorum miniſter amplecti debet opinionem fauorabiliorem pœnitenti, alteriuſuè Sacraměti ſuſceptori, quam ipſimet Sacramento. Siquidem Sacramenta ad fidelium vtilitatem, & fauorem inſtituta ſunt, idcirco iure ſuo cedunt, vt fidelium ijs indigentium, eaque ſuſcipere volentium neceſſitati ſuccurrendum eſt; ideò qui morti proximus pęnitentię ſacramentum petijt, vel pœnitentiæ ſigna edidit, referente hoc vel vno teſte, etiam non Christiano, nec iurante, abſolui poteſt ſimpliciter, niſi dubium ſit, an ſigna illa ex dolore corporis orta ſint; tunc enim ſub conditione abſoluendus eſſet. *Ita Bellarm. l. 2. de pœnit. c. 7. Sanch. de matr. l. 2. d. 36. num. 8. Regin. tom. l. 8. c. 3. nu. 28. Filliuc. tr. 7. c. 5. num. 12. Val. tom. 4. d. 7. q. 11. Syluius, P. Fay, Zambran. Salas, Peſant. Pitig. Coninch. B. Pontius, Breſſer. Sancius, Monteſin. Lud. à S. Io. Henriq. Dianap. 1. tr. 13. r. 13. Fernand. Villalob. Azor. Suar. tom. 4. d. 32. ſect. 5. Creſcent. num. 49. Vaſq. d. 62. c. 7. Sanc. d. 44. nu. 32. Diana, & alij.*

3 In eligenda opinione non debemus tanquam pedarij Senatores in ſententiam, quam plures ſequuntur, pedibus ire, ſed iudicio eam eligere, quam Doctores licet pauci optimis rationibus innixi tradunt; nam vnus aliquando plures iudicio ſuperat, ac melius ſpeculatur. Quanquam cæteris paribus maior multitudo Doctorum probabiliorem opinionem reddere cenſetur. *Abbas, Ioan. Andreas, Maſcard. Azor. tom. 1. l. 2. c. 16. Nauar. ſum. c. 27. Sanch. de matrim. d. 44. Villalob. Sayr. Caſtropalaus, Baldel. Vaſq. Paſqual. & alij. ex l. 1. §. neque c. de veteri iure.*

4 Quanquam vnius opinio firmæ rationi innixa communi multorum ſententiæ præferri α poteſt, immo debet, cum maioribus, quàm communis, innititur fundamentis, β quod qui nequit expendere, alios conſulat, vel ſi hoc facere nolit, celebris Doctoris bonæ exiſtimationis viri ſententiam tutò ſequi poteſt contra communem. γ Diſcipulis magiſtri ſui in moribus amplecti licet opinionem ſacræ ſcripturæ, & communi ſenſui, & Eccleſiæ δ authoritati non repugnantem nihil inquirendo de probabilitate ſententiæ, quam à magiſtro didicit, poteſt eam quiſque ε tuta conſcientia ſequi. α *Azor. l. c. Sayr. l. 1. c. 6. Vaſq. d. 62. c. 4. Io. Sanch. d. 29. Caſtropalaus, Maſcard. Io. Sanch. C. Palaus. Villalob. Paſq.* β *Abbas, Angel. Bal. Valent. tom. d. 2. q. 14. Filliuc. tr. 21. c. 4. nu. 134. Merol. Nau. Syluest. Angel. Tiraq. Connub. Caſſan. Comitol. Farinac. Marta, Barboſa, Merol. Sà* γ. δ *Azouid. Rolan. Corat. Baldel. Mcditius, Turret. Rimin. iun. Rec. Chartar. Paſqual. d. 2.* γ *Henr. Conrad. Azor. tom. 1. l. 2. c. 17. q. 5. Breſſer. l. 3. c. 13. Merol. contra Maior. Cordub,*

Digitized by Google

dub. e Panormit. Imol. Caccia, Cagnol. Crauetta, Neuiz. Azor. l. 2. cap. 17. q. 4. Breſſer. l. 3. c. 3. Villal. Paſq. d. 28. & 361.

5 Non modo in ijs, quæ ſunt iuris humani, ſed etiam in ijs, quæ ſunt iuris diuini, ſingularis vnius opinio rationibus bene fulta ſententię communi anteponi poteſt, quia vtrobiq; probabilitas eſt eiuſdem rationis. Sanch. l. 2. Decal. c. 9 Breſſerus l. c. Paſq. d. 3. contra Adrian. Cordub. l. 2. q. 3.

6 Communis opinio doctorum poteſt præferri Gloſſæ; hæc enim probabilitatem, non certitudinem habet. At poteſt eligi minus probabilis opinio doctorum, relicta probabiliore Gloſſæ. Illud Horatianum mihi placet: Nullius addicti iurare in verba magiſtri. ita Bald. Cart. Dec. Ferret. Bmr. Villal. Modit. Azeguid. Iaſon. Cur. iun; docet Paſqualig. d. 4.

7 Confeſſario licet ſequi opinionem probabilem etiam cum formidine oppoſiti in iudicio particulari; ſi enim omnis formido abeſſet, opinio illa non eſſet probabilis, ſed certa; probabilitas enim admittit formidinem oppoſiti. Baldel. Gerſon. Vaſq. d. 62. c. 5. Salas tr. 8. d. 1. Sanch. l. 1. ſum. c. 9. Merol. tom. 1. d. 3. Paſq. d. 17. contra Armillam, Caietan. Nauar. Non eſt neceſſe, vt probabilitas opinionis euidenter conſtet, vt quis eam ſequatur; ſatis eſt enim iudicare illam eſſe probabilem, ſeu rectę rationi conformem. Neque euidentia probabilitatis alicuius opinionis nos obligat, vt eam ſequamur; non enim aufert probabilitatem oppoſitæ ſententiæ. ita contra Merollam, Breſſerum, Baldel. Medin. docet Paſqualig. dec. 18.

8 Poſitus in biuio duarum opinionum oppoſitarum, inter ſe probabilium poteſt alterutram ſequi; etiamſi de vtraque dubitet. Vtraque enim eſt recta menſura ſecundum rectam rationem pro humanis operationibus. Sanch. ſum. l. 1. c. 9. nu. 16 Vaſq. d. 62. cap. 4. Merol. Baldel. Breſſer. Paſqualig. Cum aliquis tam ex principijs intrinſecis, quam extrinſecis dubitat, an opinio ſit probabilis, non poteſt licitè eam ſequi. Non enim poteſt iudicare eam eſſe rectę rationi conformem. Ideo ſi eam ſequeretur, operaretur cum conſcientia dubia, quod non licet. Valentia d. 2. q. 14. Sanch. Salas, Medin. Breſſer. Paſq. d. 19.

9 Si quando neceſſe ſit ſtatim alterutram partem eligere, nec poteſt moraliter adhiberi magna diligentia; adhibita ea, quæ tunc poteſt adhiberi, poſſumus operando ſequi opinionem habentem minimum probabilitatis gradum; ignorantia enim inuoluntaria excuſat operantem. Suar. tom. 5. d. 40. ſect. 5. Sanch. l. 1. ſum. cap. 9. nu. 25. Nau. Sot. Valentia d. 2. q. 14. Merol. Salas, Paſqual d. 20. idem etiam dicendum videtur, quando graue damnum, quod vitari nequit, imminet. Ratione enim periculi opinio minimum probabilitatis gradum habens videtur fieri probabilior. Nau. in cap. inter verba c. 53. num. 1. Sot. Sanch. Baldel. Breſſer. l. 3. c. 7.

10 Licet nobis operari ſecundum aliquam opinionem probabilē, quam nos ex principijs intrinſecis falſam exiſtimamus; obſequi enim licet alieno iudicio, quod prudens putatur: & aſſumi poteſt tanquam norma rectæ operationis, ſed tunc probabilius eſt, deponendum eſſe iudicium de falſitate illius opinionis; quilibet enim in operando ſequi debet propriam conſcientiam, non alienam. Poteſt

O tamen

tamen vir doctus alieno iudicio etiam vnius Doctoris grauis proprij iudicij faſces ſubmittere, γ etianſi eius opinionem non putet probabilem intrinſecè. δ *Ioan. Sanchez d.4. num.7. Paſqual. dec.21.* ε *Auerſa q.18.c.1.* η *Paſqual. contra Breſſ. Banch. Vaſq. Baldel.*

11 Quando confeſſarius non habet tempus conſulendi libros, vel viros doctos. Vt cum debet abſoluere pœnitentem in faucibus mortis hærentem, deliberare debet ſecundum id quod probabile eſſe exiſtimat; nam prudenter operatur, qui, quod probabile eſſe exiſtimat, facit. *Sanch. Decal. l.1. cap.9. num.25. Valent. d.2. q.14. Granad. Baldel. Paſq. r.24. Breſſer.*

12 Quamuis laudabilius ſit opinionem probabiliorem ſequi, nihilominus opinionem minus probabilem ſemper amplecti licet, etiam tempore mortis in quacunque re, cum opinio ſe habet, vt regula operandi, nec tranſit in obiectum electionis; cum enim aliquod principium eſt verum in vniuerſali, eſt etiam verum in materia quacunque particulari, nec magis debemus tempore mortis vitare offenſam Dei, quàm quouis aliò tempore. *Breſſerus lib.3. cap.6. Paſq. d.26. Io. Sanch. d.19. n.8. & alij.*

13 Quando in opinionis electione ſoli authoritati Doctoris innitimur, non ſufficit illam in libris alicuius antiqui authoris inueniſſe, vt eam ſecuti valeamus amplecti; forſan enim talis opinio à ſubſequentibus Doctoribus examinata falſa comperta eſt, ac reprobata. *Sanch. l.1. ſum. c.8. n.10. Merolla; Breſſer. Baldel. Paſqual. d.28. Salon abſolute.*

14 Ad euitandum aliquod damnum imminens licet nobis operari ſecundum opinionem minimę probabilitatis α immo aliquando debemus eam ſequi ex lege charitatis, β vt graue proximi damnum auertatur, aut vitetur, alioquin lethale peccatum committemus. α *Sot. Nau. Sanch. l.2. de matrim. d.36. num.8.* β *Villalob. Paſqual. d.30.*

15 Quando vtrinque oppoſitę opiniones probabiles ſunt, non eſt neceſſe ſequi eam, quæ poſſeſſioni fauet. Sed vtraque eligibilis eſt: Alterutram amplecti licet. *Sanch. loc. cit. Villal. Paſq. d.31.*

16 Confeſſarius, & quiuis alius poteſt ſequi opinionem minus tutam, etianſi ſit minus probabilis. Nam eſt conformis rectæ rationi, alioquin non eſſet probabilis, & à primis principijs, quibus humanæ actiones diriguntur, rectitudinem ſuam habet. Ergo eſt regula rectè operandi α; vna autem opinio tutior, quàm altera eſt, quando obiectum illius nullo modo poteſt eſſe peccatum; vt ea quæ docet, reſtituendum eſſe; nam contraria huic licet poſſit eſſe probabilior, minus tamen tuta dicitur, docens, non eſſe reſtituendum; cum hoc poſſit eſſe obiectum peccati. α *Azor. tom.1. l.2. c.16. Aragon. 1.2. q.6. Aluarez, Auerſa, Bannes, Breſſer. Baldel. tom.1. l.4. d.12. Corneius, Diana p.2. tr.12. r.1. Gattier. Henriq. Layman, Ledeſma, Lopez, Lorca, Martinez, Malder. q.19. Nauarr. c.27. Man. num.288. Paſqual. d.32. Pontius l.10. de matrim. cap.15. Suar. tom.5. d.40. ſ.5. Salon. Salas, Valentia d.2. q.12. Vaſq. 1.2. d.62. Vnigers contra Adrian. Anmil. Angel. D. Anton. 1. p. tom.3. cap.16. Alenſem, Almain. Ant. Perez, Conrad. Caietan. Gabriel. Comit. Syluest. Medin. Cordubam.*

17 Li-

Digitized by Google

17 Licet cuilibet conſulere plures doctos viros, donec inueniat aliquem reſpondentem ſibi fauorabiliter: quiſque enim ius ſuum defendere poteſt, & ideò non peccat, qui rationes, & patronos exquirit ſibi fauentes; ſicut enim licet cuiuis ſequi opinionē probabilem, ac ſibi vtilem ita eam inquirere. Quid ni liceat veritatem indagare in opinione ſibi fauente? α peccaret tamen, qui hanc quæreret animo operandi ſecundum β voluntatem, & non ſecundum rectum conſcientiæ dictamen. α *Baldel. tom. 1. l. 4. d. 12. nu. 2. Sanch. Sanch. l. 1. Dec. c. 9. nu. 24. Zumel. Paſqual. d. 33.* β *Nau. c. 17. nu. 83. Adrian.*

18 Vt tutò alicui opinioni inhæreamus, non eſt neceſſarium certum conſcientiæ iudicium dictantis, licitum eſſe operari ſecundum illam opinionem; ſed ſufficit iudicium probabile; quod enim eſt probabile, eſt etiam prudens, & conforme rectæ rationi; tale autem iudicium quiſquis ſequitur, honeſtè operatur; quia dictamen rectæ rationis, & prudentiæ, quæ eſt regula benè operandi, ſequitur. *Gerſon. de prep. ad Miſſam c. 3. Corduba l. 5. q. 5. Sanch. l. 1. c. 9. Vaſq. d. 62. c. 5. Salas tr. 8. d. 1. Baldel. Breſſer. Merolla; Paſq. d. 34. contra Almain. Caiet. Armil. Nau.*

19 Licitum eſt amplecti ſimul oppoſitas opiniones, vt probabiles, & modò vnam, modò aliam operando ſequi pro arbitrio, & vtrique opinioni per principia intrinſeca, ideſt, ex vi rationum aſſentiri. Etianſi altera ſit probabilior; quoniam intellectus per aſſenſum probabilem non coniungitur vndequaque cum obiecto, ſed tantùm ex parte, quatenus ſcilicet ſubeſt tali rationi; cum autem idem obiectum ſimul ſtare poſſit ſub oppoſitis inter ſe rationibus, quæ gignere contrarias inuicem opiniones poſſunt, idem intellectus oppoſita inter ſe iudicia de eadem re habere poteſt reſpectu diuerſarum rationum, quibus ad diuerſos aſſenſus mouetur. Neque ideo ſunt iudicia ſibi contradictoria formaliter; quia non ſunt de re obiecta eodem modo conſiderata, ſed diuerſo modo, vt ſi quis dicat, probabile eſt, habentem beneficium ſine fructibus non peccare, ſi non recitet Horarias preces; quia onus perſoluendi diuini officij eſt adnexum fructibus. Poterit etiam dicere, illum peccare; quia onus illud adnexum eſſe beneficio, probabile eſt. Ita diuerſi iudicij diuerſæ ſunt rationes in obiecta materia. *Sanch. ſum. l. 1. c. 9. Layman l. 1. tom. 1. cap. 5. Merolla, Corneius, Breſſer. l. 3. cap. 2. Granad. Paſqual. d. 13. & 365.* poſſumus etiam aſſentiri vni opinioni ex vi rationis intrinſecæ, & alteri oppoſitæ ex vi authoritatis extrinſecæ; hi autem aſſenſus ſunt diuerſi generis. *Sayr. l. 1. cap. 5. num. 3. Azor. tom. 1. l. 2. c. 16. q. 2. Vaſq. d. 62. cap. 3.*

20 Quando aliquis Doctor contrarias opiniones diuerſis locis docuit, ea opinio præferenda eſt, quæ meliori, ac firmiori rationi innititur; quia ſolam auctoritatem ſequi eſt cæcorum, vel pecudum more præeuntem ducem ſequi, qui ſi cæcutiat, vel dormitet, vt quandoque bonus dormiat Homerus, in errorem, quamuis inuoluntarium, vel materialem tantum ducet. Verum ſi authoritatem ſequi volumus, illa opinio, quæ ex profeſſo traditur, α ei, quæ obiter innuitur præferenda, & ea, quæ poſteriori tempore, β ei, quæ priori tradita eſt. Illa, quæ fuſius

pertractata eſt, γ vel ea, quæ pluribus in locis, δ ei, quæ ſtrictius, vel quæ paucioribus in locis tractata fuit, anteponenda. Vel ea, quam in conſilijs pro poſtulante parte Doctor ſecutus eſt ε. α *Capol. conſ. 278. lib. 2.* β *Gloſſa fin. in l. qui filium §. ff. ad Trebel. Neuiz. Rim.* γ *Abbas in cap. bona 2. Rim. Grat. Pariſ.* δ *Bald. in l. precibus.* δ. γ ε. *Neuiz. Paſqualig. d. 12.*

21 Ea ſententia, quæ cum diſtinctione, & limitatione procedit, ei præferenda eſt, quæ abſolutè, & vniuerſaliter profertur; qui enim diſtinguit, & limitat, melius, & ſubtilius rem perpendit, ac veritatem attingit, & quando aliquis Doctor alicubi ſimpliciter quæſtionem aliquam reſoluit, minus rem conſideraſſe cenſetur, quàm ibi, vbi cum diſtinctione de eadem re ſententiam dixit, & hæc idcircò illi præferenda eſt. *Ex l. adeo §. cumquis ff. de acquiſ. ver. dom. ium. Alph. Mendoza, Farin. Corat. Pariſ. Oſaſch. Gratian. Burg. Neuizan, Char. Modit. Caphal. Salycet. Rota Auenion. c. Fam. Alex. conſil. 50. Ripa, Paſqual. d. 11.*

22 Benignior ſententia præferenda eſt rigidiori, ac ſeueriori circa eandem rem, quando vtraque eſt probabilis; in charitate enim iuſtitia fundatur, vtranque complectitur benignior ſententia; rigida vero rigorem iuſtitiæ, & ſummum ius, quod ſumma iniuria dicitur, ſpectat, & quandoque ſeuera ſententia ſpectatis circunſtantijs vtens charitatem offendit. *Farinac. Repert. ind. q. 14. num. 25. Corat. Mocit. Nauar. cap. 17. Man. n. 187. Chartar. Menoch. l. 2. præſumpt. 71. Achil. Vulpel. Cacheran. Iaſon. Villal. Paſq. d. 9.*

23 Nullius culpę reus eſt, qui abſq; diſcuſſione, vel præuio examine ſententiam alicuius Doctoris bona fide ſequitur, & poſtea falſam eſſe deprehendit. Etianſi potuiſſet illam prius expendere; hic enim talem opinionem eligit Doctoris authoritate motus, quem nonniſi credibilia docere arbitratur. Ideò prudenter agit. *Abbas Innocent. Moditius, Sanch. l. 1. Decal. c. 9. num. 8. Paſq. d. 10.*

24 Romanæ Rotæ deciſiones non habent vim legis, ſed valdè probabiles ſunt, vt grauium Doctorum ſententiæ, quales ſunt Auditores Rotæ. Doctoribus autem eatenus credimus quatenus aſſertionem ſuam rationibus, ac aliorum teſtimonijs confirmant. Propterea licet ſequi probabilem aliquam ſententiam, etianſi deciſioni Rotæ probabiliori aduerſetur. *Suar. de leg. l. 7. c. 11. Salas d. 19. Burg. Vaſq. d. 177. Sanch. l. 8. de matrim. Euerar. Moditius. C. Palaup. 1. tr. 3. d. 3. p. 2. Corat l. 2. de comm. op. dicit,* deciſiones Rotæ æquiparandas eſſe Doctori antiquo excellẽtiſſimo, *Paſq. dec. 8. & alij.*

25 Doctores cenſentur approbare ſententiam, quam vltimo loco poſt alias referunt α; ſolent enim poſtremò referre, quam ſequuntur opinionem, niſi meri ſint compilatores, vel niſi per aphoriſmos breues ſentẽtiam ſuam ſtatim proferant. Quandoque tamen relatam vltimo loco opinionem alijs iudicandam relinquunt, in quam ipſi dubij propendent; illam autem non approbare cenſentur, qua relata dicunt: *tu cogita, tu videris,* β vel ſimilia, quibus frequenter prudentiſſimus Diana vtitur *Gloſſ. in l. qui filium Sabinus ff. ad Treb. Decius in c. 1. num. 32. de Conſt. Alex. cap. 67. Moditius, Farinac. in Rep. q. 14. Azouid. Corat. cum alijs plurimis.* Neque illam

illam approbant, quam, vt alienam ſententiam referunt hiſce loquendi formulis *quamuis alij oppoſitum ſentiant, licet non deſint contrarium aſſerentes, quicquid alij dicant. Riminal. l.1. conſ.7. n.43. Farinac. loc. cit. Caram. Paſq. d.7. & alij.*

26 Opinio ſpeculatiuè probabilis talis eſt etiam practicè; nam probabilitas practicæ eſt effectus ſpeculatiuæ. Ideò aliquis benè, vel malè operatur, quod ſpeculatiuè licitum, vel illicitum exiſtimauit. Nequit homo ſecundum probabilitatem ſpeculatiuam operari, niſi eo iudicio vtatur ad dirigendam operationem; non poteſt autem tale iudicium applicare, niſi id ſe poſſe applicare ſecundum cõſcientiam iudicet, & talem applicationem rectæ rationi conformem eſſe. Hinc naſcitur probabilitas practica, quæ ſpeculatiuam ad opus dirigit. *Ioan. Sanch. d.44. num.6.3.5.4. Paſqual. dec.362. contra Nauar. Suar. Salam. Gerſon. Leſſ. [illegible], Merol. Becan. Granadum.*

27 Probabilitas alicuius opinionis naſcitur interdum ex facto plurium Religioſorum probatæ vitæ, vel ſæcularium virorum notæ integritatis, & ex frequenti exemplo profeſſorum alicuius artis, vel ſcientiæ, vel Iudicum, non verò ex facto cuiuſcunque etiam pij, ac probi Doctoris; ideò Veneti pro lege vtuntur ſententijs aliàs latis; & ſecundum ipſas iudicant. *Io. Sanch. d.44. num.71. C. Palaus p.1. t.1. d.2. p.1. Sà. v. dub. Breſſer. Paſq.*

28 Quoniam vnicuique perito in arte ſua fides habenda eſt, ſi de rebus Theologicis, & ad conſcientiæ forum ſpectantibus agatur, Theologorum potius, quàm iuris canonici profeſſorum ſententiæ ſtandum eſt; ſecus verò ſi de canonicis rebus, & ad forum iudiciale pertinentibus ſit controuerſia; in his enim præferenda eſt eorum, qui canonum ſcientiam profitentur, opinio. Verùm ſi Theologi canonum ſtudio operam nauarunt, his magis, quàm ſolorum canonum peritis fides præſtanda eſt in rebus etiam canonicis, quod ad principia generalia, ſeu communia, quæ potius à Theologis exquiruntur, vt an Decimæ ſint ex iure diuino, an ex Pontificio ſoluendæ; nonnulli enim Canonici iuris Doctores circa huiuſmodi principia hallucinantur, qui tamen particularium canonum, & ſanctionum intelligentia multum excellunt, idem proportione dicendum eſt de Iuriſconſultorum, & eorum, quos Canoniſtas vocant, ſententijs de eadem re prolatis; his enim magis, quam illis in rebus ad ius Eccleſiaſticũ attinentibus acquieſcendum eſt; ſecus autem in ciuilibus cauſis, in quibus Iuris Cæſarei Doctoribus magis ſtandum eſt, niſi ijdem ſimul vtriuſq; iuris prudentiam egregiè calleant, & ſint in vtroque Cæſares. *Azor. p.1. l.2. c.17. q.3. Baldel. tom.1. l.4. d.11. Paſq. d.366.*

29 Probabilior eſt recentiorum, quam veterum de ijſdem rebus ſententia, ſi cætera ſint paria; ſi enim diſparia ſint, in iudicando habenda eſt ratio diſparitatis. Veteres non tantam rerum, ac rationum, notitiam habebant, quantam recentiores; hi enim veterum rationes expenderunt, & nouas inuenerunt; quibus probabiliores ſuas ſententias reddiderunt. & quidem magis in dies hominum ſcientia creſcit auroræ conſurgenti ſimilis, quæ noua luminis ſemper incrementa capit. Ideò multæ opiniones, quæ olim erant probabiles, nunc im-



Digitized by Google

improbabiles habentur, & quæ antea improbabiles à veteribus cenſebantur, iam probabiles euaſere. *ſic multa renaſcuntur, quæ iam cecidere, cadentque, quæ nunc ſunt in vſu, ita cont. Azorium tom. 1. l. 2. c. 17. Farinac. q. 14. repert. Baldel. Villalob. Modia. docet Paſq. dec. 364. & alij.*

30 Opinio vnius Doctoris probati eſt probabilis, etianſi ab ipſo, vt probabilis tantum, non vt vera, tradita fuerit. Quod enim ab vno, vel à pluribus eandem doceamur ſententiam, eius authoritas non creſcit, quod ad intenſionem, ſed quod ad extenſionem; nam intenſiuè pendet à ratione motiua, ſecundum quam æquè eſt probabilis, ſi ab vno, ac ſi à pluribus eadem ſententia tradatur; nec enim à pluribus maiorem accipit certitudinem, nec maiorem probabilitatem intrinſecam, quæ à firma aliqua ratione prouenit, propter quam probabilis in ſe eſt, & ideò talis cenſenda, ſiue vnus, ſiue plures eam doceant. *ita contra Breſſerum l. 3. c. 5. num. 28. docet Paſqual. decis. 367. & alij.*

31 Probabilem eſſe opinionem vnius Doctoris obiter, & perfunctoriè traditam, alij negant, *a* alij aſſerunt *b* abſolutè, alij cum hac diſtinctione, *c* ſi Doctor ille non eſt ſolitus diſputare, affirmant; ſecus ſi diſputationibus ſit aſſuetus; niſi verbis ſe illam approbare indicet, & tanquam claram ſupponat. Tertia hæc ſententia cum diſtinctione mihi placet, cum Doctor ſolum aliquando diſputat, ſi de eo, quod obiter dicit, principaliter agit, vel tractationem aliàs conſcripſit, & fortè illam edidit, opinio illius, etianſi obiter proferatur, probabilis cenſenda eſt, quia illam conſideratè profert *a ita diſtinguunt Ant. Maria Conrad. l. vide tamen opini 16. Farinac. q. 14. Rep. num. 32. a negant probabiliter Nau. in cap. ſi quis autem de pœnit. d. 17. Grand. Breſſer. Aym. Alciat. Abbas in cap. Bona n. num. 30. Hipp. Rimin. Nemz. b affirmant ſimpliciter, & quidem non improbabiliter Socinus conſ. 73. l. 4. num. 15. Hieron. Bulg. Tob. Non. & Corat. Is* ait ita obſeruari in praxi, & aſſerit ſententias ab Authoribus obiter prolatas. Docti ſummarum Authores, qui rationes eorum, quæ ſcribunt perpendunt, & doctrinæ fundamenta attingentes deliberatè iudicium ſuum proferunt, opiniones reddunt probabiles; ſecus verò indocti compilatores, qui ſæpè non intelligunt, quæ ex alijs perperam quandoque citatis Authoribus abſque iudicio tranſcribunt. *Paſqualig. dec. 368. ſicut Hurtadus aſſerens ſummas indoctis, doctique pro ſummis poſſunt ſic ſummas docti, indocti conſcribere fuerunt.*

33 Quando aliqua ſententia non ſufficienter reprobatur, nec adducta pro ipſa argumenta bene ſoluuntur, nec ſolui poſſe videntur, ſed verè vim magnam habent, poteſt tanquam probabilis acceptari. Sufficit enim, vt qui illam acceptat, illius probabilitatem intrinſecam agnoſcat, rationem ſcilicet, quam aduerſarij eludere nequeant. Ita multæ opiniones, quæ olim improbabiles cenſebantur, expenſis poſtea rationum momentis, probabiles inuentæ ſunt, qualis eſt ſententia aſſerentium circumſtantiam ſtupri conſentiente virgine commiſſi non eſſe neceſſario confitendam. Nemo debet actiones ſuas ſecundum alienam conſcientiam dirigere, ac metiri, ſed propriæ conſcientiæ dictamen ſequi quiſque debet, quam ipſe

rectæ

rectæ rationi conformem eſſe cenſet, etiamſi decipi poſſit; a cum enim ex vtraque parte adſit ſola probabilitas, tam ex vna, quam ex alia parte deceptio contingere poteſt. Multi enim *decipimur ſpecie recti*, inquit Venuſinus Poeta. Multarum rerum veritas abſtruſa nos latet, *abſtruſa in venis ſilicis ceu ſemina flammæ*. ſic olim Antipodes, quos olim viri doctiſſimi eſſe negarunt, iamque Chriſtophorus Columbus Placentiæ ortus, vel oriundus, reperit, ſi ſupra quatuor annorum millia latuerunt. Poteſt quiſque tutâ conſcientiâ operari ſecundum opinionem, quam probabilem ex ratione ſolida ſemper detecta eſſe exiſtimat, etiamſi contraria ſententia communis habeatur; quiſquis enim probabilitatem opinionis, vel ſingularis ſequitur, ſecundum rectam rationem operatur, ergo tuta conſcientia. *[illegible] Ingeniorum Phœnix Io. Sanchez diſp. 44. num. 62. & Zach. Paſq. deciſ. 361. β Petrus Maria Campius in Hiſtoria Placentina, Creſcentius in Corona Nobilitatis, & alij.*

33 Non ex quouis ligno fit Mercurius, non omnibus datur adire Corinthum, non quilibet Doctor ſingularem opinionem ſuam probabilem extrinſecè, id eſt authoritate facit, vt qui timore, vel odio ductus ad docendum illam mouetur, non qui, vt gratiam alicuius Principis aucupetur, non qui ſpe lucri, vel timore damni, aut formidine pœnæ; ſed ſolo veritatis amore ſecundum rationis dictamen eam ſententiam, quam veram cenſet, tradit, ac tuetur, ſicut, qui olim dicebat, *amicus Plato; ſed magis amica veritas*; propterea opinio in aliquo conſilio deciſiuo [illegible], ac [illegible] eſt opinioni [illegible] conſilio ad inſtantiam partis edito. a debet autem ſingularis opinionis aſſertor, vt eam probabilem reddat, ſcientiæ, vel facultatis, ad quam illius ſpectat opinio, valdè peritus eſſe, adeo vt cognoſcat quicquid de ſubiecta materia traditum ſit, & quicquid dici poſſit. Nec audax, nec præceps, ſed iudicio maturus, ac prudens eſſe debet, & idoneus, aptuſque profitendo aut ore, aut calamo illam facultatem, in qua opinatur; tradere enim aliquam ſententiam eſt docere; ergo aptus docendo eſſe debet, qui propriam opinionem vult probabilem efficere. γ *ita Breſſerus l.3. c. 3. nu. 33. Azeguid. l.3. c.15. Carat. à Barbat. c.6. Corn. cap. 27. Madit. à. a. Baldel. tom. 1. l.4. d.12. c.11. Paſq. d.371.*

34 Doctor igitur iis dotibus præditus, quas diximus, probabilem reddit opinionē aliquam ſingularem, etiam, quando contraria pro certa communiter habetur; in tradenda enim doctrina ſua rationabiliter procedere cenſetur, & aliquam authoritatem ſententiæ ſingulari tribuit: quod ſufficit, vt opinio ſit probabilis, etiamſi tantum authoritatis nō habeat, quantum oppoſita ſententia. Talem autem Doctorem non ex antiquis, qui communem aliorum ſenſum non nouerunt, vel ſi nouerunt, aliam poſtea reſoluendo retinent non, ſed ex neotericis aliquem docendo, & inueniendo aptum debere eſſe exiſtimo, qui opinionem ſuam ſingularem vult reddere probabilem contra aliam, quæ certa habetur. *ita contra Sanchium l.1. Decal. c.9. & Breſſerum docet Paſqualig. d.169. Alciat.*

35 Si doctor prudens, ac iudicio maturus conſideratis rationibus, propter quas opinio aliqua improbabilis

communiter cenſetur, adhuc eam tanquam probabilem ſingulariter doceat, ac firma ratione confirmet, & obiecta diluat, illam authoritate ſua probabilem facit, eiuſque iudicio docti etiam acquieſcere poſſunt, & ſi dubitent, an rationabiliter illi aſſentiantur, dubitationem deponere poſſunt exiſtimando, illum rationabiliter, ac prudenter procedere in docendo illam ſententiam, ſicut in alijs conſueuit. *ita contra Vaſq. d. 62. cap. 4. Sanch. l. 1. Dec. c. 9. Baldellum, Breſſerum docet Paſq. d. 170. & alij.*

36 Singularis opinio calcographicis typis edita Superiorum conceſſu maiorem probabilitatem habet, quam ſi edita non eſſet, quia non modo ſcriptoris, ſed etiam cenſorum libri, in quo ipſa continetur, iudicio approbata cenſetur. debent autem librorum, ac ſcriptorum cenſores eſſe viri docti, qualis olim erat Dionyſius Caſſius Longinus veterum ſcriptorum cenſor ſub Adriano Imperatore dictus *ſpirans muſaeum, bibliotheca animata.* Indocti quidam cenſorum munus, quo recte fungi nequeunt, ignoranter acceptantes grauiter peccant, dum velut caeci de coloribus iudicium ferre audent. *Breſſer. l. 3. c. 3. nu. 36. Paſqual. d. 372. Cauſin. Marcellin.*

37 Ex opinionibus probabilibus vnā alterā tutiorem eſſe ratione obiecti probabilius eſt; cum enim ſint probabiles, maiorem certitudinem habeat vna, quam altera, plus ab errore diſtat, & magis abhorrendi periculo. Hinc illud natum eſt *tutior pars eſt eligenda*, hoc eſt, tutior ſententia amplectenda. *Caietan. v. opin. Vaſq. tom. 1. d. 62. Perrell. l. 3. c. 61.* Contrariam etiam ſententiam alij probabiliter docent, omnes ſcilicet opiniones probabiles eſſe aequè tutas, & omnes, qui illis vtuntur, aequè, ac pariter tutos eſſe; quia operantes ſecundum opinionem probabilem Deum non offendunt. Hoc etiam, & nihil amplius praeſtare poteſt opinio, vel tutiſſima. *Azor. Sanchez vterque, Caſtro Palaus p. 1. tr. 1. d. 2. Henriq. in praem. Paſqual. d. 359. contra A. Merendam, Blanch.*

38 Ex duabus opinionibus probabilibus inter ſe oppoſitis de eadem re licet ſequi minus probabilem relicta probabiliore; nam qui probabiliter iudicat, rem aliquam eſſe licitam, prudens, & honeſtè operatur ſequens opinionem probabilem. Non eſt imprudens, neque temerarius, neque improbè agit, quia rationi, & cauſae probabili innititur. Neque contra conſcientiam operatur dictantem, opus, quod fit, eſſe peccatum, vel dubitantem, an ſit peccatum, neque exponit ſe periculo peccandi formaliter, quamuis id, quod agitur, poſſit eſſe materia peccati; nam prudenter agenti non poteſt imputari culpa. At qui opinionem probabilem, relicta probabiliore, operando ſequitur, iudicium probabile ſequitur, & rationi, & cauſa probabili agit, nec dubitat, an id, quod agit, ſit peccatum, ſed licitum eſſe probabiliter exiſtimat. in propoſitionibus ſpeculatiuis licet abſque errore, vel deceptionis periculo alterutram ex duabus probabilibus ſequi; ergo & in moralibus abſque peccati periculo licitum eſt ex duabus probabilibus oppoſitis alterutram ſequi. Non exigit à nobis Deus impoſſibilia; ſed in moralibus non poſſumus ſemper certa ſcire, eligere, ac ſequi. Licet igitur ea ſequi, quae probabiliter licita arbitramur. Poſſumus duas opiniones inter ſe contrarias proba-

ba-

babiles opinari, ergo & licitè vtranq; amplecti. Licet cuilibet opinionem alicuius docti, ac grauis viri contra propriam ſententiam ſequi, & ſubditus obedire poteſt, & quandoque neceſſario debet contra propriam opinionem probabiliorem, Superiori præcipienti aliquid ſecundum probabilem opinionem ratione aliqua, vel authoritate fultam, vt cum Superior probitate, ac diſcretione inſignis, nec ſolitus præceptis ſubditos illaqueare, aliquid probabiliter licitum imperat. Præterea non eſt neceſſe homini ſequi, quod perfectius, & tutius eſt, ſed ſatis eſt, ſi perfectum, ac tutum ſequatur. Onus etiam homini intolerabile eſſet, ſi quoties aliquid agendum eſſet, deberet inueſtigare, ac diſcurere, vel ab alijs quærere, quænam opinio ſit probabilior, *iugum Chriſti ſuaue eſt, & onus leue*, illud ergo non debemus amarum, & graue contrariæ opinionis ſeueritate reddere. Intellectus noſter poteſt iudicare, operationem eſſe licitam, & honeſtam, quando regula operandi congruit rectæ rationi; hanc enim ſequitur operatio conformis, quam conſcientia vt licitam dictare poteſt. Denique opinio minus probabilis, quando verè talis eſt, norma operandi conformis rectæ rationi eſt. In hoc enim conſiſtit probabilitas, quod opinio aliqua ratione appareat conſona rectæ rationi, cui ſi abſona eſſet, non probabilis, ſed falſa foret. Neque in probabilibus opinionibus locum habet illud *in dubijs tutior pars eſt eligenda*; non enim ſunt dubiæ, cum intellectus determinatè aſſentiatur alterutri parti. Deindè, cum omninò certum ſit, opinionem probabilem eſſe conformem rectæ rationi, & hominem ſecundum regulam illam benè operari, non eſt dubium, ſed certum, eum, qui opinionem probabilem ſequitur relicta probabiliore, bene operari; & ideò ratione dubij non eſt eligenda probabilior. Quando occurrunt contrariæ ſibi opiniones probabiles; neutra certitudinem habet, nec vna magis accedit ad veritatem, quàm altera; non enim poteſt huiuſmodi acceſſus cognoſci, niſi veritas cognoſcatur. Si autem veritas agnoſceretur, altera opinio vera, ac certa eſſet, altera falſa, nec locum daret probabilitati. Quod verò ad vſum opinionum probabilium ſpectat, æquè certum eſt iudicium, quo cenſemus vnam poſſe adhiberi, ac illud, quo iudicamus, nos altera quoque vti poſſe; vtrunque enim habet regulam operandi conformem rectæ rationi, qualem in operando licet adhibere, æquè operatur ſecundum rationem, qui vtitur opinione minùs probabili, quàm qui magis probabili; nam vtraque eſt æquè conformis regulis rectæ rationis; ſiquidem conformitas conſiſtit in indiuiſibili, ideò nec maior in vna, quam in alia. Neque repugnat rationi electio minoris boni, quando habita ratione temporis, ac loci magis expedit. Neque opinio minus probabilis eſt minus bonum rationis, quia æquè quadrat ad rectam rationem, ac opinio magis probabilis; vtraque eſt æqualiter regula bene operandi. Nec dicas, eum claudere ſibi viam ad veritatem inueniendam, qui opinionem minus probabilem amplectitur; hic enim non inquirit veritatem, ſed eam ſe iam inueniſſe probabiliter exiſtimat, & ſecundum veritatem probabiliter inuentam operatur. Diſpar autem eſt ratio inter iudicantem ſecundum minus veriſimilia teſtimonia, &

inter

Digitized by Google

inter operantem ſecundum minus probabilem opinionem; quia minus veriſimilia non ſunt debitum obiectum ſententiæ à Iudice ferendæ, nam vel incerta ſunt, aut falſa reputantur reſpectu magis veriſimilium. Obiectum vero opinionis minus probabilis, quæ eligitur eſt conforme rectæ rationi regulæ rectæ operandi. Quamuis Pontifex ſe alicubi opinionem innixam meliori, & ſubtiliori rationi ſecutum fuiſſe dixerit, non ideò iuſſit nos probabiliorem opinionem ſequi, ſed tantum deliberationis ſuæ rationem reddidit *cap. Capellanus de Ferijs. Azor. tom.1. l.2. cap.12. Aluarez, Auerſa, Arrag. Albertus, Alexand. l.7. conſ. 1. Adam. in 4. d.10. Bannes, Barboſa, Bonac. de pecc. q.4. p.9. Baldel. p.1. l.4. d.12. Breſſer. l.3. c.6. num.73. Bariola, Corneius tract.8. d.3. d.3. Caſtropalaus p.1. tr.1. d.2. Conimb. d.54. Creſcentius, Comitolus, Diana p.2. tract. 13. reſ.1. Eman. Barboſa, Filliuc. tr. 21. cap.3. q.4. Farin. conſ.60. Fagund. Fariſellus, Granado tr.12. cap.2. d.4. Guttier. Garzias, Gordon. Henriq. l.14. l.3. Homobon. Io. Sanch. d.42. Lorca, Lopez, Laym. l.1. tom.1. c.5. Leſſ. l.2. c.24. Ledeſm. Medina 1.2. quaeſt.19. Monteſinus, Mald. Martinez, Mercado, Merolla, Moria. Nald. v. opinio. Nider. p.3. c.12. Petrus Nauar. l.3. c.1. d.13. Pontius l.10. c.15. Portell. Paſqualig. d.5. Rua, Reginald. l.13. num.90. Rodriq. Ruſca, Sanctarellus. S. Spinula, Salas tr.8. d.1. ſ.1. Sayr. l.1. c.5. Salon. Sà, Suar. p.5. tom.5. d. 40. ſ.5. l.1. c.9. Tanner. d.2. q.4. Valerius, Thom. Sanch. ſum. tom.1. Vaſq. d.63. cap.4. Valent. d.2. q.14. Vuigers, Viguer. c.15. Villalob. contra Adrian. D. Antonin. Angel. Armillam, Comitolum, Caietanum, Cordubam, Caietan. Gerſon. Gabr. Henriq. Maior. Nauar. cap.37. num.288. Panormit. Perez Philaretum Merend. Andream Blancum, Syluest. Sotum, Tabienam.* Horum obiecta diſſoluimus. Quamquam aliqua opinio probabilis non deſinit eſſe talis; etiamſi quis contrariæ ſententiæ rationibus reſpondere neſciat. *Nider. p.3. c.12. Adam. Creſcent. & alij.*

59 Subditus, qui probabili opinioni innititur, non tenetur parere præſuli præcipienti aliquid ſecundum contrariam opinionem, licet probabiliorem, & nec quando ſecundum probabilem ſententiam exiſtimat, id quod præcipitur, illicitum eſſe, & nec quando probabiliter dubitat, an Superior ſit legitimè electus, vel legitimè confirmatus, & nec quando adhibita diligentia ſufficiente non comperit aliquid præcepto, vel lege aliqua grauiter obligante imperatum eſſe. Non enim debet neceſſario ſubditus contra probabilem opinionem ſuam operari, nec contra illam iuſtè omnino quidquam præcipitur à præſule ſecundum probabiliorem ſententiam. Nemo enim cogi licitè poteſt probabilem opinionem deſerere, & alienam etiam probabiliorem ſequi; adhoc enim non aſtringitur, nec obligatur voto, non iuramento, non lege diuina, aut naturali; ergo nec humana ligant præcepta; in dubio autem melior eſt conditio hominis libertatem ſuam poſſidentis. Neminem obligat lex non ſufficienter propoſita, & præceptum, quod ignoratur. Neque verò eſt certa poſſeſſio Superioris, quando ex probabili opinione in dubium vocatur. Verùm, quando præſul pietate, diſcretione, ac probitate inſignis, non ſolùm [illegible] ſubditorum conſcien-

ſcien-

ſcientias onerare, præcipit rem probabiliter licitam, debet ſubditus ei etiam contra propriam opinionem probabilem parere ob commune bonum religionis, cui quiſque conſulere debet. ε ex benigna enim natura præſidis poteſt ſubditus prudenter iudicare, rem præceptam ſibi factu neceſſariam eſſe, vt communi bono conſulatur. Secus veró dicendum, ſi Superior ſit rigidus, & aſper, & propenſus ad præcepta ſubditis imponenda; nemo enim tenetur aliorum opinionem ſequi, & propriam deſerere, niſi ad bonum commune neceſſariam eſſe rem præceptam conſtet. Hoc autem non conſtat, vbi Superior iuſto rigidior, & ad præcipiendum facilior eſt. Nec ζ poteſt puniri ſubditus, qui probabilem opinionem ſequens non obtemperat præcipienti ſecundum contrariam opinionem etiam probabiliorem, quia pœna plectendus non eſt, qui culpa caret, vt qui ſecundum probabilem Doctorum ſententiam agit. α. β. γ. *Sanch. ſum. l. 6. c. 3. num. 7. Turrian. Ledeſm. Sayr. l. 1. c. 12. num. 6. Granad. Lorca, Io. Sanch. d. 33. Paſqualig. cent. 1. q. 82.* α. β. *P. Nauar. l. 3. p. 3.* α. β. γ. *Caſtropalaus p. 1. tr. 1. 1. d. 2. p. 6. Giragus contra Azor. Perez. Cordubam, Syluestrum.* α. β. *Io. Sancius d. 33. n. 28. Ledeſm.* β. γ. *Leſſius l. 2. c. 41. Suar. tom. 5. d. 4. ſ. 6. Rebellus, Garzia, Io. Granad. de charitat. cap. 7. tom. 12. d. 5. ſect. 5.* ε. *Leſſ. l. 2. c. 41. Sanc. Ledeſ.* ζ. *Suar. tom. 5. d. 40. ſect. 15. Henriq. Sa, Sanchez. c. 10. nu. 31. ſum. Armilla, Vaſq. d. 65. c. 3. Salas q. 21. tr. 8. d. 1. Tabien. Perrin. tom. 1. q. 1. cap. 7.* ε. α. γ. δ. ε. *Giragus p. 3. d. 30. ex Menochio, Rodriq. Leſſio.* ε *Sancius num. 43.* Addo hic licere Religioſis ſubditis appellare à præceptis, decretis, mandatis, & à correctione non regulari ſuorum Superiorum, quando hi non procedunt ſecundum Regulam, ſed modum, & limites poteſtatis ſuæ excedunt. Quia appellatio eſt interdicta Regularibus, ne regularis obſeruantia damnum patiatur, *dum ab illa exorbitanti patrocinium præbet appellatio.* α ſed cum Religioſus non exorbitat à Regulari obſeruantia, & iniuſtè grauatur, non denegatur ipſi appellatio, hoc eſt prouocatio ad ſuperiorem iudicem; nam, quando ceſſat in aliquo caſu ratio legis in ipſa expreſſa, ceſſat etiam eius diſpoſitio; cum hæc reſtringatur ad terminos ſuæ rationis. β præterea licet cuique indebitum grauamen appellatione repellere, quale eſt, quando Superior imperat aliquid ſupra, γ vel vltra Conſtitutiones Religioſas; appellatio enim eſt remedium inuentum ad tollendum grauamen. *cap. vt debitus de appellat.* nunquam interdicitur appellatio quando conſtat de grauamine. α *Gloſ. fin. cap. ad noſtrum de appell. Innocent. Hoſtienſ. Anton. Bald. Card. Præpoſit. Alexan. de Neuo, Francus, Dec. cap cum ſpeciali de appellat. Ruin. Puteus, Lancellot. Seraph. Marcheſan. Gratian. Tuſch. lit. A. c. 400. num. 5. Gonzales, Cenedo, Marta p. 1. clauſula 12. Syluest. Armilla. Tabien. Rodriq. Sayr. l. 12. cap. 17. Sanch. l. 6. in Decal. c. 8. Peyrin de ſubd. Relig. q. 1. c. 20. Fr. Longus de C. R. p. 2. c. 5. Megal. tom. . . r. 195. n. 6.* β *l. ex his ſolis c. de reuoc. donat. & l. cum pater ff. de Legatis. Bart. Panorm. Tiraq. Burrius, Euer. Suar. l. 6. de leg. c. 5. nu. 6. Paſqual. cap. 1. q. 82.* Præſes Religioſus non poteſt præcipere ſubditis niſi ea, quæ ſunt ſecundum Regulam, quam profeſſi ſunt,

ſiue

Digitized by Google

ſiue expreſsè, & directè ad eam pertineant, ſiue implicitè, & indirectè; regula enim eſt menſura poteſtatis Superioris in ſubditos. Secundum regulam tantum profeſſos obedientiam, per quam ſe ſe obligarunt ad obediendum Superioribus præcipientibus ſecundum regulam *D. Thom. quodl. 19. art. 10. Maior. Palud. Gabriel D. Bonauentura in 2. d. 44. art. 8. Richard. Durand. Gerſon. Driedo, Roſella, Angles, Angel. Armill. Syluest. v. Religio 6. q. 6. Caietan. 2. 2. q. 88. D. Antonin. 3. p. tom. 16. c. 1. Nauar. c. 23. num. 39. Rodriq. q. 19. art. 3. Sot. Cushus, Azor. p. 1. l. 13. Cord. Ob. drad. Felin. Molfeſ. Panormit. Sanchez l. 6. Decal. cap. 2. Merol. Villal. Tapia. Valent. tom. 3. d. 7. q. 3. p. 2. Tolet. Leſſ. l. 2. cap. 4. d. 9 Spinus, Beltram. Vaſq. 12. q. 95. d. 154. Tapia, Turrecrem. Decius, Martinez, Lorca,* Paſqual. *c. 1. q. 83. Salas de leg. d. 8. ſect. 12. n. 57.* ſed his in Libris noſtris de obedientia fuſius egimus.

# Confeſſionis ſigillum. Cap. XXIV.

1 Confeſſionis ſigillum eſt arctiſſima obligatio ea, quæ in confeſſione ad abſolutionem impetrandam animo accuſandi ſe à pœnitente dicta Sacerdos audiuit, perpetuo ſilentio inuoluendi, vel nunquam alijs reuelandi. Eodem ſigillo obſignata perpetuo ſileri debent non modo pœnitentis confeſſi peccata, ſed etiam eorum circunſtantiæ, vel inutiles, quas operiri pœnitentis intereſt, & quæcunque animo ſe accuſandi quiſpiam confeſſus eſt. Quinetiam propoſitum abſtinendi à peccatis in poſterum. Sacramentale hoc ſigillum à Chriſto Dei filio inſtitutum accepimus, quod iure diuino, & naturali firmatum qui violat, iuſtitiam, & religionem graui ſacrilegio offendit, nullaq; rei paruitate ſe à lethali crimine excuſare poteſt. Et quodcunq; detrimentum, vel damnum ob detectum crimen proximus patitur, reſarcire debet; quamuis ob aliquem defectum pœnitentem non abſolutum dimiſerit. Nec matrimonium, aliudue Sacramentum pœnitenti Parochus denegare poteſt, quem aliquo dirimente impedimento, vel lethali ſcelere in confeſſione audito obſtrictum eſſe cognouit.

2 Nec modo lethalia, ſed etiam venialia peccata, quamuis publica ſint, niſi ea aliundo Sacerdos extra confeſſionem cognouerit, reticere debet. Nec vnquam ea pro tuenda republica à quocunque malo ſiue ſpirituali, ſiue temporali manifeſtare licitè poteſt. De peccatis tamen in confeſſione auditis ſi generaliter ſermo inſtituatur, modo prudenter, & cautè id fiat, ſacrum ſigillum non frangitur, cum pœnitens minimè detegatur. Arcanus eſſe debet non modo Sacerdos à confeſſionibus, ſed etiam conſiliarius, interpres, vel nuncius, & quiſquis tim alienam confeſſionem audiuit, & ille, cui ſacrilegus confeſſarius alienum crimen reuelauit. Quinetiam ipſimet Sacerdoti cum pœnitente de rebus ab ipſo in confeſſione acceptis loqui, niſi accepta bona venia, nefas eſt. Nec dicere licet illum à ſe minimè abſolutum fuiſſe, nec nutibus, aliiſque ſignis, nedum verbis alienam culpam, quæue ad eandem explicandam pertinens in confeſſione ſiue inchoata,

ſa, ſiue abſoluta aperuit, alijs indicare fas eſt. Ideò, vt Lateranenſis Concilij patres decreuere, *caueat Sacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem*. Poteſt nihilominus non obſtante confeſſione, vti ea notitia Sacerdos, quam aliundè extra Sacramentum pœnitentiæ accepit. *ita Richard. Palud. Adr. Laym. Filliuc. Bonac. Lug. d. 23. ſect. 2. Nauar. Medina, Gabr. Sot. Syluest.* Sacerdos confeſſionis ſigillum frangit, ſi generatim dicat, Caſſium ſe de mortali crimine, vel reſeruato confitendo accuſaſſe, vel ſi eius venialem culpam ſpeciatim reuelet. Neque paruitas materiæ excuſat, itaque venialis culpæ reuelatio graue ſcelus eſt; etianſi audientes non intelligant, eam in confeſſione auditam fuiſſe. *ita Malderus, Leo, Baldellus, Fauſtus, Dian. p. 5. tr. 9. reſ. 8. & alij.*

3 Socij crimen, quod nulla neceſſitate coactus, quis in confeſſione aperuit, ſub ſacro ſigillo ſecretum habendum eſt. Peccatum enim ſocij cum pœnitentis peccato adeò connexum, vt alterū ſine altero dignoſci nequeat. *Malderus, Suar. Vaſq. Ban. Nag. Syluest. Syluius, Sot. Richard. Ang. Fab. Ping. Villalob. Diana tract. 4. reſ. 111. p. 3. Lug.* Confeſſio facta ſine intentione abſolutionis obtinendæ non inducit ſigilli obligationem; quia non eſt confeſſio ſacramentalis. *Lug. l. c. 52. Suarez.*

4 Qui inuēta ſchedula aliena peccata legit, ea naturalis ſecreti tantum, non autem ſacri ſigilli lege arcana ſeruare debet, ſiue ea pœnitens confeſſus, ſiue confeſſurus ſit. *ita Suar. Coninch. Lug. Veglia, Vinaldus, Laym. Henriq. Sot. Tann. Valboa, Moratius, Marchantius, Rhaymundus, Nauarra l. 2. c. 4. Ochag. Granadus q. 4. d. 3. n. 3. Onuphrius, Diana 16. reſ. 112. Bannez contra M. Funes, Fauſtum, Fornar. Graff. Marchinum.* Inuentor ſchedulæ, ſi in ea leuia peccata tantum deſcripta eſſe exiſtimat, quæ alterius famam minuant, eaque legat, vel alijs legenda tradat, leuis tantum culpæ reus eſt. *Laym. & alij.* Peccata mortalia in genere, & in ſpecie, venialia in ſpecie tantum cadunt ſub ſigillum ſacrum, non virtutes, & dotes pœnitentis. *ita Doct. citati.*

5 Sacerdos, qui in aliqua Ciuitate, vbi confeſſiones audit, graue aliquod ſcelus puta pędicationem, quam ſodomiam vocant, committi generatim dicit, ſacrum ſigillum non violat, cum nulli iniuriam faciat, nec periculum ſit, nec pędicones, vel catamiti agnoſcantur. Si tamen abſque ſpiritualis vtilitatis intentione hoc dicat, graui ſcelere propter offendiculum, quod audientibus obijcit, ſe ipſū obſtringit. Cum ideò homines à confeſſione alienari poſſint. *Nauarr. Vinaldus, Henriq. Onuph. Syluius, Diana p. 2. tract. 1. Miſcel. reſ. 13. Vaſq. Ledeſma, Suar. ſ. 3. Coninch. d. 9. nu. 16. Filliuc. Bonacina, Lug. ſ. 3. & alij.*

6 Confeſſario non licet notitia ex auditis confeſſionibus hauſta vti non modò, cum periculum eſt frangendi ſigillum, ſed etiam quando id pudori, ac confuſioni eſſet pœnitenti; hoc enim odioſum, atque onerosum redderet pœnitentiæ Sacramentum. *ita Suar. 3. p. tom. 4. d. 33. ſect. 7. Sanch. de matrim. tom. 1. l. 3. d. 16. Fauſtus, Moſcoſus, Præpoſitus, Valentia, Granadus, Lug. Onuphrius, Dian. p. 5. tr. 11. r. 4. cont Tannerum, Ochagauiam.* ita peccat contra ſigillum confeſſionis Sacerdos, qui ſeueriore vultu ob



Digitized by Google

audita confitentis peccata' eum aſpicit, vel alloquitur. *Graſſius, Bonacina, Lug. ſ.5. & alij.*

7 Si Theologus, vel alius, cui Sacerdos pœnitentis permiſſu auditum in confeſſione peccatum alicui Sacerdoti Theologo petendi conſilij gratia reuelauit, cum alijs de illo peccato loquatur, confeſſionis ſigillum non violat, ſed tantum naturale ſecretum. non enim audita in confeſſione detegit. *Ita Vaſq. Onuphrius, Nugnus, Megala, Diana p.2. tr.1. Miſc. reſ.13. Kelliſonius, Valboa Magroneius, Mœratius, Hurtadus contra Suar. Toleo. Sà, Caleſtinum, Turrianum, Maſcoſum, Ochagau. Fagund. Henriq. D. p. 5. tr.11. r.11.*

8 Non poteſt præſul, vel quiuis alius, dum res occultis ſuffragijs agitur, alicui ob vitium vel peccatum in confeſſione auditum calculum ſuum, ſiue ſuffragium denegare; non enim licet notitia ex confeſſione acquiſita vti ad externam gubernationem, vt Clemens Octauus decreuit. Quicquid enim pœnitentiæ Sacramentum odioſum reddere poteſt, omnino vitandum eſt; Quid autem magis odioſum eſt, quàm ſi intelligant homines ſuffragia ſibi ad communes honores ob notitiam ſcelerum in confeſſione perceptorum denegari poſſe? *ita Laym. Fagund. Reginaldus tom.1. l.3. cap.3. Onuphrius. Sebaſt. Bononia, Longus, Hurtadus, Rodriq. Diana p.5. tr.11. Coninch. Delrius, Bannez, Malderus, Suar. Sanch. contra Portellium, Vaſquium, Nugnum, Guttier. Henriq. Nauar. Villalobum*, contraria autem ſententia cum difficilis vſu eſt, tum falſa, ſi pœnitens ſuſpicaretur, ſibi ob confeſſionem culpæ, aut vitij, ſuffragium denegari. *Pitigianus, Faber, Nugnus*. Si tamen ille, de cuius electione agitur, alijs vitijs videlicet ætatis, ſcientiæ, & alijs huiuſmodi laboret, Sacerdos eidem, quem ex confeſſione indignum eo honore nouit, minimè ſuffragari debet. *Malderus, Diana p.5. tr.4. reſ.76. & p.5. tr.11. reſ.3. & 4.*

9 Quamuis à Clemente Octauo Religioſorum præfecti notitia, quam de alienis peccatis in confeſſione hauſerunt, ad externum regimen vti prohibeantur, nihilominus hanc prohibitionem iuris humani eſſe conſtat; imminens autem periculum Reipublicæ, vel proximo abſque incommodo noſtro, & ſacri ſigilli violatione auertere diuina lege iubemur: Ideò quandoque accidere poteſt, vt alicui Sacerdoti notitia ex confeſſione aliorum habita ad auertendum ingens aliquod Reipublicæ, vel proximi detrimentum, vel calamitatem vtendum ſit; cum id fieri poſſe neceſſitate vrgente, aliqui probabiliter doceant. *ita Guilielmus Mercerus de Sacramentis in tertiam p. Diui Thomæ. Granadus, Diana p. 4. tr.4. reſol.202. Tannerus, Ochagauia, & alij quos adducit Fagund. Sanchez de matr. tom.1. l.3. d.16. Kelliſonius, Fagund. & alij.*

10 Confeſſarius interdum generatim monere poteſt, vt caueat, aut inuigiletur, ſed hoc cautè admodum, ne de pœnitente ſuſpicio oriri poſſit. *Ita Laymanus, & alij.*

11 Si Sacerdos ex confeſſione nouit, inſidias ſibi parari, licitè poteſt non exire domo, vel armis ſub veſte ad defenſionem ſe præmunire. *Sanchez, Granadus, Fagundez, Diana p.5. tr.11. r.3. Lug. & alij.*

12 Sacerdoti confeſſionis ſigillum frangenti nulla pœna ſtatim, ſeu ante iudicis ſententiam ſubeunda, legibus

ſta-

[illegible] eſt, quamuis fœdifragus ſacri ſigilli fractor Sacerdotio priuari, ſeu exaugurari, & in arctum Monaſterium, quaſi in ergaſtulum ad agendam pœnitentiam detrudi debeat. Verum hæc præuiam iudicis ſententiam requirunt. *cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. Coninch. de ſacram. d. 9. dub. 4. nu. 70. Ang. Barboſa collect. tom. 2. l. 3. tom. 38. c. 12. Fagund. Menoch. Diar. p. 4. tr. 8. reſ. 95.* alij vero non Sacerdotes frangentes ſigillum confeſſionis minoribus pœnis multandi ſunt; quia minus peccant, quam Sacerdotes. *Suar. 3. p. tom. 4. d. 33. ſect. 8. Coninch. Ochagau. Hurtadus, Præpoſitus, Onuphrius, Granadus, Diana p. 5. tr. 11. r. 51.*

13 Sacerdotes ſigilli Sacramentalis fractores à fidei Cenſoribus, ſeu Inquiſitoribus puniendi non ſunt; niſi aſſerant, licitum eſſe audita in confeſſionibus reuelare, vel de Sacramentis Eccleſiæ malè ſentiant, ſed ad Epiſcopum ſuum, aliumuè Iudicem Eccleſiaſticum, à quo puniantur, mittendi ſunt. *ita Molfeſius in ſumma tom. 1. tr. 7. c. Dianus ibidem Alph. Leo.*

14 In Sacramentalis ſigilli fractione duplex malitia inſeparabilis reperitur, altera, quæ iniuria fit Sacramento, ſacrilegium eſt, altera, qua iuſtitia violatur, ſecundum quam ſecretum commiſſum ſeruandum eſt ex quodam virtuali pacto inter Sacerdotem, ac pœnitentem. Propterea, qui auditum ſcelus in confeſſione reuelat, contra religionem, & iuſtitiam dupliciter peccat, quemadmodum, qui naturale ſecretum, quod ſeruaturum ſe iurauit, poſtea frangit, duplex peccatum, alterum periurij, alterum iniuſtitiæ committit. *Ochagauia de ſacr. tr. 3. q. 1. num. 4. Kelliſonius, Fagundez, Diana p. 5. tr. 11. reſ. 2. & alij comm.*

15 Tunc autem Sacramentalis ſigilli fractione lethale ſcelus committit Sacerdos, cum volens, & animaduertens aliquid ex confeſſione reuelat. Verum ſi quid in confeſſione auditum incogitanter, vel inconſideratè dicat, grauis culpæ reus non eſt. Immo quandoque ex defectu voluntatis indirecta, nec præuiſa reuelatio veniali culpa caret. Caueant tamen confeſſarij, ne quid tale committant ex negligentia, quod pœnitentis confeſſionem aliquo modo manifeſtare valeat, nam ſi ſecus faciant, culpa non vacabunt. *Suarez, & alij.*

16 Ad loquendum cum pœnitente de peccatis in confeſſione auditis non ſufficit Sacerdoti venia petita, & non obtenta; loqueretur enim abſque venia, quod non licet, etiamſi velit confeſſarius ſupplere defectum confeſſionis, pœnitente inuito, etiam ad bonum ipſius promouendum. *Reginal. Sot. Tol. Rodriq. Megala, Bonac. Sylvius, Onuph. Turrinus, Fagund. Dia. p. 11. Miſc. reſ. 12. Lug. d. 23. ſ. 5. & alij contra Suar. Nugn. Puteanum.*

17 Non licet Sacerdoti ad explicandum peccatum ſuum, quod in audienda confeſſione commiſit, aliquid dicere, vnde intelligi poſſit peccatum pœnitentis in confeſſione ab eo explicatum. Fortius enim obligat præceptum ſigilli, quàm confeſſionis integritas. *Suar. d. 3. ſ. 1. Vaſq. Lug. ſ. 5. § 5. & alij contra Gabrielem.*

18 Neque licet Sacerdoti vitare in in publico, vel in occulto pœnitentem, quem ex ipſius confeſſione nouit anathema vitandum eſſe, vt etiam Clerici percuſſorem, quemcunque excommunicatum, non toleratum. *Medina, Richard. Gonat. Antonini, Hoſtienſ. Henriq.*

*Henriq. Lug. d.23. ſect.* 5. Ad euitandum vitæ periculum, ad auertendam Ciuitatis ruinam, ad matrimonium inualidum impediendum nefas eſt Sacerdoti reuelare confeſſionem. *Ita Richardus, Soto, Nauar. Medina, Vaſq. Ledeſma, Lug. ſect.* 5. §. 1.

19 Non licet Sacerdoti de confeſſo ſibi peccatore dicere, *non abſolui illum,* nam obliquè confeſſionem detegeret; non peccaret tamen, ſi diceret: *non abſolui illum; quia non habebam materiam abſolutionis, vel quia pœnitens confeſſionem generalem incepit, quam nondum abſoluit, vel quia interpellatus fui, & alio vocatus ivi, & reuerſus non inueni illum.* Neque etiam poteſt confeſſarius dicere, *non abſolui illum, quia nimium eſt amicus ſententiæ ſuæ, quam non probo.* Hoc eſt enim dicere; non faciebat, id quod facere debebat, & ideò peccabat. *Ita Suar. ſ.6. nu.*1. *Sotus, Nauar. Lug. ſect.* 6.

20 Interrogatus Sacerdos, an aliquem abſoluerit, reſpondere poteſt, ſe munere ſuo functum eſſe; neque enim negare ei licet ſe abſoluiſſe illum, qui ſe abſolutum fuiſſe mentitur; ſi peccatorem publicum Sacerdos abſoluit, ad ſummum dicere poterit: *confeſſus eſt mihi peccata ſua cum magno dolore, & contritione, & ego eum abſolui, prout debebam.* Peccatori non abſoluto poteſt dari, vel negari ſchedula teſtis confeſſionis, vt expedire Sacerdos cenſet; caueat tamen, ne alienæ malitiæ faueat, ne mentiatur dicens ſe abſoluiſſe, quem nunc abſoluit. Sed dicat ſolum. Teſtor illum confeſſum fuiſſe peccata ſua, & me eius confeſſionem excepiſſe. *Bonac. d.*5. *q.*6. *ſ.*5. *p.*4. *Henriq. Coninch. Lug.*

21 Si peccator publicus, non abſolutus petat Euchariſtiam publicè, & dicat Sacerdoti: *tu me confeſſum abſoluiſti,* reſpondere poteſt ei confeſſarius: *ego clam in ſecreto confeſſionis feci, quod debui. Sed extra confeſſionem te eſſe notorium peccatorem comperio; & ideo non debeo tibi Sacramenta publicè administrare; niſi publicam pœnitentiam agas, ac ſatisfacias,* vel dicat *de confeſſione tua nihil ſcio; mihi tamen, vt alijs, conſtat te publicum peccatorem eſſe, ideo te à ſacra Communione repello. Lug. ſ.*4. *n.*89. *& alij.*

22 Non frangit ſigillum Sacerdos, ſi dicat, aliquem confeſſum ſibi eſſe peccata venialia, quando pœnitens poſt aliquod tempus lapſum confeſſus eſt. Secus de puero, de quo dubitari poteſt, an ſit doli capax, dicendum eſt. Non omnia à pœnitente dicta manent ſub ſigillo confeſſionis, vt ſi ad explicandam circunſtantiam peccati dixerit pœnitens, ſe coniugatum, ſe Sacerdotem, vel Iudicem, vel Gubernatorem eſſe; ex his enim non arguitur peccatum, ſi confeſſarius dicat, eum eſſe Sacerdotem, vel coniugatum &c. Peccatum cõplicis à confitente malè manifeſtatum abſq; neceſſitate, manet ſub ſigillo, ſicut omnia, quæ pœnitens neceſſaria exiſtimat ad peccati ſui explicationem. *Suarez, Reginald. Malder. Villalob. Diana p.*2. *tr.*4. *r.*111. *Lug. ſect.*5.

23 Non eſt ſacrilegium dicere, pœnitentem ſcrupulis, & minutijs ſuis tempus terere, caput ſibi obtundere, moroſum eſſe, res nihil ad rem pertinentes dicere. *Nauar. cap.* 8. *nu.* 12. *Lug. ibidem contra Coninch.* poteſt vti confeſſarius notitia, quam ante vel poſt confeſſionem de peccatis alicuius acquirit, dummodo non addat certitudinem ex ijs, quæ in cõfeſſione nouit. *Vaſq. Suar. ſ.*3. *n.*7. *Alenſ. Lug. ſe.*

24 Ali-

Digitized by Google

24 Aliquando frangitur ſigillum, ſi dicat Sacerdos: *Sempronij hodie confeſſionem audiui*, ſi concurrant tales circumſtantiæ, quæ peccati grauis, aut reſeruati indicia eſſe poſsint, vt ſi dicatur de Religioſo, qui ſine licentia non poteſt confiteri, niſi ordinario confeſſario, quem non abeſſe conſtat. Præſul videns confitentem alicui, cui eo die dedit facultatem abſoluendi a reſeruatis, imprudenter, & iniquè aget, ſi manifeſtet confitentem. Non tamen ſacrum ſigillum frangit, nec, qui dicit ſe vidiſſe Sulpicium confitentem præter conſuetudinem pœnitentiario, cui confiteri ſolent, qui reſeruatis criminibus obſtricti ſunt. *Lugo, & alij*.

25 Clemens VIII. anno MDIVC. die xvi. Maij interdixit Præfectis Religioſorum vſum notitiæ per confeſsionem acquiſitæ ad externum regimen hoc decreto. *Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quam Confeſſarij, qui poſtea ad ſuperioritatis gradum fuerunt promoti, diligentiſſimè caueant, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad externam gubernationem vtantur, atque ita per quoſcunque Regularium ſuperiores, quicunque illi ſint, obſeruari mandamus*. Huius Cõſtitutionis ab Vrbano Octauo confirmatæ violatores lethalis culpæ rei ſunt. Eius obligatio naſcitur ex natura ipſa rei, & ratione Sacramenti, ex qua ob ſecuritatem, & leuamen pœnitentis naſcitur tale ſigillum, vt non liceat peccata detegere, & tanto minus liceat vti tali notitia in incommodum, & grauamen ipſius pœnitentis. *ita Card. Lugo de pœnit. d. 23. ſ. 5. nu. 94. Caſtropalaus tom. 1. tr. 3. d. 1. p. 9. Diana p. 4. Miſcel. 4. r. 202. Giragus p. 3. d. 58*.

26 Quamuis præſul Religioſus nequeat vti notitia confeſsionis ad externam gubernationẽ, quod ad actus moleſtos, & oneroſos pœnitenti, vt ad negandum ſuffragium homini, qui exterius in communi hominum opinione probus exiſtimatur, ſed eum in confeſſione improbum, & indignum nouit, poteſt tamen, quod ad actus gratos, & minimè noxios pœnitenti, vt eſt ad rogandum Deum pro ſalute ipſius, ad euoluendos libros, ad conſulendum ipſi, ad inſtruendum illum, ac dirigendum in viam ſalutis. Poteſt etiam Superior ex aliorum pœnitentium periculo ſibi ipſi conſulere, occaſiones illas vitare, ob quas nouit ſæpe lapſos eſſe pœnitentes, & præcauere damna, quæ ex confeſſione alterius ſibi imminere nouit, modò abſq; vlla detectione, aut ſuſpicione perſonæ id fiat. *Auerſa q. 18. ſ. 8. Fagund. Diana p. 1. tr. 11. r. 3. Granad. in 3. p. contr. 7. tr. 11. d. 7. Giragus d. 58. n. 358*.

## Abſolutio à peccatis, & caſibus reſeruatis. Cap. XXV.

1 POſtquam Sacerdos pœnitentis confeſſionem audiuerit, eique pœnitentiam conuenientem iniunxerit, & ſi opus fuerit, ad dolorem, & deteſtationem peccatorum efficacibus verbis eundem adduxerit, ſolita Romanæ Eccleſiæ formula, rituque abſoluet, vtque remoueatur omne impedimentum, quod Sacramenti vim, & effectum impedire poſſit, & pœnitens melius diſponatur, primum intelligibili voce dicat. *Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen*.



Digitized by Google

*Amen*. Deinde dextra verſus pœnitentem eleuata ſubdat. *Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dominus. Amen. Dominus noſter Ieſus Christus te abſoluat, & ego authoritate ipſius te abſoluo ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti in quantum poſſum, & tu indiges*. Deinde, *Ego te abſoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen*. Si pœnitens ſit Laicus, omittatur verbum *ſuſpenſionis*. *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali patienter ſuſtinueris ſint tibi in remiſſionem peccatorum, argumentum gratiæ, et præmium vitæ æternæ. Amen*.

2 In confeſſionibus vero breuioribus, ac frequentioribus ſatis erit dicere. *Dominus noſter Ieſus, &c.* vſque ad illud, *Paſſio Domini*. Vrgente neceſſitate, ac periculo mortis dicatur tantum *Ego te abſoluo ab omnibus cenſuris, & peccatis in nomine Patris, &c.* α in duobus illis verbis *abſoluo te* tota abſolutionis ratio conſiſtit; quãquam cætera formulæ verba abſque peccato ſaltem veniali omitti nequeunt. Manus eleuatio, vel impoſitio, & capitis inter abſoluendum denudatio, vbi de more obſeruantur, omittendæ non ſunt. Abſolutio verbis, ſeu voce neceſſario exprimenda, non ſcriptura, vel nutibus exprimi validè poteſt; Nam & in cæteris Sacramentis verbalis forma neceſſario voce proferenda eſt, excepto matrimonio, quod ſolis nutibus mutuum conſenſum sponſorum indicantibus contrahi poteſt. Si dubitet Sacerdos, an pœnitentem abſoluerit, poteſt dicere: *ſi non es abſolutus, ego te abſoluo, &c.* nam conditio de præterito, vel præſenti abſolutionem minimè vitiat, vt ſi Sacerdos dicat, *ſi doles, vel ſi ſtatuis alienum reſtituere, vel ſi propoſitum habes non peccandi amplius, vel ſi poſſum te abſoluere, vel ſi te non abſolui, ego te abſoluo, &c.* conditio vero de futuro, vel irritam reddit abſolutionem, vel periculo exponit; neque enim in poteſtate miniſtri eſt Sacramenti effectum ſuſpendere. β cum tacita conditione abſolui poteſt puer, vel alius qui dubitatur, an rationis vſu polleat, & quicunque aliquid dubium, an ſit veniale peccatum, confeſſus eſt. Quanquam præſtat alicuius venialis culpæ præteritæ, vel lethalis peccati aliàs in confeſſione explicati confeſſionem, & nouam deteſtationem illius, & dolorem γ exigere. α *Rituale Roman.* β *Caiet. v. abſol. Filliuc. Layman. Layman. Armilla, Bera p. 2. caſ. 31. Nauar. cap. 26. num. 12. Suarez tom. 3. p. 3. d. 13. ſ. 3. Candid. diſq. 24. art. 9. d. 1. Lug.* γ *Villalobos, Filliuc, Layman. Dian. p. 4. tr. 3. r. 53. Sà, Tolet.*

2 Summus Pontifex, Epiſcopi, & quicunque iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem ordinariam habent, peccatorum abſolutionem ſibi iure reſeruare poſſunt, vt ex Tridentino Concilio ſeſſione xiv. & cap. vij. *De pœnitentia* colligitur, idque ex verbis illis Chriſti conſtat. *Quorum* peccata *retinueritis retenta ſunt*; id enim animarum ſaluti quandoque maximè expedit, cum propter erubeſcentiam, & difficultatem petendi, & obtinendi abſolutionem à peccatis homines retrahantur, & peritiorem medicum adire cogantur. Valet autem reſeruatio *facultatis abſoluendi* à peccatis, etiamſi illicitè aliquando fiat; quoniam per reſeruatio-

uationem inferiori à Superiore iurisdictio, & poteſtas abſoluendi adimitur, & ſubdito auſertur licentia confitendi reſeruata, cui velit. *D. Thom. Suar. d.20. ſect. 4. Coninch. d. 8. d.11. Reginal. l.1. Sot Floron. cap.2. Megal. cap. 11. inſtit. Miranda tom. 2. q. 24. Fr. Longus ſ.1. art.1. Rodriq. r. 22. Graff. Bellech. Nugn. Victoria, Bonac. d.5. q. 7. p.5. & alij contra Paludanum.*

3 Superiores Religioſorum abſque conſenſu capituli reſeruare ſibi poſſunt caſus contentos in Decreto Clemẽtis Octaui ſiue omnes, ſiue aliquos ex illis, vt ex decreti verbis, & ex vſu religioſorum ordinum conſtat. *Raph. Auerſa de pœniten. q.17. ſect.2. Diana p.8. tr. 7. r. 69. & alij contra Fr. Bordonum.* Dum autem Superiores Religioſi ſibi peccata reſeruant, non modo committenda, ſed etiam antea commiſſa ſibi reſeruare cenſentur; niſi voluntatem, & intentionem ſuam reſeruandi ſolum committenda explicent, vel niſi cenſuram peccati reſeruationi addant; cenſura enim futura ſola reſpicit. *Floronus, Naldus v. caſus, Bordonus q. 25. 26. Diana, Vgolin. cap.39. num.2. contra Paſqualigum quæſt.* 166. probabiliter aſſerentem iuriſdictionem confeſſarij reſtringi tantum quod ad peccata committenda, non quod ad commiſſa ante reſeruationem.

4 Licet autem peccata mortalia interna, immo & venialia à Summo Pontifice reſeruari poſſe probabiliter nonnulli aſſerant, *a* ſola tamen lethalia ſcelera externo opere conſummata à Superioribus, ac præſulibus reſeruari conſueuerunt; *b* cum enim Eccleſia precipuè ſpectet externa, non eſt, cur ſibi peccata merè interna reſeruet. Neque expedit venialia reſeruare; quia nimis facilè in ea labimur, & ſepties in die cadit iuſtus; propterea in reſeruatum crimen non incidit, qui externum opus non facit, quod ex ſe mortiferum ſcelus non eſt, quamuis grauiter animo peccet. Sicut excommunicationis mucrone non feritur is, qui clericum leuiter, licet prauo animo percutiat. *a Suar. loc. c. Coninch. Nugnus, Miranda, Graff. l.1. deciſ. c. 10. Homob. p. 1. c.3. art. 1. Layman. Henriq. Syluest. Hurtad. Marchellus, Bonacin. Auerſa, Megala, Diana p.8. tr.1. reſ.52. contra Vaſq. &c. Reginald. l.1. num.126. Bordonum, Llamas, F. Longum, & alios. b Bonacin. d.5. q.7. p.5. Graff. Finellius Sanch. l. 2. Decal. cap. 8. num. 7. Henriq. Portell. Guttier. Diana p. 5. t. 9. r. 41. F. Longus. Card. Lug. d. 220. c.1.*

6 Ordinariam poteſtatem abſoluendi à reſeruatis criminibus habet, qui ea ſibi reſeruauit, vt Sũmus Pontifex, Epiſcopus, generalis alicuius religionis Antiſtes, vel religioſæ familiæ Præpoſitus, vel Superior, cui ſubeſt ille, à quo caſus reſeruati ſunt; abſoluere enim poteſt, qui ligare poteſt, & par eſt ius ſoluendi, ac ligandi. Nec peccata præſulis reſeruantis ſibi aliena eiuſdem ſpeciei peccata ſunt reſeruata. Ille delegatam abſoluendi à reſeruatis culpis poteſtatem habet, cui illa à Superiore ordinariam poteſtatem habente conceſſa eſt. *Bonac. tom. 1. f. 273. num. 8. Lug. & alij plurimi.*

6 Confeſſarij Regulares ex vi priuilegiorum ſuorum habent poteſtatem abſoluendi à caſibus reſeruatis Summo Pontifici, & Epiſcopo de iure communi, & à quibuſcunque cenſuris, exceptis caſibus in Bulla Cœnę contentis, & à caſibus reſeruatis à iure. *Diana p.1. tr.5 reſ.8. tr.7. r 71. Boc-*

*aulus in priuilegijs Somaſch. Auerſa de pœnit. q.17. ſ. 6. & alij contra Er. Bordonum reſ.6. q.9. num.11.*

7 Inferior Sacerdos abſque Superioris reſeruantis permiſſu, aut conceſſione à reſeruatis peccatis per ſe directè abſoluere nec licitè, nec validè poteſt; Concilium enim Tridentinum ſtatuit, Sacerdotes in reſeruatis caſibus nihil poſſe, ac debere perſuadere pœnitentibus, vt ad Superiores pro abſolutione accedant *ſeſſ. 14. c. ſtatuit. Reginal. de prud. confeſſ. p. 393. Mazuchell. Floron. Capeau.*

8 Inferior Sacerdos abſoluendi à reſeruatis criminibus poteſtatem non habens à Superiore, neque per accidens, neq; indirectè abſoluere poteſt, etiam impoſito onere præſentandi ſe Superiori; niſi diuidendæ confeſſionis rationabilis cauſa adſit, cujus integritas diuino iure ſancita eſt. *Trid. Concil. ſeſſ. 14. c.7.*

9 Mortuo Epiſcopo à peccatis, quorum abſolutionem ille ſibi reſeruauerat, etiam à commiſsis ipſo viuente, quilibet confeſſarius abſoluere poteſt, niſi Epiſcopus ille per conſtitutionem propriam, vel Synodale decretum ea ſibi reſeruauerit, vel niſi iure, aut conſuetudine caſus illi Epiſcopo reſeruati ſint; tunc enim ab Epiſcopo ſucceſſore, vel à Capitulo Sede vacante petenda eſt abſolutio. *ita Gauantus, Piaſecius, Rubeus, Trullench. Dian. p. 4. tr. 4. reſ. 108. Sà, v. abſolutio. Fagund. p. 2. l. 8. c. 1. Sanchez de matr. l. 8. d. 28. Paſqualig. d. 496. & alij cont. Præpoſitum de pœnit. q. 9. d. 1. num. 6.* Sic mortuo Generali, vel Prouinciali Præfecto alicuius religioſæ ſodalitatis, ſeu Congregationis, vel ceſſante, vel abſoluto eius regimine ceſſat reſeruatio caſuum. *ita ex Nauarro, Fagund. loc. cit. Diana p.6. tr.6. reſ.41. & p.3. tom. 2. reſ.23. Megala p.1. l.1. cap.12. Paſqualig. dec. 497. & alij.* Immo etiam quando extincta iuriſdictione Præpoſiti, vel Præſidis, qui ſibi aliquorum peccatorum abſolutionem reſeruauit, ſi adhuc ſuperſit eiuſdem Vicarius, caſuum reſeruatio ceſſat; hæc enim iuriſdictionem Præpoſiti ſequitur, vt effectus ipſius ab eadem pēdens coniuncta cum voluntate illius, quæ in Vicario non eſt, etiam ſi in eo ſit iuriſdictio Præpoſiti exauthorati, vel mortui. *Paſqualig. dec. 497.*

10 Confeſſarius poſt diligentem peccatorum inquiſitionem dubitans, an reſeruata ſint, pœnitentem abſoluere poteſt; reſeruatio enim odioſa res eſt, ideo ad certos caſus reſtringenda, ſtrictèque interpretanda eſt; nec peccatum vllum reſeruatum eſſe cenſendum eſt, niſi eius reſeruatio conſtet. *Ita Suarez de Rel. tom. 2. lib. 4. Fillius. tr. 21. c. 4. Sà, Ochagauia, Hurtadus, Homobonus, Portellus, Henriquez, Merola, Diana p. 4. tr. 3. reſ. 4. & alij contra Armillam, Friam, & Cordubam, Lug. Th. Sanch. Alph. à Leone.*

11. Peccatum tamen in aliquo determinato genere, quod, an ſit mortiferum dubitatur, ab Epiſcopo reſeruari poteſt. *ita Turrian. p. 1. d. 38. Dian. ibid.* Probabile eſt eum, qui ignorat reſeruationem alicuius peccati in pœnam, ſi illud committat, non incidere in reſeruationem, ſed poſſe à quocunq; confeſſario abſolui. *Sanch. l. 9. de matr. d. 32. Lugo d. 20. ſect. 2. nu. 11. & alij.* Secus dicendum ſi peccata reſeruata ſint ad medicinam, non in pœnam.

12 Si poſtquam confeſſarius impetrauit facultatem abſoluendi à reſeruatis

ſatis criminibus pœnitentē, hic priuſquam ab illis abſoluatur, in noua eiuſdem generis peccata relabatur ab his poſterioribus, non minus, quā à prioribus reſeruatis vi impetratæ facultatis à confeſſario abſolui poteſt, etianſi qui abſoluendi poteſtatem petijt, nullum relapſus periculum eſſe dixerit; petitio enim, ac conceſſio de ſimilibus caſibus, qui clauibus à pœnitente ſubijcientur, intelligitur, & fauorabilia latè interpretanda ſunt. *Ita Ioan. Præpoſitus in 3. p. D. Thom. q. 9. d. 5. num. 22. Diana p. 4. tr. 4. reſ. 109.*

13 Peregrinus reſeruato ſcelere obſtrictus, quod vbi confitetur, non eſt reſeruatum, ſed in eiuſdem Diœceſi tantum, abſolui poteſt ab omni, à quo aliàs audiri potuit, etianſi confeſſarius poteſtatem non habeat abſoluendi à reſeruatis caſibus. *ita Præpoſitus, & Diana ibidem, & p. 3. tr. 4. r. 40. Caietanus, Lug. d. 20. Paludanus, Henriq. Villalob. Chapeauilla, Vgolinus, & alij contra Sotum, Bellochium, Graffium p. 1. l. 1. c. 13. Cutillus, Mancinus.*

14 Si quis à Sacerdote inferiore propter dubium abſolutus eſt ab hæreſi, vel ab alio peccato reſeruato, & poſtea depoſita dubitatione recordetur illud peccatum à ſe certè commiſſum, ac reſeruatum eſſe, cenſetur validè abſolutus, & probabile eſt, non eſſe opus, vt recurrat ad Superiorem pro abſolutione. *Lugo diſp. 20. ſect. 2. Diana, & alij.*

15 Si quis reſeruata excommunicationis cenſura obſtrictus peccata non reſeruata cum reſeruatis bona fide confiteatur, & ab illis abſoluatur, abſolutio rata, ac firma manet; cenſura enim abſolutionem irritam non reddit, niſi quis excommunicatione reſeruata ſe irretitum eſſe ſciens Sacerdoti, quem abſoluendi poteſtatem non habere ſcit, confiteatur, & abſoluatur; Sacramenti enim bona fide ſuſcipienti adminiſtrari ratio conſtat, etiam ſi quis à peccatis prius, quam à cenſura abſoluatur. Hoc autem verum eſt etiam, cum Sacerdos à peccatis, quibus excommunicationem adiunctam eſſe nouit, pœnitentem malitioſè abſoluit; iuriſdictionis enim poteſtatem in pœnitentem ſibi ſubditum habet, excommunicatio autem ſubditum iuriſdictionis vſu, non ſubiectione priuat. *ita Nauar. man. c. 9. num. 4. Tolet. l. 3. cap. 10. Laym. l. 5. tract. 6. c. 12. Coninch. de ſacram. d. 8. d. 5. cap. 4. Suar. de cenſur. d. 10. ſ. 3. num. 9. Caietanus, Couarruuias, Dian. p. 3. tract. 4. r. 78. & alij contra Paludanum, Adrianum, Syluestrum, Maiorem, Gabrielem, Antoninum, Ledeſmam, Chapeauillam, Vaſquium in 3. p. tom. 4. d. 4. Sancium, Megalam.*

16 Si quis à Superiore petat facultatem pro aliquo reſeruatis ſceleribus obſtricto, vt abſolui ab illis poſſit, vt ſi dicat (*quidam indiget tua authoritate, vel facultate pro abſolutione à reſeruatis*) mox illa à Superiore conceſſa pro ſe, qui petijt, vti poteſt, ſi, ne ſe proderet, nomine perſonæ indigentis intellexit ſe ipſum *Fleronus p. 1. c. 3. Villalob. tom. 1. tr. 9. d. 64. Leon. tom. 2. Diana p. 8. tom. 7. r. 92. & alij contra Graff l. 5. c. 8. ex l. Paulus reſpondit § fin ff. de pignorib.*

17 Viator, vel aduena Peregrinus poteſt abſolui à peccatis in aliena Diœceſi non reſeruatis, quæ in ipſius Diœceſi reſeruata erant, etianſi illuc ſe eo animo contulerit, vt ab illis abſoluatur. Nō enim illicita fraude, ſed iure ſuo vtitur, & tanquam Peregrinus, vel in-



Digitized by Google

incola loci confiteri, & abſolui poteſt. Nam & conſuetudo illa, qua Peregrini in itinere confiteri ſolent, ab Eugenio Quarto probatur. Et hoc verum eſt, etianſi Peregrini ab Epiſcopo proprio non habuerint veniam peregrinandi. *ita Suar. in 3. p. tom. 4. diſp. 30. ſect. 1. num. 4. Reginaldus tom. 1. l. 8. cap. 5. Lug. Nauar. cap. 27. Henriq. l. 6. c. 14. nu. 8. Homobonus de caſ. p. 1. cap. 2. tr. 16. r. 56. 28. Coninch. Graff. Pontius, & alij contra Sotum in 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. Comitolam, Nugnum, Megalam.*

18 Qui reſeruata crimina Sacerdoti ab illis abſoluendi poteſtatem habenti ſiue ipſius, ſiue pęnitentis gratia conceſſam confitetur, & abſoluitur, quamuis defectu contritionis, ſiue integritatis peccatorum veniam irrita confeſſione non conſequatur, nihilominus ſatisfecit intentioni reſeruantis, ideò à quocunque confeſſario approbato ab iiſdem abſolui poteſt. Per priorem enim confeſſionem licet inualidam eorundem peccatorum reſeruatio ſublata eſt. *Caietan. v. caſ. reſeru. Reginal. Coninch. Sylueſt. Suar. Henriq. Ludouicus, Maratius, Comitolus, Præpoſit. Suar. de pœnit. d. 31. ſ. 4. num. 9. Ochagauia, Diana p. 4. tr. 4. r. 124. Lugo d. 20. ſect. 2. Bonac. d. 5. q. 8. Baſſeus, Giragus p. 3. d. 31. contra Filliucium.*

19 Sacerdos, qui nullo priuilegio innixus à peccatis Epiſcopo reſeruatis pœnitentem abſoluit, in excommunicationem, & pęnas à Clemente Octauo decretas incidit, niſi ignoranter, vel inconſideratè, vel ſperans abſolutionem ſuam ratam haberi id fecerit. *Homob. p. 1. tract. 5. cap. 4. q. 22. Floronus de caſ. reſeru. p. 1. c. 5. num. 27. Finellius, & alij contra Horatium Gambaruptam.* Nec dicendum eſt Summum illum Pōtificem prohibuiſſe tantum Religioſis, ne priuilegiorum ſuorum prætextu à reſeruatis quenquam abſoluerent, ne vllam excuſationem prætendere poſſent. *Suarez de cenſ. d. 22. ſect. 6. num. 11. Philiarchus, Sayr. l. 3. cap. 31. de cenſ. Rodriq. Sanchez, Diana, & alij.* Illis tamen pœnis minimè obnoxij ſunt religioſi, qui inconſulto præſule ſuo à reſeruatis in religioſa ſodalitate criminibus abſoluunt. *ita Floronus, Homobonus loc. cit.*

20 Verùm, qui alium à reſeruatis caſibus abſoluens ſe ipſum excommunicationis vinculo obſtrinxit, ab ipſomet Epiſcopo abſolui poteſt, cui à Tridentino Concilio conceſſum eſt ab omnibus ſuſpenſionibus, & cenſuris ex occulto delicto ortis abſoluere. *ita Suarez, Diana p. 3. tom. 4. reſ. 73. Peregrinus, Homobon. p. 1. tr. 5. cap. 4. Beia p. 4. cap. 3. Finel. & alij contra Floronum.* iuſta ex cauſa poteſt Superior abſoluere aliquem à ſolis reſeruatis, & remittere eum ad inferiorem Sacerdotem, qui à reliquis eum abſoluat. *ita Doct. cit.*

21 Subditus à reſeruatis tantum criminibus à Superiore abſolutus eadem poſtea inferiori Sacerdoti cum reliquis non reſeruatis confiteri debet; vt enim confeſſio integra ſit, omnia peccata vni, eidemque pandenda ſunt. *Homob. p. 1. tr. 5. c. 4. q. 25. Henriq. Fagund. Diana ibid. reſ. 74.* quanquam contraria ſententia probabilis eſt, peccata, à quibus Superior abſoluit, non eſſe neceſſario iterum confitenda inferiori. *Ledeſm. ſum. tom. 1. c. 20. c. 5. d. 4. Ioan. à Cruce p. 2. q. 3. d. 5. Maior, Gerſon, Lugus d. 20. ſect. 6. Coninch. Suar. & alij.*

22 Non

22 Non omnes mulieres, quæ præuijs doloribus inſtantis partus laborant, à reſeruatis cenſuris, ac criminibus à ſimplici Sacerdote abſolui poſſunt; non enim omnes in partu vitæ periclitantur, ſed illæ tantum, quæ dolores partus nondum expertæ ſunt, vel eos vehementer acerbos, & periculoſos pati conſueuerunt, & cum alijs ad vitam, ſibi ad mortē viam pene aperiunt. *ita Sanchez tom. 1. l. 2. cap. 13. num. 4. Layman l. 5. tr. 6. c. 12. nu. 13. Nauarr. Sotus in 4. d. 18. q. 1. art. 5. Graff. p. 1. l. 1. c. 11. num. 7. Floronus p. 1. c. 4. §. 20. Tanner. Marchin. Poſſenin. Hurtad. Trullench. Ludou. à Cruce. Finell. Fagund. Diana p. 5. tr. 3. reſ. 63. & alij contra Bellochium, Hurtadum, Mendozam, Abbatem, Syluestrum v. abſolutio.*

23 Si Sacerdos pœnitentem à peccato abſoluat, quod non reſeruatum eſſe probabiliter exiſtimat, abſolutio valet. Probabilis enim Doctorum opinio efficit, vt Sacerdoti ſecundum illam abſoluenti iuriſdictionem Eccleſia conferat. Opinionem autem probabilem ſequi licet relicta probabiliore. *ita Leſſ. l. 2. c. 29. d. 8. Reginald. tom. 1. l. c. 8. Præpoſitus 9 nu. 38. Bonacina de leg. d. 2. q. 4. p. 9. Malder. Martinez, Conimb. Henriq. Diana p. 2. tr. 15. reſ. 29. Sanchez ſum. tom. 1. l. 1, c. 9. nu. 35. Lugus contra Sancium, Nugnum, Salam, Filliuccium.*

24 Quicunque in articulo, vel periculo mortis verſatur, vt ſi pugnam, vel nauigationem periculoſam morali neceſſitate coactus aggrediatur à quocunque Sacerdote à quibuſcunque peccatis abſolui poteſt. *ita Sanchez ſum. tom. 1. l. 2. c. 13. Filliuc. c. 8. n. 8. Longus de caſ. reſeru. p. 1. ſect. 2. artic. 16. Crucius, Trullench. Turrian. Valboa, Præpoſ. Merolla, Vaſq. Granad. Belloch. Floron. Vgolin. Cæleſtin. Tanner. Suar. Henriq. Torreblanca, Diana p. 5. t. 3. reſ. 59. & alij contra Sotum, Canum, Couarruuiam, Valentiam.*

25 Sacerdos, qui ſolum habet poteſtatem abſoluendi à criminibus reſeruatis Epiſcopo, non poteſt committere poteſtatem alteri, vt ſe ipſum ab iiſdē reſeruatis abſoluat, vel alios, quia talis facultas abſoluendi à reſeruatis non eſt aliud quam ampliatio iuriſdictionis reſtrictæ quod ad aliqua peccata reſeruata. Ideò eſt conceſſio iuriſdictionis eiuſdem rationis cum illa, quam habent confeſſarij; at hæc ab illis alteri communicari, vt abſoluantur ipſi à peccatis, non poteſt. Communicatio enim iuriſdictionis ſpectat ad forum externum. Ad hoc autem non ſe extendit iuriſdictio confeſſarij. Superiores tamen Regulares per priuilegium illis ab Eugenio IV. conceſſum poſſunt ſibi eligere confeſſarium, à quo abſoluantur à peccatis; hinc eorum ordinaria iuriſdictio in ſubditos ampliata eſt, & eam alijs committere poſſunt, à quibus tam ipſi Superiores, quam ſubditi abſoluantur. *ita contra Mirandam tom. 2. q. 3. art. 14. Fr. Longum de caſ. reſeru. p. 1. ſ. 1. art. 23. Bordonum r. 39. num. 64. docet Z. Paſq. c. 2. q. 184. Regin. l. 1. num. 124. Floron. Graff. l. 1. c. 4. ex c. omnis fidelis, & c. Epiſc. de pœnit. ex Trid. ſeſſ. 14. c. 17. Compend. priuil. Mend. v. abſol. § 37.*

26 Religioſus aduena, vel hoſpes in alieno Monaſterio ordinis ſui à peccatis ibi non reſeruatis, licet in Monaſterio proprio ipſius reſeruata ſint, abſolui poteſt, etianſi illuc ex induſtria, vt abſoluatur à reſeruatis in proprio Cœnobio, ſe contulerit; quiſq; enim



Digitized by Google

enim ſecundùm leges loci iudicandus eſt, & ſecundum authoritatem confeſſarij, cui confitetur, qui ſi fortè ſit Præpoſitus loci, ſeu Superior, hoſpites, & aduenas abſoluere poteſt non ſecus, ac ſubditos ſibi *ita* ɤ. ɛ *D. Antonin. Suar. tom. 4. d. 30. ſ. 1. Fagund. de prac. Eccl. l. 8. c. 8. Henriq. Villalob. Medina c. 10. §. 3. Lezana p. 3. Peyrin. Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 10. Portell. Graff. Crucius, Baun. tr. 4. q. 8. Bordon. p. 1. r. 34. Creſcent. in Arſen. n. 50. Diana contra* ɤ *Zambellum, Lezan. p. 3. v. confeſſio.*

27 Si Epiſcopus reſeruet ſibi aliquos caſus, nec mentionem faciat de reſeruatis à lege, nec vlla dictione inuoluat caſus à lege reſeruatos, nominatos tantum cenſetur reſeruare, cæteros vero ſub facultate confeſſariorum relinquere; ɛ mentem enim ſuam explicat, & declarat caſus, quos ſibi reſeruat. Omiſſum, ſeu non expreſſum cenſetur omiſſum; ɤ omiſſi ſunt caſus, quorum non meminit Epiſcopus in reſeruatione ɛ *ita contra Bordonum reſ. 61. num. 31. docent Comitol. l. 1. q. 25. Homob. c. 3. Floron. cap. 4. §. 8. Lezana v. caſus. Paſq. q. 165.* ɤ *l. commodiſſimè ff. de lib. c. inter corpor. de translat. Epiſcop. Anchar. c. 120. 225. Soc. c. 32. 123. Bald. cap. 332. Dec. cap. 438. Caſtil. cap. 17.* voluntas non operatur, niſi exterius manifeſtetur *l. ſi repetendi ff. de condicti Rota d. 354. Farin. p. 1. recent.*

28 Si quis ab aliquo crimine reſeruato abſolutus à Sacerdote abſoluendi poteſtatem non habente ſe ratam abſolutionem conſecutum exiſtimet, non eſt cur Sacerdos amplius de illa ſollicitus ſit. Cum enim ab omnibus peccatis illum abſoluerit, à reſeruato etiam peccato per diuinæ gratiæ communicationē obliquè abſolutus cenſetur ɑ. tutius tamen eſt ſi Sacerdos ille abſoluendi à reſeruato illo crimine poteſtatem à præſule impetret. Et poſtea, niſi ſcandalum timeat, ſuadeat pœnitenti, vt iterum ad confitendum accedat. Vel ſi pœnitens inſcius ad confitendum redeat, poſtulet ab eo Sacerdos, an eum peccatorum, quæ antea ſibi confeſſus eſt, verè pœniteat, cupiatque iterum, ſi opus ſit, abſolui, & annuentem illum ɓ tacito prioris confeſſionis vitio abſoluat. ɑ *Io. Valer. Corduba, Henriquez* ɓ *Coninch. Nugnus, Floronus, Poſſeuinus, Homobonus, Conradus, Nauarrus, Syluius, Diana p. 2. tract. 15. reſ. 60. & alij.*

29 Vicarius Antiſtitis, qui ſubdelegare alteri poteſtatem abſoluendi à reſeruatis criminibus poteſt, ſi fortè incidat in culpam Epiſcopo reſeruatam, ab alio abſolui poteſt, cui poteſtatem ſubdelegarit; hanc enim qui habet, delegantis antiſtitis vice fungitur. Similiter ſi, Epiſcopus in peccatum Summo Pontifici reſeruatum, à quo alios abſoluere poteſt, labatur poteſtatem ſuam alij impertiat, ab eoque abſoluatur. *ita Sanchez, Suar. Sayr. Maiol. Henriq. Flor. Vgol. Sa, Nald. Bellet. Congr. Concil. Trident. contra Graffium, Alterium.* Idem vero de diſpenſatione, ſiue relaxatione votorum, impedimentorum, irregularitatis dicendum eſt, ac de abſolutione à reſeruatis. *ita contra Alterium, Diana p. 7. tr. 2. r. 14. Gauantus, Alzedus, Theſaurus, Filliucius, Suar. Sanch. Lud. à Cruce, Duard.*

30 Pœnitentem reſeruatis criminibus obſtrictum à non reſeruatis abſolui poſſe hac conditione, vt reſeruata tantum Superiori confiteatur, aliqui valdè probabiliter docent. ɑ

quan-

quanquam hoc verum eſſe aliqui concedunt, ſi quis peccatum, quod commiſit, reſeruatum eſſe ignorans, vel credens, ſe ab inferiore Sacerdote abſolui poſſe, illi confeſſus fuerit, niſi excommunicatio ſceleri adnexa ſit. *Syluest. Nauar. Tolet. Pharaon. & alij contra Coninckum, Pelliζar. c. 10. ſect. 3. cap. 25. Laym. l. 5. tr. 6. c. 12.* contraria tamen opinio valdè probabilis eſt, non modo enim confeſſio, ſed etiam abſolutio peccatorum integra eſſe debet. Propterea pœnitens ad illum remittendus eſt, cui peccatorum abſolutio reſeruata, vel delegata, vel commiſſa eſt, excepto mortis articulo; in quo à quibuſcunque peccatis, & cenſuris cuilibet reſeruatis à quocunque Sacerdote, vel hæretico, vel ſchiſmatico, vel ſacris interdicto, vel exaugurato abſolui poteſt, & quicunque in mortis proximo diſcrimine verſatur, ab huiuſmodi Sacerdote hæreſeos, vel ſchiſmatis, vel cenſuræ nota infami abſolutionem petere debet; tunc enim petit, quod Sacerdoti facere licet. Modò perverſionis periculum abſit, nec pœnitens huiuſmodi Sacerdotis pertinacem errorem approbare videatur. *ita aduerſus Sotum, Nauarrum, Ledeſmam docent G. Marcerus, Hurtadus, Laym. Barboſa cum alijs Diana p. 4. tr. 4. reſ. 225. ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. Coninch.*

31 Qui priuilegijs Bullæ Cruceſignatorum gaudent, à cenſuris, & criminibus reſeruatis ante, & poſt illius ſuſceptionem commiſſis, nec non à votis ſiue commutandis, ſiue relaxandis abſolui poſſunt, cum enim priuilegia illa generalia ſint, minimè reſtringenda ſunt. *ita contra Sotum docent decem Doctores ab eo relati; nec non Sancheζ, Leo, Florentur, Sanctarellus cum alijs quatuordecim, Fernandes, Bonac. Villalob. Ledeſma, Fauſtus, Molfeſius.* Excipiuntur tamen Religioſi ſaltem mendicantes, qui non poſſunt abſque facultate à præſulibus ſuis obtenta abſolui à reſeruatis. *Longus, Portellius, Miranda, Lugus, & alij plurimi.*

32 A peccatis reſeruatis in confeſſione ex obliuione omiſſis poſt mediocrem conſcientię diſcuſſionem habitam ab eo, qui Bullam Crucis habebat, vel Iubilei conſequendi gratia confeſſus eſt, quilibet confeſſarius abſoluere poteſt; omnis enim eorundem reſeruatio à Sacerdote abſoluendi poteſtatem ex Iubilei, vel Bullæ cruciatæ priuilegio habente ſublata eſt; licet pœnitens abſolutionem à peccatis reſeruatis explicitè non petat, quorum bona fide confeſſus non meminit, cenſetur tamen tacitè petere, cum ad pœnitentiæ Sacramentum acceſſerit, vt ab omnibus peccatis abſoluatur. Propterea abſoluentis Sacerdotis intentio ſaltem tacita eſt pænitentem ab omni peccatorum onere quantum poteſt, liberare; cum hoc confitentis deſiderium eſſe ſciat; atque ideò cenſendus eſt pro paſtorali, ac paterna cura ſua velle ab omnibus peccatis eundem abſoluere, atque in nulla re ad eius ſalutem neceſſaria deeſſe. *ita Suareζ, Syluest. Adrianus, Gabriel, Angelus, Roſella, Nauarrus, Sà, Henriq. Coninch. Molſ. Nugnus, Reginaldus, Diana p. 1. tr. 11. r. 19. & alij.*

33 A criminibus etiam in prima cenſura Bullæ Cænalis contentis Sacerdotes priuilegio Cruceſignatorum electi confeſſos abſoluere poſſunt, nam hæreſis formalis tantum ibi excipitur: *ita Sanch. Portel. Riccius, Duard. Henriq. Farinac. Suar. & alij*

contra

*contra Fernandum, Turrianum, Alterium, Azorium, Ledeſmam d. r. 29.* Propterea eodem priuilegio, qui libros hæreticos animo ab hæreſi intacto legit, nedum Chiromantiæ, & Magiæ libros, qui minimè hæreſin docent, legit, à peccato, & cenſura abſolui poteſt. *Delrius, Turrius, Souſa, Bonac. Alter. d. r. 30.*

36 Bulla Crucis muniti ab omnibus peccatis in Bulla Cœnæ reſeruatis, excepta hæreſi, abſolui poſſunt. *ita contra Garziam, & Bledam docent Acoſta, Rodriquez, Sanchez, Fagundez, Henriquez, Villal. Fernandez, Sorbus, Ludouicus à Cruce, Trulleuchus, & alij.* Idque in omnibus Hiſpaniæ Regnis paſſim conſuetudo legis interpres oſtendit. *Diana p. 4. tr. 4. r. 18.*

37 Superior Religioſus propenſior eſſe debet ad concedendam poteſtatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, quam ad illam negandam. Nam vt D. Thomas teſtatur, *multi ſunt adeo infirmi, vt potius ſine confeſſione moriantur, quam tale peccatum tali Sacerdoti confiteantur.* Propterea qui nimis ſolliciti ſunt, vt ſubditorum conſcientiam per confeſſionem ſciant, multis laqueum damnationis inijciunt, & per conſequens ſibi ipſis. Ideo Paulus V. in declaratione addita Decreto Clementis VIII. ſic decernit. *Quod ſi Prælatus licentiam negauerit confeſſario petenti pro pœnitente abſoluendo à reſeruatis, nihilominus confeſſarius pro illa vice eidem pœnitenti beneficium abſolutionis impendere poſſit;* quæ clauſula ſic intelligenda eſt, quod quotieſcunque abſoluendi poteſtas à reſeruatis petita, & non conceſſa fuerit, toties pro ſingulis vicibus confeſſarius pœnitentem abſoluere poſſit. Itaque quoties pœnitens in idem peccatum reſeruatum relabitur, toties etiam poſt petitam & non impetratam à Superiore abſoluendi poteſtatem poterit abſolui à confeſſario. *ita contra Homobonum, & Tamburinum, docet Alphon. à Leone tom. 2. rec. 6. num. 178. Iac. Granad. de pœnit. tr. 10. d. 7. Baſſeus, Bordonus tom. 1. reſ. 39. Auerſa, Pellizzar. Diana, Gyragus p. 3. d. 36.*

38 Vt Superior facilius concedat facultatem abſoluendi à reſeruatis, ſatis eſt, ſi nulla cauſa negandi illam occurrat. Iuſta autem cauſa illam concedendi ſubeſt, ſi timeatur graue damnum ſpirituale ſubditi, ſi venia abſoluendi negetur. Iuſtè tamen negari poteſt, ſi peccatum vergat in damnum Reipublicæ, ſeu communitatis, vel tertiæ perſonæ, cui Superior ſeruato ſigillo remedium adhibere poterit, vel ſi credatur vtilius fore pœnitenti, ſi tunc negetur abſoluendi illum poteſtas, quàm ſi concedatur; in benigniorem tamen partem ſemper inclinandum eſt. *Filliuc. Lug. Baſſeus, Suar. Gyragus l. c. nu. 339. & alij.*

39 Non tenetur Superior concedere generalem facultatem ſubdito eligendi confeſſarium, quem voluerit, à quo abſoluatur à reſeruatis, nec eligere propoſitum à pœnitente, quamuis idoneus ſit; ſed poteſt committere poteſtatem abſoluendi alteri Sacerdoti, prout melius iudicauerit expedire; immo poteſt præfigere certa remedia, ac piaculares pœnas, quas confeſſarius pœnitenti iniungere debeat. Poteſt etiam interrogare, quodnam ſit peccatum, pro quo abſoluendi poteſtas petitur, niſi adſit periculum detegendi pœnitentem. *Suarez, Auerſa, Giragus nu. 344. & alij.*

40 Si Confeſſarius petijt à Superiore

re

licentiam ad abſoluẽdum aliquem, poteſt illum abſoluere à peccatis reſeruatis commiſſis poſt obtentam licentiam pro prima vice. Secus ſi talis poteſtas ab ipſo pœnitente poſtulata, & obtenta fuerit. *Barboſa de pot. Epiſc. p. 2. All. 12. Girag. num. 344. Leon tom. 1. rec. 11. num. 183.* quanquam ſine limitatione. *Bonac. Praepoſit. apud Lugum, & alij.*

41 Expedit Religioni Superioris facilitas ad concedendam poteſtatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, ne quiſquam peccatorum laqueis irretitus, & Superiori nolens confiteri Sacramentis abutatur. Et quamuis ex tali facilitate aliqua peccandi occaſio naſcatur, per eam tamen multis maioribus malis obſtatur. Caueant præſules, ne in nocte nimij zeli abſque ſcientiæ neceſſariæ lumine errent. Nam *zelus minus abſque ſcientia efficax, minuſque vtilis inuenitur. Plerumque autem, & pernicioſus valdè ſentitur, quo igitur Zelus feruidior, vehementior ſpiritus, profuſiorque charitas, eo vigilantiore opus eſt ſcientia, quæ Zelum ſupprimat, ſpiritum temperet, ordinet charitatem. Hæc D. Bernardus in Cant. ſerm. 40. Giragus p. 3. d. 56.*

42 Non improbanda eſt conſuetudo quarundam Religioſarum ſodalitatum, in quibus Præſes, vel Superior concedit poteſtatem abſoluendi à reſeruatis criminibus iniuncto onere, vt abſolutus ſe ſiſtat Superiori. Hoc enim fit accedente conſenſu ſaltem tacito ſubditorum, & datur poteſtas cum pacto mutuo, quo pœnitens illo vtens beneficio ſe obligat ad comparendum coram Superiore &c; verumtamen ſi talem conditionem, & onus ignorabat abſolutus, non tenetur ſe ſiſtere præſuli. Verum, qui cum tali conditione ſciens abſoluitur, ſi poſtea nolit comparere coram præſule, grauiter peccat, & niſi excuſetur aliquam ob cauſam ex ijs, quæ excuſant reticentem aliqua peccata in confeſſione. ſi enim tales cauſę eximunt ab obligatione eius, quod iure diuino ſtatutum eſt, quanto magis ab eo, quod humana lege conſtitutum eſt. *Adr. in 4. de confeſſ. q. 5. Maior. 4. 17. Henriq. Nauar. Angel. Coninch. Hurtad. Lugo d. 15. ſ. 6. Giragus p. 3. d. 57. & Adrian. Medin. Henriq. Palud. Suar. Coninch. Caſpenſis tr. 24. d. 6. ſ. 5. num. 24. & Bonacin. d. 5. q. 5. ſect. p. 21.*

43 Non poteſt Superior Religioſus præcipere, vel prohibere aliquid ſubditis ſub pœna excommunicationis ſibi reſeruatæ præter quam in vndecim caſibus enumeratis in Decreto Clementis VIII. facto anno MDVIC. nã hac reſeruatione fraudaretur Conſtitutio Pontificis prohibentis alia peccata reſeruari, quàm expreſſa ab ipſo Pontifice. Peccatum etiam reſeruatum eſſet ratione additæ cenſuræ reſeruatæ. Aſt nihil valet, quod in fraudem Pontificiæ legis fit. *Ita Sacra Congregatio Cardinalium præpoſita negotijs Regularium, quæ etiam cenſuras in Decreto Clementis Octaui comprehendi cenſuit, Referente Cardin. Bandino. Cochier p. 4. de exemp. q. 56. Peyrinus tom. 3. priuileg. cap. 12. num. 5. Lugus pœnit. Fr. Bordonus reſ. 37. num. 44. LeZana tom. 1. c. 18. num. 21. Diana p. 3. tr. 2. reſ. 49. P. Leon. tom. 2. recol. 11. nu. 5. Sigiſmund. à Bononia de elect. p. 3. cap. 4. d. 125. Sanch. ſum. tom. 2. l. 6. cap. 1. num. 15. Megala p. 1. l. 1. cap. 12. num. 8. Molfeſ. tom. 1. tr. 7. cap. 20. Homobon. p. 1. aſſ. 3. Fagund. l. 8. c. 4. de præcept. Eccleſ. Doct. Acad. Conymbr.* ita ego in praxi cum

P. Mi-

Digitized by Google

P. Io. Minoia Laudenſi Theol. C. Som. contra quoſdam vnius Suarij authoritati innixos, cuius ſententiam meritò falſam appellat *Marullus tom. 1. d. 1. c. 2. diſt. 4.* nec poſſe ſuſtineri docet *Lezana, & alij.*

44 Si iuſta intercedat cauſa debet confeſſarius facilè abſoluere pęnitentem à reſeruatis criminibus ſuſcipiendo in ſe obligationem comparendi coram Superiore pro ipſo pœnitente, vbi id conſuetudo poſtulat. Cum ſcilicet poteſtas abſoluendi delegata eſt cum conditione, vt abſolutus ſiſtat ſe Superiori, quod per alium facere, vt per Procuratorem, per confeſſarium poteſt, quod quidem onus abſq; conſenſu ipſius imponi ei nequit, & tunc pœnitens non vtitur beneficio Clementis VIII. pro Regularium reſeruatione alleuantis obligationem comparendi coram Superiore, nec declaratione Pauli V. concedentis confeſſario, cui denegata eſt poteſtas abſoluendi pœnitentem à Prælato, pro illa vice ius abſoluendi illum. Iuſta cauſa concedendi facultatem abſoluendi à reſeruatis eſt defectus cauſę, per quam denegetur talis poteſtas, & nimia pęnitentis verecundia ſufficit, vt Confeſſarius debeat eſſe facilis ad ſuſcipiendum onus comparendi coram Superiore pro pęnitente. *ita Io. Franc. Giragus de Regim. Regular. p. 3. d. 57. Franciſcus Longus de caſ. reſeru. p. 1. ſ. 1. art. 17. & alij.* Generales Præſides Religioſorum gaudentium communicatione priuilegiorum, ſi concedant Sacerdoti imperito, & inhabili poteſtatem aperiendi literas pœnitentiariæ, & exequendi ea, quæ in ipſis mandantur, grauiter peccant; muneri enim ſuo in re grauis momenti minimè ſatisfaciunt. *Paſqual. dec. 414.*

45 Probabile eſt, pœnitentiarium, cui delegata eſt poteſtas abſoluendi ab omnibus caſibus reſeruatis, poſſe ſubdelegare alicui poteſtatem abſoluendi ab aliquo peculiari crimine reſeruato. α quia delegatus ad vniuerſitatem β cauſarum ſubdelegare poteſt. α *Homobon. de caſ. reſeru. p. 1. Finell. Peyrin. de præl. q. 2. c. 2. Riccius p. 1. reſ. 419. Zerola c. 25. Piaſec. Buch. l. 5.* & hoc in praxi vſitatum vidi præſertim Vicentiæ à Doctiſſimo viro Bonifacio Biolo Theologo, ac Pœnitentiario Vicentino amico meo. β *l. à Iudice §. à Principe c. de Iudic. & l. 1. § ff. de Iudic. & c. ſuper quæſt. §. ſi vero de officio delegati, & c. cum cauſam de appellat. vbi Gloſſ. v. delegare. Couarru. l. 3. c. 20. Barboſ. tom. 1. Collect. P. Barboſa, Sanchez cum alijs l. 3. de matrim. d. 31. num. 2.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, & valdè tuta, quia non ſunt delegati ſecundum iuriſdictionem, ſed ſecundum miniſterium. In quo cenſetur electa induſtria, doctrina, & integritas perſonæ, vt conſtat ex præuio examine. *Palud. d. 14. q. 4. art. 1. Sylueſt. v. confeſſio. Lezana v. caſus reſ. Paſqualig. cent. 1. q. 28. Valer. v. iuriſdictio.* Alia eſt ratio de Summo Pœnitentiario Romæ, ac de præſide Pœnitentiariæ, quia hi habent delegatam iuriſdictionem à Summo Pontifice. *Angel. & alij.*

46 Eum, qui legitimo impedimento detinetur, quominus Romanam Sedem adire poſſit, Epiſcopus à peccatis, ac cenſuris reſeruatis Summo Pontifici abſoluere poteſt, vt milites ob commiſſum duellum cenſuræ reſeruatæ laqueo obſtrictos, cum ſine periurio ſigna deſerere nequeant, & ſub alterius poteſtate ſint, cui pro-

priam

Digitized by Google

priam perſonam, nedum operam, vt famuli, obligarunt. Ideò non niſi impetrata à Principe venia diſcedere eis non licet. Igitur abſolui poſſunt, hac conditione, vt cum militia functi fuerint, β Romam petant, vt Pontifici, vel eius Pœnitentiario ſe ſiſtant, nec obſtat, quod in Conſtitutione Clementis VIII. contra duellum, excipitur ſolum articulus mortis, quo abſolui poſſint, qui duellum commiſerint; nam exceptio habet vim expreſſę conceſſionis abſoluẽdi pro articulo mortis, non autem eſt reuocatio facultatis à iure conceſſæ, quod ad alia tempora legitimi impedimenti. γ nec Pontifex reuocat facultates à iure conceſſas abſoluendi legitimè impeditos, ſed tantum derogat facultatibus, ε & indultis ſpecialibus non incluſis in corpore iuris s α *ex cap. ea noſcitur. de ſentent. excom. ex cap. eos, qui de ſentent. excom. in 6. cap. mulier, & cap. relatum de ſentent. excommun. Auila de cenſ. p. 2. cap. 7. d. 14. d. 16. Vgolin. tab. 1. c. 4. Sanch. l. 2. de matr. d. 40. Nau. cap. 27. num. 90. Henriq. Guttier. Vaſq. q. 91. art. 3. Coninch. d. 8. d. 12. Duard. Reginal. l. 1. nu. 145. Suar. tom. 5. d. 25. ſ. 5. Bonac. d. 1. q. 3. p. 2. Tabiena, Felin. Panormit. Geminian. Ancharan. Paſq. q. 145. Peregr. q. 37.* β *Duard. l. 3. §. 2. q. 10. Alter. l. 5. d. 22. Syluest. Nau. Sayr. l. 3. c. 28. Suar. d. 22. ſect. 1. Graſſis, Bellet. Boſſ. Barboſa in c. rel. num. 2. c. de cater. c. quod de his. c. quamuis c. eos qui ſent. excomm.* γ *Castrenſis conſ. 91. num. 9. 10. Alex. conſ. 130.* δ *Felin. Ruin. Lotter. Suar. Miranda, Palaus p. 1. tr. 3. d. 4.* ε *l. ſi quando c. de inofficioſo teſt.*

47 Regulares poſſunt virtute priuilegiorum ſuorum abſoluere duellatores, & alios ab alijs criminibus, ac cenſuris reſeruatis Summo Pontifici, quando neceſſitate, vel iuſta alia cauſa pœnitentes impediuntur, quominus Romam ire poſſint, exceptis tamen criminibus in Bulla Cœnæ & quinque caſibus in declaratione Clemẽtis VIII. anno MDCII. edita contentis, à quibus, & à peccatis reſeruatis ab Epiſcopo Regulares abſoluere nequeunt, quamuis poſſint abſoluere à caſibus Epiſcopo à iure reſeruatis. *ita Sanch. l. 4. Dec. c. 54. num. 27. Merolla, Diana p. 3. tr. 2. reſ. 13. Paſqualig. q. 146.*

48 Præſes Religioſus, cui Epiſcopus conceſſit facultatem abſoluendi à criminibus ſibi reſeruatis, non poteſt eandem poteſtatem ſubditis ſibi in aliquo particulari caſu communicare, vt abſoluant ab aliquo reſeruato crimine. α Cui enim committitur nudum miniſterium, non poteſt illud alteri ſubdelegare, ſed Regulari præſidi conceſſum eſt nudum miniſterium, non commiſſa iuriſdictio, vt ex *capitulo finali de officio delegati* conſtat, vbi decernitur, quod, quando conceditur alicui poteſtas prædicandi crucem, excommunicandi, abſoluendi, diſpenſandi, iniungendi pœnitentias, non iuriſdictio, ſed certum miniſterium committitur β; illius autem perſonæ tunc electa induſtria cenſetur, cui miniſterium demandatur. γ & tunc illi alteri ſubdelegare, vel ſibi alium in eo munere ſubſtituere nequit, qui ob induſtriam tali miniſterio præfectus eſt. δ & ſanè cum abſoluere à reſeruatis criminibus ſit graue negotium, ε in eo, cui committitur, perſonæ dignitas, integritas, doctrina, & induſtria electa exiſtimanda eſt. α *Ita Paſqualig. q. 66. ex cap. fin. de officio delegati. Riccius in collectan. p. 4. deciſ. 1284. Genuenſ. in prax. cap. 69. num. 6.*

Digitized by Google

*num.6. β Menoch. conſil.17. num.7. γ Bald. l. vnica §. non autem c. de caducit. tollen. Menoch. c.93. δ Butrius conſ.48. Craueta, Baldus conſ.118. Capic. d.151. Suar. l. Dan. Theſ. Franc. Monald. c.143. Vinc. Honded. c.75. Surd. c.433. Menoch. l.2. Sbrozzius l.2. Peregrin. Macerat. Bellon. Gonzal. Rota. ε l.1. ff. de offic. eius, vbi Doctores, l. inter artif. ff. de ſolut. & cap. ſi pro debililate de offic. deleg. Fachin. l. 9. contr. c.98.* Contraria etiam ſententia probabilis videtur, quia qui delegatus eſt vniuerſitati cauſarum ſubdelegare poteſt. *ita Homob. de caſ. reſeru. p.1. c.5 Finell. c.9. num.11. Zerola c.25. q.17. Riccius praxi p.1. reſ. 419. Piaſec. p.2. prax. c.11. num.15. Dian. p.2. tr.3. r.53. & alij plurimi.*

49 Non poteſt Epiſcopus reſeruare ſibi poteſtatem abſoluendi ab aliquo peccato concernente violationem clauſurę Monacharum exemptarum. Reſeruatio enim huiuſmodi caſuum ſpectat ad iuriſdictionem in foro interno, quam Tridentinum Concilium α non delegauit Epiſcopis quod ad clauſuram Monialium exemptarum, ſed iuriſdictionem ſolum externam eiſdem Epiſcopis conceſſit *vt clauſuram Sanctimonialium* exemptarum, *vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari, maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas quacunque appellatione poſtpoſita compeſcentes, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.* Neq; vero poſſunt Epiſcopi reſtringere iuriſdictionem præſulum ordinariorum, quibus ſubſunt Moniales; hoc autem facerent, ſi caſus ſibi reſeruarent ad clauſurę earum violationem ſpectantes; nimirum ad Præſules ordinarios, & ad eos, quibus ordinarij ipſi ſubſunt, pertinet reſeruatio caſuum, ad hos enim ſpectat Eccleſiaſticam moderari diſciplinam, & quæcumque ad eam ſpectant, decernere. Cæterum cum poteſtatem abſoluēdi à violatione clauſuræ Summus Pontifex ſibi reſeruarit, non poſſunt Epiſcopi circa eandem clauſuram aliquem caſum ſibi reſeruare; de cauſa enim ad Principis iudicium deuoluta β non poteſt inferior iudicare. *α Concil. Trident. ſeſſ.25. c.5. ex D. Antonin. Nau. c.27. num.259. Gyptius cap.1. num.13. Regin. l.1. nu.144. Finel. Gambarupt. Fioron. Layman. l.5. tr.6. cap.12. Paſqual. q.161. & alij contra Pelizzarium ſ.1. cap.10. β Innoc. in cap. cum M. Ferrar. de Conſtit. Baldus, Salicetus, Alban. Capel. Tholoſ. Coaar. cap.9. num.5. Menoch. cap. 301. Gonzal. Valaſc.*

50 Non eſt in poteſtate Epiſcopi reſeruare plures caſus, ſeu peccata reſpectu regularium, quam reſpectu Parochorum. Alioquin huiuſmodi reſeruatio irrita eſſet. Nec minorem habent poteſtatem abſoluendi à peccatis Religioſi, quam Parochi, vt ex Clementina Conſtitutione α *de ſepulturis* colligitur; ſed parem retinent. Præterea Tridentinum Concilium dicit ſeſſione xiv. cap. vij *Meritò Pontifices Maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia vniuerſali tradita cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. & hoc ipſum licet Epiſcopis,* hoc eſt *peculiari iudicio ſuo* aliqua crimina reſeruare. Ergo quæ non proprio, ſed Parochorum iudicio reſeruant, non ſunt verè reſeruata. Proindè Regulares ab iis abſoluere poſſunt. Decretis enim Pontificum ſolum prohibentur hi à

re-

reſeruatis Epiſcopo abſoluere. Reſeruatio igitur caſuum limites præſcriptos excedens, quod ad exceſſum nihil valet; nam iuriſdictionẽ à Summo Pontifice Regularibus conceſſam ab Epiſcopo reſtringi non poſſe certum eſt. Reſtringeretur autem, ſi hi non poſſent abſoluere à peccatis Epiſcopo non reſeruatis. Poteſt quidem Epiſcopus reſeruatorum peccatorum cauſas, cui vult, delegare, & perſonæ induſtriam deligere. Huic enim non ordinaria poteſtas, ſed miniſterium abſoluendi delegatur. *α Clem. Dudum de ſepulturis. Lazar. de monit. ſ. 4. q. 14. num. 4. Belloch. p. 2. q. 8. nu. 13. Sot. in 4. d. 18. q. 2. art. 5. Suar. d. 30. de pœnitent. ſ. 2. num. 16. Regin. l. 8. num. 74. Rodriq. tom. 1. q. 59. art. 8. Peyrin. tom. 1. q. 1. cap. 21. Floron. cap. 2. Bordon. r. 6. q. 15. Trimarch. d. 14. Molfeſ. tr. 7. c. 17. Paſq. q. 162. & alij.*

Non eſt neceſſe vt ſemper litteræ expediatur, quando à Romanæ pœnitentiariæ Præfecto conceduntur facultates abſoluendi à reſeruatis, vel diſpenſandi: ſed ſufficit ſi ſolo verbo concedantur; omnis enim diſpoſitio verbo fieri poteſt, *α* nec contraria lex obſtat Pœnitentiariæ, ſi quando tamen ſupplici libello à Pœnitentiaria ſubſcriptum eſt pro aliqua abſolutione, vel diſpenſatione, vel alia cuiuſuis facultatis conceſſione; expectandæ ſunt litteræ, donec expeditæ ſint, nec ſufficit notitia ſignatæ ſupplicationis, vt executioni demandetur: Nam in litteris Pœnitentiariæ, vt plurimum præſcribitur modus executionis, & pœnitentia iniungenda, aut materia, in quam vota commutanda ſunt, *β ita α Gloſſ. in c. 1. v. inſcriptis de cenſib. in 6. Dec. in rubr. de Conſtitut. n. 26. lect. 1. Paſqual. dec. 412. & 413. & alij.*

Valdè probabilem eorum ſententiam exiſtimo, qui dicunt, aduenas, & peregrinos, viatores *α* nec non legatos externorum Principum *β* non obligari legibus, vel edictis ordinariorum Præſulum loci, vel Synodi Diœceſis, vbi ſunt, vel per aliquod tempus negotiorum, vel recreationis, vel infirmitatis, vel legationis cauſa commorantur. Non enim contrahunt, vel habent ibi domicilium, nec cenſentur pars illius Ciuitatis, vel Communitatis; ideò ſi fortè ſecum habeant Sacerdotem conterraneum approbatum pro confeſſionibus excipiendis à proprio ordinario, vel proprium Parochum poſſunt ab eodem abſolui à caſibus reſeruatis ſoli ordinario loci eius vbi tunc ſunt, non vero à reſeruatis criminibus proprio antiſtiti, à quo ſolum Sacerdos ille ad audiendas confeſſiones admiſſus iuriſdictionem in illos habet tanquam in ſubditos, quæ iuriſdictio cum ſit voluntaria, & in foro conſcientię exerceri poteſt: idem dicẽdum eſt de Legatis, Nuncijs, Procuratoribus, Reſidentibus ad aliquod breue tẽpus, qui à Ciuitatibus ad Principem in alia vrbe manentem mittuntur, nam repræſentant Ciuitatem, aut Cõmunitatem, a qua mittuntur, exemptam à legibus, & edictis illius loci, vbi officio Legati, aut Nuncij funguntur; ſicut Orator alicuius Principis ipſius perſonam, ac vicem gerit. Ideò gaudet ijſdem priuilegijs, et exemptionibus, quibus Princeps, quem refert. Quia ſubrogatus in locum alterius gaudet ijſdem priuilegijs, quibus ille fruitur, in cuius locum eſt ſubrogatus *γ ita α Palud. in 4. d. 5. q. 4. art. 3. nu. 24. Syluest. v. Ieiunium num. 7. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 11. q. 3. Medina 2. p. 4. q. 17. art. & alter Medina c. de Ieiunio*



Digitized by Google

*iunio q.* 10. *Rodriq. tom.* 1. *Reg.q.* 68. *art.* 4. *Laym. l.* 1. *tr.* 4. *c.* 12. *n.* 4. *Sayr. l.* 3. *c.* 4. *n.* 15. *Bonac. de leg d.* 1. *q.* 1. *p.* 6. *n.* 48. *Sanch. l.* 3. *de matr. d.* 18. *n.* 6. & *ſum. l.* 1. *c.* 2. *n.* 38. *qui alios citat Palatius d.* 8. *p.* 6. *u.* 8 *Paſq. d.* 510. *vl. decernimus C. de Acquaductul* 11. *vlt. Bartol. & Bald. in l. Comperimus c. de prox. Sacr. l.* 12. *Tiraquel. de primog. q.* 40. *num.* 43. & 110. & *alij.*

## Abſolutio à caſibus reſeruatis per Iubileum. Cap. XXVI.

1 QVi poſtquam omnia ad conſequendum Iubileum præſcripta intra hebdomadam adimpleuit ita, vt vltimum opus ſit Ieiunium Sabbati, ſi poſtea ante completam hebdomadam in caſum, ſeu crimen reſeruatum incidat, adhuc poteſt Iubilei virtute ab illo abſolui, ſi intra eandem Iubilei hebdomadam confiteatur. Nemo enim idem opus intra conceſſum tempus ad eundem finem repetere prohibetur. *ita Alph. Leo, Diana part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 153. & *alij contra Sanctarellum, Candidum*; Tutius tamen erit omnia ad lucrandum Iubileum præſcripta intra conceſſum hebdomadę ſpatium repetere.

2 Qui Iubileum lucrari nolebat, poſterioris autem hebdomadæ Sabbato propoſitum mutat, Iubileum conſequi, eiuſque virtute à reſeruatis criminibus abſolui poteſt, ſi in ſacram communionem ieiunia commutentur, & cætera in Iubileo præſcripta peragantur. *Ita Sanctarellus de iub. cap.* 7. *d.* 1. *Lauorius, Dian. reſ. Leo, Polacbus, Card. Lugus ſ.* 8. *nec diſſentiunt Sanchez, Pinellus.*

3 Qui à peccatis abſolutus eſt virtute iubilei, quod poſtea minimè lucratus eſt, ſi poſtea aliquorum peccatorum, quæ confiteri tunc oblitus eſt, reminiſcatur, ab ijs à quolibet confeſſario abſolui poteſt. Priore enim abſolutione, peccatorum reſeruatio ſublata eſt. Quandoquidem Sacerdos iubilei tempore ab omnibus peccatis directè, vel indirectè expoſitis aliquẽ abſoluens intentionem auferendi omnem reſeruationem peccatorum ſecundum poteſtatis ſuę amplitudinem habere cenſetur, ac debet. *Ita contra Suarium docet Sanchez de matrim. tom.* 2. *lib.* 8. *d.* 15. *Fauſtus, Portellus, Diana reſ.* 145. *Fr. Longus part.* 1. *ſect.* 3. *artic.* 17. *num.* 4. *Candidus d.* 24. *art.* 69. *Lug. d.* 16. *ſect.* 7. *Vaſq. art.* 5. *Comitolus*, & *alij*

4 Si quis Iubilei lucrandi animo confiteatur peccata reſeruata, ac cenſuras, ab ijſque abſoluatur; Iubileum tamen poſtea culpa ſua non lucretur; eorundem peccatorum, aut cenſurarum reſeruatio non reuiuiſcit. Pœnitens enim ſimpliciter eſt abſolutus. Neque enim hac conditione abſolui poteſt, vt Iubileum lucretur, alioquin in eandem cenſuram recidat. Idem etiam de votis Iubilei virtute commutatis dicendum eſt, *ita contra Angles, Rodriquium docent Suarez in* 3. *part. t.* 4. *d.* 31. *ſect.* 4. *Filliuc. tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10. *num.* 280. *Sà, Sanchez, Henriq. Vaſq. Molfeſ. Diana reſol.* 145. *Conradus, Nauarrus, Fauſtus, Candid. diſq.* 24. *art.* 69. *d.* 66. *Ochagauia d. p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 124.

5 Abſolutus à reſeruatis peccatis, ac cenſuris, ſi animum lucrandi Iubileum poſtea mutet, nec illud conſequatur, grauiter non peccat; cum nec promiſſam fidem, nec pactum,

nec

Digitized by Google

obligationem violet. *ita Sanch. tom.1. lib.4. cap.54. Henriquez, Floronus, Candidus, Portellus, Nald. Sanctarel. Lug. Diana reſol.* 145. *& alij contra Suarium. & Franc. Long.*

6 Si quis vltimo, vel penultimo die Iubilei peccata ſua confeſſus ad Sacerdotem impeditum, qui ue ob temporis anguſtias pœnitentis integram confeſſionem audire nequeat; illum ſaltem à cenſuris abſoluat, peccatorum reſeruatorum, & votorum reſeruationem tollat, abſolutionem verò à peccatis differat, elapſo deindè Iubileo integram illius confeſſionem excipiat, pœnitentem abſoluat, vota commutet. *ita Sanchez, de matrim. lib.8. d.15. num.17. Sà. Henriquez, Diana reſol.* 157. *Lug. Rodr. p.1. cap.184. num.12. Sanctarel. cap. 7. Boſſius ſect.1. cap.36. Paſqual. 50. num.5.*

7 Probabile etiam eſt, eum, qui de conſilio confeſſarij confeſſionem poſt iubileum diſtulit, à criminibus reſeruatis poſt iubileum commiſſis abſolui ab eodem poſſe, non ſecus ac, ſi iubilei tempus nõdum elapſum eſſet; beneficium enim Principis nulli nocens non eſt reſtringendum, ſed amplè accipiendum, nec deterioris conditionis eſſe debet, qui confeſſario obtemperauit. *Barptol. à S. Fauſto lib.4. q.133. Sanctarellus, & Leo, Angel. Boſſius ſect.1. cap.9.* contrarium tamen probabilius, ac tutius alij aſſerunt. *Candidus diſq.25. art.69. dub.59. Sanctarellus*, idem de votis poſt iubileum factis dicendum eſt. *Sanctarel c.8. de iub. Candid. Dian. p.5. tr.12. r.27.*

8 Confeſſarius cum iubilei virtute à peccatis, quorum abſolutio Summo Pontifici extra iubilei tempus reſeruata eſt, abſoluere poſſit; multo magis à peccatis Epiſcopo reſeruatis abſoluere poteſt. *Graſſ. p.1. l.4. c.15. Suarez de cenſ. d.6. ſect.5. n.10. Vaſq. Zanard. Flor. Vgolinus, Henriq. Reginald Dian. reſ.* 149. *& alij contra Bonacin. & F. Longum.* Idem etiam de caſibus, & cenſuris poſt promulgatum iubileum ab Epiſcopo reſeruatis dicendum eſſe, aliqui probabiliter docent. *Diana ib.*

9 Qui iubileum conſecutus non tamen confeſſus eſt, quia lethalis culpæ ſibi conſcius non erat, à reſeruatis criminibus ante iubileum commiſſis, quæ confiteri oblitus eſt, poſt elapſum iubilei tempus abſolui nequit; eorum enim reſeruatio iubilei virtute ſublata non fuit; hæc enim tunc per Sacramentalem confeſſionem, & abſolutionem in pœnitentiæ foro auferttur. *ita Sanchez matrim. tom.3. l.8. d.15. nu.21. Suarez tom.4. d 31. ſect.4. nu.9. Floronus, Henriq. Portellus, Diana reſ.* 150. *S. Fauſtus. Candidus diſq.* 24. *art.69. d.49.* Contraria etiam opinio probabilis eſt; quia, qui inconfeſſus iubileum lucratus eſt, priuilegium etiam obtinuit, vt ab omnibus reſeruatis peccatis abſoluatur, eiuſque vota commutentur, vel relaxentur; priuilegium autem abſoluendi à reſeruatis criminibus, & vota relaxandi, ſeu commutandi ad iubilei tempus non reſtringitur. *Sanctarellus de iub. cap.13. d.2. Alph. Leo.*

10 Si quis iubilei tempore confeſſarij copiam non habuit, vel propter aliquam impotentiam phyſicam, vel moralem ſcelera ſua confiteri non potuit, & propter Deum ea deteſtatus, ſiue vt aiunt præuia contritione, vrgente neceſſitate, Euchariſtiam ſumpſit, omniaq; pro iubileo conſequendo præſcripta perfecit, elapſo deinde



Digitized by Google

ubilei tempore à reſeruatis peccatis ante illud commiſſis abſolui poteſt; hoc enim priuilegium vnà cum iubileo lucratus eſt. *Zanardus in direct. conſ. p. 1. cap. 2. q. 20. Alph. Leo, Dian. r. 150. & p. 5. tr. 12. r. 29. Layman. l. 5. tr. 7. c. 6. nu. 7. Reginaldus tom. 1. l. 7. c. vlt. Fernandez, Vegha, Zerola, Henriquez, & alij contra Suarium, Sanctarellum, Lauorium, Homobonum, Barpt. Fauſtum, Filliuccium tom. 1. tr. 8. c. 6. n. 146.*

11 Qui iubilei tempore confeſſus iuſta de cauſa peccatum reſeruatum Sacerdoti aperire noluit, ne ſceleris ſui ſocium, ac participem manifeſtaret, tranſacto iubileo à quocunque confeſſario ab illo peccato abſolui poteſt, illius enim reſeruatio indirectè ſublata cenſetur. *Homobonus p. 1. tr. 5. c. 6. q. 38. Diana ibidem, & authores modo citati.*

12 Iubilei tempore cum Monachę poteſtatem habent eligendi ſibi confeſſarium, tres, aut quatuor confeſſarios, pluresue nominatim deſignare, & ab Antiſtite ſuo petere conſueuerunt: ille autem vel omnes, vel aliquos tantum ex nominatis approbat, quibus poteſtatem accedendi ad Monaſteria concedit; nulli enim confeſſario abſque eius permiſſu, vel conceſſione ad Monacharum Cœnobia accedere licet, etiam ſi iubilei tempus ſit. *ita contra Bonacinam, Boſſium, Lau. Peyrinum, Bordonum, docent Fauſtus lib. 4. q. 78. Alph. Leo, Molfeſ. Io. Fr. Suarez, Polacchus, Fr. Pellizzarius cap. 9. q. 13. Dian. p. 3. tom. 4. reſ. 154.* Pontifex enim Religioſis confeſſarij optionem facit non in euerſionem, ſed conſeruationem religioſę diſciplinæ. Atque hoc à Sacra Cardinalium Congregatione declaratum fuiſſe, docet amicus noſter [illegible] *Polacchus in Bullam Iubilei* [illegible] *Octaui ſect. 41. num. 8.* probabil[illegible] men videtur, Moniales iubilei [illegible] pore poſſe ab electo confeſſario [illegible] ſolui abſq; licentia, & ſpeciali approbatione Epiſcopi pro monialibus [illegible] diendis. *ita docet amicus meus Fran. Bordonus r. 34. Peyrinus, & alij.*

13 Abſolutio à reſeruatis crimi[illegible] bus, & votorum commutatio ob[illegible] ta iubilei tempore abſque anim[illegible] intentione præſtandi pręſcrip[illegible] bilei conſecutionem, irrita [illegible] eſt. Immo qui ſimulata con[illegible] iubilei, ac neceſſaria præſtand[illegible] tare Sacerdotem decepit, [illegible] pæ reus eſt. *Nauar. Rodr[illegible] dus diſq. 24. art. 59. dub. 47.* [illegible]

14 Qui priore hebdom[illegible] leum lucratus eſt, & à crim[illegible] ſeruatis, ac cenſuris abſol[illegible] denuò in reſeruata crimin[illegible] ras recidat, iubileum ſec[illegible] madà iterum lucrati poteſt, & ab illis abſolui; nam eadem poteſtas [illegible] uendi à reſeruatis culpis, & [illegible] toto iubilei tempore durat. [illegible] *Sanchium, Candidum, Port[illegible] Fauſtum, docet Nauar.* [illegible] *num. 46. Rodriq. ſum. c. 184.* [illegible] *Henriq. l. 3.* & hoc probab[illegible] aſſerit *V. Candidus d. 24. art.* [illegible] *quam docent Bonzonius, Zer[illegible] ctarellus, Lauorius, Leo, Fe[illegible] Naldus, Floronus, Diana p. 5.* [illegible] *reſol. 28.*

15 Qui à criminibus reſeruatis [illegible] ma iubilei hebdomada abſolutus [illegible] & ſacram communionem in ſecu[illegible] dam hebdomadā concedente id confeſſario iuſta de cauſa diſtulit, ſi durante adhuc iubileo reſeruatis ſceleribus ſe obſtringat, vel votis Pontifici

re-

Digitized by Google

pœnitentiæ ſe obliget, à reſeruatis peccatis denuo abſolui poteſt, eiuſq; vota denuo nuncupata commutari poſſunt, antequam ſacram Euchariſtiam accipiat. Cum enim iubileum nondum conſecutus ſit, adhuc eius priuilegio gaudet. *Barpt. à S. Fauſto l.4. de iub. extr. q. 131. Candid. diſq. 24. dub. 58. art. 69. & alij.* Qui iubilei tempore confeſſus eſt inualidè peccata ſua Religioſo habenti poteſtatem abſoluendi, non cenſetur abſolutus ab onere reſeruationis; poteſtas [illegible] abſoluendi à reſeruatis per iubi[illegible] conceditur in ordine ad iuſtificationem, & indulgentiam; aſt ille nunquam conſecutus eſt. *ita Suarez, Rainald. Diana, Ochagauia, Bonac. de ſacram. d. 5. q. 8. Gyragus, & alij.* Contraria tamen ſententia aſſerendum, eum ſic inualidè abſolutum à reſeruatis, poſſe tranſacto iubileo à quolibet confeſſario ab ijſdem abſolui, probabilis eſt. Quia reſeruatio tollitur confitendo peccata habenti poteſtatem abſoluendi ab illis. *Vaſquez, Coninck cum alijs apud Lugum, Giraguus.*

16 Si quis poſtquam præſcripta opera conſequendi iubilei gratia prima, vel altera hebdomada fecit, confeſſionem vero, vel ſacram communionem conſentiente, ac probante confeſſario in aliud tempus poſt iubileum diſtulit, ab omnibus reſeruatis culpis ante iubilei tempus elapſum commiſſis abſolui poteſt, & vota ab eo ante iubilei finem emiſſa commutari poſſunt. A peccatis tamen reſeruatis, & votis poſt iubilei tempus factis illum abſolui non poſſe, probabilior doctorum ſententia eſt. *B. à S. Fauſto, Sanctarellus l. 8. de iub. Alphon. Leo de iub. p. 2. nu. 189. & alij.*

17 Probabile etiam videtur, eundem pœnitentem, cui iuſta de cauſa dilata fuit abſolutio poſt tempus à iubilei diplomate definitum, à peccatis omnibus, & votis ante abſolutionem factis abſolui poſſe; alioquin ex obedientia, quam confeſſario abſolutionem differenti præſtitiſſet, dammum reportaret. Verum huiuſmodi indulgentia cum ſit beneficium Principis animabus fauorabile, nō eſt reſtringēdum, ſed latè accipiendum. *ita Angelus, Boſſius de iub. ſect. 1. caſ. 19. Diana p. 5. tr. 12. reſ. 27. & alij.*

18 Quando in iubileo poteſtas abſoluendi ab omnibus peccatis, & cenſuris Summo Pontifici reſeruatis conceditur, probabile eſt, confeſſarium à peccatis, & cenſuris in Cœnali Bulla contentis abſoluere poſſe; illa enim vniuerſalis dictio *ab omnibus* nullum excludit, ſed omnia compectitur. Fauorabilia autem latè accipienda ſunt. *ita Angelus, Boſſius de iubil. ſect. 1. caſ. 7. num. 2. & alij contra Leonem, Sanchium, Suarium de cenſ. d. 7. ſect. 5. num. 11. Alterium, Diana p. 5. tr. 12. reſ. 34.*

## Abſolutio ab Hæreſi. Cap. XXVII.

1 HÆreſis eſt voluntarius, ac pertinax error in mente hominis baptizati Catholicæ fidei ex parte contrarius. quicunque hæreſin, quam mente pertinaci tenet, exteriùs verbis, aut ſignis ſufficienter prodit, anathema eſt. Nimirum in excommunicationem contra Hæreticos in



Digitized by Google

Bulla Cænę à Summo Pontifice latam incidit. Hæreſis vel occulta eſt, vel notoria. Ab excommunicatione ob hæreſin occultam contracta Epiſcopos abſoluere poſſe, probabile eſt, nec poteſtatem hanc à Tridentino Concilio Epiſcopis conceſſam, à Summo Pontifice poſtea per Bullam cænalem reuocatam eſſe; diplomate enim Pontificio quotannis die Cænæ Dominicæ promulgari ſolito reſeruatur tantum abſolutio ab hæreſi notoria, ſeu publica, cæteriſque criminibus in eo deſcriptis, & ſecundum hanc probabilem ſententiam poſſunt Epiſcopi eos, qui in ipſorum Diæceſi domicilium habent, vel in ea peregrinantur, vel extra illam ſubditos ſuos ab hæreſi occulta abſoluere; Conſtitutiones enim, aut decreta Sacri Concilij Tridentini, nunquam antiquata, ſiue abrogata Pontificio vllo diplomate cenſentur, niſi ſpecialis mentio de illis fiat. Verum in cęnali diplomate nulla Tridentini Concilij mentio facta eſt, igitur neque abrogatum eſt illius decretum, quo poteſtas abſoluendi ab occulta hæreſi Epiſcopis conceditur, *ex cap. 8. ex parte de Capell. Monach. & Gloſſa ibi. v. nulla mentio. Felinus, & alij ita ex Concil. Trident ſeſſ. 24. c. 6. Nugnus tom. 2. in 3. p. q. 8. ar. 5. d. 10. Sà, v. Epiſcop. num. 37. Henriq. l. 6. cap. 14. num. 7. Ledeſma ſum. tom. 2. tr. 1. cap. 6. Puteanus, Fagundez, Portellius, Souſa, Lorca, Granadus cum multis alijs apud Sanchium, Ricciullum, & Barboſam de pot. Epiſcop. p. 2. all. 40. Nauar. ſum. c. 27. num. 60. Bannez 2. 2. q. 11. art. 4. d. 2. Viualdus p. 1. Trullench. Marchinus, Caſpenſis, Diana p. 7. reſ. 23. Tho. Delbene, Boſſius, Ledeſma, Nauar. Campeius. Galiardus, Ceuallos, Gomez, Zerola, Llamas, Paſqual. q. 93.* & hanc ſententiam probabilem [illegible] *Sancius d. 50. num. 12. Nauar. [illegible] ca, Bannes, Guttierez, Sanch. [illegible] nandez, Gomez, Rodriguez, V[illegible] Aragonius, Llamas, Zerola, Diana p. 1. tr. 5. t. 2. Suarez tom. 5. in 3. p. d. 21. ſect. 3. num. 5.* Contrariam etiam ſententiam probabilem Doctorum multitudo reddit, qui poteſtatem à Concilio traditam Epiſcopis abſoluendi ab occulta hęreſi Cænali Bulla ademptam exiſtimant, atque ita Pium Quintum, & Gregorium Decimumtertium declaraſſe Nauarrus, & Clementem Octauum idem feciſſe Azorius teſtantur, idem etiam Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Concilij interpretum bis declaraſſe fertur; quamquam de his nihil authenticum conſtat. *Diana. Fagundez, & Souſa, Nauarrus, Molina, Suarez, Garzia, Sanchez ſum. tom. 1. lib. 2. num. 17. cum multis alij, Scortia Epit. 166. theorem. 431. Riccius, Villalob. Gratian Belloch. Sanctarel. Barboſa, Raguccius, Nonarius, Sylnius, Homob. Antoniuccius, Megala, Floren. Tarreblancha, Valer. Hurtadus, Franc. Longus, Faber, Duardus, Bonacin. Acoſta, Armendariz, Alzedus, Campanilus, Farinac. Bleda, Boſſius, & alij apud eoſdem Candidus diſq. 3. a. 35. dua. 1. Penna part. 3. quaſt. 92.* quibus Romanæ Inquiſitionis, & Sacræ Pœnitentiariæ praxis vſus fauet.

2 Sed ſecundum priorem ſententiam ſatis probabilem Epiſcopi poteſtatem ſibi à Tridentino Concilio conceſſam abſoluendi ab hęreſi Vicarijs ſuis in particularibus tantum caſibus non in omnibus generaliter delegare poſſunt, *ita Granadus, Diana part. 7. t. Sanchez, & alij contra Molinam, & Garziam.* a

3 Poteſt

3 Poteſt etiam Epiſcopus hanc abſoluendi ab occulta hęreſi poteſtatem concedere confeſſario ſpecialiter deſignato. Circa particularem caſum hæreſis. *Ita Henriq. l. 6. cap. 14. num. 7. cum multis alijs apud. Sanchium tom. 1. l. 2. c. 11. num. 23. Lorca, Diana ibidem, & p. 7. tr. 2. reſ. 23. Sanctarellus, Fagund. Sanch. Layman. Duard. Fernand. Vegha contra Suarez, Guttier. Pharaon. Ledeſmam, Caſtropalaum*, ab alijs vero excommunicationibus Pontifici reſeruatis, ſed occultis poteſtatem abſoluendi generaliter committere poteſt alijs Epiſcopus. *Sanchez, Suar. de pœnit. d. 30. ſ. 2. Duardus, Layman, Diana part. 7. tract. 2. reſol. 13. & alij, contra Henriquez.*

4 Poteſt etiam Epiſcopus extra Sacramentum confeſſionis pœnitentem ab excommunicatione occultæ hęreſis abſoluere; per forum enim conſcientiæ non ſignificatur forum ſacramentale confeſſionis, ſed tantum indicatur abſolutionem in foro conſcientiæ datam nihil prodeſſe in iudiciali foro. *ita Homobon. part. pri. tra. 5. cap. 5. quæſt. 31. Claud. Soler. de pot. confeſſ. cap. 30. Sanchz. cap. 11. num. 1. cum. alijs.*

5 Hęreſis nota quinque, vel ſex, vel in magna Ciuitate ſeptem, vel octo hominibus, etſi hęreticus quinque, vel ſex ſocios eiuſdem erroris participes habeat, occulta eſſe cenſetur, ab eaque Epiſcopi abſoluere poſſunt. *Fagundez de præceptis Eccleſ. tract. 2. lib. & cap 8 num. 32. Portellius ad dubia Regul. num. 9.*

6 Hęreticæ prauitatis Inquiſitores non modo in iudiciali foro, ſed etiam in conſcientiæ foro ab hęreſi abſoluere poſſunt, & pręſertim in Hiſpania, vbi hęreticos occultos ab hęreſi, & cenſuris reſeruatis abſoluere ſolent, idque conſuetudo teſtatur. *ita Toletus, Rodriquez, Campegius, Graphius, Henriq. Bannez, Paramus, Guttierez, Homobon. Puteanus, Villalobos, Freitas, Acugna, Garzia, Philippus à Cruce, Bonacina in Bullam Cœnæ tract. 3. d. 1. quæſt. 22. Diana part. 1. tract. 5. reſ. 3. & part. 4. tract 8. reſ. 35. & hoc probabile putat Candid. d. 3. artic. 44. d.* 2. Contraria etiam ſententia non improbabilis eſt; cum Inquiſitores in ſolo iudiciali foro iudices conſtituti ſint. *ita Eymericus direct. part. 3. num 59. Sanch. lib. 2. cap. 12. num. 3. moral. Nauarr. in ſingul concluſ. 4. num. 2. Sanctarellus, & Farinacius de hæreſi quæſt. 192. num. 52. Zecchius, Ricciulus, Valerus, Riccius, Suarez de fide d. 21. ſect. 4. num. 15. Candid. d. 3. artic. 44. d. 1. Barboſa in hanc ſententiam inclinat, F. Caſtrus, Alph. Leo.*

7 Sed priorem ſententiam ſequentes dicimus facultatem abſoluendi ab hęreſi ita Inquiſitoris officio adnexam, vt etiamſi Inquiſitor non ſit Sacerdos, ab excommunicatione ob hęreſin contracta abſoluere, & eandem poteſtatem abſoluendi alijs committere poſſit. *ita Homobonus part. 2. tract 12. cap. 2. quæſt. 4. Freitas, Sanch. Portel. Diana ibid.*

8 Pręſules Religioſorum ab occulta hęreſi, & cenſura ſubditos ſuos in conſcientiæ foro abſoluere non poſſunt ex priuilegio, quo Pontifex Pius Quintus Religionum exemptarum Pręſulibus conceſſit quicquid Epiſcopis à Tridentino Concilio ſeſſ. xxiv. capite vi. conceſſum fuit. *ita Sacra Congreg. Cardin. die 17. Nouembris anno 1628. Sanchez ſum. tom. 1. lib. 2.*



Digitized by Google

*cap.* 11. *num.* 7. *Sanctarellus, Megala, Nouarius, Diana ibid. reſol.* 6. *&* *part.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 63. *contra Baunium, & alios.*

9 Si quis tamen Religioſus exemptus in hęreſin occultā, lapſus fuerit, vel ab Inquiſitore, vel ab Epiſcopo ſęcundum probabilem ſententiam abſolui poterit ſe ſe alterutri ſubijciendo Pręſulis proprij permiſſu, *ita Sanchez ſum. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 10. *Finel. cap.* 7. *num.* 6. Immo Religioſus etiam inuito proprio Pręſule, & licentiam iniuſtè illi denegante ab Epiſcopo ab occulta hęreſi abſolui poteſt. hæc enim Summi Pontificis, & Religioſæ ſodalitatis voluntas eſſe cenſetur, *ita Molina tom.* 4. *tract.* 3. *d.* 16. *num.* 5. *Pontius, Sanchez ſem. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 39. *Suarez in* 3. *p. tom.* 4. *d.* 30. *ſect.* 2. *num.* 3. *& alij contra Megalam.*

10 Qui ab occulto hęreſeos crimine, ac cenſura ab Epiſcopo, vel Inquiſitore abſolutionem impetrare nequiuit, Romam ad maiorem Pœnitentiarium abſolutionis obtinendæ cauſa mittat. Atque interim, vt infamiæ, vel ſcandali periculum euitet, ſi Sacerdos eſt, ſacrificium peragere, ſi vero non Sacerdos ſit, Euchariſtiæ Sacramētum ſumere excitato in ſe prius contritionis dolore poteſt. Verùm, ſi ad hanc perfectam peccatorum deteſtationem propter Deum excitare ſe non valet ad pœnitentiæ Sacramentum accedat, & confeſſus à peccatis abſoluatur. id enim fieri poſſe probabiliter docent. *Reginald. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 87. *& alij a Sancio cum alijs contradicente citati, Marchinus tract.* 1. *part.* 9. *cap.* 1. *d.* 10. *Trullench. Diana pari.* 7. *reſol.* 23. Immo qui pro viribus abſolutionem ab hęreſi impetrare conatur, ſed vel paupertate, aliaue iuſta cauſa impeditus Romam nec proficiſci, nec quenquam mittere poteſt, neque ab Epiſcopo, neque à Fidei Quęſitore abſolutionem impetrare potuit, rem diuinam ad aram operari, Euchariſticā dapem ſumere poſſe nonnullis videtur, etianſi nec ſcandalum, nec infamiæ notam, ſi à diuinis abſtineat, timeat. *ita cum M. Nauarro docet Fagundez tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 12. *de præcept. contra Suarium in* 3. *part. tom.* 5. *d.* 9. *ſect.* 3. *num.* 7.

11 Pœnitentem à quolibet confeſſario iubilei, aut Cruciatæ Bullæ virtute ab occulta hęreſi abſolui poſſe probabilis Doctorum ſententia eſt quando in Pontificio diplomate conceditur poteſtas abſoluendi ab omnibus criminibus etiam Bulla Cœnæ contentis; priuilegium ſine exceptione vlla conceſſum à nobis reſtringendum non eſt, quod Pontifex, ſi voluiſſet, reſtrinxiſſet, vt, quando voluit, fecit. Cum igitur in priuilegio nihil excipiat Pontifex, omnia liberaliter largitur, & ita Romæ declaratum fuiſſe in ſacra Pœnitentiaria, atque ita vſu receptum eſſe teſtatur *Filiuccius tract.* 8. *cap.* 10. *numer.* 165. *Antonuccius in Catechiſ. lib.* 4. *cap.* 19. *Corduba ſumma quæſt.* 8. *Zerola de Iubil. lib.* 2. *cap.* 18. *quæſt.* 3. *Farinac. de hæreſi quæſt.* 192. *num.* 6. *Polacchus, Molfeſius, Alph. Leo, Fagundez, Reginaldus tract.* 1. *lib.* 8. *cap* 5. *ſect.* 1. *num.* 53. *Pegna, Lorca, Diana part.* 1. *tract.* 5. *reſ.* 1. *& alij*. Contra Doctores quos citat, & ſequitur *Suarez de fide d.* 21. *ſect.* 4. *num.* 21. *Floronum, Ragucium, Nouarium, Auilā, Victorellum*, Portellium, *Homobon. Turreblancam, Riccilullum, Candid.*

*d.* 3.

Digitized by Google

*d. 3. artic. 45. d. 1. Azorium tom. 1. lib. 8. cap. 10. Sanchium lib. 2. cap. 12. num. 10. moral.* Non poteſt Summus Pontifex prohibere, ne Sacerdos quilibet in extrema neceſſitate etianſi ſit ſuſpenſus, degradatus, apoſtata, hæreticus, periclitantem validè abſoluat; quia illi conceſſa eſt poteſtas in ædificationem, non in deſtructionem. *Durandus, Canus, Angel. Diana part. 8. tract. 1. reſol. 90. contra Maiorem, & Vaſquium, Cruz.*

12 Quilibet Sacerdos etiam præſente Parocho, & quilibet confeſſarius præſente Superiore, cui aliqua peccata, vel cenſuræ reſeruantur, vel cui ab illis abſoluendi poteſtas ex priuilegio conceſſa eſt, hominem moribundum ab omnibus cenſuris, & peccatis reſeruatis, necnon ab hæreſi abſoluere poteſt; in mortis enim articulo Eccleſia pia mater peccatorum, ac cenſurarum omnium reſeruationem aufert. *ita ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 7. Nauar. Rodriq. Henriquez, Vegha, quos citat Sanchez ſum. tom. 1. lib. 2 cap 13. num. 6. Longus de caſ. reſeru. part. 1. ſect. 2. artic. 16. n. 7. Barboſa de pot. Epiſc. part. 2. alleg. 25 num. 51. Lud. S. Ioann. Io. Valer. Angels, Zerola de pœnit. cap. 15. Vaſquez, Finel. P Comitol. lib. 1. quaſt. 22 Diana part pri. tract. 5. reſol. 5. P. Ledeſm. Palud. Capreol. Maior. Canus, Caſtro, Syluest. Ruard. Ecchius, Couarruuias, F. Lugo, Prapoſitus, Lugo d. 18. ſ. 2. Granad contra D. Thomã, Sotum.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, quam Doctores grauiſſimi tuentur. *Sanchez ſumma tom. 1. lib. 2. cap 13, num. 14. cum alijs, quos capit. Bonacin. de ſacr. d 5. quaſt 7. atri pri num. 10. & de cenſuris d. 9. quaſt. 3. part. 3. num. 3. Reginaldus to. 1. lib. 1. cap. 7. num. 61. Coninch de ſacram. d. 3. d. 2. num. 16. Santorius, Benzonius, Sanctarellus, Puteanus, Auila, Vaſquez in 3. part. tom. 4. quaſt. 93. artic. 1. d. 4. Nugnus.*

13 Si autem, qui ab hæreſi abſolutus fuit à Sacerdote poteſtatem abſoluendi ab illa præterquam in mortis articulo non habente, è mortis faucibus euaſerit, ac corporis valetudinem recuperauerit, quamprimum ſiſtere ſe Pontifici, vel Epiſcopo, vel Fidei quæſitori debet; non vt iterum abſoluatur, ſed vt ei obedientiam præſtet; alioquin in priſtinam cenſuram relabi cenſetur. *Suarez tom. 4. d. 30. ſect. 3. num. 6. Henriquez lib. cap. 29. nu. 4. Barboſa collect. tom. 2. lib. 5. t. 39. cap. 11. & alij communiter contra Nauarrum, Auilam, Gambaruptam.* Sed ſi contrariam ſententiam ſequi mauult, neceſſe non eſt ei, qui in mortis articulo abſolutus eſt, recuperata ſalute ad Summum Pontificem recurrere, ſed ſatis eſt, vt ab Epiſcopo, vel ab Inquiſitore denuò abſoluatur. *ita Henriq. lib. 6. cap. 10. num. 3. Bonacin. de cenſ. d. 1. quaſt. 3. part. 3. num. 15. Diana ibid.*

14 Si quis hæreſeos crimen, cuius reus teſtibus conuictus, atque igne damnatus eſt, palam confiteri nolit, à Sacerdote in conſcientiæ foro clam abſolui poteſt, neque ideo ſcandalum timendum eſt, cum omnes ſciant crimina à reis negari ſolere, maximè quæ infamiam afferunt. *ita aduerſus Suarium, & Sanchium docet Portellius verſic. reus, Hurtadus de Mendoza vol. 1. d. 86. ſect. 2. Diana part. 5. tract 3. reſ. 78.*

15 Abſolutio hæretici fictè pœnitentis etiam ab Inquiſitoribus impertita irrita eſt, ita vt, ſi ille poſtea reſi-

piſcat, eadem cenſura crimini hęreſeos adnexa irretitus maneat, donec iterum verè pœnitens abſoluatur; abſolutio enim ab intentione abſoluentis dependet, qui ſi fictionem hęretici agnoſcat, eum minimè abſoluat, *ita V. Candidus d.3. artic.44. d.1. contra Emanuelem Sà verſic. hæreſis.*

Quamuis abſolutio illa hęretici fictè pœnitentis in foro iudiciali valeat, nō tamen in conſcientiæ foro valida eſt. Atque adeo à quocunque habente poteſtatem abſoluendi ab hęreſi occulta abſolui poterit. *ita Candid. in hoc ſententiam Emanuelis Sà limittens.*

16 Qui ab hęreſi ad fidem conuerſus nonnullas hęreſes Inquiſitori confeſſus, & ab ijs abſolutus eſt, ſi quam hęreſin ſcienter tacuit, ab illarum quidem cenſuris, non ab iſta abſolutus manet, quod ad peccata hęreſeon; quia confeſſio integra non fuit; ſolius tamen hęreſeos tacitæ culpa, & cenſura reſeruata manet; excommunicatus enim ob multa crimina, quibus ſingillatim totidem cenſuræ adnexæ ſunt, ab ijs tantùm cenſuris abſolutus eſt, quas confeſſus eſt vna cum peccatis earum cauſis, non verò à cenſura, cuius cauſam tacuit. Sed ea adhuc illaqueatus manet. *Ex c. cum pro cauſa de ſent. excomm. Sayr. lib. 2. de cenſ. cap. 21. num. 23. & 24. Candid. ibid. dub. 2. & alij.*

17 Si quis vero in confeſſione hæreſeon ſuarum aliquas oblitus ſiluit, ab omni cenſura abſolutus manet, nec peccata hæreſeon, quarum oblitus eſt, amplius reſeruata manent, ſed à quolibet confeſſario ab ſolui poteſt. *Ita Syluest. v. confeſſio 1. q. 4. Sayr. l. 20. de cenſ. cap. 20. num. 35. Sanchez. l. 2. in Decalogum cap. 12. num. 9. Cand. deb. 2. concluſ. 5.*

18 Receptatores, fautores, defenſores hæreticorum, nec non legentes eorundem libros, vel retinentes, vel typis imprimentes ſi verè hæretici non ſint, ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo virtute Bullæ Cruciatæ, & virtute Iubilei, quando in eo cōceditur facultas abſoluendi ab omnibus criminibus in Bulla Cænali contentis, abſolui poſſunt à confeſſario electo. *Henriq. de pœniten. lib. 6. c. 16. num. 2. Sot. in. 4. dist. 22. q. 2. a. 3. Cand. d. 3. a. 45. d. 1. contra Azorium. tom. 1. lib. 9. c. 19. q. 2.*

19 Qui perpetuo impeditum iri ſe exiſtimat, quominus Romanum Pontificem adire valeat, vt ab hæreſis crimine abſoluatur, per Procuratorem, vel per litteras tacito nomine à Summo Pontifice, vel à Fidei Quæſitore abſolutionem petere debet *a*; quanquam tali impedimento detentum abſolui poſſe à quolibet Sacerdote ad confeſſiones excipiendas admiſſo cēſent aliqui; quia neceſſitas pœnitentis grauitatem delicti ſuperat. Nemo etiam in periculo mortis per Procuratorem, per literas abſolutionem petere tenetur, ſed à quocunque confeſſario abſolui *b* poteſt. *a Candid. tom. 1. d. 3. a. 8. d. 5. Sanch. Suar. Diana p. 8. tr. 7. r. 15. b Caſtropalaus tom. 1. tr. 4. d. 4. & alij.*

20 Cum ab hæreſi occulta Epiſcopi abſoluere poſſint, quoties Pontifex in iubileo concedit facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, etiam concedere facultatem ab ſoluendi ab hæreſi occulta, non vero à publica, probabiliter cenſetur. *Mazzuchellus tr. de caſib. reſeru. d. 1. q. 4. dif. 6. num. 13. contra Dianam p. 8. tr. 7. reſ. 67.*

21 Ad

Digitized by Google

21 Ad perfectam gratiæ conceſſionem ſufficit ſignatio, ſiue ſubſcriptio ſupplicis libelli, ſiue ſupplicationis; gratia enim à ſola Principis, vel Pontificis voluntate pendet. Hæc autẽ ſatis per ſubſcriptionem ſupplicationis innoteſcit. Idcirco in foro conſcientiæ licet vti gratia conceſſa ante literarum expeditionem. Hæc enim nihil addit gratiæ niſi authenticam manifeſtationem pro foro fori. Propterea, vt quis poſſit vti conceſſa licentia eligendi ſibi confeſſarium, ſatis eſt ſi nouerit, ſupplicationem ſubſcriptam eſſe, & gratiam ſibi conceſſam eſſe; ſcriptura enim non eſt neceſſaria ad gratiam, vel priuilegium in foro conſcientiæ, ita ex *Clem. Dudum de ſepult. & ex cap. inſtitutionis 25. quæſt. 2. & In extrauag. & ſi Dominici, de pœnit. & remiſſ. Nauar. l.2. conſ.1. num.1. Maſcard. de probat. v. gratia concluſ. 845. Suar. l.8. de leg. c.2. num.2. Salas d.12. ſ.2. Sanch. l.8. de matr. d.29. Molina tom. 3. d. 599. num. 1. & Alter. Molina de primog. c.7. num.55. Bonac. de leg. d.1. q.1. p.4. Palaus, Mancinus, Paſqualig. d.411. Idem dec.413. Azor. p.1. l.5. cap.2. q.5. Palaus p. 1. tr.3. d. 4. Garzia p. 16. de benef. cap. 2. & alij plurimi.*

## De Abſolutione Moribundi. Cap. XXVIII.

1 SI quiſpiam moribundus loqui nequeat, & ſolis nutibus abſolutionem à Sacerdote petat, abſoluendus eſt, non ſecus, ac mutus ad Sacerdotis genua prouolutus, qui ſolis nutibus ſe peccaſſe fateatur. Quamuis enim confeſſio ex Chriſti Domini inſtitutione integra eſſe debeat; nihilominus interdum mutila, vel generatim facta peccatorum confeſſio cogente neceſſitate ſufficit, vt quiſpiam ſic confeſſus, abſoluatur. Quemadmodum patrati ſceleris genus confiteri ei ſatis eſt; qui ſpeciatim eius non recordatur; nihil enim ſupra vires noſtras à nobis miſericors Deus exigit. Qui fecit, quod potuit, legi ſatisfecit. Quando autem defectus integritatis materialis cõfeſſionis inculpabilis eſt, nec ſubſtantiam, neque effectum Sacramenti impedit, tunc formalis integritas ſufficit, vt quis eo modo, quo potuit, confeſſus abſoluatur, ita contra *Sotum in 4. diſt. 18. q. 2. artic. 6. Canum de pœnit. p. 1. § at inhærendo. Nugnum, Conradum, Lopez, Aluarez, Coquetium, Auilam, Graffium, p.1. l.1. c.36. num.25. Pedrazam, Angles, Abulenſem, Nauarrum cap. 26. num. 27.* & alios probabilius docent. *Suarez tom. 4. d.23. ſect.1. num.5. Salas in p.2. tr.8. d.1. ſect.5. num.56. Coninch de ſacram. d.7. dub.10. nu.97. Tribarne, Reginaldus de prud. confeſſ. cap.21. p.2. num.16. Regius, Alph. a Leone, Pharaoninus, Thomas à Ieſu, Raguccius, Corduba, Turrianus, Pitigian. Ricardus, Henriq. l.6. c.10. num.7. Fernandez, Dia. par.3. tract. reſol.1. Candidus, & alij,* quorum ſententiam confirmant Sacri Canones, & Rituale Romanum Pauli Quinti iuſſu editum. *Eug. d.17. ſect.1.*

2 Mutus, vel elinguis, vel qui loqui non poteſt, ſi ſolis nutibus peccata ſua, quomodo poteſt, confeſſus, & abſolutus ſit, iubilei Indulgentiam conſequi valet, hæc enim eſt vera, & Sacramentalis confeſſio, *ita contra Graffium in append. l.2. c.5. num.11. docet Bartolom. à S. Fauſto de iubil. l.4. q.4.*

quaſt. 4. *Diana ibidem.*

3 Moribundus, qui ſenſuum vſu deſtitutus pectus anhelum tundit, vel ſuſpiria fundens oculos ad cælum tollit, vel ad piam aliquam iconem, imaginē, vel crucem ſe vertit, aliaue huiuſcemodi pœnitentiæ ſigna edit, à Sacerdote hæc ſpectante, vel ab alijs referentibus hæc audiente ſub conditione abſoluendus eſt; quamuis dubium ſit; an ex animi, an vero ex corporis afflictione, ac dolore in mortis anguſtijs ea ſigna oriantur; illa enim corporis tunſio tacita peccatorum confeſſio, & abſolutionis petitio cenſetur; nam, vt D. Auguſtinus ait, *tunditur pectus, vt arguatur, quod latet in pectore, ita contra Suarium in 3. p. tom. 4. d. 23. ſect. 1. numer. 11. Megalam p. 1. l. 1. cap. 11. Thomam à Ieſu. Io. Frāc. Suar. Bonacin. de ſacr. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 2. §. 4. num. 6.* probabilius docent *Layman. l. 5. tr. 6. cap. 8. num. 4. Pharaon. de ſacr. pœnit. tract. 1. ſect. 16. cap. 15. Zambranus de caſib. temp. mortis cap. 4. d. 2. ſ. 4. Chapeauilla de ſacram. miniſtr. temp. peſtis cap. 3. quaſt. 11. Diana ibidem reſolut. 2.*

4 Qui Sacerdotis genibus aduolutus ſubita apoplexia corripitur, & ſenſibus deſtitutus ſtupet, cum animum confitendi oſtenderit, & pænitentiæ ſignum genua flectendo, vt confiteretur, dederit, quamuis nullum verbum protulerit, abſoluendus eſt, ita & phreneticus, qui antequam in phreneſim incideret, pœnitentiæ Sacramentum poſtulauit, vel ſe illud cupere oſtendit, *ita Coninch. de abſol. moribundi nu. 16. Diana ibidem r. 2. cum D. Thoma contra Coquetium.* Secus verò dicendum eſt de Sacerdote, qui poſt Miſſæ introitum apoplexia corripitur, generalis enim confeſſio ante acceſſum ad altare fieri ſolita Sacramentalis non eſt, *ita Layman. l. cit.*

5 Moribundus, qui confiteri ſe velle dixit, & abſentem Sacerdotem ideò accerſiri iuſſit, vel pœnitentiæ ſigna oſtendit, aliquo id Sacerdoti, vbi venerit, teſtante, abſoluendus eſt, ſic enim ſe peccaſſe, & ſe peccatorum ſuorum pœnitere per interpretem ſignificauit α; vnicus autem teſtis ad hoc ſufficit, ſiue Chriſtianus, ſiue Hæreticus, ſiue Infidelis, & Ethnicus ſit β, aliquis ſubitò obmuteſcens pænitentiæ Sacramentum accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis, aut præſentis nutu ſuo habet, *Concilium Arauſicanum c. qui recedunt 26. q. 6. & Concil. Carthaginenſe in c. ægrotantes de conſecr. diſt. 4. S. Leo. epiſt. 89. α ita D. Thomas opuſc. 65. & Clemens Octauus interrogatus de hoc caſu ita reſpondit Suar. tom. 4. d. 23. ſect. 1. Valentia tom. 4. d. 7. q. 11. p. 1. Tolet. l. 3. cap 8. num. 2. Filliuc. tom. 1. tract. 7. cap 5. num. 122. Becan. de ſacram. cap. 36. q. 2. num. 2. Laym. l. 5. tr. 6. c. 8. num. 4. Reginald. prax. tom. 1. l. 8. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 91. Naldus, Megala, Petr. Lombard. Molfeſ. Maldonat. Io. à Cruce, Caninch. de ſacram d. 7. d. 10. numer. 99. Franc. Longus de caſib. p. 1. tr. 9. diſ. 37. num. 6. Sà, Fernand. Henriq. Lugus, Pontius, Thom. à Ieſu, Chapeau. Zambran. Pharaon Corduba, Medina, Ritual. Roman. Pitigian. Syluius, Monteſin. Lud. à S. Ioan. Belloch. Litteratus, Diana p. 3. tr. 3. r. 4. contra P. Fay F. Coquetium, D. Aluarez, Lauerium, Turrianum, Alph. à Leone. β Sancium d. 4. num. 25. Reginald. ibidem cap. 3. num. 8. Zambran. Graff. Raymund. Dia. r. 8.*

6 Si teſtes moribundum pœnitentiæ

tiæ ſigna dediſſe; vel confeſſarium petijſſe abſenti Sacerdoti nuncient, qui poſtea ſuperueniens ægrotum iam ſenſibus deſtitutum, nondum tamen mortuum reperiat, illum abſoluere poteſt. nam ille abſenti Sacerdoti per nuncios, vel teſtes confeſſus, vel pœnitentiæ ſigna dediſſe cenſetur. Clemens autem Octauus viua voce declarauit, ſe non prohibuiſſe pœnitentem præſentem abſolui, qui abſenti Sacerdoti confeſſus ſit, vt Bellarminus refert. Præterea confeſſionem abſenti factam non inualidam, ſed illicitam eſſe declarauit. Quod intelligi poteſt, ſi præſenti fieri poſſit, ſed ſi confeſſio aliter, quàm abſenti tempore mortis fieri nequeat, & ideò abſenti fiat, qui poſtea præſentem pœnitentem, vbi venerit, abſoluat, irrita non erit. Si poſtquam ægrotus per nuncium Sacerdotem accerſiuit, eo mox adueniente ita obmutuit, vt ne verbum quidem proferre poſſit, nec doloris, vel pœnitentiæ ſignum dare, & quidem in tali euentu abſolui poteſt, ac debet. *Ita contra Doctores, quos citat Auila de confeſſ. per litteras c. 2. Diana reſ. 7. & alios docent Prapoſit. q. 4. d. 5. Henriq. l. 5. cap. 2. numer. 7. Valentia tom. 4. d. 7. q. 11. p. 1. Bonacin. de ſacr. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 2. Fernandez, Zambran. Laym. l. 5. tr. 7. cap. 3. nu. 9. Pelizzar. Lug. Kelliſonius 3. p. tom. 2. q. 9. art. 3. d. 3. Bellarm. Coninch. in reſponſione numer. 27. & 28. Villalobos tom. 1. tr. 9. diff. 37. nu. 6. Filliuc. tom. 1. tr. 7. cap. 1. num. 20. Becan. de ſacram. cap. 37. q. 8. Gamacheus, Poſſeuin. cap. 7. contra Pitigian. Nugnum, Auilam, Coquetium, Aluarez, Fagundez, Ioan. à Cruce, Fabrum, Franc. Auilam, & alios, vide Caramuelem.*

7 Eum, quem paulò ante in mortis periculo peccata ſua cõfeſſum Sacerdos audiuit, ſed non abſoluit, ſi poſtea ſuperueniens ſenſuum officio deſtitutum, nõdum tamen vitali aura defunctum inueniat, à peccatis abſoluere poteſt: niſi ægrotum mutaſſe conſilium, animumue conſtet; præuia enim confeſſione ad pœnitentiæ Sacramentum ſuſcipiendum ſe præparauit, ità *Io. Chapeauilla de modo miniſtr. Sacram. temp. peſtis cap. 3. q. 13. Zambranus de caſ. temp. mortis capit. 4. d. 2. ſect. 7. num. 41. Diana reſolut. 6. Lug. d. 17. ſect. 1.*

8 Moribundum ſenſibus deſtitutum, qui neque vlla pœnitentiæ ſigna dedit, nec Sacerdotem, cui confiteretur, accerſiuit, vel petijt, ſub conditione abſolui poſſe probabilis Doctorum ſententia eſt, quam Gregorius XV. cùm Bononienſium antiſtites eſſet, approbauit, nec non Clemens VIII. qui hominem ex Diui Petri templo in terram caſu delapſum intuens his verbis abſoluiſſe fertur. *Si es capax, abſoluo te à peccatis tuis &c.* in neceſſarijs enim ad æternam ſalutem tutior pars ſemper amplectenda eſt; in dubio etiam quemlibet ſalutis æternæ præſertim inſtante morte memorem eſſe, & peccatorum ſuorum pænitere, atq. eorum abſolutionem expetere, piè credendum eſt, & maximè qui bene antea viuere ſolebat. Ita Ritualis liber iuſſu Pauli Quinti editus, & Sacerdotalis Romani author ex doctrina D. Antonini docet, vbi moribundum frequenti confeſſioni aſſuetum abſolui poſſe aſſerit, quamuis repentino caſu oppreſſus Sacramentum non petierit. Quotieſcunque agitur de vitando graui malo, ac periculo proximi, lege charitatis iubemur, ac debemus operari etiam ſecundum opinionem,

quæ

Digitized by Google

quæ habet aliquam ſpeciem probabilitatis ſaltem apparentis, qualem habet opinio aſſerentium, moribundum ſenſibus deſtitutum, qui nec confeſſionis Sacramentum petijt, nec ſigna pœnitentiæ edidit, ſub conditione abſolui poſſe, ita *Molfeſ. tom. 1. tr. 7. cap. 5. num. 48. & 49. Homob. exam. Eccleſ. p. 1. tr. 7. cap. 18. q. 84. Antonius, Literatus, Lottherius, Lupus, Naldus, Salmero, Bayus, Alex. Ludouiſius dictus Greg. V. in memoriali confeſſ. Premulus Barpt. à S. Fauſto, Suarez, Lezana v. confeſſio. Bordon. Baldellus, Stephan. à S. Gregorio, Sanch. Nauar. Pelizzarius c. 10. ſect. 3. qu. 23.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt; abſolutio enim, vt aiunt, eſt actio iudicij; quod non exercetur, vbi nulla accuſatio præceſſit, vt in propoſito caſu accidit. Igitur, qui ſe nullo modo neque ſignis, neque nutibus accuſauit, nec ſe peccaſſe indicauit, à peccatis abſoluendus non videtur, ex *Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 9. Henriq. l. 3. de pœnit. cap. 10. num. 9. P. Fay de pœnit. in addit. ad 3. p. qu. 9. art. 2. d. 2. Io. Malder. de ſigillo confeſſ. c. 15. Alph. Leo. tom. 1. recol. 6. num. 131. Nald. v. confeſſ. num. 32. Zambr. c. 4. d. 2. ſect. 8. num. 46. Layman l. 5. tr. 6. c. 12. Regin. tom. 1. l. 8. cap. 3. num. 25. Belloch. Pitigian. Tribarne. Vaſq. Diana reſolut. 8. Ochagauia, Mercerus, Turrianus, Lug. d. 17. ſect. 3. Breſſerus, & alij.*

9 Ex duabus opinionibus probabilibus ea ſemper à Sacerdote eligenda eſt, quæ magis pœnitenti, quàm quæ Sacramento fauorabilis eſt. Hoc enim in pœnitentis remedium inſtitutum eſt. Ideo, etiamſi periculum ſit, ne incaſſum detur, pœnitenti miniſtrari debet, cuius ſalus ſuſcepto Sacramento in tuto magis eſt, quàm non ſuſcepto, & ideò tunc charitatis ratio magis habenda, quàm religionis, & Sacerdos quotieſcunque moribundum abſoluere poteſt ſecundum opinionem probabilem, eundem ex charitatis, vel iuſtitiæ lege, ſi Parochus ſit, abſoluere debet, alioquin animarum necator eſt, ita *Vaſquez in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 2. d. 1. num. 58. Filliuc. tom. 1. tract. 7. cap. 5. num. 123. Suar. tom. 4. d. 23. ſ. 1. num. 15. Megala p. 1. l. 2. c. 11. num. 8. Coninch. de ſacram. d. 7. d. 10. num. 106. Regius, Turrianus, Io. à Cruce, Greg. XV. in memoriali, Syluius, Monteſinus p. 2. d. 26. q. 5. numer. 245. Io. Sancius d. 44. num. 35. Lug. ſect. 1. numer. 87. Sanch. l. 2. de matrimon. d. 36. num. 8. Nauar. in c. inter verba, & alij.*

10 Sacramentum ſub conditione miniſtrandum eſt pœnitenti, quando de ipſius valore miniſter dubitat, ne vnquam irritum ſit. Verùm, quando probabilis Doctorum ſententia eſt, Sacramentum miniſtrari poſſe, conditionem adhibere neceſſe non eſt; tunc enim miniſtrans prudenter agit, nec ſe peccare exiſtimat, nec peccat, *Vaſquez in 3. p. tom. 4. q. 91. artic. 2. d. 1. num. 59. Sancius d. 44. num. 32. Diana part. 3. tractat. 3. reſolut. 19. Lug. & alij.*

11 Quando ſæuiente peſtilentia Sacerdos alicuius moribundi confeſſionem excipit, timetque ſibi contagium, aut mortis periculum ex imminente lue, & contagione, poteſt non omnibus, ſed aliquibus tantum peccatis auditis pœnitentem abſoluere; nam ſicut pœnitens interdum excuſatur, ſi integrè peccata ſua non confiteatur, quando aliquod graue damnũ corporis, vel rei familiaris, vel famæ à confeſſario ſibi timet, ita confeſſa-

rius

... à culpa, ſi integram ... confeſſionem non audit, ... cõfitente peſtem, aut mortem timet, aut veretur, ne alij moribundi ſine confeſſionis Sacramento decedant, ita *Suar. ibid. num. 1. Coninch. de ſacr. d. 7. dub. 9. n. 75. Layman l. 5. tr. 6. cap. 13. nu. 4. Chapeauilla q. 26. Iac. Granad. Hurtad. Turrian. Diana p. 5. tr. 3. r. 74. Zambran. de ſacrament. pœnit. cap. 4. d. 6. num. 6. & alij contra Phil. Marchinum.*

12 Si deficiente Sacerdote laicus moribundum ab excommunicatione abſoluat, eum verè abſolutum eſſe, & in loco ſacro ſepeliri poſſe probabilis quorundam ſententia eſt, ita *Auila de cenſ. p. 2. cap. 7. d. 1. d. 3. duo Ledeſmæ, Santius d. 44. num. 7. Raguccius, Ioan. à Cruce, Valerus v. abſolutio differ. 13. num. 2. Diana p. 3. tr. 4. r. 133.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, quia laicus Eccleſiaſtica iuriſdictione caret, ita *Sot. in 4. d. 18. qu. 4. art. 4. Couar. in cap. alma mater p. 1. §. 1. num. 9. Layman l. 1. tr. 5. cap. 6. num. 2. Suar. de cenſ. d. 7. ſect. 6 num. 6. Garſias, Coninch. Villalobos, & alij.* Illud tamen minus probabilie exiſtimo, quod nonnulli aſſerunt, moribundum anathema à quocunque baptizato, etiam hæretico ab excommunicatione abſolui poſſe, ſi Sacerdos deſit, *vide Dianam loc. cit.*

13 Puer poſt ſeptennium completum ſi quid confiteatur, quod in habente vſum rationis veniale, vel mortiferum peccatum cenſeatur, abſoluendus ſaltem ſub conditione eſt, maximè in articulo mortis, niſi conſtet eum rationis vſu pollere. Nam tunc ſine conditione abſoluendus eſt, ne in peccato moriatur, ita *Zambran. de pœniten. cap. 4. d. 5. nu. 4. Chapeauilla de pœnit. q. 14. Turreblanca l. 14. cap. 6. num. 59. Diana p. 5. tr. 3. reſ. 68.*

14 Quando ſimplex Sacerdos pœnitentem in articulo mortis à maiori excommunicatione abſoluit, ab eo prius exigat, vt ſatisfaciat, cui debet *ſecundum Clementinam primam Conſtitutionem de hæreticis*; quod ſi commodè fieri non poſſit, cum debita cautione abſoluat, quæ fiat, vel per fideiuſſores, vel pignore, ſi is poteſt dare, ſin minus, eam det, quam poteſt, videlicet iuratoriam. Si verò nihil horum fieri poſſit, & neceſſitas vrgeat, ſine vllo onere, vel cautione abſoluatur; ad impoſſibile enim nemo obligatur. α Verùm ſi confeſſarius cautionem ab eo exigere omittat, vel obliuiſcatur, nihilominus abſolutio valebit. Debet inſuper Sacerdos hoc onus pœnitenti imponere, vt ceſſante morbo ſe Superiori, qui eum extra illum euentum iure ſuo abſoluere poterat, præſentem ſiſtat; alioquin, eum in eandem cenſuram relapſurum, moneat; hoc autem onus ſiſtendi ſe alij iuramento firmandam aiunt, β, alij probabilius negant, γ; quod ſi excommunicatus abſque iuratoria cautione in caſu neceſſitatis abſoluatur, ac deindè priſtinam ſanitatem recuperet Superiori præſentare ſe debet; δ quanquam nonnulli etiam id probabiliter negent, ε α *gloſſa in Clementinam 1. de hæret § verum v. ea tunc l. impoſſibilium, ff. de reg iuris. Dian. p. 5. tr. 3. r. 67.* β *Sanchez tom. 1. l. 2. cap. 13. nu. 26. ex cap. quamuis, & c. ea noſcitur de ſentent. excomm.* γ *Trullench. in Bullam Cruc. l. 1 §. 7. c. 2. d. 2. Diana ib.* δ *Belloch. p. 1. q. 2. num. 136. Finellius de reſeruat. cap. 8. numer 9. Zambran. cap. 4. num. 6.* ε *Palatius in 4. d. 27. d. 7.* δ

De

# De ſatisfactione. Cap. XXIX.

1 QVamuis dimiſſis peccatis lethalibus æterna quoque pęna dimiſſa ſit, temporariæ tamen pænæ reatus delendus ſupereſt, α ſicut venialis culpa, non pæna quandoque remittitur. Duobus autem modis poteſt pæna debita culpis expiari, primò per opus operantis, hoc eſt per propriam ſatisfactionem debitoris; ſecundò per opus, vt aiunt, operatum, ideſt per ipſa merita Chriſti, quæ per Sacraméta, vel per Indulgentias, vel per ſacrificium applicantur. Nunc de primo, mox de altero modo diſſeremus. Gratia Dei ſanctificans ex natura ſua debita æternæ pænæ, vel omnino aufert, vel in temporariam pænam lõgiorem, vel breuiorem, vt Deo placet, commutat; nam aliquando maior gratia per Sacramentum pœnitentiæ datur, quam per baptiſmum, & tamen non omnem pœnam condonat, ſicut in baptiſmo. Pro arbitrio ſuo Deus maiori, vel minori pæna temporaria æternam commutat. Pro temporaria pæna condignam, & æqualem ſatisfactionem homines Deo exhibere in hac vita poſſunt per ieiunia, pias largitiones, preceſque, & pias alias actiones, vel exercitationes, β vt ex Tridentino Concilio, & ex diplomatibus Pij Quinti, & Gregorij XIII. aduerſus aſſertiones Michaelis Baij colligitur. Opera iuſtorum ex ſe ante Dei promiſſionem, & acceptationem eius valoris, & dignitatis ſunt, vt ad redimendam purgatorij pœnã ſufficiant, alioquin non poſſumus offerre Deo condignam ſatisfactionem, ſed congruam. Verum non expiarent formaliter, nec auferrent debitum pænæ temporalis, niſi Deus noſtras ſatisfactio[...] acceptaret propter Chriſtum [...] viuimus, in quo meremur, in [...] tisfacimus per dignos penitentiæ [...] ctus, qui ex illo vim habent, [...] offeruntur Patri, & per illum [...] tantur à Patre. γ Ideò peccato[...] poſſunt propriè Deo ſatisface[...] pæna temporali debita propter [...] ta. δ Quia in Chriſto tamq[...] vite palmites non viuunt, [...] ipſe: *Ego ſum vitis, vos pal[...] me nihil poteſtis facere.* Sic[...] Dei non poſſunt durante [...] æternam beatitudinem me[...] gni eſſe non poſſunt, vt [...] gatio voluntaria ad comp[...] pænam aliundè debitam [...] & quemadmodum co[...] ſtatu lethalis culpæ fa[...] poſtea gratia, non re[...] ritum, ita nec ad ſatisfa[...] ob indignitatem peccato[...] placuerunt. α *Trident. ſeſſ[...] Vegha, Sotus, Caſtro, Be[...] pœnit. c. 2. Vaſqu. Lug. d.[...] dent. ſeſſ. 6. cap. 14.* γ *ſeſſ[...] S. Thom. in 4. d. 15. quæſt[...] Alexan. Bonauent. Duran[...] Palud. Ledeſ. Maior, H[...] Adrian. vterque Sotus, S[...] 94. art. 1. Lug. & alij contra[...] Gabrielem, Medinam, & N[...]*

2 Opus, quo peccata exp[...] Deo ſatisfit, debet eſſe hone[...] liberum ſaltem ex denomina[...] effectu libero, & pænale, β No[...] poteſt placari Deus per opus, q[...] diſplicet, vel certè non placet [...] eſt opus honeſtatis expers; Op[...] tem quò magis honeſtum, eò ma[...]

ſatiſ-

Digitized by Google

[illegible]; & liberum eſt, quia [illegible] pertinet ad rationem intrinſe- [illegible] moralis honeſti, & inho- [illegible]. Quod autem piaculum debeat [illegible] pœnale, vt *condignè* ſatisfaciat pro [illegible] pœna, conſtat ex Tridentino Concilio aſſerente, ſatisfactionem fieri per opera pœnalia, & laborioſa, [illegible] ſatisfactoriæ pœnæ, & *digni pœ-* [illegible] *fructus* appellantur. Nimirum [illegible]catorum vindictam, & caſtiga- [illegible] ſatisfactio imperatur. Omnis [illegible] operatio meritoria eſt ſimul ſa- [illegible], quia pœnalis eſt; hoc eſt, [illegible] aliquem laborem, diffi- [illegible]que ſuperandam. Cæterum [illegible] augeri per actum, ſeu [illegible] externam ſuperadditam [illegible]terno, exiſtimo, & plus debitæ [illegible]mitti ieiunanti, quàm volenti [illegible], ſi amborum propenſio erga [illegible] par ſit. Non enim æquum [illegible] puniri eum, qui culpam [illegible]taria caſtigatione expia- [illegible]m internum, & externum [illegible]itur. Non eſt opus, vt [illegible]faciēdi actu permaneat ad [illegible] nouum ſatisfactionis, [illegible] homo ex laudabili volun[illegible]te iterum patitur; quia [illegible]us diſtinctus ab in- [illegible] nouam libertatem, [illegible] neceſſario, & tamen ad- [illegible]onem nouam diſtinctam a [illegible] attulit interna voluntas. Illa [illegible] eſt effectus voluntatis li- [illegible] ſimiliter deinceps eandem [illegible], nouam addet ſatisfa- [illegible]. Dormiens, vel amens licèt [illegible] ſatisfacere Deo, & expiare [illegible] ſua per ea, quæ tunc patitur; [illegible] tamen ſatis pati, ſi Deus affli- [illegible] illam voluerit pro pœna illi [illegible] inferre. Certum eſt, hominem iuſtum patienter tolerando pœnas extrinſecas, & neceſſariò prouenientes, & flagella à Deo immiſſa ſatisfacere poſſe pro debitis pœnis; homo enim dum pœnas acceptat, eas facit moraliter ſuas, & per eas ſatisfacit, vt qui accepta ab alio pecunia æs alienum, quo obſtrictus erat, ſoluit. α *Suar. d. 37.* β *D. Thom. d. 15. q. 1. Bonau. Richardus, Durand. Paludan. Maior, Alenſis, Adrian. Syluest. Viguerius, Lug. d. 24. ſect. 3. contra Victoriam, Sotum, Ledeſm. Medinam, Vaſquez, Scotum, Gabrielem,* γ *Suar. Coninch. Lug.*

3. Vt ad integritatem iudicij ſpectat punitio delicti, ita ad integritatem Sacramenti pœnitentiæ, non ad intrinſecam rationem ipſius, ſpectat ſatiſfactio. α Hæc à confeſſario pœnitenti ante, vel poſt abſolutionem imperari debet. Sed melius antequam abſoluatur pœnitens, ei iniungitur piaculum; eſt autē ſatisfactio iniuriæ, non damni illati compenſatio; nullum enim damnum peccatis noſtris Deo inferimus, ſed iniuriam, ſiue offenſam. Pro hac igitur Deo ſatisfacere debemus. Sacerdos autem pœnitenti imperare debet pœnitentiam partim in vindictam, & expiationem peccatorum, partim ad remedium animæ ſpectata conditione, & ſtatu penitentis; non enim pias largitiones pauperibus præcipere, cum ipſimet indigeant, nec operarijs, vel debilibus, & ægris ieiunia, aut mulieribus longas peregrinationes congruum eſt. Si magna in pœnitente peccatorum deteſtatio, & de commiſſis dolor apparet, lenius cum eo agendum, leuior pœnitentia imperanda eſt. Nec tempore iubilei, vel magnæ alicuius Indulgentiæ, quam pœnitens conſequi

ſtatuit,

Digitized by Google

ſtatuit, grauius piaculum eidem præcipiendum eſt. Bonifacius VIII. eos confeſſarios arguebat, qui tempore iubilei præter opera ipſa à Pontifice præſcripta ad Indulgentiæ conſecutionem pœnitentiam aliam imperabant γ ſatisfactio imponenda eſt non tantum ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis leuamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem, vt monet Concilium Tridentinum.

4 Scrupuloſo homini ſæpius confitenti eadem peccata, eadem pœnitentia ſæpè imponi poteſt: immo ſicut Iudex non multans modica pœna reum leuis culpæ grauiter non peccat, ita Sacerdos ſcrupuloſo leuem pœnitentiam non imponens non peccat; non enim ad neceſſitatem Sacramenti, ſed præcepti ſatisfactio pertinet. Si enim ad Sacramenti neceſſitatem, & integritatem omninò neceſſaria eſſet pœnitentia, Sacerdos qui ægroto piaculare opus non continuò, ſed poſtquam ille conualuerit, implendum præciperet, graui culpa ſe obſtringeret; Sacramentum enim ex-poneret periculo, ne compleretur, quod minimè dicendum eſt; non igitur grauiter peccabit, Sacerdos, qui pœnitenti pro peccatis alias in confeſſione explicatis ſiue venialibus, ſiue lethalibus nullam imponeret pœnitentiã. ſi pęnitens ea aliàs expiauerit piaculari actione, vt oratione, eleemoſyna, ieiunio, voluntaria afflictione; huiuſmodi enim debent piacula pœnitentibus imponi, quæ aliquam afflictionem, aut pœnam afferant, non quæ delectationem pariunt *α Filiucoius tract. 8 cap. 2. Layman, Ochagania ex cap. fin. de cenſ. in 6. contra Nugnum tom. 2. quæſt. 18. art. 4. β gloſſa in* [illegible] *remiſſ. γ Lugo d. 26.* [illegible] *Diana part. 6 tract. 7. reſ. 6.* [illegible] *5. tract. 13. reſol. 36. Bonacina* [illegible] *d. 5. quæſt 5. ſ. 3. part. 2. Baun*[illegible] *part. 1. tract. 4. quæſt. 25. Regin*[illegible] *tom. 1. lib 7. cap. 2. num. 12. S*[illegible] *tom. 4. d. 38.*

5 Poteſt aliquando confeſ[illegible] imperare confeſſo pœnitentiam [illegible] dam ante abſolutionem non [illegible] dictam, & punitionem, ſed ad [illegible] dium, quando iudicat id eſſe [illegible] rium, vel vtile pœnitenti, [illegible] Græcos mos eſt, vt nemo [illegible] tam pœnitentiam abſoluatur [illegible] maximè cum publicis pecca[illegible] ſeruatum eſt, *Palaſ. in 4. d. 1*[illegible] *1. ex Niceph. lib. 11. cap. 26.* [illegible] *Reginald. Bonacin. cum alijs,* [illegible] *14. ſe. 10.*

6 Caueant Sacerdotes [illegible] nas pro grauibus culpis [illegible] alienorum peccatorum ſe [illegible] pes faciant, neue anſam liberius [illegible] candi alijs præbeant; reſpon[illegible] enim debet ſatisfactio offenſ[illegible] catis pœnitentia, habita ration[illegible] rium, & ſtatus pœnitentis; ne[illegible] enim excuſatur confeſſarius, [illegible] verba illa poſt abſolutionem [illegible] *quicquid boni feceris, & mal*[illegible] *ſuſtinueris ſit tibi in remiſſionem pecca-torum;* Nam per verba illa [illegible] ria non eſt veriſimile omnia pœni[illegible] tis opera fieri Sacramentalia, [illegible] admodum certum eſt, merita B[illegible] riæ Virginis, & omnium Sanct[illegible] quorum poſt abſolutionem a [illegible] dote fieri ſolet mentio, non ſpe[illegible] ad rationem Sacramenti: nec v[illegible] illa poſt abſolutionem ſunt Sacra[illegible] talia, nec pertinent ad formam [illegible] cramenti, nec ſunt neceſſaria, ſed [illegible]

lum

Digitized by Google

ſum deprecatoria, vt Trident. Concilium aſſerit, *ſeſſ. 14. c. 3. Lug. d. 26. ſ. 4. num. 56. Paſqualig. q. 65. contra Reginald. tom. 1. l. 7. cap. 3. ſ. 1. numer. 26. Nauar. c. 26. numer. 4. Dianam p. 3. t. 4. r. 97. Bauny p. 3. tr. 4. q. 25. Beiam p. 3. caſ. 1. Hennob. in exam. p. 1. tr. 5. c. 15. q. 94. Filliucium tom. 1. tr. 8. c. 2. nu. 47. Bonacin. diſput. 5. q. 5. ſ. 3. nu. 13.*

7 Caueant etiam confeſſarij, ne pœnitentiam adeò grauem iniungant, vt periculum ſit, ne pœnitens illam omittat cum ingenti animæ ſuæ detrimento; conſulendum eſt igitur fragilitati, & imbecillitati pœnitentis; ea medicina præſcribenda eſt, quam ægroti ſtomachus commodè ferre valeat, ac velit. *Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, Quos vltra, citraque nequit conſiſtere rectum*. Perpendat confeſſarius, *quid* pœnitentis *ferre recuſent, quid valeant humeri*. Grauem pœnitentiam, vel mediocrem recuſanti leuiorem iniungat, cumque iubeat bona, quæ fecerit, & mala, quæ patienter tulerit, offerre Deo in expiationem peccatorum. *Si erramus, modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem? vbi enim pater familias liberalis eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. Si Deus benignus eſt, vt quid Sacerdos eius auſterus? vis apparere ſanctus, circa tuam vitam eſto auſterus, circa alienam autem benignus, audiant te homines parua mandantem, & grauia videant facientem. Hæc D Chryſoſtomus hom. 44. in Math. 23. Giragus p. 3. d. 56. Pellizzar. c. 10. ſect. 3. quæſt. 37. & alij.*

8 Sacerdotes tamen, qui leuiſſimas ſatisfactiones pro grauiſſimis delictis pœnitentibus ſine cauſa imponunt, peccare minimè dubitandum eſt; non enim officio ſuo ſatisfaciunt; iudicium non bene exercent. *Debent ergo Sacerdotes Domini quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & conuenientes ſatisfactiones iniungere; ne, ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur*. Verba hæc ſunt Tridentini Concilij ſeſſ. 14. c. 8. Poſſunt etiam iniungi in ſatisfactorias pœnas bona opera, quæ pœnitens facere conſueuit; ſic enim imponitur illi obligatio de re certa. Tunc tamen tãtum bonorum illorum operum imperandum eſt, quantum conuenit numero, & grauitati peccatorum. *Paſqual. q. 66. nu. 6. & alij.*

9 Quando confeſſarius imperat piacula, ſeu ſatisfactiones, quæ non poſſunt abſque ſalutis diſpendio, vel infamiæ periculo præſtari, non peccat pœnitens, ſi illa nõ acceptet, vel omittat; quia onus irrationabile portare non debet, vt ieiunia indiſcreta, macerationes noxias ſaluti corporis; repugnant enim charitati, qua ſe quiſq. diligere debet. Sic præſules ſubditis ſuis extraordinarias abſtinentias, vel ieiunia præter regulam, quam ſubditi profitentur, nequeunt imperare; alioquin exigerent ſubiectionem ſupra, vel vltra ſphæram ſuam, ita *Angles in flor. de ieiunio diſ. 1 app. 2. & 3. Paſqual. tom. 2. d. 29. & alij.*

10 Probabilem eorum ſententiam exiſtimo, qui imponi poſſe pœnitentiam ad arbitrium pœnitentis, & per modum conſilij aſſerunt, vt ſi Sacerdos dicat illi, *ſi hoc, vel illud feceris, ſit tibi in expiationem peccatorum*;



Digitized by Google

talis enim pœnitentia virtute clauium Sacramentalis ſit; eamque imponens ſoluit, & ligat; indicens enim piaculum pœnitenti ad conſequendam veniam peccatorum neceſſariò præſtandum ligat; ſoluit vero, dum illud explenti temporariam purgatorij pænam in faciliorem commutat. Hac etiam ratione fragilitati pœnitentis quandoque conſulitur γ; tutius tamen eſt piaculum partim ex præcepto, partim ex conſilio præſtandum iniungere. Quod ſi pœnitentia leuis imponenda ſit, non poteſt ſub graui culpa à confeſſario imponi; & poteſt tamen grauis pænitentia imperari ſub culpa leui a γ. *Mercerus in ſupplemen. p. 3. q. 15. d. 2. num. 5. Diana p. 3. t. 4. r. 82. & p. 4. tract. 4. r. 241. Villalob. Fillinccius tom. 1. tr. 8. c. 2. num. 37. Fagundez pr. 2. l. 9. c. 3. num. 11. Henriq. Palud. Sotus, Victoria, Ledeſm. Suar. tom. 4. diſp. 38. ſ. 3. num. 2. Pellizar. contra Turrianum de pœniten. d. 35. d. 2. Vaſq. Fay, Coninch. Lug. d. 25. ſect. 4. & Merolla tom. 2. d. 4. cap. 3. d. 25. Diana p. 5. t. 5. r. 51. Suar. tom. 4. d. 38. ſect. 5. numer. 5. Coninch. Reginald. Henriq. contra Sancium d. 15. num. 14. & 15. a Dian. p. 3. t. 6. r. 9. § Hinc.*

11 Leuior ſatisfactio ei iniungenda eſt, qui maioris pœnitentiæ ſigna oſtēdit, vel aliquam indulgentiam lucraturus eſt, vel qui grauiorem recuſat, *Reginald. l. 7. Pellizzar. & alij*, pœnitenti in periculo mortis non debet imponi pœnitentia magna, externa, & mox implenda. Sed ſuadendum eſt ei, vt peccata ſua deteſtetur vehemēter, & piam aliquam largitionem de bonis ſuis fieri iubeat, ſeque aliorum precibus commendet. Poteſt etiam imperari pænitentia ab eo, ſi conualuerit, agenda *cap. ab infirmis 26. q. 7. Reginald. num. 41. Nauar. Palud. S. Antonin. Hoſtienſ. Pellizzar. cap. 10. ſect. 3. num. 212. & alij.*

12 Probabile eſt imperari poſſe in pænitentiam aliquod piaculare opus pro animabus, quæ purgatorij pœnas patiuntur; pars enim, quæ applicari iubetur defunctis, eſt pars ſatisfactionis reſpondens operi pænali pænitentis, & merito operantis. Neque ad eum ſolum iuuandum inſtituta eſt, ſed pro arbitrio pænitentis, & miniſtri Sacramenti cuiuis donari poteſt; ſecus verò ſatisfactio reſpondens operi pænitentis ex opere operato, vt aiunt, ideſt ex meritis Chriſti, quæ Sacramētum ſuſcipientibus applicantur. Et hæc opinio doctorum virorum mihi maximè ſemper placuit, eamque in praxi ſecutus ſum, & omnibus ſuadeo, vt eam Chriſtianę pietati maximè conuenientem ſequantur; non enim minus patitur pœnitens ieiunium, vel aliam pænitentiam agens pro animabus purgatorij, quàm ſi illam pro ſe ipſo ageret, *Turrianus de pœnit. diſp. 37. dub. 4. Diana p. 3. t. 4. reſ. 54. & in addit. ſecund. r. 11. Pellizzarius tr. 9. ſect. 3. q. 37. num. 211. Lugo d. 25. nu. 64. contra Sancium d. 16. num. 1. Vegham t. 2. c. 64. c. 4. Philippum à Cruce tr. 2. § 6. num. 51.*

13 Licet etiam opus aliàs præceptum in pænitentiam iubere; ſatisfactorium enim eſt, & Sacramenti virtute fieri poteſt Sacramentale; immo quandoque expedit ſpectata pænitentis imbecillitate; a verum regulariter id faciendum non eſt. Propterea, niſi confeſſarius id clare exprimat, vel ex eius verbis, aut circumſtantijs hoc velle colligatur, non eſt interpretandum, eum opus aliàs præceptum in piaculum Sacramentale præcipere.

Ideò

Digitized by Google

Ideò ſi quis ieiunare ſimpliciter iuſſus eſt, non ſatisfacit per ieiunium certis temporibus, aut diebus ab Eccleſia præceptum; ſi verò iuſſus audire duas Miſſas die feſto, alteram audiat ab Eccleſia præceptam, & alteram, vt pænitentiam imperatam expleat, ſatisfacit. Cenſetur enim Sacerdos includere voluiſſe, Miſſam ab Eccleſia iuſſam audiri β. Item ſi confeſſarius iubeat pænitentem ſingulis diebus rei ſacræ intereſſe, ſacrum ab Eccleſia præſcriptum includere cenſendus eſt. Ideò ſatisfaceret, qui ſemel tantum rei ſacræ die feſto intereſſet. Ità ſi quis facultatem, vel aliquam diſpenſationem à Pontifice obtineat hac conditione, vt ſemel quolibet menſe confiteatur peccata ſua, ſatisfacit obligationi ſuæ, ſi eo menſe, quo vult implere Eccleſiæ præceptum de annua confeſſione, ſemel confiteatur γ; non enim credendum eſt, Summum Pontificem velle maius onus imponere. α *Turrian. d. 37. d. 2. Suarez, Henriq. Laym. l. 5. d. 6. c. 15. num. 10. Villalob. Fagund. contra Sotum, Adrian. Caiet. Ledeſm. Sot. Pellizzar. numer. 123. Thomas à Ieſu trib. conſ. to. c. 2. Diana p. 3. t. 4. reſ. 84. Lug. d. 24. ſ. 2. Medina, Vaſq. contra Paludan. Syiueſt. Gabr. Anton. Maiorem.* β *Fay in add. ad 3. p. q. 15. art. 1. d. 2. c. 1. Mercer. de ſacram. q. 83. art. 4. num. 4. Caſtropalaus tom. 2. t. 3. d. 1. Diana p. 5. tr. 24. r. 61.* γ *Ochagrania tr. 4. q. 14. num. 4. Sanch. de matrimon. tom. 3. l. 8. d. 34. contra Nugnum.*

14 Cum aliquando expediat abſtinere à ſacra communione propter aliquam cauſam, ſi periculum ſcandali abſit, & noſcatur tunc conuenire id pænitenti, probabile eſt poſſe in pœnitentiam illi iuberi, vt Euchariſtia abſtineat, & quamuis hæc requirat præparationem internam; hanc tamen præcepto confeſſarij ſubeſſe, qui internum opus præcipere poteſt ſenſibile per exteriorem impoſitionem, & acceptationem credendum eſt. *Suar. in 3. p. tom. 4. d. 38. ſect. 6. Salazar. de freq. comm. c. 14. §. 1. Diana p. 3. t. 4. r. 115. Lugo d. 17. ſeſſ. 3. Pellizzar. cap. 10. ſection. 3. contra Sancium d. 33. per totum.*

15 Imperari etiam à Sacerdote poteſt pænitentia alicui per alium explenda ſi iuſta adſit cauſa, & tunc effectũ ſuum ex opere operato producit in eo, pro quo piaculum præſtatur; poteſt enim alter pro altero pænam ſubire poſt confeſſionem relictam. Huiuſmodi autem ſatisfactio per alium præſtanda eſt pars Sacramenti; quia cum fiat ad preces pænitentis, opus perſonale ipſius cenſetur. Obligatio autem ſatisfaciendi pendet à voluntate Sacerdotis, qui ſi ita velit, ſufficit. *Suarez tom. 4. diſput. 18. ſect. 9. Reginald. tom. 1. l. 7. c. 7. q. 2. r. 241. §. motu quarto, Dian. p. 3. t. 4. r. 82. Tanner. Mercer. Fagund. Filliuc. Lug. & alij contra Vaſquium tom. 4. quæſt. 94. artic. 2. d. 1. nu. 7. Coninch. Ledeſm. Turrianum.*

16 Ab eo, qui homicidium voluntariè perpetrauit, hæc ſatisfactio exigi poteſt, vt ſcilicet ab interfecti propinquis ſupplex veniam poſtulet, illiſque pro illatis damnis ſatisfaciat, detrimenta compenſet beneficio, & per annum ſingulis hebdomadis vnum ſaltem ſacrificium pro ſalute occiſi faciendum curet, ſi poſſit, & per idem temporis ſpatium piam ſtipem pauperibus largiatur. Litanias, aliaſue preces, vt Sacerdoti libuerit, quotidie genibus flexis per totam vitam recitet; & per annum octauo quoque die confitea-



Digitized by Google

ſiteatur, ſingulis menſibus Euchariſticam dapem ſuſcipiat. *Comitolus l. 4. q. 11. num. 8. Homobonus de caſ. reſeruatis p. 1. cap. 3. Diana p. 5. tom. 4. reſ. 43. & alij.*

17 Recuſare poteſt, vel non tenetur exequi pœnitens iniunctam ſibi pęnitentiam agendam ſub conditione, ſi in peccatum idem reciderit; dummodo alio remedio vtatur. a Ceterum ſimpliciter imperatam ſibi pænitentiam a confeſſario acceptare debet; hanc enim ſi reſpuere poſſet, non haberet Sacerdos ligandi poteſtatem. Quamuis pęnitens aliquod pænitentiæ genus detrectare poſſit, non tamen omnem pęnitentiam reſpuere, & maximè ſi præſeruatiua ſit. Neque abſoluendus eſt, qui ne paruam quidem pœnitentiam ſibi iniungi vult. Non enim eum pęnitet peccatorum, qui eadem aliqua ſatisfactione expiare recuſat. Si quis tamen intentionem habeat ſatisfaciendi, aut dum viuit per indulgentias, vel poſt mortem in purgatorio, & verè pœnitens peccatorum cenſeatur, etiamſi pęnitentiale aliquod opus perſoluere renuat, abſoluendus videtur. Pęnitentiam verò medicinalem ad curanda animæ vulnera, & ad abolendam malam peccandi conſuetudinem detrectare pœnitens minimè debet, & contraria ſententia omninò poſt Tridentinum Concilium improbabilis cenſenda. Verum cogendus non eſt pœnitens iurare ſe ſubiturum aliquam pœnam quoties in poſterum iurauerit, aut blaſphemiam protulerit, ne nouo peccandi periculo exponatur. Neq; homini ſolito conuitia in Deum, aut Diuos, aut periuria proferre deneganda eſt abſolutio, dummodo commiſſa doleat. Non enim ex occaſione intrinſeca, ſed ex mera fragilitate peccatoris b proueniunt. a *Caſtropalaus tom. 3. t. 14. d. 1. p. 1. Diana p. 7. tom. 6. r. 30.* b *Comitolus l. 1. q. 3. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 94. art. 2. d. 1. nu. 5. Reginald. tom. 1. l. 7. c. 2. num. 15. Lug. ſect. 8. Nugnus tom. 2. q. 15. Longus de caſib. reſeru. p. 1. Suar. de rel. tom. 1. l. 3. c. 8. num. 7. Trullench. in dec. tom. 1. l. 2. Suarez, Vegha. Eſtius, Sanctarellus, Valent. Sylueſt. Fagund. Tolet. Henriq. Filliuccius, Ledeſm. Megal. Coninch. contra Caſtrumpalaum, Diana p. 3. tom. 4. r. 51. p. 2. tom. 15. reſ. 52. Fabrum in 4. ſentent. d. 19. q. 1. d. 33. cap. 10. Pharaonium. Ruyz. Raphaelem de Ceſare, Beiam, Tribarnem, Pitigianum, Villalob. Zerolam, Crucium, Reginald. Homob. Hoſtienſem, Molfeſium.*

## Pœnitentiæ, commutatio, & executio. Cap. XXX.

1 IMperatum pænitenti piaculum, commutare, vel ſine cauſa poteſt etiam extra confeſſionem poſt quiduis tempus idem Sacerdos, qui illud confitenti iniunxit; modò recordetur peccatorum ſaltem confusè, pro quibus ſatisfactionem iniunxit. Iuſta cauſa commutationis eſt periculum omiſſionis, ingenſue cordis mæror, & afflictio pænitentis; ſicut enim arbitratu ſuo illam imponere potuit, ita commutare poteſt; quælibet enim res iiſdem cauſis diſſoluitur, ex quibus naſcitur a; præſeruatiuam pœnitentiam neceſſariam in aliam præſeruatiuam commutare licet b, auferre omnino non licet, niſi ſit vtilis tantùm, non neceſſaria; commutatio tamen

vel

Digitized by Google

vel illicitè facta valet. Si pœnitenti iuſſit Sacerdos, vt piam ſtipem largiatur, non poteſt ei concedere, vt eam ipſe ſibi tanquam pauperi applicet; nullum enim opus bonum eleemoſinę præceptæ loco efficeret *x*. Commutari etiam poteſt pænitentia ab alio confeſſario iuſta de cauſa in Sacramentali confeſſione, non extra; alterius enim iudicis ſententiæ ſubijcere eadem peccata pœnitens poteſt, & ab eo alia pœnitentia imperata abſolui. Neque propterea alter confeſſarius in priorem confeſſarium iuriſdictionem exercet, ſed in pœnitentem; nec reuocat prioris ſententiam, ſed ſuam profert per modum iudicij æqualis præcedenti. Verùm, ſicut nequit abſq; Sacramento ſoluere, ita nec ligare pœnitentem; ad eaſdem enim claues ſpectat aperire, ac claudere, ad eandem poteſtatem ligare, & ſoluere. Verùm ad commutationem pœnitentiæ neceſſariò requiritur eorundem peccatorum confeſſio, pro quibus expiãdis pium aliquod opus præceptum fuit; nec ſufficit aliorum peccatorum confeſſio, niſi aliquam notitiam ſaltem confuſam ſuperioris confeſſionis habeat Sacerdos, & eiuſdem ſpeciei fuiſſe peccata prioris, ac poſterioris confeſſionis cognoſcat; non enim poteſt indicta cauſa, & ignoratis criminibus iudicium ferre *x*, pœnam ſatiſfactoriam ſtatuere, vel commutare *x*, etiam pęnitentia pro peccatis reſeruatis impoſita commutari poteſt ab alio Sacerdote non habente facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis; peccata enim per primam abſolutionem dimiſſa non amplius reſeruationi obnoxia ſunt *θ*; immo etiam ſimplex Sacerdos iuxta de cauſa pęnitentiam pro peccatis lethiferis iam dimiſſis per Sacramentum pœnitentiæ commutare poterit. *θ Sancius diſp. 14. num. 17. p. 3. tom. 4. Henriq. c. 21. contra Megalam, θ ξ Lugus diſp. 25. ſect. 6. num. 112. ξ Valerus v. index diff. 23. num. 5. p. 2. Bonac. d. 5. q. 5. contra Zerolam, Diana p. 3. tom. 4. r. 53. & p. 6. tom. 6. reſ. 46. Prapoſitus x Suar. Vaſq. Coninch. Reginald. Fag. Molfeſ. Lub. ſect 6. num. 107. Syluest. v. confeſſ. 6. num. 4. Nugn Valentia contra Nauar. Tol. Sa, Rodriq. Vuald. Dianam, Cœleſtiuum tom. 1. cap. 24. num. 7. Bonac. de ſacr. diſp. 4. q. 5. ſect. 3. θ Valerus v. iuriſdictio diff. 1. n. 7. Vaſq. Henriq. Nauar. contra Suarium tom. 5. d. 38. ſect. 10. num. 8. Lug. Vaſq. in 3. p. tom. 4. q. 94. art. 2. d. 3. Diana p. 3. art. 4. reſ. 53. contra Suarium. x Sanchius, & alij.*

2 Probabilior Doctorum ſententia eſt, pœnitentiam a Sacerdote imperatam non poſſe etiam in meliorem ab ipſomet pęnitente authoritate propria commutari; nemo enim pænitens in ſe ipſum iuriſdictionem exercere poteſt. Et ſecundum hanc opinionem ſi imperatæ ε ſibi pœnitentiæ culpabiliter obliuiſcatur pęnitens, debet rurſus eadem peccata confiteri, vel ſi exiſtimat Sacerdotẽ auditorum recordari, ſciſcitari ab illo pęnitentiam x. contrariam etiam ſententiam probabilem exiſtimo aſſerentium, pænitentiam ab ipſomet pęnitente commutari poſſe in opus euidenter melius: ſi enim id propoſuiſſet confeſſario, vtique id ab eo obtinuiſſet in peccatorum expiationem; λ nam & qui vouit, votum ſuum in melius mutare valet. *x Sanchez ſum. tom. 1. l. 4. c. 11. num. 36. Coninch. d. 10. d. 9. n. 86. Reginal. Henriq. Sancius d. 14. num. 22. Lug. ſect. 6. contra Richardum in 4. diſt.*



Digitized by Google

4.*diſt*.17.*art*.2.*q*.8.*ad* 4.*Portel*.*Villal*. quorum ſententiam probabilem cenſet *Diana p*. 3.*tr*.4.*r*.53. *Pellizzarius contra Turrianum par*.2.*d*.31.*d*.62. γ *Cæleſtinus tr*.1.*cap* 24.*num*.8.*Diana p*.2.*tr*.4.*r*.241.*cõtra Turrian*.*p*.2.*d*.31. *d*.62. verior ſententia docet, impoſitam pænitenti pænam ſatisfactoriam non poſſe compleri per alium, quam per pænitentem *ex Trident*.*Suar cum multis*, *Lug*.*ſ*.5. *contra Palud*. *Anton*. *Sylueſtrum*, *Altiſcod*.*c*.2. multo minus poteſt pænitens iniunctam ſibi peccatorum expiationem alteri committere præſtandam ex ratihabitione, vel præſumpto conſenſu, *Lug* *l*.*c*.

3 Qui imperatam ſibi ſatisfactionem, & acceptatam non præſtat, ſi hæc grauis ſit, grauiter peccat, ſi leuis, leuiter, niſi indulgentias conſequatur, aliaue opera ſatisfactoria peragat, α & pænitentia præſeruatiua non ſit. Verum probabilius eſt, pænitentiam omnino implendam; alia enim opera non habent virtutem ex opere operato, ſicut Sacramentalis pænitentia, ideò illi minimè æqualia ſunt, β ſi autẽ leuis pænitentiæ omiſſio leuem, ſeu venialem culpam non excedit, quanto minus omiſſio partis leuis pænitentiæ. Leuitas enim materię excuſat, ne grauis culpa ſit, neque enim credendum eſt imponi leuem pænitentiam cum graui onere, niſi aliquod graue periculum immineat, γ nec grauiter peccat, qui particulam paruam imperati ſibi Roſarij omittit, v. g. tres, aut quatuor Salutationes Angelicas, neque grauis, & mortiferę culpæ reum exiſtimo eum, qui iuſſus grauem pænitentiam facere pro peccatis venialibus, vel lethiferis aliàs in confeſſione explicatis, & expiatis, eam omittit; durum δ enim eſt, hominem peccata, à quibus aliàs abſolutus eſt, liberè, ac ſpontè confitentem grauis culpę reum euadere, niſi piaculum pro iiſdem indictum ſibi perſoluat δ, contrariam opinionem probabilem exiſtimo; obligatio enim grauis pænitentiæ imperatæ pro leuibus culpis pendet à voluntate iudicis. α *Viuald*. *Suar*. *Nauar*.*c*.21. *numer*. 43. *Bonacina de ſacr*. *diſp* 5. *qu*. 5.*ſect*.3. *p*.4. *num* 8. *Lauorius de indulg*. *par*.2. *c*.5 *nu*.49 *Valentia*, *Reginald*.*Nauar*. *Paludan*. *Diana p*.3. *t*.4.*reſ*.106.*Suar*. *tom*.4. *d*. 38.*ſect*. 7.*numer* 5. *& Doct*. *communiter*. β *Sancius diſp*.14.*nu*.14. *Diana p* 5. *t*. 5. *r*. 15. §.*notandum eſt*, *Villalob* γ *Layman l*.5.*tr*.6.*cap*.15. *numer* 7. *contra Nugnum*, *& alios*. δ *Diana par*.6.*t*.6.*reſ*. 44. §.*notandum contra Henriq*.*Fagund*. *Nugnum*, *Lugum d*.25.*ſect*.5.

4 Quando pœnitenti tempus ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis pręſtitutum non eſt, ſatis eſt, ſi infra annum ſatisfaciat; α cum verò præſtituitur tẽpus, & tamen parumper differtur ſatisfactio, vt poſt diem octauum, cum grauis eſt, nec commodè expleri poteſt, lethale peccatum non committitur, etiamſi abſque cauſa differatur; ſi verò adſit cauſa dilationis, ne leuiter quidem peccat pænitentiam differens per aliquod tempus; neque enim ſtatutum à Sacerdote tempus mathematico more ſumendum eſt, ſed moraliter. Ideò pænitentiam per triduum, vel quatriduum differre, aut anticipare non eſt graue peccatum; ſecus verò ſi per tres hebdomadas differatur, quod ſtatim faciendum præſcriptum eſt ε; verùm ſi Sacerdos certo diei opus præſtandum alligauit pręcipiens ieiunium die Sabbati in honorem B. M. Virginis, vel recitationem pſalmodiæ

Vir-

Virgineæ ſingulis diebus, tunc ſtato tempore, dieque opus præceptum implendum, non anticipandum, nec differendum eſt, quemadmodum nec ieiunium ab Eccleſia præſcriptum tali die dilationem patitur. Iuſſus audire duas Miſſas præcepto non ſatisfacit, ſi duabus Miſſis, quæ eodem in templo eodem tempore celebrãtur, interſit ε, quamuis cõtrarium nonnulli doceant minus probabiliter. η Qui verò pænitentiam præſtituto tempore non perſoluit, debet quamprimum eãdem perſoluere; Sacerdos enim non tam ſtatuti temporis, quàm ſatisfactionis, ac remedij rationem habet θ; verum, ſi ex adiunctis colligi poſſit, confeſſario intentionem fuiſſe non obligandi ad tale piaculum extra illud ſtatutum tempus, vt ſi ieiunium in honorem alicuius Diui pridie ante feſtum ipſius præcepiſſet, elapſo tempore ab obligatione ieiunij immunis pœnitens foret; ſecus verò ſi ieiuniũ aliquot Sabbatis præſtandum imperaſſet Sacerdos; omiſſum enim aliquo Sabbato ieiunium, aliò deinde ſupplendum eſſet, ι idem dicendum, ſiquis confiteri ſingulis mẽſibus iuſſus eſſet, omiſſam aliquo menſe confeſſionem peccatorum facere alio tempore debet, χ licet etiam cõtrariam huic ſententiam doceat *Sãchius* λ non improbabilem. *Fernandez p.1.docum.4.num.5.ex cap. omnis de pœnit. Diana p.2.t.15.r.53. & p.5.t.5.reſ.15. Hurtad. Suar. Aegid. Thomas à Ieſu tr.3.cap.2.d.9. Diana p.3.t.4.r.92. Lug. ſect.5.num.9.* ε *Sanchius diſp.13.nu.9 Dian.p.3.t.4.r.102.* ζ *Turrian.p.2.diſp.16.d.7* η *Mercer. de ſacr q.83.art.4 d.4. Diana p.5.t.14. r.52.& 71.* θ *Tolet.l.3.cap.31.nu.11. cõtra Henriq* ι *Fagund.p.2.l.9.cap 4. Nauar. Syluest.* χ *Ochagrau.tr.4.qu. 14.num.4.* λ *Sanch. de matrimon.tr.3. l.8.d.34.num.37. Caramuel.*

5 Qui pænitentiam ſibi iniunctam peccato lethali obſtrictus agit, ſe nouo ſcelere mortifero non obſtringit; μ non enim Sacramenti effectũm impedit, ſed integritatem, & perfectionem eiuſdem effectus μ; non tamen ex opere operato virtute Sacramenti ſatisfacit, nec venialem culpam committit; nam opponere obicem remiſſioni pænæ nullum peccatum eſt; alioquin peccaret, quiſquis lethali infectus culpa rei ſacræ, vel Pontificiæ benedictioni intereſſet. Probabile eſt pænitentiam à peccatore actam effectum ſuum mox conſequi, ſi obex, ideſt, ξ mortalis culpa tollatur. ο μ *Palud. Syluest Adrian. Caietan. Sot. Palat. Lug. d.25.ſect.3. Hurtad. diſput.14. de ſacr.diff.14. Marſilius, Medina, Vaſq.* ξ *Lugo diſp.25.ſect.3.num.32. Diana p.4.t.4.r.241. Ioan. à Cruce, Ledeſm. contra Laym.l.5.tr.6.cap.15.num.15. Barboſam in Concil Trident.* ο *Henriq.l.5.cap.20.num.7. contra Hurtad. loc.cit. P. Soto. Caiet. Vict. Nau. Suar. Palat. Coninch. Fagund. P. Fay.*

6 Eſt etiam modus præſcriptus à Sacerdote in agenda pœnitentia ſeruandus; ſi quis enim iubeatur flexis genibus preces ad Deum fundere, non ſatisfacit, ſi ſtans eas fundat; Sacerdotis enim mens eſt ad breue illud ſupplicium pænitentem adigere π; quanquam non improbabilis nonnullorum ſententia eſt, qui putant, ſatisfieri, ſi alio modo, alio loco, alio tempore, quàm iuſſo pænitentia agatur ρ; præcipua enim Sacerdotis intẽtio ſubſtantiam piaculi reſpicit, non circunſtantias; & ſecundum hanc ſententiam ille, quem Sacerdos tertiam Roſarij precatorij partẽ perſoluere iuſſit,

ſatisfaciet, etiamſi interruptè motus interpoſitis perſoluat. Hoc etiam in voto, & in horarijs precibus perſoluendis accidere poteſt. π e *Diana p.3.t.4.reſ.55.Vegha tom.2.c.64.cap.6. Sanchez tom.2.opuſc.l.7.cap.2.d.19. num.5.*

7 Pœnitentiæ iniunctę obligationi ſatisfacit, qui iuſſum opus agit, etiam abſque intentione ſatisfaciendi per actum illum; non enim omnis pars Sacramenti exigit intentionem. Dolor haberi poteſt abſque memoria præcedente recipiendi Sacramentum. Neque pœnitentia agitur à pœnitente tanquam à miniſtro Chriſti, ſed tantum ex vi obligationis à confeſſario acceptæ ß. Eadem ratio militat in legibus, & præceptis, quæ ſolum obligant ad actum, quem præcipiunt, ideò ſatis eſt facere, quod iubent, nec oportet id fieri ex intentione formali, vel virtuali exequendi præceptum. Non eſt neceſſaria intentio præmij ad merendum illud, æquitas enim exigit, vt qui bene operatur, laudetur, ac præmium recipiat. ß *Sanchez in ſumma tom.1.l.1.cap.13.num.17. Diana p.6. t.6.r.43. & p.2.t.12.r.37.§. & idem, Longus d 24.ſect.4.§.3. Suarez contra Vaſq. in opuſc. de benef. c.4.§.1.art.3, d.7.num.117. Henric.q.4 q.18.*

## Monita ſalutaria Confeſſarijs, ac pœnitentibus. Cap. XXXI.

1 ARS artium eſt regimen animarum, & vt bene regi, ita bene alios regere Dei donum eſt. Ideo Sacerdos ad audiendas confeſſiones vocatus ante omnia ad Deum ſe ſe precibus conuertãt, & ſi fortè lethali ſcelere ſe obſtrictum agnoſcat, nec confeſſionis Sacramento ſe expiare tunc commodè poſſit, quãtum poteſt propter Deum peccata ſua perfectè deteſtetur, dicatque non minùs corde, quàm ore verſiculos illos pſalmi quinquageſimi. *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis;* ne immundus ad mundandas aliorum animas accedam, ne cupiditate, auaritia, vel inani gloria, vel curioſitate, neq. alio turpi affectu ducar; ſed hoc ad gloriam tuam pro animarum ſalute agam. *Ne proijcias me à facie tua*, ideſt, ne me à lumine vultus tui repellas, ne per ignorantiam errans, ceu cæcus cæcos ducam, neue alijs errandi ſim author, *& Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me*, ideſt, ne, dum aliena peccata audiam, ſinas me in tentationem, & in peccatũ cadere, ne ſpiritum tuum bonum, & gratiam tuam amittam. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*; fac, vt audita confeſſione hilaris, ſerenus animo, ac deuotus diſcedam, ne turpes peccatorum auditorũ ſpecies, neue eorundem cogitationes mentem meam vexent, turbent, vel inquinent, *& ſpiritu principali confirma me*, vt fortior ſine peccato perſeuerem, gratiæ tuæ dono me præmuni; ſic enim *docebo iniquos vias tuas*, quæ ſint mandata tua oſtendam, quomodo legem tuam obſeruare debeant, *& impij ad te conuertentur*, ac conuerſi ad te peccatores bene viuent ad honorem, laudem, & gloriam tuã, animarum conuerſio, & perfectio à Deo pendet; ideò diuinum implorandum eſt auxilium, & ſapientia ab eo petenda.

2 Mox Sacerdos vnius ſalutis animarum

marum cupidus, hilari vultu, & alacri grauitate peccatorem excipiat, dulcis, affabilis, ac miſericors ipſum animet, vt ſibi tanquam ſpirituali medico animi ſui vulnera detegat. Illius ad pietatem, ac compaſſionem compoſita oratio, menſque *Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſcat*, ne, ſi rigidum, auſterum, vel nimis religioſum importunè, & ſtatim ſe oſtendat, pænitentem terreat, vel perturbet. Si illum minùs decenter compoſitum in externo corporis habitu, & genuflexione, alijſque exterioribus eſſe videat, ipſum dulci alloquio moneat, inſtruatque, vt Deo, non homini tantùm ille confiteatur, genibus ambobus flexis, non Sacerdotis faciem intueatur pęnitens, ſed ad latus ſe ſe tantiſper vertat, & ſe crucis ſigno præmuniat; dicatque ſaltem, *Confiteor Deo omnipotenti, & tibi pater, quia peccaui &c.*

3 Non facile permittat Sacerdos, pænitentem ſe de imperfectionibus, quę nec peccata venialia ſunt, accuſare; non enim ab imperfectionibus, ſed à culpis pænitens abſoluendus eſt; neque enim eum confiteri neceſſe eſt, ſe non amaſſe Deum tota intentione, qua potuiſſet; quia ſufficit amare Deũ actu quãtumuis remiſſo ſuper omnia, ſeu omnibus illum anteferendo, nec, quod inſpirationibus diuinis non reſponderit; quia aut inſpirationes ſpectant ad præcepta implenda, & tunc illis non reſpondere non eſt peccatum diſtinctum à tranſgreſſione præceptorum; ideo ſatis eſt confiteri eorundem violationem, vel ſpectant ad conſilia, vt ad Religioſam aliquam ſodalitatem amplectendam, ad contemptum ſæcularium rerum, ad curas humanas obliuioni tradendas, ad macerandum corpus ieiunijs, caumenijs, cilicijs, verberationibus, & ad ſimilia; & hoc peccatum non eſt; cum non exequens conſilia ne venialem quidem culpam committat, *ita contra Toletum lib. 3. cap. 2. num. 6 docet Sancius d. 1. num. 8. Diana p. 3. t. 4. reſ. 52. & alij.*

4 Neque opus eſt, vt pænitens ſe accuſet, quod non magno examine conſcientiam ſuam diſcuſſerit, quod vehementer de peccatis non doleat; ſatis enim eſt, ſi moralem, & mediocrem diligentiam in examinandis culpis, ijſque deteſtandis adhibuerit, & ad Sacramentum ſuſcipiendum imperfecta peccatorum deteſtatio aliquo modo reſpiciens Deum ſufficit, quæ attritio dicitur; non oportet pænitentem ſe accuſare generatim de commiſſis ore, verbo, viſu, cogitatione, & opere. Nam ſpecies peccatorum ſatis eſt confiteri. Neque neceſſe eſt dicere; *Accuſo me de omnibus peccatis, quorum obliuiſcor, vel eo modo, quo Deus ſcit me deliquiſſe*; ſatis enim eſt propoſitum confitendi ſecundum conſcientiam ſuam omnia peccata commiſſa, ſi memoriæ ſuccurrant.

5 Inutiles rerum narrationes prorſus amputandæ, idque tantùm dicendum eſt, in quo conſiſtit peccatum, cæteris omiſſis, quæ peccati ſpeciem nõ mutant, nec illud grauius reddunt, Peccatorum lethalium numerum, ſpecies, & neceſſarias tantùm circunſtantias requirat confeſſarius. Moneatur incautus pœnitens, ne criminis ſocium abſque neceſſitate indicet, vel nominet. Sinatur in bona fide viuere, quãdo non ſperatur, admonitionem, vt manifeſtationem impedimenti in matrimonio, profuturam; abſoluatur ſecundum opinionem probabilem, quam ſequitur; ſed ante abſolutionem

aliqua

aliqua pia adhortatione excitetur ad deteſtationem peccatorum propter Deum ſuper omnia diligendum, vt Creatorem, conſeruatorem, redemptorem, benefactorem, bonorum operum remuneratorem, ſcelerum vindicem, & ad propoſitum vitandi peccata, & proximas peccandi occaſiones, malas ſocietates, & pericula; quia, vt ait Eccleſiaſticus 3. 27. *qui amat periculum, in illo peribit*.

6 Interroget confeſſarius pœnitentem de ijs culpis, in quas veriſimile eſt, homines eius conditionis, & ſtatus incidere, ne ſimpliciores peccare doceat, & maximè pueros, & puellas. Si ex habitu, & profeſſione ſtatum pænitentis agnoſcit, ne de his circumſtantijs roget confitentem, vt ſi ſit virgo, vel monialis; mutuum aſpectũ pænitentis euitet; confitentem non audiat, niſi tabula, & crate interiecta, vel manu cum ſudario, ſeu linteolo interpoſita. Cautè ſe gerat in exquirendis peccatis contra ſextum decalogi præceptum, eorumque circumſtantijs, ne ſe vel pænitentem tentationis, & lapſus periculo exponat; ne difficilis ſit ad abſoluendum eos, qui in eadem peccata facillimè relabi ſolent, dummodo in proxima peccandi occaſione non maneant, vel iuſtam cauſam habeant non euitandi illam occaſionem, & ſe non peccaturos Deo auxiliante ſpondeant, & peccata deteſtentur, ac vitare ſtatuant. *Non ſepties, ſed ſeptuagies ſepties* peccanti fratri ignoſcendum eſſe Chriſtus dixit (Matth. 18.) ægroto recidiuo medicina neganda non eſt. *Ioſeph ab Horto, Reginaldus, Caſtropalaus, Diana p. 4. tr. 4. r. 165. & alij*.

7 Pœnitentem ad vouendum aliquid non inducat cõfeſſarius, nihil ab eo pecuniæ, vel pecunia æſtimabile petat; in confeſſario enim auaritia labes eſt omnium fœdiſſima. Ærarios Sacerdotes, & nummarios Doctores in regno Dæmonis recenſet Cyprianus. Sacrorum hominum proprium eſſe omnis labis puras habere mentes, & præſertim pecuniarum vim nihili facere dicebat Iuſtinianus. Ideò pecuniarias pænitentias nunquam ſibi applicet Sacerdos. Sed quoniam exempla magis, quam verba mouent animos, & inſtar acuti ſtimuli incitant, atque ad ſimilem vitæ ineundam rationem prouocant, in omnibus bonorum operum exemplum ſe præbeat Sacerdos, vt monet Apoſtolus. Studeat alijs integræ, ac rectæ vitæ face prælucere, dicente Chriſto, *luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra &c. & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt*. Sacri homines in diuinis oraculis dicti ſunt *cæli*, quoniam eorum vita, vt ſublimis, & excelſa dignitate, ac gradu eſt, ita omnibus, vt cælum ſtellis, virtutibus ornata patere debet.

8 Meminerit Sacerdos, ſe medicum animarum eſſe; ſi medicum corporum eum deligere debemus, qui probitate morum, atque artis peritia commendetur, vt monet Vlpianus, quanto magis in ſpiritali medico has dotes eſſe oportet, integritatem vitæ, ac doctrinam? *purgari prius oportet, deinde purgare*, inquit Gregorius Nazianzenus, *ſapientia inſtrui, atque ita demum alios ſapieetia inſtruere, lucem fieri, & alios illuminare, ad Deum appropinquare, & ita alios adducere, ſanctificari, & poſtea ſanctificare, cum moribus ducere, & cum prudentia conſilium dare*; alios curaturus ipſe ſanus ſit oportet, ne quis ei dicat: *Medice*

*cura*

*cura te ipſum*. Neceſſaria animarum medico artis artium reginę peritia eſt, ne quas curare debet, imperitus occidat, vt nonnulli corporum medici, qui vt ait Sidonius Apollinaris, parum docti, & ſatis ſeduli multos officioſiſſimè occidunt. Si pro corporum curatione peritiſſimi adhiberi ſolent medici, quanto magis pro animarum cura docti, ac probi cōfeſſarij adhibendi ſunt. Nemo ægrotus ſibi ipſi mederi, nullus reus ſe ipſum abſoluere poteſt. Curet ergo ſpiritalis medicus, vt infirmus peccator morbum animi ſui agnoſcat, & videat, quàm *longè a peccatoribus ſalus abſit*. Ad poſcendum Deum mentis lumen aſſiduis precationibus hortetur. Nullum vitio laborantem incurabilem eſſe exiſtimet; nam, teſte D. Baſilio, nihil eſt in rerum natura, quod diligentia non corrigatur, nec vllum vitium adeo graue eſt, quod Dei timore non emendetur, vt amigdalæ amaræ agricolarum cura in dulces verti poſſunt, ſi pinguem ex pino cuneum per mediam medullam adactum ſuſceperint; ità vitijs, ac peccatis dediti homines ſpiritalis magiſtri arte, Deique auxilio virtutibus ornantur, ac perficiuntur, ſi, vt Apoſtolus monet, *ſuſcipiant inſitum verbum Dei*, inquit, verbum *omni gladio ancipiti penetrantius, attingens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus, compagum quoque, & medullarum*. In ſpem igitur erigat pænitentem Sacerdos, ſeque medicum ſimul, & patrem exhibens, confitentem, ceu filium ad confidentiam excitet, opportuna curandis animi morbis remedia ſuggerat, qualia nos in Antidotario ſpiritali noſtro congeſſimus. Ex quibus pauca apponemus, vt ea confeſſarius in promptu habeat, cum ijs vtendū erit.

9 Vbi pænitentem aliquot vitijs laborare cognouerit, vnum, vel duo grauiora præcipuè reprehendet, & ad ea extirpanda pænitentem hortabitur. Particularis alicuius vitij reprehenſio, quam generalis multorū, vel omnium fructuoſior eſſe ſolet. Quamuis Adamus, & Eua multa peccata commiſiſſent ſuperbiæ, infidelitatis, curioſitatis, gulæ, & inobedientiæ; de hac tamen vna eoſdem Deus reprehendit; quod ſcilicet vetitos ligni ſcientiæ boni, & mali fructus comediſſent. Facilliùs enim vitia ſigillatim vincuntur, quàm ſi multa ſimul, vel cuncta generatim impugnentur. Ciuilibus, & amicis verbis pœnitentem alloquatur, & arguat Sacerdos.

10 Nulla admirationis, vel impatientiæ, vel indignationis ſigna edat. Pænitentias publicas nunquam imponat, niſi publica fuerint peccata. In pænitentia iniungenda ſe potius benignum, ac clementem, quam rigidum, ac nimis ſeuerum oſtendat, lenitatem potiùs, quàm ſeueritatem eligat, ſcribas, & phariſæos alligantes onera grauiora, & importabilia pœnitentibus, digito autem ſuo ea mouere nolentes non imitetur; prudentiæ regulam, & Spiritus Sancti ductum ſequatur, & charitate non ficta omnia agat; miſericordiam diſciplinæ coniungat, ſeueritatem lenitate, ceu vinum oleo miſto temperet, ſicut Samaritanus vino, & oleo infuſo vulnera eius, qui in latrones inciderat, curauit. Luc. 10.



Digitized by Google

# Pœnitentiæ iniungendæ, & remedia contra vitia. Cap. XXXII.

1 Confeſſarius medicorum more contraria contrarijs curet, cõtrariæ virtutis actus vitio, quo laborare pœnitentem nouit, exercere iubeat. Ea, quibus vitiorum radices amputet, & occaſiones peccandi auferat, tum in vindictam, & expiationem ſcelerum, tũ in remedium præſeruatiuum, & vitæ nouæ cuſtodiam imperet, ab ſolutionem recidiuo quandoque ſuſpendat, ſed rarò diferat, vt ad maiorem peccatorum deteſtationem, & ad efficacius propoſitum euitandi peccata, eorumque occaſiones excitet.

2 Ad menſuram peccatorum, & virium pænitentis ſatisfactoria pæna imperetur, vt corpori ægrotanti, ſed forti, ac viribus bene conſtituto medicina fortis dari poteſt, ſecus verò debili, ità pænitenti magnanimo, ac bene præparato ſatisfactio, ſeu pænitentia, quam meretur, vel agere poteſt, iniungenda eſt; puſillanimi verò, & ægrè diſpoſito leue piaculum præcipiendum eſt, quod ferre non recuſet imbecillitas hominis; ſic paruulus ignis appoſitis paleis, leuibuſq. ramuſculis fouendus eſt, non magnis lignis ſuperpoſitis ſuffocandus. Gaudeat ſaltem Sacerdos, quod pænitentem ab æternis Tartari cruciatibus liberans ad Purgatorium tranſmittat. *D. Antoninus, Caietanus, Polancus, Reginaldus de prudentia confeſſarij, & alij.*

3 Iubeatur interdum pænitens aliquam peccandi occaſionem, vt allocutionem alicuius ad peccatum allicientis euitare, diuini verbi prædicationi, ac rei diuinæ intereſſe, Dauidicos pſalmos ad pænitentiam compoſitos recitare, precationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dicere, vel ter ad impetrandam à Deo triplicis potentiæ animæ, intellectus, memoriæ, & voluntatis reformationem, vel quinquies ad quinque ſenſuum corporis moderationem poſtulandam, vel ſepties ad petenda ſeptem Spiritus ſancti dona, vel ſeptem virtutes ſeptem capitalibus vitijs oppoſitas, vel duodecies ad duodecim Spiritus Sancti fructus expoſcendos. Expedit quandoque præcipere pænitenti, vt octauo, vel decimoquinto quoque die, vel ſingulis menſibus vſq. ad certum tempus, peccata ſua confeſſione expiet, vel, vt quoties in aliquod peccatum relabitur, certũ pſalmorum, vel orationum numerum recitet, abſtinentia, ſobrietate, ieiunijs, cilicio, cathenulis, aliaue afflictione voluntaria carnis petulantiam, ac ſuperbiam domet, vt die Veneris ad honorem cruciatuum Chriſti Domini ſe moderatè verberet, vel ieiunet.

4 Ei, qui in eadem crimina frequẽter recidit, conſulendum eſt, vt intra triduum, vel hebdomadam poſt lapſũ ad confeſſarij pedes accedat, vel, vt flexis in terram genibus, manibuſque expanſis ante Ieſu Chriſti cruci affixi imaginem culpas ſuas deteſtetur, veniamque à Deo enixè poſtulet, terram deoſculetur, & ab ea ſe indignum ſuſtineri ſentiat, nec dignum ſe putet, qui cælum aſpiciat præ ingrati erga Deum animi vitio, & peccatorum multitudine. Frequens meditatio eorum, quæ Chriſtus pro nobis paſſus eſt,

Digitized by Google

eſt, ſeria quatuor nouiſſimorum hominis conſideratio mortis, iudicij, inferorum, ac cæleſtis gloriæ optima ſunt remedia aduerſus peccata. Hæc, vel illa opera miſericordiæ tum corporalis, tum ſpiritualis pænitentibus interdum imperanda. Si rudes, & ignari Chriſtianæ religionis, & fidei myſteria neſciant, breuiter, quantum neceſſitas poſtulat, erudiendi, vt Doctrinæ Chriſtianæ inſtitutioni ſtatis diebus, vel ſacris concionibus interſint, quoties commodè poſſunt, monendi ſunt, vt altaria, & templa inuiſant, Xenodochia, & ægrotos ibi decumbentes viſitent, ægrotos conſolentur, & adiuuent, & Indulgentias à Summo Pontifice conceſſas lucrari ſtudeant. Interdum pro certis vicibus hæc, & alia id genus præſtare iubendi ſunt, vt expedire videbitur.

5 Hortetur Sacerdos ad *abnegationem proprij iudicij* eum, quem nouerit curioſum, vel inobedientem, vel ſcrupuloſum, vel nimia amantem ſui ipſius.

6 *Charitatis opera, & actus* imperet illi, quem laborare viderit inuidia, ira, odio, perſonarum acceptione, humano timore, vindictæ cupiditate affectum.

7 *Ad cognitionem ſui ipſius, & propriorum defectuum,* ac culparum excitare ſtudeat eum, qui de alijs temerarium iudicium facere, vel aliena vitia curioſè inueſtigare, referre, aut carpere intellexerit, vel amore ſui ipſius, vel auaritia, aut triſtitia captum, vel contumelioſum cõtra Deum eſſe ſenſerit.

8 *Conſcientiæ diſcuſſionem* proponat in remedium contra metum, & anxietatem conſcientiæ bonæ, deſolationem ſpiritualem, affectuum immoderationem, timorem ſeruilem, ac mundanum; & reliqua vitia extirpanda. Pœnitens noſcat ſe ipſum.

9 *Conſilio* prudentum, & maximè ſpiritualis patris vti doceat contra nimiam confidentiam in ſuis viribus, dotibus, & rebus humanis, aduerſus conſcientiæ ſcrupulos, cõſuetudinem prauam, deſperationem, indiſcretionem, iudicium proprium, luxuriam, puſillanimitatem, tentationes malas, tepiditatem ſpiritus.

10 *Corripiat* acriter alienæ famæ obtrectatores, iuramentis, periurijs, ac blaſphemijs aſſuetos, alijſque grauioribus vitijs laborantes, iubeat eos rogare aliquem, qui eos arguat, ac reprehendat quoties in eadem peccata reciderint.

11 *Ad contemptum rerum ſecularium* excitet eos, qui alijs inuidere, vel de alijs temerè iudicare, vel muneribus corrumpi, vel ſuperbia efferri, veſtium pompa, & luxu oblectari conſueuerunt.

12 Moneat, vt aduerſus omnes tentationes *crucis ſigno*, luſtrali *aqua benedicta*, Sanctorum reliquijs, alijſque ſacris amuletis, quæ etiam veneficia, ac ſuperſtitionem, aliaſque cacodæmonum fraudes amoliuntur, fugantq; ſe ſe præmuniat. Deum in auxilium, ac B. Virginem Mariam, Diuoſque inuocet, Sacramenta pænitentiæ, & Euchariſtiæ frequenter ſuſcipiat.

13 *Quatuor nouiſſima* hominis, & Chriſti cruciatus meditetur, bonæ famæ rationem habeat, exemplo bono alijs præluceat, aliorum defectus, quãtum poteſt, vel ſaltem intentionem excuſet, ſi opus excuſare nequit: detractoribus aures ne præbeat; mulierum vir, virorum mulier familiaritatem euitet, ne fidei myſteria curioſius inquirat, ſed credat, quod Chriſti

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſia credit, ac credendum proponit.

14 *Fiduciam in Deo* in aduerſis collocet, hac vna morbos patienter feret, omnia Dæmonis iacula retundet. Præſumptionem, humanum timorem, & triſtitiam expellet, & Deo cum lætitia animi deſeruiet; *hilarem datorem diligit Deus*, *ſpiritus triſtis exſiccat oſſa*, omnia ad Dei gloriam cogitet, loquatur, operetur tam in aduerſis, quàm in proſperis Deo gratias agat. Eleemoſina, ieiunio, & precationibus, alijſque pijs operibus peccata ſua expiet.

15 Voluntaria animi demiſſione, quam *humilitatem* vocamus, armet ſe aduerſus ſuperbiam, inanem gloriam, faſtum, deſolationem ſpiritualem, diſtractionem mentis in oratione; liuorem, iracundiam, odium proximi, præſumptionem, puſillanimitatem, & Dæmonis dolos, ac tentationum laqueos. Aliorum *virtutes imitetur*, veritatis amans mendacia, ac ſimulationes vitet. Prius cogitet, quàm loquatur.

16 Aſſiduo *labore* ſe ſe exerceat, vt tædium rerum ſpiritualium, tentatoris maligni aſtus, carnis illecebras, cupidinis ſpicula, otium vitiorum ſeminarium, profectus ſpiritalis incuriam expugnet, vel ſuperet.

17 *Meditatio mortis*, & eorum, quæ hominem poſt mortem manent, ceu optimum pharmacum, proponatur aduerſus acediam, deſolationem ſpiritualem, prauum exemplum, immodeſtiam, ingratitudinem, inobedientiam, iram, libidinem, metum lethi, procraſtinationem bonorum operum, timorem humanum, pudorem noxium retrahentem à peccatorum confeſſione, vel à bonorum conſiliorum, vel præceptorum, vel votorum executione, & aduerſus eorum tranſgreſſionem, & illicitas voluptates.

18 *Oratione*, & diuini auxilij inuocatione nihil efficacius aduerſus vitia, & peccata omnia, & aduerſa quæcunque hominem vexantia. Hac veluti clypeo armati nequiſſimi tentatoris tela propulſare poterimus, & maximè faſtidium, & nauſeam rerum ſpiritualium, pigritiam, deſolationem animi, deſperationem ſalutis, diſtractionem mentis in precibus, prauam conſuetudinem, inanem gloriolam, illuſiones dæmonis, inconſtantiam, linguę abuſus, colloquia praua, luxuriam, incontinentiam, obſtinationem in malo, pudorem, & erubeſcentiam in bono, triſtitiam, ſuperſtitiones, ac veneficia. Orando Deum impetrare poſſumus Dei dona, virtutes omnes contrarias vitijs, quibus laboramus. Nulla homini vera virtus, niſi à Deo domino virtutum, nullum vitium abſque Dei ope ſuperare valemus. Deum igitur orare, & virtutes, quarum homo indiget, ab æterno numine petere non deſinat, auxiliumque aduerſus tentationes omnes poſtulet.

19 *Bonis operibus* ſemper vacet, ne Tartareus hoſtis hominem otioſum, & non occupatum in benè aliquid agendo inueniat; idem enim vitioſus, qui otioſus eſſe conſueuit. *Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus*. *Bene operando* vincuntur Acedia, conſuetudo mala, deſperationis tentatio, mortis metus, cacodæmonis fraudes, ac veneficia; bona operatio Diabolum excludit.

20 *Obſtando principijs* tentationes omnes facile ſuperari doceat Sacerdos. Leue negotium eſt extinguere

ſcin-

Digitized by Google

ſcintillam, quæ niſi extinguatur, magnum ſæpè excitat incendium. Beatus ille eſt, qui paruulos Babylonis filios, ideſt, naſcentes tẽtationes ad petram, qui Chriſtus eſt, allidit. Ideò rectè Sulmonenſis vates cecinit

*Principijs obſta, ſerò medicina paratur,*
*Cum mala per longas inualuere moras.*

ne iurare aſſueſcat homo, nec turpia, & contumelioſa verba proferre, diſcordiæ, luxuriæ, pigritiæ, ſuperbiæ, & illicitæ negotiationis initia vitet: prauas cogitationes ſubitò natas expellat, nihil in periculo immoretur, ne pereat, ſi illud amet.

21 *Patientia* clypeo munitus aduerſa omnia vincet, tribulationes, ærumnas, morbos, iniurias, contumelias, inuidiam, obtrectationes, mœrorem animi, & curas omnes ſuperabit. Chriſti Domini, & Sanctorum Martyrum patientiam imitandam ſibi homo proponat, & patientiam, longanimitatem, perſeuerantiam à Deo enixè poſtulet nihil hæſitans in fide.

22 *Ad Pœnitentiæ* dignos fructus faciendos pœnitentem hortetur confeſſarius; nam, Diuo Auguſtino monente, *Nemo vnquam committere debet, vt ſine pœnitentia migret è vita,* tribulationes, morbos, aduerſa omnia, & mortem ipſam ad pœnitentiam, & expiationem peccatorum libenter, & æquo animo ferat. Hac ſe aduerſus deſperationem ſalutis, vel præſumptionem muniat homo. Ad *Pœnitentiæ* actus, ad peccatorum deteſtationem, & dolorem animi de ipſis concipiendum recidiui pænitentes excitentur, & quoties recidunt, iubeantur, pænam aliquam ſatisfactoriam ſubire, *& propoſitum non peccandi,* & occaſiones peccatorum fugiendi renouare. *Id inprimis animo proponendum, vt rectè viuamus,* inquit Seneca. Quodcunq. pati, & mori potius, quàm peccato ſe labefactare ſtatuat, ac firmiter quotidie proponat ſalutis ſuæ amans, Deũq. oret, vt tam boni propoſiti ſe tenacem, ac perſeuerãtem in bono reddat, ſeque efficaci diuinæ gratiæ præuenientis, concomitantis ac ſubſequentis auxilio excitet, adiuuet, conſeruet.

23 *Propoſitum bonum* aduerſus ambitionem, amorem ſui, quem philautiam Græci vocant, malum exemplũ, ſeu ſcandalum, prauam conſuetudinem, impatientiam, iram, inconſtãtiam, loquacitatem, mentiendi, ac peierandi, ac maledicẽdi facilitatem, illicitam negotiationem, puſillanimitatem, ſimoniam plurimum valere compertum eſt.

24 *Lectio ſacrorum, ac piorum librorum, & diuini verbi auditio, & à negotijs, & ſæcularibus curis ſeceſſio, ac diuinarum rerum meditatio* ad ſuperandas tentationes, ac præcauenda peccata, ad negligentiam, ac tepiditatem, & incuriam ſpiritualis profectus eliminandam, ad renouandum ſpiritum maximum præſtant auxilium.

25 *Silentium* aduerſus illatas iniurias, & inſurgentem iram, loquacitatem, verba otioſa, vindictę ſtudium, & deſolationem ſpiritualem optimũ remedium eſt. *Simplicitas* aduerſus hypocriſim, *ſpes* contra obſtinationem, & impœnitentiam, *temperantia* contra gulam, & vitia alia, animi *fortitudo, & victoria ſui* aduerſus peccata omnia magnopere proſunt. *Timore Dei,* tanquam fræno, coercere ſe ſtudeant peccatores omnes, & maximè blaſphemijs, periurijs, ſacrilegijs aſſueti, & nefandis antea ſceleribus obſtricti.

26 *Fuga*

Digitized by Google

26 *Fuga occaſionum, & periculorum peccandi* præſentiſſimum antidotum eſt aduerſus peccata omnia, & maximè aduerſus peccãdi conſuetudinem, diſcordias, rixas, crapulam, ebrietatem, inanem gloriam, infidelitatem, hęreſin, iram, impatientiam, luxuriam, negotiationem illicitam, prauam ſocietatem, ſuperſtitionem, tentationes, & veneficia.

27 *Conſideratio turpitudinis, & grauitatis peccatorum, & damnorum*, quę ex ipſis naſcuntur, & *pænarum*, quibus in hac vita, & poſt mortem à Deo peccatores puniuntur, multum iuuant ad deteſtanda, vitanda, & expianda peccata omnia.

28 *Conſideratio finis* optima medicina eſt contra deſolationem ſpiritualem, & impatientiam in tribulationibus, in morbis, in morte charorum, & contra pręſumptionem, triſtitiam, & otioſitatem.

29 *Meditatio cruciatuum Chriſti Domini* deſperationem fugat, & impatientiam in aduerſis, & iniurijs illatis expellit, aduerſus luxuriam, ſuperbiam, inobedientiam, & omne peccatum plurimum valet.

30 *Conſideratio præſentiæ Dei* euagationem mentis in oratione Dei, in recitandis horarijs precibus fugat, libidinoſo, & inanis gloriæ cupido medetur.

31 *Præparatio animi, & præmeditatio futuri* ad perferendas æquo, ac libenti animo tribulationes, & ærumnas, amicorum mortem, bonorum externorum iacturam, ad frænandam iram, ac linguam, ad vitandam perſonarum acceptionem, vindictam, ad fugiendas illicitas negotiationes, & ſpectacula, & mulierum familiaritates inducit.

32 Studium perfectionis acquirendæ, imitatio eorum, qui in virtutibus profecerunt, imaginatio præſentiæ viri alicuius grauis, ac ſancti, externorum ſenſuum cuſtodia, Sacramentorum confeſſionis, ac ſacræ communionis frequentia, conſcientiæ diſcuſſio, aſſidua deprecatio, otij, & periculorum fuga, cæleſtium contemplatio, nouiſſimorum hominis meditatio, præſentiæ Dei conſideratio, ſocietas bonorum, ſacrarum concionum auditio, ſacrorum, ac piorum voluminum lectio, paupertas, humilitas, ſolitudo, patientia, obſtare principijs generalia ſunt remedia aduerſus vitia, & peccata.

33 Iubeatur *Superbus* viſitare ęgrotos, Xenodochijs inſeruire, cum pauperibus, vilibus, & humilibus verſari, genibus flexis, vel proſtrato humi corpore preces ad Deum fundere, terram omnium parentem ſe mortuum ſinu excepturam deoſculari, ſe ſe conuitijs afficere, ſe omnibus ſubmittere, ſe peccatorem maximum appellare, Chriſtianæ ſubmiſſionis opera pręſtare. Imperetur *Auaro*, vt piam ſtipem, licèt exiguam ſingulis vicibus per longum tempus eroget pauperibus, captiuis, & ægrotis, eoſdem inuiſendo, aliquid largiatur. Chriſti paupertatem, nuditatemque meditetur, mortem, ac iudicium extremum contempletur. *Luxurioſus* ieiunet, abſtinentia, & ſobrietate carnem domet, vigilias ferat, in aſpero cubili quieſcat, ſe verberet, pectus tundat, nudis, flexiſque genibus oret. *Iracundus* pro ſuis offenſoribus, ac perſecutoribus Deum roget, illis, quos odio habuit, bona precetur, benefaciat, ſatisfaciat offenſis, veniamque ab illis petat. *Gulæ* vitio deditus ieiunet, ſobriusſit, vino,



Digitized by Google

& aliquo cibo abſtineat, abſynthium dapibus permiſceat. *Inuidus* oret pro eo, cui inuidit, eique à Deo bona cuncta precetur, eum laudet, honore proſequatur, inuiſentes ſe benignè alloquatur. *Acedia* vitio laborans virum aliquem doctum, ac pium conſulat, eiuſque conſilia exequatur.

## Remedia aduerſus pudorem noxium eorum, qui peccata ſua confiteri erubeſcunt. Cap. XXXIII.

1 QVoniam à detegendis Sacerdoti peccatis noxius pudor cum maximo animarum detrimento plurimos, & maximè fœminas, ac pueros abſterret, atque abſtrahit, mutoſque, ne confiteantur, reddit, vt à dæmone muto obſeſſi videantur: quin etiam plerumque ad ſacrilegia perpetranda adducit, ita vt pœnitentes ſalutare pharmacum in venenum lethale ipſi ſibi conuertant, atque inde mortem, vndè animæ vitam haurire poſſint, ſæpè hauriant, & quando ſe poſſent à miſera Sathanæ ſeruitute confitendo eximere, ſe ſe nouis, ac grauioribus ſcelerum cathenis obſtringant vilissima Cacadæmonum mancipia, ac ſerui peccati, operæ pretium exiſtimo in perniciosiſſimum hunc hoſtem validiſſima rationum tela contorquere, eumque propriis armis exarmare; cum maxime laudabile ſit, ac eorum, qui iuſti habentur proprium, ſe ſe accuſare; nam *& iuſtus in principio ſui accuſator eſt*, quanto magis peccatores ſe accuſare debent? *Nihil eſt*, inquit D. Ambroſius, *quod pudori eſſe debeat, niſi non fateri, cum omnes ſumus peccatores, vbi ille laudabilior, qui humilior, ille iuſtior, qui ſibi abiectior*. Quid ergo confiteri peccata tua erubeſcis, cum non angelo, non homini, qui peccare non poſſit, ea fateri debeas, ſed homini carne fragili, & oſſibus conſtanti, peccatis obnoxio, & ad omne malum propenſo, & qui fortè in eadem peccata, in quæ tu cecidiſti, lapſus, illud Didonis dictum vſurpare poſſit.

*Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco? Non erubeſcat peccator confiteri peccata peccatori; ſi enim Sacerdos peccata non haberet, erubeſcere poſſet, qui peccata ſua ei manifeſtaret*, inquit Diuus Auguſtinus; quin forſan grauiora aliquãdo ſcelera, quàm tua ſint, commiſit, vt D. Petrum, cuius claues gerit, olim peccando imitatus eſt, ita nunc à peccatis abſoluendo imitari poſſit, & qui velut tu, obnoxius eſt peccatis, & pluribus, & maioribus, quam tua ſint, niſi diuinæ gratiæ præſidio muniatur. Hinc Tertullianus: *Quid*, inquit, *conſortes caſuum tuorum, vt plauſores fugis?*

2 At dices: ardua res eſt animi tui ſenſa, quæ omnibus non modò hominibus, ſed etiam cæleſtibus ſpiritibus occulta ſunt, pandere Sacerdoti, teq. ei ſuperbum, auarum, obſcænum fateri, à quo humilis, liberalis, & pudicus, caſtuſque exiſtimabaris; fateor, hoc quidem, ſi natura ſola ſpectetur, difficile, ſed quod Dei gratia, accedente, perfacile reddatur, vt meritò illud Regij pſaltis in te adhibere valeam: *nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Pſal. 93. num.* 20. ficititius iſte labor eſt, quem detrectas, non operis difficultate, ſed cordis tui iniquitate à pænitentiæ Sacramento deterreris. Væcordes illos,

 & igna-

Digitized by Google

& ignauos promiſſæ Hæbreis Syriæ exploratores æmularis, & monſtra quædam gygantæa in confeſſionis Sacramento cominiſceris, quibus depellendis, aut debellandis imparem te eſſe cenſes. Cum tamen noui Ioſue, & Caleb, alijque fortes Chriſti milites facillimè ea poſſint expugnare, *ac ſicut panem deuorare: Num.* 14. cum non non ferro & igne, ſed ore & lingua opus ſit; nam mors, & vita hominis in manu linguæ. Sacramenti huius facilitatem in veteri teſtamento præſignauit inſtituto Aſyli in ſex ciuitatibus refugij, quas Deus conſtituit, tres citra, & tres vltra Iordanem *neque*, vt obſeruat Philo Hebræus, *effugium dedit in loca, quæ deſerta forent, aut parum tuta, ne cadis iniuſtæ reus facilè caperetur.* talia nobis refugia Deus in pœnitentiæ Sacramento dedit, ad quod quicumque criminum reus confugit, tutiſſimus conquieſcit. quãtumuis hoſtis fremat, ac tibi inſidietur; ſiquidem *accuſationis excludit inuidiam, qui accuſatorem præuenit confitendo*, inquit D. Ambroſius. illæ autem refugij vrbes ſubiectæ erant Leuitis, viris, vt ſanctioribus, ita ad hoſpitalitatem, ac pietatem pronioribus, ad quos facilimus erat acceſſus. Illis ſimiles ſunt, vel eſſe debent Sacerdotes, qui peccatorum confeſſiones audiunt, facilitate, benignitate præditi ſecundum illud Auguſtini dictum: *Sacerdos adſit beneuolus, paratus erigere, & ſecum adiuuet confitentem orando, eleemoſynas dando, & cætera bona pro eo faciendo, iuuet leniendo, conſolando, ſpem promittendo, & cum opus fuerit etiam increpando. Sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij.* Talem igitur Sacerdotem cogita, cui peccata tua quantumuis grauia, confitearis, is bonam de te pœnitente, ac deteſtante ſcelera tua opinionem, & de emendatione tua ſpem concipiet, quò maiorem in detegendis peccatis ſinceritatem in te conſpiciet, teque eo magis conſolabitur, cum optimè nouerit, maiorem ſibi virtutem non eſſe, quam olim Dauidi, Salamoni, ac D. Petro fuerit, qui tamen grauiſſimis ſe peccatis obſtrinxerunt.

3 Sed eſto, deteriorem de te opinionem concipiat Sacerdos, cui confiteris, tantine facies bonam eius de te opinionem, vt eam ſaluti tuæ perpetuæ, ac cæleſti gloriæ anteponas? & anne ſumma felicitas tua, in bona eius de te opinione conſiſtit, vt cum ſalutis tuę detrimẽto eam ſeruare velis? o te miſerum, qui, vt exiguam, & breuem vitæ confuſionem, æternam ſubeas ignominiã, ac damnationem?

*Incidis in Scyllam cupiens vitare Carybdim,*
*Incidis in flammas cupiens vitare fauillam.*

eia dic cum Diuo Paulo: *Mihi autem pro minimo eſt, vt iudicer ab humano die*; hominis de te exiſtimationem minimi facias.

4 Cur autem peccata tua homini confiteri erubeſcis, quæ coram Deo cuncta vidente, & audiente, & coram Angelis, totaque cęleſti curia ſpectante committere auſus es? non erubuiſti coram Deo Creatore tuo peccare, & erubeſces creato homini, qualis es, peccatum confiteri? venenum bibere non dubitaſti, & antidotum ſumere dubitas? non puduit te ſordibus animam tuam inquinare, & te pudet eam ad pœnitentiæ fontem abluere? turpe eſt peccatum committere, commiſſum confeſſione non delere. O te miſe-

Digitized by Google

*miſer* [illegible] inquit Chryſoſtomus, *& cum efficeris peccator, nõ erubeſcebas, quãdo iuſtus efficeris te primum pudet.* O res quid iniquius, quid peruerſius? audi Tertullianum tibi per ironiam dicentem: *Na tu verecundia bonus ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum verò ſubducens.* e ò callidum Dæmonis ſtratagema, qui pudorem à peccante remouens, in pœnitente collocat; quem peccanti abſtulit, confitenti reſtituit, *nam*, vt ait Chryſoſtomus. *cum noſſet Sathanas, quia peccatum verecundiam habet, pœnitentia fiduciam, ordinem reprobus permutauit, & inuertit. pœnitentia dedit verecundiam, fiduciam peccato.* Hanc Dæmonis fraudem agnoſce, o peccator; *neque enim pudenda eſt peccati confeſſio, ſed perpetratio*, vt admonet Theodoretus. *In peccato ſanies, in peccato probrum, ac dedecus; in peccato deriſio eſt. in pœnitentia fiducia loquendi, in pœnitentia libertas, in pœnitentia expugnatio peccati.* vt Chryſoſtomus testatur.

5 *Non te pudeat*, inquit Auguſtinus, *coram vno dicere, quod te non puduit forſitan coram multis, & cum multis facere*, & paulò poſt: *Heu cur erubeſcis confiteri, quod facere nequaquam erubuiſti? melius eſt coram vno aliquantulum ruboris tolerare, quam in die iudicij coram tot millibus hominum graui repulſa denotatum erubeſcere.* Diuus Ambroſius de Dauide ſuum peccatum agnoſcente, ac confitente loquens ait: *ſi iniquitatem ſuam Dei amicus cognoſcit, ſi Deo ſe peccaſſe confitetur; cur tu de confeſſione criminis erubeſces? cum criminis commiſſum, non confeſſio ſit pudori.*

6 Si tantum pudoris experiris detegendo peccata tua vni homini ſub rigido ſecreti ſigilli ſilentio, quomodo pudoris confuſionem die extremi iudicij ſuſtinere poteris, qua quotquot homines ab initio mundi fuerunt, quotquot ſũt, & quotquot erunt, peccata tua conſpecturi, & audituri ſunt? Diua Catharina Senenſis die quadam in templo cum de ſacris rebus cum religioſo viro ſocio confeſſarij ſui diſſereret, quod tranſeuntem fratrem ſuum conuerſo capite reſpexiſſet, mox plorando dixit ſe tam acri reprehenſione à Beata Virgine Maria, & à Diuo Paulo Apoſtolo ob minimum illud tẽpus amiſſum correptam fuiſſe, vt mallet quamlibet confuſionem in conſpectu omnium huius Mundi hominum pati, quam conceptum ex reprehenſione illa pudorem; ſubdidit etiam: *O quantam confuſionem patientur ingrati peccatores in conſpectu Dei Iudicis, quando cum maieſtate, & potentia mundum iudicabit: ſi vnius Apoſtoli præſentia ſuſtineri non poteſt, qui cum adeò terribili aſpectu me reprehendit, vt niſi oculis meis mitiſſimus agnus luce coruſcans ſe ſe obtuliſſet, non potuiſſet cor meum tantam confuſionem ſuſtinere.* Quid tibi erit, ingrate peccator, in die iudicij, cùm peccata tua te inuito omnibus coram Chriſto iudice patebunt? *Iudex ergo cum ſedebit, quicquid latet, apparebit.* Verum ſi ea Sacramento pœnitentiæ deleueris, & parum pudoris Sacerdoti ea confitendo ſuſtinueris; nullum in die illa pudorem ſuſtinebis, neque iudicaberis; nam, vt ait D. Paulus, *Deus non iudicat bis in idipſum*; tunc enim peccata tua tecta, ac deleta, non amplius erunt, nec apparebunt, vel, ſi fortè videbuntur, non erunt tibi pudori, ſed gloriæ, quemadmodum vulnera militis, qui fortiter pugnando hoſtem



Digitized by Google

proſtrauerit, non niſi cum ſumma eius laude; & gloria conſpiciuntur.

7 Adde etiam, quod pudor ex confeſſione qualiſcunq; ſit, honor potius appellandus eſt; quoniam, vt D. Cyprianus docet. K. *dum iudicis, & tortoris vices non parcens peccator aſſumit, confeſſione confuſionem honorat, & in conſpectu Dei veniam impetrat*. Hoc præſignificaſſe Chriſtus videtur cum reuocato ad vitam Lazaro, cuius facies ſudario tecta, ac ligata erat, *ſoluite eum*, inquit. Faciem eius reuelari iuſſit, ac omnibus manifeſtam eſſe; *quia*, vt ait D. Ambroſius, λ *venia donatus eſt, reuelare faciem, aperire vultum iubetur; non habet enim, quod erubeſcat, cui peccatum remiſſum eſt*. Tantum abeſt, vt confeſſus peccata ſua, & abſolutus erubeſcat; vt potius diurno diuinæ gratiæ fulgore illuſtretur. *Petrus quia tertiò negauerat, tertiò confitetur*; inquit Ambroſius; *ſed negauit in nocte, confitetur in die*. Erubeſcere in tenebris debuit negatio, clareſcere in luce confeſsio.

8 At forſan peccatum confiteri te pudet, quod timeas, ne Sacerdos illud detegat? hoc autem minimè timere debes, cum ſcias grauiſſimas pœnas ſacris legibus in Sacerdotem conſtitutas eſſe, ſi quidquam confeſſionis ſigillo tectum, obſignatumq; reuelauerit. Diuus enim Gregorius ſanxit, vt huiuſmodi Sacerdos deponatur, hoc eſt, Sacerdotis officio, ac dignitate priuetur, & perpetua, dum vixerit, infamia notetur. Sacramentale confeſſionis ſigillum à Chriſto Domino inſtitutum iure diuino, ac naturali firmatum non ſine graui ſacrilegio, iuſtitiæ, ac religionis offenſione violari poteſt, nullaque rei paruitate à lethali culpa eiuſdem violatio excuſari valet. Propterea vt Lateranenſis Concilij Patres decreuere; *caueat Sacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem*. Huc ſpectat illud Tertulliani μ *periculum pudoris tunc onerosum eſt, cum penes inſultaturos in riſiloquio conſiſtit, vbi de alterius ruina alter attollitur, vbi proſtrato ſuperſcenditur. Cæterum inter fratres, atque conſeruos, vbi communis ſpes, metus, gaudium, dolor, paſſio; quid tuus aliud, quam te opinaris?* non ne vides, peccator, magis occulta eſſe apud confeſſarium, quæ quis confitetur, quam apud confitentem; ea enim pœnitens euulgare poteſt, confeſſarius vero minimè, nec verbo, nec nutu indicare poteſt? minus ſcit Sacerdos peccata ſibi à pænitente detecta, quã quę nunquam ſciuit; hæc enim dicere, & ſcire, & reuelare; illa vero ne innuere quidem poteſt.

9 Sed mirum eſt quod de peccatis tuis loqui non erubeſcas cum eo, qui cum ea perpetraſti, neque cum alijs diſſerere, &, quod peius eſt, ea ſæpius iactare, & cum malefeceris, palam gloriari non erubeſcas maximo cum detrimento tuo, & aliorum ſcandalo; te vero eadem pudeat Sacerdoti cum ſumma vtilitate, ac ſalute tua confiteri? *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Pſal. 51. O te ſtultum, inſipientem, viſne ob tantillum pudoris, qui ſimul cum verborũ tuorũ leui ſonitu in confeſſione euaneſcit, perpetuæ ſalutis, cæleſtis patriæ, animæque tuę iacturam facere, teque æternis flammis, ac cruciatibus reum addicere? non ne melius eſt aliquid amaritudinis breui tranſeuntis ore perferre, quam æternam tormentorum ama-

ama-

cruciatum viſceribus perpeti, & igne deuorante, nunquam tamen conſumente laniari?

10 Si, vt corporis ſaluti conſulas, quoduis vulnus, & vlcus, vbicunque ſit, medico, vel chirurgo oſtendis, vt ei medicamentum adhibeat; vt ſanes corpus, ferrum patieris, & ignes, & quemuis dolorem vltro ſuffers pro membri alicuius ſanitate recuperanda, cur animæ tuæ vulnera, ac vlcera ſpiritali medico, vt ab eo cureris, ac ſaneris, non oſtendas, & pudorem quemuis pro ſalute non libenter feras? hac vſus ſimilitudine D. Hieronymus y dixit. *Si ægrotus erubeſcat vulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat*. Ergo, vt monet te Eccleſiaſtes 4. 24. *pro anima tua ne confundaris dicere verum; eſt enim confuſio adducens peccatum, eſt & confuſio adducens gloriam, & gratiam*. Eccleſ. 4. prior eſt, cum peccata præ pudore Sacerdoti abſcondis, altera eſt, cum eadem confiteris, & laudabilis, & glorioſa confuſio, quæ non modo fugienda non eſt, ſed ſummopere optanda. hęc .n. eſt cęleſtis iræ piaculum, ſacrificium Deo acceptiſſimum, quo peccata expiantur, & debitæ pro ipſis penę delentur, quis non libenter verecundiam ſubeat, per quã à tartareis cruciatibus eripiatur, ac cæleſti gloriæ reſtituatur; quid confuſionis habeat confeſſio, qua æternæ damnationis dedecus aboletur? Idcirco Tertullianus z *ego*, inquit *rubori locum non facio, cum plus de detrimento eius acquiro*: .non cum vito ruborem, quo ęternum euito, & euado ruborem, ac confuſionem; & paulò poſt ſubdit: *ſi de exomologeſi retractas, gehennam in corde conſidera, quam tibi exomologeſis extinguet, & pænæ prius magnitudinem imaginare, vt de remedij adeptione non dubites*. contraria cõtrarijs curantur: impudentia tua in peccando, æquum eſt, vt pudore in confitendo tollatur, vt peccatum eluatur; quanto maiorem verecundiam libenter propter Chriſtum, & ſalutis tuæ cauſa pateris, tanto maiorem Deo pro delictis tuis ſatisfactionem exhibes, & quaſi ſanguinem, quo facies tua erubeſcit, pro ſãguine Chriſto reddis. O miſeram hominum conditionem, qui noxium pudorem dominari ſibi permittunt, cui dęmonis vires, magis, quàm gladijs, et alijs lethiferis armis innituntur. contra illum nos Chriſtus. *Marci* 8. præmunire cupiens: *qui me*, inquit, *confuſus fuerit coram hominibus, & Filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris ſui*. Sciebat enim, vt Tertullianus a ait, à confuſione, vel maximè negationem formari, mentis ſtatum in fronte conſiſtere, magis propriam pudoris, quàm corporis plagã. o vtinam pudoris venenum in antidotum conuerterent peccatores, eoque peccati venenum confitendo iuſta verecundia tollerent, & Chriſtum imitarentur, *qui ſuſtinuit crucem confuſione contempta*, leuemque illam crucem deteſtationis, ac confeſſionis ſcelerum ſuorum ipſi quoque ſuſtinerent. noxium illum pudorem aut contempſit, aut in bonum Maria Magdalena conuerſa ad Deum cõuertit, quæ, vt D. Gregorius dicit, *quia turpitudinis ſua maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordia cucurrit, conuiuantes non erubuit; nam quæ ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit, quod verecundaretur foris*. non ne habet erubeſcendi cauſam anima, quæ ſole ſpectãte cæleſti ſpon-



Digitized by Google

ſe cum impuris amatoribus obligatam fidem fregit? quæ in commiſſa cuſtodiæ ſuæ corporis ſui arce impuriſſimi hoſtis inſignia, vexillaque erexit? quæ de rebellione tractantibus aduerſus principem ſuum aures præbuit? quæ beneficijs ipſis tanquam armis benefactorem ſuum offendit, quæ à natiua nobilitate degener ad plebeia, ac vilia quæque exercitia ſe ſe abiecit? acutiſſimis verecũdiæ aculeis ſe confingi Dauid ſentiebat, dum commiſſa mente reuoluens ad cælum oculos tollere non audebat, & labefactatæ conſcientiæ ſuæ aſpectum fugiens, ac ſuſpirans dicebat: *Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei mea cooperuit me*. Pſal. 43.

11 Non adeò certa eſt futuræ ſerenitatis nuncia diei aurora, quãdo candidis matutinis alborum lilijs purpureas colore roſas intermiſcet, quàm certum eſt præſagium conuerſionis animæ peccatricis vultus purpureo rubore depictus. rubor enim vultus, quando quis in culpam aliquam lapſus eſt, futuræ ſalutis indicium eſt. *Erubuit, ſalua res eſt*, vt dixit ille. Si occidente ſole purpuraſcit cælum, *futurum mane ſerenum erit*, inquit Chriſtus, *rubicundum eſt enim Cælum*. Matth. 19. Luc. 12. 54. omen bonum fuit, cum Adamus, & Eua violato diuino præcepto ob propriam nuditatem rubore ſuffuſi cõtextis folijs ſe ſe operuerunt, ſeque in deliciarum horto abſconderunt; quoniam, vt Diuus Ambroſius ait. *Habent remedium, qui ſe abſconderunt; nam qui abſconditur, erubeſcit; qui erubeſcit, conuertitur, ſicut ſcriptum eſt pſalmo ſexto, confundantur, & conuertantur valdè velociter*. Propterea Diuus Gregorius Nazianzenus verecundiam *pharmacum perſuaſionis* rectè appellat, quod Deus in os peccatoris indomiti proijcit, vt Sibylla olim ante ora trifaucis Cerberi *melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam* proieciſſe dicitur. Pharmaco enim illo ignominiæ, ac pudoris inſolentis peccatoris furor, ac rabies ſopitur, ac vincitur, & ad meliorem frugem rediens, ac miteſcens ille conuertitur. Idcircò regius pſaltes dicebat: *imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*. Pſal. 82. *multum verecundia placet*, inquit Ambroſius: *Multum conciliat gratiæ apud Deum, nonne hæc prætulit publicanum, & commendauit eum, qui nec oculos audebat ad cælum leuare?* *Videtur enim*, vt ait Gregorius Nyſſenus, *Valida, & potens armatura ad effugienda peccata, pudor, qui eſt inſitus in hominibus, qui ideò, vt puto, eſt nobis à Deo inditus, vt eiuſmodi animi affectio ſit nobis auerſio à deterioribus, ſed et pudor ſequens delicti reprehenſionem, per ſe ſufficit ad caſtigandum eum, qui peccat, ne rurſus in ſimilia incidat*; ita qui per occultorũ enunciationem ſe ipſum veluti proſcripſerit, memoriam affectus, quem verecundia mouit, habet pro pædagogo ad vitam deindè rectè agendam.

12 Si cui reo apud externum iudicem ſua crimina confitenti abſq. vlla pæna, aut diſpendio veniam Princeps promittat; non confitenti verò perpetuum carceris ſquallorem, verbera & grauiſſima alia tormenta, & necem ſeriò minetur, quis vnquam pudore deterreatur, aut retardetur à confeſſione commiſſi facinoris? Aſt in pari diſcrimine ſumus; Princeps enim omnium, & Rex regum Deus confitentibus ſua crimina reis apud delegatum in foro pœnitentiæ iudicem ampliſ-

amplisſimam veniam pollicetur, nolentibus autem ea confiteri æternam mortem, ignem perpetuum, & immanes Tartari cruciatus minatur; quis igitur eo dementię deuenit, vt noxium pudorem adeò ſibi dominari ſinat, vt malit æterna pæna, ac morte crimina contegendo plecti, quam ſalutem, ac perennem vitam cum venia conſequi? *In humanis quidem iudicijs*, vt ait D. Chryſoſtomus, φ *Siquis facinora confiteretur, ſententiam capitalem in caput ſuum accerſeret; aſt miſericordis Dei, & animarum noſtrarum medici tanta eſt, tamque ineffabilis bonitas, & clementia, vt omnem rationem tranſcendat; nam, ſi facinora confeſſi fuerimus noſtri ipſorum facti accuſatores, in tãtam miſericordiam prouocabimus Dominum, vt non ſolum nobis donet liberari à peccatis, ſed & in iuſtorum catalogo numerari*. O ineffabilem Dei clementiam, triſtantur rei in externo, ac iudiciali foro ante confeſſionem propter tormenta, quibus cruciantur, & poſt detectum crimen propter imminens ſupplicium, quo mox afficiuntur; qui verò apud Deum ſe accuſat ob veniam, quam conſequitur, lætitia exultat, ac dicere poteſt, *anima mea, quaſi paſſer, erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*. Pſalm. 123. *quia*, vt ait Auguſtinus. χ *Bonus eſt, cui confitetur; adhoc confeſſionem exigit, vt liberet humilem, adhoc damnat non confitentem, vt puniat ſuperbum*. Quanto autem præſtet in interno, quàm in externo foro confiteri, his docet Caſſiodorus: *mortem plerumque generat, vel ſemel terreno iudici crimina confiteri; Deo autem frequentata confeſſio non parturit periculum, ſed ſalutem*. Addit Chriſoſtomus. ψ *In ſæcularibus iudicijs quãtumlibet poſt acceptam ſententiam lamenteris, & lugeas, non tamen effugies flendo ſupplicium; hic verò, ſi toto corde ingemueris ad Deum, ſoluiſti repente ſententiam, veniamque conſecutus es*. Quinimò ante confeſſionem, quam quis ſua deteſtans ſcelera promittit Deo, venia donatur. Propterea hoc Dauid intelligens, *Dixi* inquit, *confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*. Quaſi dicat: ſtatim ac peccata mea propter Deum deteſtatus propoſui, ac ſtatui ea confiteri Domino, antequam ea confeſſus eſſem, tu mihi ea condonaſti; præuenit enim venia, & gratia Dei eorum, qui peccata ſua propter ipſum deteſtantur, confeſſionem. α *S. Ambr. l. 2. de pœnit* β *l. 7. in Luc.* γ *l. 3. in Luc. c.* 10 δ *l. 2. de pœnit.* ε *de Parad. c.* 14. ζ *lib. 1. officior* 18. η *S. Auguſt. de vera* θ *de viſit: inf l. 2.* ι *in Pſal. 66. num.* 45. λ μ *S. Chryſoſt. proem in Iſaiam* ε *homil. 20. in Geneſi* ψ *homil. 6. in Matth.* μ *Tertull. de pœnit. Theod l. 10. de prouid.* μ *de pœnit. c.* 10. ξ *cap. 12. de pœnit.* π *in Gnoſticas.* K *S. Cyprian. de Paſſione Dom.* ϒ *S. Hieronim. in Eccl. 4, 24.* τ *Greg. Nyſſen. hom. 3. in Eccl.*

## De integritate Confeſſionis aduerſus pudorem in confitendo. Cap. XXXIV.

13 CONfeſſio peccatorum non integra ob pudorem, ſuperba, & ſimulata mentem non ſanat, ſed grauius vlcerat. Ideò D. Bernard. ait:



Digitized by Google

*Simulata confeſſio non eſt confeſſio, ſed duplex confuſio; excludit enim miſerationem Dei miſeriæ ſimulatio, nec dignatio locum habet, vbi fuerit dignitatis præſumptio.* Vt vera confeſſio eſt ſalubre antidotum, ita ſimulata lethale venenum eſt; propterea Tertullianus β *tantum*, inquit, *releuat confeſſio delictorum, quãtum diſſimulatio exaggerat; confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumacia*, & tunc confeſſio ad remedium noſtrum inſtituta in triumphum Diaboli cedit; & qua vincendus, ac fugandus eſſet Sathanas, vires acquirit. Quod animaduertens D. Ambroſius γ. *Debemus*, inquit, *cauere, ne remedium noſtrum ſit eius triumphus*. Cauendum eſt, ne gladium confeſſionis, quo Dæmonem proſternere, quo peccatum tollere poſſumus, in noſtrã perniciem conuertamus tegendo peccata. Gladius eſt confeſſio ex vtraq parte acutus, quem non brachio, ſed lingua Chriſti miles vibrare debet; ore enim fit confeſſio ad ſalutem. *Mors, & vita in manibus linguæ eſt*, inquit ſapiens (Prou. 18.) lingua enim manus animæ ſi peccata gladio confeſſionis confodiat, vitam confitenti affert, ſi minus, mortem inconfeſſo. Similis eſt lingua gubernaculo, ſiue temoni nauis. *Temone paululum immutato, magna fit proræ mutatio*, vt ait Ariſtoteles δ, ita vitæ, & animæ noſtræ nauis, dum à tentationum ventis, & à peccatorum fluctibus ad ſcopulos æternæ damnationis vrgetur, à linguæ gubernaculo confeſſione releuatur, ac liberatur. *Ecce*, inquit D. Iacobus 3. *& naues cum magnæ ſint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo; vbi impetus dirigentis voluerit; ità & lingua modicum quidem mẽbrum eſt, & magna exaltat*; ſcilicet ad cælum confitentes exaltat, ad inferos non confitentes demergit, & in ipſo portu naues perdit.

14 Vix Dauid peccatum ſuum Prophetæ Nathan ſe ſe corripienti confeſſus eſt dicens: *Peccaui Domino* (2. Reg. 11.) cum ſtatim audiuit ſibi dici: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum. velox cõfeſſio, velox medicina. facto peccauit, verbo pœnituit, annuit Deus, & ſanitas rediyt*, inquit Eucherius Lugdunenſis. Statim, ac Dauid dixit, *peccaui*, veniam conſecutus eſt. *Tantum valent tres ſyllabæ; tres ſyllabæ ſunt* (peccaui) *ſed in his tribus ſyllabis flamma ſacrificij coram Domino aſcendit in Cœlum*, vt aſſerit D. Auguſtinus; ergo quicunque peccaſti, *non confundaris confiteri peccata tua* (Eccl. 22. 42.) ſed ſecundum Vatis conſilium, *Reuela Domino viam tuam*; quia natura hominum prona peccato, velut quædam menti noſtræ velamen obducit, ne noſtra domino peccata fateamur, qui poteſt vulnera noſtra ſanare, vt non erubeſcat quis ore proprio poſtulare medicinam; *Reuela*, inquit Propheta *Domino viam tuam*. Noli abſcondere, ſicut abſcondebat Cain, qui latere cupiebat, *omnis enim, qui male agit, odit lucem*. Hoc eſt, lucem confeſſionis peccator odit. Reuelabat viam ſuam Domino Dauid, qui dicebat, *dico ego opera mea regi*. *Nullus pudor eſt ad meliora tranſire*, inquit Diuus Ambroſius. non erubuit filius prodigus ad patrem redire, ac dicere: *Pater peccaui in Cœlum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus*. (Luc. 15. 21.) qui carens veſte nuptiali ad cænam Regiam intraſſe legitur, quoniam interrogatus, quomodo intraſſet *non habens*

Digitized by Google

*habens veſtem nuptialem*, non reſpondit, peccatum ſuum non confeſſus eſt, *at ille obmutuit, tunc dixit Rex miniſtris. ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Tunc videlicet, non vbi ille ſine veſte nuptiali introiuit*, vt notat Galfridius; *ſed poſtquam admonitus ſiluit, interrogatus obmutuit, & noluit confiteri*. O dementem, o væcordem, qui fumum ignominiæ fugiens in ignem ruiſti. O quam verum eſt illud Plutarchi dictum, *Perſæpe fumum ignominiæ fugientes in ignem ruimus. O verecundia expers rationis, inimica ſalutis, totius ignara honoris, & honeſtatis*, exclamat D. Bernardus.

15 Qui cuncta ſcit, & videt Deus, interrogauit Adamum, vbi eſſet, & Caimum, vbi eſſet frater eius Abel; non vt quaſi neſciens diſceret, ſed vt peccatorum ab vtroq. commiſſorum confeſſionem exigeret. confeſſo Adamo dixit Deus: *Maledicta terra in opere tuo* (Gen. 3. 17.) Caino autem inconfeſſo dixit: *Maledictus eris ſuper terram*. Illum, qui peccati virus expuerat, à maledictione exemit. huic verò, qui crimen ſuum abſcondebat, maledictionem inflixit, vt Tertullianus egregiè aſſeruit. *Ideoque*, inquit, *nec maledixit ipſum Adam, nec Euā, vt reſtitutionis candidatos, vt confeſſione releuatos. Cain verò & maledixit, & cupidum morte luere delictum, mori interim vetuit, vt præter admiſſum, etiam negationis exemplo oneratum*. His accinit Oſeas 10. 13. dicens: *araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis*. Hic aratio ponitur pro ſeminatione, & iniquitas pro pæna iniquitatis; at quid eſt ſeminare, niſi tegere ſub terra, & abſcondere ſemen, propterea ſeptuaginta interpretes hæc repoſuerunt. *Quid reticuiſtis impietatem, & iniquitates eius vindemiaſtis?* nimirum qui reticendo peccata, quaſi ſeminando abſcondunt, pænam æternæ damnationis metunt. Ideò ironicè Tertullianus: *grande planè emolumentum verecundiæ occultatio delicti pollicetur. Videlicet, ſiquid humanæ notitiæ ſubduxerimus, proinde et Deum celabimus; adeone exiſtimatio hominum, & Dei conſcientia comparantur? an melius eſt damnatum latere, quàm palam abſolui?* O inuerecundam verecundiam, o pudendum pudorem? *Ergone*, vt exclamat S. Pacianus, *Peccator erubeſcet perpetuam vitam præſente pudore mercari; & offerenti manus Domino vulnera male tecta ſubducet? deſinite vulneratam tegere conſcientiam*. Huc ſpectat imprecatio illa in Deuteronomio 27. 15. deſcripta: *maledictus homo, qui facit ſculptile, & conflatile, ponitque illud in abſcondito*. Hoc eſt, qui factum à ſe peccatum in confeſſione non aperit, ſed abſcondit tanquam idolum, & qui turpes cogitationes ſuas Sacerdoti non detegit, ſed in mente ſilentij velamine contegit. *Omnis enim turpis cogitatio, quæ in animo figitur, ſculptile eſt abſconditum, quod pudor vetat in medium proferre*, vt ait D. Nilus; periculoſum igitur, immo pernicioſum eſt ponere ſimulacrum in abſcondito, hoc eſt, turpem cogitationem Sacerdoti non detegere.

16 Mos fuit pænitentibus Iſraelitis aquam in ſignum mutati propoſiti, ac pænitentiæ effundere. Sic cum Samuel illos ad pænitentiam hortatus dixiſſet: *Si in toto corde veſtro reuertemini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio veſtri, & præparate corda veſtra Domino*,

*Domino, & ſeruite ei ſoli* (1. Reg. 6.) illique ſe id præſtituros pollicerentur, *conuenerunt in Maſpha, hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Domini*, an, vt aqua effuſa lachrymarum vicem ſuppleret? an verò, vt ſignificarent, ſe ad Idololatriam non redituros, quemadmodum aqua effuſa non redit? an, vt nullum in ſe peccati odorem, aut ſaporem ſe retinere indicarent, vel ſe peccata ſua non abſcondere? Reſponderi poteſt verbis Richardi Victorini, qui dictum illud Threnorum 2.19 *Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini*. ſic dicit: *Cęteri liquores cum effunduntur, vel quædam pinguedine ſuperlita, vel ſapore infecta vaſa relinquunt; ſola aqua ſic effunditur, vt munditia vaſis nullis eius reliquijs maculetur; qui ergo peccata ſua confitentes, aliqua vel negligentię, vel erubeſcentię cauſa effundere timent, quaſi in vaſa cordis ſpiſſi liquoris reliquias retinent; qui verò peccatum omnino, ſed non peccandi affectum eijciunt, in vaſe ſaporem noxium adhuc ſeruant*. Tales ſunt proculdubio, qui ad peccata ſimilia his, quæ nuper confeſſi ſunt, redeunt, & vt ait Saluianus Maſſilienſis γ *taliter ferme omnia agunt, vt eos non tam putes antea criminum pœnitentiam egiſſe, quàm poſtea ipſius pœnitentię pœnitere, nec tàm prius pœnituiſſe, quòd male vixerint, quàm poſteà, quòd ſe promiſerint bene victuros*.

α *S. Bern. de interiori domo*. β *Tertull. de pœnit. cap. 8.* δ *lib. 2. contra Marcionem*. γ *Ambr. lib. 1. de pœnit. c. 17.* ε *in Pſal. 36.* ζ *l. 5. Epiſt. 31.* θ *Ariſtol. de natura animal.* η *Plutarch. de vita vitioſa*. Κ *S. Nilus in Aſcetico*. λ *Saluian. lib. 4. de prouidentia*.

## Confeſſarius Ordinarius Monacharum qualis eſſe debeat. Cap. XXXV.

1 OPeræ pretium factarum me exiſtimo, ſi præter eorum morem, qui de miniſtro Sacramenti pœnitentiæ ſcripſerunt, hactenus de confeſſario monialium, aliquid peculiare addam. Nobilior enim, ac ſacratior hæc Chriſtiani gregis portio proprium debet habere paſtorem, ac ductorem, qui Sacramenta illis miniſtret, eaſque prudenter, ac probè in viam ſalutis dirigat. Sacerdos quæſitus, non quærens, non turpis lucri auidus ad hoc miniſterium prudenter aſſumendus, & ab Ordinario loci, vbi monaſterium eſt, præſule approbandus eſt, ſiue ordinarius, ſiue extraordinarius confeſſarius eligatur, vt ex Conſtitutione Gregorij XV. conſtat. Nec generalis approbatio pro quibuſcunq. confeſſionibus ſæcularium audiendis ſufficit; ſed neceſſe eſt, vt ſiue regularis, ſiue ſæcularis ſit Sacerdos, ſpecialiter ad audiendas Sanctimonialium confeſſiones certo tempore, ac loco pro certo aliquo Monaſterio ſpeciatim aſſignando idoneus approbetur. Siquidem Sacerdos approbatus pro excipiendis confeſſionibus in vno Monaſterio, non cenſetur approbatus pro alio. Neque approbatus ad miniſtrandum pœnitentiæ Sacramentum vni, vel duabus, aut tribus Monialibus ex aliqua peculiari occaſione, reliquarum confeſſiones excipere poteſt. Nam, vt aiunt, limitata cauſa limitatum producit effectum, limitata iuriſ-

Digitized by Google

iuriſdictio fines ſuos non excedit. Et hoc verum eſt, etiamſi Sacerdos ſit Regularis; nam etſi regulares ex priuilegio habent à Pontifice iuriſdictionem generatim in omnes, & quoſcunque Chriſtifideles ad ſe accedentes, & conſequenter in moniales; eam tamen exercere nequeunt vltra præſcriptum, & modum approbationis, ac facultatis ab Ordinario obtentæ, *ita ex 18. Conſtitut. Gregorij XV. Bull. tom. 4. Franciſc. Pellizzarius amicus meus antiquus tract. de mon. c. 10. ſ. 3. ſ. 1. nu. 164. & alij.*

2 Confeſſarij tàm ordinarij, quàm extraordinarij Monialium, quæ iuriſdictioni Epiſcopi non ſubſunt, à proprijs præſulibus, ſeu Superioribus religioſis deſignandi, & Epiſcopo ſiſtendi, ſiue præſentandi ſunt, vt ab illo ad ſanctimonialium huius, vel illius Monaſterij confeſſiones excipiendas, vt idonei approbentur; immo nec ipſi regulares Prælati ab Epiſcopo non admiſſi ſacratum Deo mulierum ſibi ſubditarum confeſſiones excipere poſſunt. Sed ad hoc faciendum approbatione Epiſcopali indigent, *ex Conſt. Greg. XV. Sacra Congreg. T amb. d. 16. q. 3. num. 3. Zypeus l. 3. Pelliz. p. 428. & alij.*

3 Moniales nouitiæ, puellæ ſæculares, quæ in Monaſterijs educantur, & fæminæ quæcunque ibi commorantur, licitè, ac validè poſſunt cuicunq. confeſſario generaliter in Diæceſi approbato confiteri; ſi is licitè ex aliqua occaſione ad eas accedere, vt aliquam earum legitimè inuiſendi gratia, poſſit; nam Gregorius XV. dum ſpecialem approbationem ad audiẽdas Monialium confeſsiones exigit, de Monialibus tantum loquitur; ſed nomine Monialium in odioſis non comprehenduntur nouitiæ, nec puellæ, aliæquè fæminæ in Monaſterio degentes; nec improbabiliter idem de Antiſtita, vel Abbatiſſa dici poſsit, niſi contraria conſuetudo legitimè inducta obſtet, quàm obſtare opinor, *Pelliz. cap. 10. ſ. 3. num. 167. Nald. Baldel. Polach. Steph. à S. Greg. alijque.*

4 Confeſſarius ſanctimonialium debet eſſe Sacerdos maturæ ætatis, grauitate, religioſis moribus, integritate vitæ conſpicuus, poteſtate, ſcientia, prudentia, dexteritate, ac multa patientia præditus, deſiderio ſalutis animarum flagrans, qui benè nouerit Religioſorum votorum Paupertatis, Caſtitatis, Obedientiæ, & Regularis inſtituti officia, & obligationes; qui Sanctimoniales ad religioſam perfectionem ſalutaribus monitis, & exemplo ſuo dirigere, imperfectiones, & vitia ex confitentium animis euellere ſciat, & virtutes inſerere, afflictas conſolari, ignaras, & ſcrupulis anxias docere, quæ facienda, quæ vitanda ſint, ſpiritalia documenta, ac remedia ex probatis authoribus, & præcipuè ex Sanctorum Patrum libris, prout expedire iudicauerit, ſuggerere. Idcircò aptiores ad tãtum munus pro dignitate tractandum exiſtimo Sacerdotes inſtituta Monialium callentes, & dotibus prædictis ornatos, qui clariùs, & diſtinctiùs norunt culpas, quæ contra vota, regulaſque ſuas à religioſis committuntur, & ad earum integram obſeruantiam, ad ſui abnegationem, ad perfectam Chriſti imitationem eius ſponſas promouent; tunc enim ſalubria Chriſto dicatis virginibus præbentur, quando eis Patres ſpirituales eliguntur, qui eas non ſolum gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis ædificare poſſunt, *cap. 24. in Decima*



Digitized by Google

*ma* 18. *q*. 2. Cæterum Sacerdos pro certo, ac determinato tempore approbatus ad Monialium confeſsiones, eo elapſo non poteſt vi prioris approbationis earum confeſsiones excipere, ſiue ordinarius, ſiue extraordinarius ſit. Qui verò admiſſus eſt ad confeſſiones monialium ad triennium, ſi ante bimeſtre ſpatium eiuſdem triennij moriatur Epiſcopus, non indiget noua ſucceſſoris antiſtitis approbatione, niſi prior licentia reuocata fuerit, vt per reliquum triennium ſanctimonialibus Sacramenta miniſtret. Quamuis iubilei tempore probabile ſit, Moniales validè abſolui poſſe à confeſſario generaliter, non ſpecialiter approbato ab Ordinario, β tutius tamen eſt, Sacerdotem abſtinere ab acceſſu ad moniales, niſi pro illarum confeſſionibus ſpecialiter admittatur, γ vt conſuetudo recepta poſtulat, quam violare imprudentiæ, & periculum amantis eſſet; poſſet enim Epiſcopus ſecundum ſententiam ſibi fauorabilem in accedentem ad moniales animaduertere, & abſoluentem illas condemnare. β *Bonac. d.* 5. *de ſacr. q.* 7. *p.* 4. *Boſſ. ſ.* 3. *cap.* 2. *Peyrin. Bordonus alter egor.* 34. γ *Molſeſ. Leo, B. à S. Fauſto, Io. Franc Suarez, G. Polachus, & Pellizzarius num.* 169.

5 Parochos non poſſe eligi in confeſſarios ordinarios Monialium ſapienter declarauit Sacra Cardinalium Congregatio; ſatis eſt enim ſi commiſſæ ſibi Parochiæ curam gerant; nam qui duos lepores eodem tempore inſectatur, neutrum capit. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. ſed optimis conſtitutionibus alicubi aduerſatur vſus, *Tamburin. Barboſa l.* 1. *de iure Eccl. c.* 44. *Gauant. Pelliz. cap.* 10. *quæſt.* 12.

6 Confeſſarius Monialium, cui Sacra Congregatio in alterum triennium poteſtatem, & officium confirmando prorogauit, elapſo ſecundo triennio in confeſſarium eiuſdem Monaſterij ab Ordinario rurſus eligi poſſe, probabile eſt. Conceſſum enim alicui ex gratia non eſt retorquendum in diſpendium. *reg.* 61. *de Reg. iur. in* 6. *ita Dia. Nald. Pelliz. l. c. num.* 173. *Bord. & alij contra Lug. & Baldel. Mandoſ. de priuilegijs.*

7 Si quis fortè ad ſupplendum defectum alterius, confeſſarius Monialium electus fuerit ad aliquot menſes, poteſt nihilominus in generali deſignatione confeſſariorum denuo eligi ab Ordinario præſule ordinarius confeſſarius eiuſdem monaſterij ad triennium; prohibitio enim Sacræ Congregationis, quominus vltra triennium quis earundem monialium confeſſarius eligatur, intelligitur de electione ordinaria, non de extraordinaria, & fortuita in ſupplementum; odioſa autem ſunt reſtringenda, *ità Pelliz. & alij.*

8 Poteſt Epiſcopus concedere confeſſario poteſtatem abſoluendi Moniales ab hæreſi etiam externa. Impeditos enim quominus Apoſtolicam Sedem adire poſſint (quales profectò ſunt Moniales) proprius Epiſcopus abſoluere poteſt à peccatis, ac cenſuris in ipſa Bulla comprehenſis; α etſi poſſit adiri Legatus Pontificis, aliuſue abſoluendi poteſtatem habens. β Moniales verò exemptæ à proprio præſule Regulari poſſunt ex conceſſione Pij Quinti. γ Abſolui à quibuſcunque peccatis, ac cenſuris Romano Pontifici reſeruatis, tam pro foro externo, quam interno; cum non poſſint aliter procurare abſolutionem reſeruatorum

nem

nec teneantur id facere per procuratorem, aut nuncium adhoc mittendum, etiamſi id commodè facere poſſint: alioquin fœminæ Deo ſacræ deterioris eſſent conditionis, quam profanæ, quàm Laici, & quod ad forum externum, remedio carerent, quod dictu nefas eſt; cum impoſsibilium nulla ſit obligatio *a*. *a ex cap. mulieres, & cap. ea noſcitur de ſent. excom. Auila de cenſur. p. 2. d. 1. d. 6. Henriq. Duardus, Homob. Dia. p. 4. tr. 4. r. 89. Tambur. Suar. d. 30 de pœnit. ſ. 3. Bordon. r. 5. Pelliz. c. 9. q. 26.* *b* *Doct. cit. contra Bonacin. Nauarrum, & Cordubam y. Bulla Pij V. relata à Rodriq. in Bullar. Conſtit. 13.* *c* *l. impoſſibilium, ff. de reg. iuris.*

9 Si confeſſarius Monialium petijt, & non impetrauit ſiue ab ordinario loci pro monialibus ei ſubditis, ſiue à Regulari prçſule pro monialib. exemptis poteſtatem illas abſoluendi à reſeruatis, poteſt toties, quoties petitam facultatem abſoluendi non obtinuit, abſoluere; hoc enim Summi Pontifices Clemens VIII. & Vrbanus VIII. regularibus indulſere his verbis: *Quod ſi Regularium cõfeſſarijs caſus alicuius reſeruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, poſſint nihilominus confeſſarij illa vice pænitentes regulares abſoluere, etiam non obtenta à Superiore facultate:* vbi verba hçc *illa vice* idem ſignificant, ac *vnaquaque vice*, qua petita poteſtas non obtenta fuerit, poterit pœnitens ſemel vi talis petitionis abſolui, hoc eſt, toties, quoties abſoluendi facultatem confeſſarius petierit, & non obtinuerit. Nam & tempore iubilei poteſt quis abſolui à reſeruatis criminibus poſteriore hebdomada, etiamſi priore hebdomada iubileum conſecutus ſit, dummodo præſcripta ad ipſius conſecutionem obſeruet, quamuis in conceſsione iubilei appoſita ſit illa clauſula, *hac vice tantum*, quanto magis hoc dici poteſt, cum omiſſa particula *tantum* à Pontifice *illa vice* dicitur, *Vrbanus VIII. in Bulla 18. ita ex Naldo, Alphonſo à Leone, & Diana part. 3. tractat. 4. r. 151. Pelliz. cap. 9. quaſt. 16. Giraſgus, & alij.*

10 Nomine autem Superioris in Bulla Vrbani intelligendum eſſe Ordinarium loci prçſulem reſpectu Monialium ei ſubiectarum cenſeo; fauorabilia enim in ampliori ſignificatione accipienda ſunt, & cum Summus Pontifex de abſolutione à caſibus reſeruatis ſimpliciter, ac ſine diſtinctione loquatur, valdè probabile eſt, quando Superior negat facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, poſſe confeſſarium pro vice, qua illam petijt, abſoluere non modò à peccatis ab ipſo Superiore peculiariter reſeruatis, ſed etiam ab illis, à quibus Superior, vel præſul abſoluere poteſt iure delegatæ poteſtatis, aut ratione neceſsitatis, nã *beneficium Principis latè interpretandum eſt. vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus,* ſed *lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi,* vt in Regulis iuris habemus, *ita P. Pellizarius Placentinus. Phariſellus citat.*

11 Si poſtquam Sacerdos detulit Euchariſtiam ad ægrotam monialem, hæc ante ſacram ſynaxim ſe confiteri velle dicat, & confitendo indicet, ſe plures confeſsiones irritas feciſſe, ac periculum ſit, ne ſi in aliud tempus confeſsio differatur, inconfeſſa moriatur, curet confeſſarius, vt ægrota pro ratione temporis confiteatur meliore modo, quo poteſt, grauiora ſaltem

tem peccata, quorum ipſa tunc recordatur, animo poſtea vbi primum poterit integrè omnia confitendi, interim ſe generaliter de omnibus culpis à ſe commiſsis eaſdem propter Deum ſuper omnia deteſtando accuſet, & tunc confeſſarius eam abſoluat, & Euchariſtica dape reficiat. Idem etiam faciendum eſt, ſi monialis non in graui periculo mortis verſetur, ſed credatur confeſsionem nonniſi longo temporis ſpatio expeditura; tunc enim ad euitandum ſcandali, vel grauis notæ periculum poterit præmiſſa generali peccatorum deteſtatione cum animo, quamprimum commodè poterit, confeſsionem inſtaurandi poſt dicta aliqua grauiora peccata memoriæ ſuccurrentia abſolui, & ſacra communione refici. Verùm ad euitanda hęc caueat Sacerdos, ne Euchariſtiæ Sacramentum ad ægrotam deferat, priuſquam illa confeſſa non fuerit, *Dian. par. 5. tract. 3. r. 75. Zambr. Granad. Pelliz. & alij*.

12 Quinimmo ſi monialis ad feneſtellam communionum de more Euchariſtiam ſumptura acceſſerit, & dicat confeſſario ſe velle nonnulla peccata ante ſacram ſynaxim confiteri, moxque intelligat Sacerdos, eam debere iterare multas confeſsiones antea inualidè factas, nec id ſine offendiculo aliarum, & graui nota pœnitentis fieri tunc poſſe iudicet, poteſt ei ſuadere, vt de peccatis commiſsis dolore concepto, ac eorum propter Deum deteſtatione præmiſſa, cœleſtem panem, frumentum electorum comedat; vel, quod fortè melius eſt, monialem peccata aliqua ſpeciatim, cætera generatim confiteri, & omnia ſimul deteſtari cum animo ea, quàm primum confitendi integrè, iubeat, & interim abſoluat, vt perfectæ pœnitentiæ vi peccatorum veniam conſequatur, & ſic Euchariſticam dapem ei miniſtret, *Pellizzar. l. c. ſ. 441. Phariſel. & alij*.

13 Si cui monialium in aliquod crimen reſeruatum incidiſſe contigerit, & inſtet neceſsitas communionis ſacræ publicè faciendæ, quam abſque infamiæ nota, ac graui periculo ſcandali, & obmurmuratione omittere nequeat, abſolui à peccatis non reſeruatis directè, à reſeruato indirectè poterit, immo debebit, ſiue reſeruatam excommunicationem annexam peccatum habeat, ſiue non. Confeſſarius enim inferior à reſeruatis ſaltem indirectè abſoluere poteſt, cum iuſta cauſa id poſtulat, nec Superior contradicere poteſt, cum integritas formalis ad valorem Sacramenti ſufficiat, nec excommunicatio pœnitentem ſimpliciter incapacem abſolutionis reddit, ſi bona fides adſit. Sic abſolutæ moniali ad ſacram ſynaxim accedere licebit, *Suarez d. 30. de pænit. ſ. 3. num. 5. Filliuc. tractat. 7. numer. 303. Pellizzar. cap. 9. ſ. 3. quaſt. 24. & alij communiter*.

14 Non improbabile videtur monialem ægrotam, nedum in periculo mortis verſantem, à peccatis reſeruatis, quibus non eſt annexa excommunicatio, abſolui poſſe, ſi illa neſciebat, ea reſeruata eſſe, vel credebat, ſe ab inferiore Sacerdote abſolui poſſe cum obligatione poſtea illud cōfitendi Sacerdoti habenti poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, *ita Pellizzar. q.* [illegible] *Layman. l. 5. tr. 6 c. 12. num. 12.* [illegible]*riſellus Conſult. & alij*.

Quando

# Quando liceat confeſſario Monialium ingredi clauſuram. Cap. XXXVI.

15 Confeſſarius ordinarius Monialium ingredi poteſt clauſtra interiora Monaſterij earundem ex cõceſſione ordinarij præſulis, cui illæ ſubditæ ſunt, modò neceſſitas aliqua id poſtulet; vt ſi neceſſe ſit audire cõfeſſionem Monachæ ægrotantis, vel adeo debilis, vt ad ſedem confeſſionalem accedere commodè nequeat, vel etiam ſub initio morbi, vel ſi præceptum Eccleſiæ vrgeat, vel regulæ, vel quoties monialis dicit ſe indigere Sacramento pœnitentiæ, vel ſi ex deuotione illud petat. a Poteſt etiam ingredi ad monendam monialem de imminente mortis periculo, ſi ſpectatis circumſtantijs credatur illam minus vtiliter à medico, vel ab alijs Monialibus admonitum iri. ſecus dicendum, ſi æquè, b benè à medico, vel à Monialibus de mortis periculo admoneri poſſit. a *Rodriq. tom. 1. q. 47. art. 4. Portel. Villalob. Diana r. 67. Tambur. quaeſt. 2. numer. 1.* a b *PelliZZarius, & alij.*

16 Poteſt confeſſarius ingredi clauſtra monialium non modò ad miniſtrandam Euchariſtiam Monachæ in mortis diſcrimine laboranti, ſed etiam quoties reliquæ moniales ex præcepto Eccleſiæ, vel regulæ ſacræ menſæ ac[illegible], ſiue ex alia pia, & rationabili cauſa. Immo probabile eſt, co[illegible]ium clauſuram toties ingredi [illegible]oties monialis ſolebat antea [illegible]ionem accedere, dum in[illegible] valeret, vt bonam con[illegible] non omittat, ſed ſalutari [illegible], de morbo impedita, [illegible] communionis ſacræ cum alijs accedat tanti boni priuatione afflictæ afflictio ſuperaddatur. Aequum eſt tanto remedio ægrotantis ægritudinem ſolari. Ideo ob ſolam etiam ægrotæ cõſolationẽ, ſi illa confiteri velit, licitè poteſt confeſſarius ingredi, ꝩ & quidem cum comite, vel ſocio, ſi regularis ſit, etiamſi id in conceſſa licentia non ſit expreſſum; decet enim confeſſarium regularem habere omnium actionum ſuarum teſtem, quo præſente circumſpectior, & cautior ſit. Præterea dedecet fœminam inſeruire Sacerdoti miniſtranti Euchariſtiam, vel Extremam Vnctionem. Immo teſte Barboſa 8 Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit ex antiqua, & probata conſuetudine confeſſario non licere abſque ſocio Monacharum clauſtra ingredi, eique aſſignandum eſſe ſocium ætatis quinquageſimum annum ſuperãtem, virum integræ, ac ſpectatæ vitæ. Id etiam in Conſtitutionibus Regulariũ, maximè Caſſinenſium, & Patrum Societatis Ieſu ſancitum eſt, vt regularis Sacerdos nonniſi cum ſocio ad miniſtranda ægrotis Monialibus Sacramẽta earum ſepta ingrediatur. ꝩ *Rodriq. tom. 1. q. 47. art. 4. Miranda, Sanchez lib. 6. mor c. 16. num. 45.* 8 *Barboſa in collect. cap. licet de priuil. in 6. Conſt. Caſſin. par. 2. cap. 5. in Reg. S. Claræ 2. cap. 7. Sanch. nu. 46. Mir. q. 2. art. 17. Barb. alleg. 102. Dian. p. 3. tom. 2. r. 51. Tambur. d. 24. quaeſt. 3. Pelliz. cap. 10. ſ. 3. num. 118. & 121.* Bonacina concedit ſocium poſſe ingredi cum confeſſario, quando is illius auxilio, &



Digitized by Google

miniſterio indiget *de clauſur. quaſt.* 4. *par.* 4. *num.* 4.

17 Quinetiam ad aſſiſtendum moribuudæ Monachæ accerſitus confeſſarius poteſt cum ſocio Monaſterij ſepta ingredi, maximè ſi regularis ſit. Si verò ſecularis ſit, loci conſuetudinem ſeruare debet. Licet autem adhoc ſæpiùs clauſuram intraie, quoties ſymptomata patitur ægrota, propterque mox moritura creditur, & diutius in Monaſterio morari, vt moriturae præſto ſit. Et quamuit poſſit interim ad aliquod tempus in cubiculum aliquod intra Monaſterium ſecedere, ibique parumper quieſcere, melius tamen, ac cautius ſe geret, ſi ad contiguam Monaſterio domum, vt ad Procuratoris Monialium ædes quieſcendi cauſa diuertat. Non modò autem vtile, ſed etiam neceſſarium exiſtimo, vt Sacerdos moniali in extremo vitæ diſcrimine laboranti aſſiſtat, eamque ad bene moriendum adiuuet, & pijs verbis, & monitis ſalutaribus confirmet; poteſt enim moniali accidere aliqua animi perturbatio, vel conſcientiæ hæſitatio, ad quam ſedendam opus ſit confeſſarij conſilio; neque certò omnino cõſtat, Sacrum Cardinalium Collegium declaraſſe, confeſſarium Monialium adminiſtrato iam Extremæ Vnctionis Sacramento debere relinquere, & commendare Monialem moribundã, vel morti proximam alijs monialibus, vt eam ad benè moriendum iuuent, & è monaſterio egredi. Durum enim hoc videtur præſertim fæminis, quæ morientibus ſibi cognatis vellent Sacerdotem aſſiſtere in tanta neceſſitate ſpirituali opitulantem, *Sanchez n.*48. *ex Llamas, Peyrin. tom* 2. *priuil. Conſt.* 6. *Pij Quinti, Victorel. Tambur. qu.* 2. *num.* 6. *Pelliz. cap.* 10. *ſ.* 3. *num.* 227. *& alij commun. contra Gauantum in man. v. clauſ. monial.*

18 Conſuetudine vim legis habente, ac ſeruanda omnino introductum eſt alicubi ſcientibus, & annuentibus ordinarijs præſulibus, vt confeſſarius Monialium ſepta ingrediatur, quando cadauer monialis defertur à cubiculo, vbi diem extremum obijt, ad locum capituli, vel ad odæum, quod chorum vocant, interioris templi. Quin etiam ad exequias demortuæ peragendas, antequam in ſepulcrum deferatur, ingredi Sacerdos poteſt cum ſocio idoneo, & monialibus diuinum officium pro defuncta ſorore perſoluentibus aſsiſtere. Standum autem eſt conſuetudini, quæ pro locorum diuerſitate varia eſt. *Sanch. lib.* 6. *mor. cap.* 16. *numer.* 44. *Portel. in dub. Reg. v. clauſ. mon. num.* 11. *Tamb. d.* 24. *q.* 5. *Pelliz. num.* 230. *contra Gauantum.*

19 Licet etiam confeſſario, & ſocio ingredi ſacrum gynecæum, ideſt monialium interiores ędes ad ſacrificium ibi peragẽdum tum diebus feſtis, tum etiam aliquibus diebus non feſtis ad rem diuinam operãdam coram ægrotis, & conualeſcentibus ex ſpeciali deuotione Miſſam audire cupientibus, *ita Pelliz. num.* 234. *Bonacin. ex parte q.* 4. *p.* 4. *num.* 4.

20 Sic licet Sacerdoti clauſtr[illegible] monialium ingredi ad conſo[illegible] quam extrema animi [illegible]dine [illegible] rantem, ſi aliter ei [illegible] fue[illegible], & præſul ordinarius ingre[illegible] teſtatem faciat; nam [illegible] ceſsitas iuſtam præbet [illegible] feſſarius licitè clauſtra [illegible] greſſus ad excipiendam [illegible] ægrotæ confeſsionem [illegible] occaſione [illegible]

Digitized by Google

ibidem recenter conſtructo, aliudue munus præſtare, ad quod ſolum præſtandum ei ingredi minimè licuiſſet, ſi tamen breui tempore, vt ſpatio quadrantis horæ illud facere poſſit. Sic nec leuiter quidem peccat, qui iuſta de cauſa monaſterium ingreſſus monialium officinas inuiſit curioſitatis gratia, ſic etiam peracta re, ad quam faciendam intrauit, licitè poteſt Sacerdos per breue tempus immorari, modo horæ quadrantem mora non excedat. *Sanch. l. 6. mor. c. 16. n. 69. Miranda q. 2. de monial. art. 20. Rodriq. tom. 1. q. 46. art. 15. Diana cum alijs p. 3. t. 2. r. 51. Pelliz. n. 244.*

41 Confeſſarius, qui in euentu, quo licet ingredi ſepta monialium, ingreditur malo animo, ſiue intentione cocundi cum fęmina ibidem commorante, vel Moniali, non incidit in pœnas conſtitutas contra violantes clauſuram; talis enim ingreſſus non habet malitiam extrinſecè iis pœnis obnoxiam. *Diana p. 5. tract. 5. r. 45. Portell. Sanch. Pelliz. c. 10. ſ. 3. num. 235.*

42 Non licet confeſſario cœnobii monialium ingredi ad inſignes Diui reliquias ægrotanti Monachæ illas venerari cupienti, deferendas, niſi adſit ibi legitima conſuetudo, neque ad impertiendam morienti Monachæ benedictionem, aut indulgentiam illi à Summo Pontifice, vel eius legato laterali, aut ab Epiſcopo conceſſam, neque ad exorcizãdam monialem energumenam, β neque ad benedicendum monaſterio Sabbato Sancto, vel ob aliam occaſionem γ, niſi monaſterium ab immundis ſpiritibus cum magna incolarum perturbatione grauiter infeſtetur, vt Venetijs, dum ibi commorarer, & vt Ferrariæ accidit. α *ita contra Peyrinum tom. 2. Conſtit. 6. Pij V. docet Tambur. q. 2. n. 7. β Barboſa in collect. v. monial. γ Gauant. v. clauſum mon. n. 37. α. β. γ. Pellez.*

23 Nec licitus, nec neceſſarius eſt ingreſſus in monaſterium Monialium ad ſumendam particulam, ſeu formulam Euchariſticam è manibus Sacerdotis lapſam in interiorem Ædem ſacram; tunc enim Sacerdos poteſt porrigere moniali patenam, qua conſecrata illa particula è terra poſſit eleuari, & reddi Sacerdoti per feneſtellam communionis; tunc neceſſitas concedit, vt Monacha ſacram patenam tangat. Poſſet etiam monialis, cui particula illa præbebatur, demiſſo in terram capite particulam ſacram delapſam lingua lambente, vel labijs ſuſcipere, ac deglutire, & deindè locum, quem particula tetigit, aliquantulum abradere, & abraſum indè puluerem in ſacrarium proijcere. *ita Cardin. Lugus, Diana, Auerſa, alijq. docti viri conſulti reſponderunt Pelliz. nu. 239. contra Naldum, Baldellum, alioſque contrarium aſſerentes.*

24 Quod ſi particula Euchariſtica ſuper veſtem monialis cecidit, vel ſuper aliam rem, quæ non ſit mappa, vel linteus, non eſt neceſſe obſeruare pręſcriptum illud rubricæ Miſſalis, vbi de hoſtia conſecrata dicitur. *Si ceciderit extra corporale in mappam, ſeu alio quouis modo in aliquod linteum. Mappa, vel linteum huiuſmodi diligenter lauetur, & lotio ipſa in ſacrarium effundatur.* nam vbi de obligatione agitur, verba ſtrictè interpretanda ſunt; decet tamen Monialem in tali euentu veſtem, remuè aliam abluere, vbi cecidit, hoſtia, & aquam ablutionis in ſacrarium effundere, *ita ex Suario, Pelliz. num. 241. & P. Zanetus Conſultus, & alij.*



Digitized by Google

25 Videtur etiam non poſſe confeſſarius monialium ingredi monaſterium, vt baptiſmum miniſtret infanti recens nato ex fœmina ibi ſuperiorum permiſſu habitante. Nam infans in tali euentu, vel poteſt ad oſtium monaſterij, vel ad feneſtellam communionis ferri, ibique ſacris vndis expiari, vel aliqua monialis poteſt eum baptiſmo donare, ſi abſque graui periculo ad Sacerdotem infans deferri nequeat. Alioquin ordo perſonarum in baptizando etiam in neceſſitate ſeruandus eſt. *Suar. d. 31. de ſacr. ſ. 4. Sà v. baptiſm. num. 7. Tol. l. 2. c. 20. Bonac. cum alijs de ſacr. q. 2. p. 2. Pelliz. cap. 5. ſ. 5. n. 245.*

26. Quotieſcunq; confeſſarius monialium ingredi vult monaſterium ex cauſa rationabili non contenta in generali facultate eidem conceſſa, indiget ſpeciali licentia in ſcriptis. *Pelliz. c. 5. ſ. 3. q. 35. & c. 10. ſ. 3. num. 246. Fariſellus, & alij.*

## Monita obſeruanda à confeſſarijs ordinarijs Monialium. Cap. XXXVII.

ORdinarius Confeſſarius monialium, vt munere ſuo vtiliter, ac rectè fungatur, hæc in primis obſeruet. Conſtitutiones ordinis monialium ſuarum, & ſuperiorum præcepta, & decreta perlegat, ac cognoſcat. Nullo peculiari affectu erga aliquam vllo modo afficiatur; nec animi ſui propenſionem ad vnam monialem magis, quam ad alteram oſtendat, nec vllius dotes ſiue a natura inſitas, ſiue à Deo datas prolixiùs laudet, quam alterius, nec vnam potius, quam aliam diutius in confeſſione detineat; niſi peculiaris indigentia, vel neceſſitas id poſtulet. Sed ſe tanquam communem patrem omnibus exhibeat. Arbitrio ſuo viuentes, & per viam ſpiritualis perfectionis ſine duce progredi volentes, acriter reprehendat. Diligenter quærat ſpiritualis ægritudinis cauſas, morbum ipſum, & ægrotantis animæ conſtitutionem, & opportuna ſingulis animarum morbis remedia adhibeat, tanquam ſpiritualis medicus curet, vt ægra morbum ſuum [illegible] ſciat, nullum vitium incurabile [illegible]eat, nullius emendationem vnquam deſperet. Non reprehendat pœnitentem Monacham, niſi poſtquam omnia peccata iam confeſſa fuerit. In confeſſionibus excipiendis, nec ſeuerum ſe, nec nimis familiarem exhibeat, ſed media incedat via. Caueat ne impatientiæ, vel tædij, vel admirationis, vel perturbationis, vt ſuſpirando, oſcitando, expuendo, ſigna prodat. Ne ſe ob audita peccata ſtomachari, ſeu indignari oſtendat; ne noxium pudorem, cui fœminæ nimis obnoxiæ eſſe ſolent, augeat. Et ſi quam animaduertat non audere præ erubeſcentia peccata ſua confiteri, eam ſolito benigniùs excipiat, & ad confitendum animet, curetque peccati occultis confeſſionem blandè extorquere per varias interrogationes circa peccati materiam; moniale hortetur, vt ſi quid habet, quod illam pudeat dicere, ſaltem generatim dicat, ſe graue aliquod peccatum commiſiſſe, quod non audet dicere, hortetur, vt peccatum ſaltem ex ſcripto fateatur, vel in pagella deſcriptum legendum tradat confeſſario, qui circunſtantias neceſſarias peccati tantum interrogabit,

bit, & pagellam comburendam, vel frangendam reddet pœnitenti, iubeat offerre Deo erubeſcentiam in ſatisfactionem pro commiſſis culpis, doceat tacentes peccata ſua ſacrilegas eſſe, & longè maiorem erubeſcentiam in die iudicij paſſuras, & æternis ſupplicijs puniendas eſſe, nullum remedium eſſe contectis, & occultato vlceri morbum, quem ignorat medicus, non curari, exemplum aliquod formidabile narret alicuius fœminæ propter peccata in confeſſione non detecta damnatæ. Oſtendat culpas in confeſsione detectas perpetuo ſilentio ſub ſigillo inuiolabili occultatum iri, erubeſcentem liberius interroget. Sacerdos, ſeque verſatum in audiendis criminibus, vel talia, & peiora legiſſe, vel audiuiſſe dicat. Prolixas confeſsiones caueat, vel impediat. Breuiter confitenti peccata, & neceſſarias ſcitu circunſtantias doceat. Non ſe intrudat in adminiſtrationem rerum temporalium monaſterij, nec in electionem Antiſtitæ. Nulli monialium arcana ſua conſilia detegat, ad ſacræ communionis frequentiam Chriſti Sponſas hortetur. In interrogandis peccatis contra caſtitatem cautè ſe gerat, ac citò ſe expediat, ne ſe illa illaqueet, qui alienos laqueos ſoluere debet. Caueat, ne verbis, aut ſignis, vel quouis alio modo peccata in confeſsione audita detegat, nec de ijs generatim cum præſule, vel antiſtita loqui fas putet. Moneat ſingulas, vt choro frequentes adſint, cum diuinum officium perſoluitur, vel cum tacitæ mentis precationi vacandum eſt. Monialium libros recognoſcat, ac recenſeat, nec inutiles, ac profanos, inanium narrationum, fabularum, ac nugarum plenos, nec ſummas de peccatis omnium ſtatuum illis permittat; ſed ſacros, ac pios tantum libros, & ad ſpiritualem profectum ſpectantes illis concedat. Si quando ipſe concionem habeat, de virtutibus tantum, non de vitijs niſi generatim diſſerat, de votorum vi, & obligatione in vniuerſum agat; nihil ſingulariter tangat, quod ad monaſterium ſpectet. Interiora cœnobij clauſtra nunquam niſi neceſſitate vrgente, ſuperiorum permiſſu ingrediatur, & circa obſeruationem clauſuræ ſummam ſeueritatem adhibeat. Nimiam familiaritatem vitet; morum grauitatem, non tumorem præſeferat. Tempora tacendi, & loquendi, ac reprehendendi obſeruet, & prudenter in omnibus agat. Caueat inſuper confeſſarius, ne monaſterium petat, niſi ſtatis diebus pro confeſſionibus audiendis, niſi neceſſitas aliter ſuadeat, ne quẽquam ex ſuis familiaribus monaſterium obire, vel conuerſari patiatur; ne ad propinquas, & conſanguineas monialium, quarum confeſſiones excipit, eat ſalutandi, nedum comeſſandi, vel commorandi gratia. Ne quid monialibus donet, ne illis pecuniam mutuo det, accipiatue ab illis, ne quid ſingillatim vlli emat; etiamſi ſint libri, vel tabulæ, vel alia ad pietatem ſpectantia, niſi a perfecta rogatus ſit. Ne illas per internuncium ſalutare iubeat, ne ad aliquam literas mittat accipiatue ab illa, ne manus habeat ad accipienda munera paratas, a priuatis monialium donis abſtineat. Ne medicinas, aut alia, quæ infirmitati vſui ſunt, à monaſterio, vbi confeſſiones audit, pro ſe, vel domeſticis ſuis acceptet. Nihil monialibus faciendum, aut elaborandũ ad vſum ſuum, vel domeſticorum dabit. Non comedat, nec bibat in ædibus contiguis



Digitized by Google

monaſterio; niſi multum diſtet à domicilio ſuo, memor ſit dicti illius Apoſtolici: *nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus*. (2. Timoth. 2.) ſi alius confeſſarius extra ordinem ad eius monaſterium miſſus fuerit, procul ipſe abibit, nec in conſpectum monialium prodibit, donec extraordinarius diſceſſerit, vt liberiùs illi moniales peccata ſua confiteantur; monaſterium nonniſi neceſſitate vrgente ingrediatur, vel ad miniſtranda ægrotantibus monialibus ſacramenta, vel ad aſſiſtendum alicui in agone mortis, & quidem perrarò, ac circumſpectè excluſis omnibus præter duas, aut tres aſſiſtentes ſeniores, quæ recto ſpiritu præditæ ſint, ſuperpelliceo, & ſtolla indutus intret, moneatque, vt reliquæ moniales ſe in cellis ſuis contineant, dum ipſe in monaſterio commorabitur. In cella valetudinariæ, & ægrotæ nunquam ſolus commoretur, niſi cum illius confeſſionem audit. Nec tunc ad eam propius, quam par eſt, accedat, ſed tantum appropinquet, quantum vix vocem illius audire poſſit. Confeſſione audita ſtatim aduocet in cellam ſanctimoniales, quæ illum comitatæ fuerunt, præmonitas ne nimis ſecederent; dum ægrota confitebitur, pateat ianua cubiculi nullo velamine obiecto. Ægrotam nunquam tanget, ne conoſcendi quidem morbi cauſa, niſi eam in euidenti periculo mortis ſacro oleo perunctutus ſit. Cum ſacrum viaticum ægrotæ ad lectum miniſtrabit, vnius Ædituæ opera vtatur, quæ ſit ætate prouectior. In exequijs alicuius defunctæ monialis nullam concionem habeat, caueatque, ne modulatè, aut ſymphoniacè canat, etiamſi muſicam calleat; ſed ſubmiſſa, & mæſta voce cum pietate officium perſoluat, & feminarum monacharum miniſterio vtatur; omnem occaſionem moniales alloquẽdi de rebus ad Sacramentorum adminiſtrationem minimè ſpectantibus declinet; ut illis integrum ſit ſignificare præſuli, quomodo ipſe ab iiſdem probetur. Eleemoſinas pro celebrandis ſacrificijs à monialibus, non niſi ab Antiſtita rogatus accipiat. Ne collaria ſua, ſudariola, aliudue id genus monialibus ſuis abluenda, vel reſarcienda, vel cõſuenda mittat, de cetera non ſæpius, quam octauo quoque die, niſi rationabilis cauſa, vel neceſſitas poſtulet, vel feſtum aliquod intercedat, earum confeſſiones audiat. Nulli, inconſulto Epiſcopo, quotidianam communionem concedat. *Vix vllus quis, inquit, D. Bonauentura, iam religioſus eſſe videtur, & ſanctus exceptis Sacerdotibus, qui ſemel in ſeptimana ſufficiat ei ex conſuetudine communicare niſi ſpecialis aliqua cauſa quandoque, vel ratio plus ſuadeat, infirmitas ſuperueniens, vel ſingulariter feſtiuitas ſolemnis*. Ideò in cœnobijs, in quibus ter in ſingulis hebdomadis ſumendæ Euchariſtiæ conſuetudo inoleuit, eam quandoque Confeſſarius prætermittat, aut ſaltem differat, vt ea deuotione magis, quam ex conſuetudine Chriſti ſponſæ ſacræ menſæ accumbant. Nam, vt Angelicus Doctor monet, propter corporis indiſpoſitionem, vel animæ non eſt vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere, aliquando melius eſt ceſſando a communione eam venerari, aliquando accedere, vt qui frigidus eſt Dei amore inflammetur, tanto enim hoſpiti debetur honos, & amor.

Con-

Digitized by Google

# Confeſſarius Monialium extraordinarius. Cap. XXXVIII.

1 QVoniam ſæpè, ac ſæpius contingere ſolet, vt fœminæ præſertim, quæ in pijs Gynæceis, vel in cœnobijs Deo ſacræ, quę Moniales ἀπὸ τῦ μονάζειν ideſt à viuendo in ſolitudine dictæ ſunt, peccata nonnulla Confeſſario ordinario confiteri erubeſcant, vel formident. Eaq; ad perniciem animarum ſuarum ſileant, vt ego ſæpiſſimè experientia magiſtra didici: Tridentinum Concilium α ſanctiſſimè decreuit: *vt præter ordinarium confeſſarium alius extraordinarius ab Epiſcopo, & alijs Superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat.* Ideo confeſſarium extraordinarium non modo rogati, ſed etiam ſponte præſules monialibus exhibere debent, alioquin grauiter peccāt, niſi ab ipſis monialibus præueniantur. Nec modo pro ſanis, ſed etiam pro ægrotis extraordinarius conceditur; quanquam pro ægrotis audiendis ſpecialis licentia ingrediendi monaſterium requitur; nam hæc non includitur in generali facultate audiendi confeſſiones monialium huius, vel illius monaſterij. *Non veniunt in generali conceſſione ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus in ſpecie* ſecundum regulam iuris LXXXI. in ſexto, nec modo bis, aut ter, ſed etiam frequentiùs quotānis confeſſarius extraordinarius monialibus concedi, & ab iiſdem peti poteſt. Cum enim illum Tridentinum Concilium iubeat, *bis, aut ter in anno offerri,* non vetat illud ſæpius eodem anno concedi; aliud eſt enim offerri, aliud concedi. Incluſio vnius non eſt excluſio alterius; *vbi autem militat eadem ratio, militat, & eadem iuris diſpoſitio.* Si ergo vltra tres vices confeſſarius extraordinarius concedi poteſt, ſæpius etiam peti poteſt, iſque a præſule concedi debet; ſi tamen iniuſtè ab eo denegetur bis, aut ter quotannis iuxta decretum Tridentinum, non poteſt ab ipſis monialibus licitè, nec validè eligi; quoniam Conſtitutione γ Gregorij XV. ſancitum eſt, ne vllus ſine ſæcularis, ſiue regularis Sacerdos, qui ab ordinario præſule non fuerit pro audiendis monialium confeſſionibus ſpecialiter approbatus, eas audire poſsit, ſiue moniales iuriſdictioni Epiſcopi ſubſint, ſiue exemptæ ſint. Immò grauiter peccat præſul ordinarius, ſi ad Tridentini Concilij pręſcriptum bis, aut ter in anno confeſſarium extraordinarium monialibus nō concedat: etiamſi occaſione alicuius Iubilei, vel Bullæ cruciatæ illum habeant; cum enim Tridentinum illud decretum ſit priuilegium monialibus conceſſum, debet operari aliquid præter ius commune ♂ neque vnum priuilegium tollit, nec minuit alterum ꝫ toties igitur peti poteſt, ac concedi debet extraordinarius confeſſarius monialibus, quoties ex vi decreti Tridentini, & ex vi Bullæ cruciatæ, vel iubilei peti, vel offerri poteſt. Fauorabilia ſunt amplianda. Et ſummum ius eſt, quod religioni fauet. *l. ſunt perſona ff. de religioſ. α Trid. ſeſſ. 25. c. 10. β Bordonus r. 5. nu. 11. γ. Greg. XV. Conſt. inſcrutabili ♂ ex Laym. l. 5. tr. 5. cap 4 num. 3. ex Suar. d. 80. ſ. 4. α. β. γ. δ. Pelliz. c. 10. ſ. 3.*

2 Extraordinarius Confeſſarius cōcedēdus eſt monialibus à proprio prę

ſule, cuius iuriſdictioni ſubſunt; ſi tamen exemptæ ſint à iuriſdictione Epiſcopi, confeſſarius his à Prælato offerendus eſt, & ab Epiſcopo Diœceſano approbandus eſt iuxta Decretum Gregorij XV. neque vero in pœnam alicuius patrati criminis poteſt à præſule denegari extraordinarius confeſſarius pro illis vicibus, quibus ex vi Tridentini Decreti debet illum offerre, ac concedere. Priuilegium enim à Superiore conceſſum non poteſt ab inferiore tolli. Quamuis autem confeſſarius extraordinarius vnoquoque quadrimeſtri anni monialibus concedi ſoleat, ſi tamen moniales vnius monaſterij omnes illum petant pro tribus primis menſibus anni, vel alio quouis tempore, debet illis à præſule concedi. Vbi enim ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Licet præſules ſoleant illum extraordinarium confeſſarium monialibus concedere, quem ipſæ vnanimiter petunt; poſſunt nihilominus eum concedere, quem maluerint, etianſi tempore iubilei, alioue tempore alium confeſſarium monachæ poſtulauerint. *Tambur. d. 16. q. 2. nu. 3. Pelliz. l. c. l. præſes ff. de offic. præſid.*

3 Interrogatus confeſſarius, an audiuerit confeſſionem alicuius monialis, quam verè audiuit, & non abſoluit, quod debita præparatione careret; ſi neget ſe illius confeſſionem audiuiſſe, confeſſionis ſigillum frangere videtur; quaſi indirectè dicat, ſe minime illam abſoluiſſe carentem debita diſpoſitione, cum nullam afferat cauſam dilatæ abſolutionis, qualis eſſet, ſi diceret, ab illa inchoatam confeſſionem generalem, ſed non completam mox redituram ad perficiendam, vel ſe aliò vocatum, & mox regreſſum ſe illam non inueniſſe. *Pelliz. Polachus, Phariſæl. & alij.*

4 Confeſſarius ſi timeat, ne præſul veniat in ſuſpicionem perſonæ, pro qua abſoluenda à peccatis reſeruatis venia petenda eſt, poterit per aliquem extraneum petere ab illo poteſtatem abſoluendi à reſeruatis culpis monialem non nominando monaſterium, in quo illa eſt. Sed ſi nec induſtriam hanc profuturam credat ad euitandam ſuſpicionem, debet confeſſam monialem indirectè abſoluere à reſeruatis monendo illam, vt poſtea ab ordinario confeſſario directam abſolutionem petat. *Doct. cit. Diana.*

5 Poteſt etiã confeſſarius extraordinarius eum moniali agere de negotijs temporalibus, & ad confeſſionem Sacramentalem nihil ſpectantibus, etianſi illa confiteri nolit, modo ipſe paratus accedat animo excipiendi cõfeſſiones aliquarum monialium, imò etianſi nulla velit ei peccata ſua confiteri, poteſt ipſe interim vacare componendis diſſidijs, & præbendis ſalutaribus conſilijs, & inſtruendis monialibus circa res ad ſpiritualem profectum ſpectantes; ſufficit enim ſi paratus ad earum confeſſiones excipiendas accedat conceſſis diebus. *Fr. Pelliz. Georgius Polachus, ita Albertus Spinula Teologus Doctor, ac Concionator Somaſchenſis, & Mutius Contínus vir doctiſſimus, & rerum moralium peritiſſimus monialium Confeſſarius, Michael Angelus Phariſellus Doct. Theol. & alij à me conſulti.*

6 Probabile eſt poteſtatem conceſſam confeſſario audiendi confeſſiones per octo dies ad decem dies extendi, *nam dies termini non computantur in termino*. electus confeſſarius monialium ad decem, vel quindecim

dies

dies poteſt totidem diebus continuis non interciſis, ſiue non interpoſitis alijs ad monialium confeſſiones audiendas accedere. Verum ſi vltima die comperiat monialem indigere abſolutione ab aliquo reſeruato crimine, vel longiore confeſsione, à qua expediri nequeat, tam breui tempore, probabile eſt, eum poſt elapſos dies conceſſos poſſe accedere ad abſoluẽdam illam a reſeruato crimine, vel ad audiendum eius confeſsionem incohatam, vel incohandam ſi ipſa ordinario confeſſario peccata aliqua detegere nollet. Tunc enim fas eſt vti epicheia regulæ illi innixa: *qui vult finem, vult etiam media neceſſaria ad finem*. Cautè tamen in hoc euentu agendum eſt. Tutius verò exiſtimo curare, vt ſibi accedendi poteſtas prorogetur.

7 Si confeſſarius extraordinarius ingreſſus monaſterium ad audiendam confeſsionem monialis infirmæ inueniat eam aliquo crimine reſeruato irretitam, vel generalem totius vitæ, vel aliquot annorum confeſsionem facere velle, quam vna die expedire nequeat. Poteſt abſque alia petitione licentiæ monaſterium rurſus alia die ingredi, & obtenta abſoluendi poteſtate confeſſam monialem abſoluere, vel generalem confeſsionem excipere. Idem dicendum eſt, ſi monialis iam confeſſa mox egreſſum è monaſterio confeſſarium reuocet, vt peccatum, cuius oblita eſt, cõfiteatur. Cum enim id fiat continuo, vnicus moraliter eſt ingreſſus, quamuis phyſicè multiplex cenſeatur. Haud ſecus ſi ingreſſus Sacerdos monaſterium ante auditam totam monialis confeſsionem ex graui cauſa euocaretur, poteſt negotio peracto rurſus abſque alia licentia monaſterium ingredi ad confeſsionem integrè excipiendam. Et ſi inueniat monialem ſymptomate correptam non poſſe loqui, poteſt exire ad aliud agendum, & rurſus ad audiendam monialis confeſsionem regredi clauſtra monialium ingrediendo. *Hæc Franc. Pelli*Z*zarius cap.* 10. *ſ.* 3. *num.* 263. *Zanettus, & Ciarlinus, & alij Theologi conſulti*.

8 Confeſſarius ingreſſus ad excipiendam confeſsionem vnius monialis, vel ad miniſtrandum ei aliud Sacramentum, ſi aliam monacham ęgrotantem ibidem inueniat, quæ confiteri velit, poteſt illam audire, & abſoluere, quamuis confeſsio diuſit duratura, & poteſtas ingrediendi monaſterium ad vnam tãtum monialem audiendam conceſſa illi fuerit; epycheia enim hic locum habet, & confeſſarius extraordinarius eſt approbatus pro omnibus monachis eiuſdem monaſterij.

9 Confeſſarius poteſtatem habens audiendi confeſsiones monialium ad decem dies, ſi ſex primis diebus omnium confeſsiones audierit, reliquo etiam tempore poteſt ad eas accedere, ſi velit. eſt enim adhuc confeſſarius illarum, ſi accedat ipſe paratus ad audiendas earundem confeſsiones quæ fortè iterum accedant; & hoc verum eſt, quamuis receſſerit animo non amplius reuertendi, idque monialibus ſignificauerit, verum accedere ad illas rurſus non expedit, niſi intra præſcriptum tempus accerſatur. Cęterum confeſſarium extraordinarium eum deligendum eſſe cenſeo, quem moniales ab Antiſtita conuocatæ pluribus ſuffragijs ſibi depoſcunt; quanquam ſi alius confeſſarius bono ſpirituali alicuius monachæ expediret,

cui illa confidentius, ac ſincerius confiteretur, & à quo opportuniora remedia aduerſus animi morbos acciperet, poteſt illi concedi; Hoc tamen nonniſi raro permittendum: debet autem extraordinario confeſſionum exceptori concedi facultas abſoluendi ab omnibus peccatis præſuli reſeruatis, ne duplicem laborem ferre cogatur, & audiendi confeſſiones, & adeundi præſulem toties, quoties peccatum reſeruatum occurerit, & ne ſacrum confeſſionis ſigillum periclitetur, propter quod etiam caueat Sacerdos, ne de culpis in confeſſione auditis generatim etiam extra confeſſionem coram ipſis, vel eorum præſule loquatur, vt tollatur omnis ſuſpicio reuelationis peccatorum.

10 Si quæ moniales ægrotantes morbo impeditæ fuerunt, quominus ad confeſſarium extraordinarium accederent, poſtquam conualuerunt, poſſunt iure ſuo poſtulare confeſſarium extraordinarium, & præſul debet hunc illis concedere, alioquin non omnes moniales gauderent priuilegio à Tridentini Concilij patribus ſibi conceſſo.

11 Confeſſarius extraordinarius monialium non debet abſque ſpeciali conceſſione coram illis concionari, eiſque Euchariſtiam miniſtrare, niſi probabiliter credat ex circunſtantijs præſulis, à quo miſſus eſt, adeſſe conſenſum, ſiue tacitam conceſſionem, quam alicubi adeſſe conſuetudo declarat. Nam conceſſio vnius non inuoluit conceſſionem alterius, quando vnum neceſſariam non habet cum altero connexionem: neque verò expedit confeſſarium coram monialibus, quarum confeſſiones excepit, concionari.

12 Non poteſt Epiſcopus concedere confeſſario extraordinario monialium poteſtatem abſoluendi ab hæreſi, generatim moniales alicuius monaſterij, quia talis conceſſio eſſet delegatio vniuerſalis, quod ad illud monaſterium pro omnibus caſibus hæreſeos, nam delegatio eſt vniuerſalis, quando eſt ad aliquod genus caſuum continens ſub ſe plures ſpecies, etianſi ſit reſpectu alicuius loci certi, α nec eſſet commiſſio nudi miniſterij, ſed ſubſtitutio Vicarij pro illo monaſterio ad abſoluendum ab hæreſi, poteſt quidem Epiſcopus concedere poteſtatem ſpecialem abſoluendi ab hæreſi occulta in certo aliquo caſu, vel decernendo pœnitentiam iniungendam pœnitenti, vel relinquendo id arbitrio confeſſarij, β quandoquidem Tridentinum Concilium, γ concedit Epiſcopis poteſtatem abſoluendi per ſe ipſos, vel per Vicarios ſpecialiter deputatos à caſibus reſeruatis excepta hæreſi. Pro cuius abſolutione non poteſt conſtituere Vicarios, ſed delegare valet poteſtatem ſpecialem hoc eſt miniſterium committere, non iuriſdictionem generalem, neq; enim per Bullam Cœnæ Epiſcopis adempta eſt poteſtas abſoluendi ab hæreſi δ à Tridentino Concilio illis conceſſa γ *Triden. ſeſſ. 24 c. 6.* β *Nau. t. 4. conſ. 15. q. 3. conſ. 11. q. 3. de priuileg. Rodriq. Sanch. l. 2. c. 11. num. 24.* α *Bald. l. ſolet num. 1. q. 4. ff. de iuriſd. Alexan. n. 9. Socin. l. mare n. 40. eod. tit. Bertachin. v. delegatus. Sanch. l. 3. 1. Dard. in Clem. 1. q. 2.* δ *Nauar. l. 1. conſil. 1. & 15. q. 2. & 3. Sanch. l. 2. Decal. c. 11. Henr. l. 6. c. 14. Rodriq. Sancta-rel. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. Fagund. Th. del Bene. Vegha, Azor p. 1. l. 8. c. 10. q. 11. Sa. Paſqual. q. 93. & alij*

con-

Digitized by Google

*contra Guttier. Suar. Ledeſmam & Angl. Liam. Ban Vela. Arag. Sà, Rodr. Nugn. Zerol. Gom. Henriq. Guttier. Ledeſma, Portel. Fernand. Fagund. Nauar. Souſa, Granad. Io. Sanch. Boſſ. Beia, Campeius, Galiard. Ceual. Putean. Del bene contra Barboſam, Dianam, & alios.*

13 Licentiam alloquendi monachas conceſſam regularibus etiam ad ſocios, ſeu & comites eorundum extendi probabilis ſententia eſt, quia de connexis idem iudicium ſit *a*; ergo quod regulari conceditur, & ſocio concedi videtur. ſic licentia viſitandi ſepulchrum Chriſti extenditur ad ſocium à ſuperiore aſſignandum, & gratia Domino conceſſa ad familiares extenditur, & quidem vrbanitas ipſa poſtulat, ne ſocius tanquam elingius, & mutus maneat, præſertim ſi interrogetur, & ſi iuſta cauſa adſit verba aliqua interſerendi. & fauorabilia ſunt amplianda *a exc. trans lato de conſtit. Rodriq. tom. 3. q. Reg. 6. a. 2. Tambur. d. 26. q. 3. num. 2. Peyrin. tom. 3. ad Conſtit. Pij V. c. 6. Riccius r. 745. & alij.* Contrariam ſententiam non improbabilem exiſtimo, quia Regularis, & ſocius non ſunt connexi in allocutione cum monialibus. idem autem iudicium ſit de connexis in eo, in quo ſunt inſeparabiliter connexa *l. cum actum ff. de negot. geſt. Aretin. in c. translato de Conſtit Alex Neuius, Imola c. 139. Menoch. c. 421. Surd. t. 9. q 31. Gratian. c. 641. Pacian. Scaccia. Craueta, Boer. Couar. Paſq. q. 159. & alij.*

14 Vicarij Epiſcoporum, & præſules ſeculares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſi abſque neceſſitate ingrediantur interiora monialiũ clauſtra, incidunt in pœnas aduerſus violatores ſacræ clauſuræ à Gregorio XIV. ſtatutas; lex enim vniuerſalis, qualis eſt Gregoriana Conſtitutio anno 1581. die 23. Decembris edita, omnes obligat, vt conſtat ex ipſius verbis, *ità Paſqualig. quaſt. 159. contra Sanch. lib. 6. cap. 16. ſumma Pelliz. cap. 5. ſ. 3. num. 113.*

15 Moniales non poſſunt inducere aliquam conſuetudinem, quæ apud ipſas vim legis habeat, quippe quæ non habent poteſtatem condendi leges, nec iuriſdictionem; mulieres enim ſecundum naturam ſuam viris ſubiectæ eſſe debent, *ex Gen. cap. 3. Bartol. conſil. 136. Alexan. cap. 173. Roland. cap. 5. num. 74. & 76. Tiraquel. Greg. XV. deciſ. 162. Abbas conſ. 53. num. 2. par. 2. & in c. cum tanto num. 8. de conſuet. Bald. Socin. cap. 7. Paſqual. d. 415. & alij.*

16 Qui ad excipiendas monialum confeſſiones extraordinarius accedit, videat primò Regulas, & Conſtitutiones ordinis, cuius ſunt moniales, præfectam illarum principio alloquatur, eamque interroget; num ei occurrant aliqua ad ſpirituale bonum monaſterij, & monialium ſcitu neceſſaria, vel quæ præſenti remedio indigeant: ne confeſſarij ordinarij, aut præſulis, cui illæ ſubſunt, familiarem ſe oſtendat, excuſet confeſſarium ordinarium, & Antiſtitam, quantum poteſt circa ea, quæ illis objiciuntur contra famam, & doctrinam, & reprehendat eas, quæ confeſſarij ſui minima quæque inueſtigant, ac referunt: nullum eius dictum, aut factum carpat. Non permittat confeſſiones generales non neceſſarias: patienter, & benignè audiat moniales intima cordis ſui arcana detegentes, ne ſe moroſum, nec moræ impatientem,

ne

ne feſtinãtem in audiendis illis oſtendat, neque illas hortetur, vt ſe quam citiſſimè expediant, niſi neceſſitas aliqua hoc poſtulet. Ne ſinat confitentem narrare extranea, & ad confeſſionem nihil ſpectantia; cum omnibus æqualiter agat ſine perſonarum acceptione: curandis vitioſis animarum morbis opportuna ſuggerat remedia, ſalutaria præbeat conſilia, ne ſe miſceat negotijs temporalibus monialium, nec rebus monaſterij curas ſuas interponat; ſed prudenter ſe ſubtrahat. Nec de ijs cum ſæcularibus, vel alijs monialibus locuturum ſe promittat. De rebus ad confeſſionem nihil ſpectantibus, nec neceſſarijs monialem non interroget, ne nomen, cognomen vel patriam alicuius requirat, nec calamum, nec atramentarium ad ſcribendum poſtulabit, & moniales ipſæ ſi offerant, dicet, ſe nihil de his laborare, ſedulò agat, vt omnes ad confeſſionem accedant; ne ab vna moniali quærat aliarum defectus, & animi morbos. Si qua non animo confitendi peccata, ſed benedictionem ab ipſo accipiendi ſe confeſſario ſiſtat, tandiu eam aliqua honeſta arte detineat, quandiu in audiendis per iuſtam confeſſionem culpis detinuiſſet, ne prodantur illæ, quæ extraordinario confeſſario indigent, interim monita aliqua ſalutaria ad acquirendas virtutes, ad extirpanda vitia, ad bene fundendas Deo preces, ad perfectionem acquirendam dari illis poſſunt, antequam dimittantur. Ita fortè fiet, vt confiteantur, quæ antea confiteri nolebant. Præcepta, & decreta præſulum ad monialium ſalutem, & ad monaſterij bonum ſpectare, & ideò obſeruanda eſſe doceat, nunquam laxet, neque remittat, quæ ordinarius præſul reſtringit, & intendit. Auerſionem animorum à Superiore tollere conabitur, & moniales, vt illum loco parentis habeant, & obſeruent, eique vt Dei vicem gerenti obediant, & confeſſarium ſuum cum omni fiducia, vt oues paſtorem adeant, audiantque, illud D. Pauli obſeruet: *Prædica, verbum inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina*, 2. ad Timoth. 4.

## Monita ſalutaria monialibus à Confeſſario identidem opportunè ſuggerenda. Cap. XXXIX.

1 COgita frequenter, Dei famula, ad quantam dignitatem vocata fueris, vt ſis ſponſa Chriſti, quanto te Chriſtus honore dignatus ſit. *Agnoſce dignitatem tuam, & noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire.* Sponſam Dei decet eſſe ſine macula, ſine ruga, omnium igitur culparum ſordes diligenter, etſi quas maculas contraxiſti, pænitentiæ aqua, ſeu lacrymis abſterge, vt cæleſtis ſponſi tui oculis tota pulcra, tota formoſa, & omnis expers maculæ appareas, vt de te poſſit ille dicere: *tota pulcra es amica mea, tota pulcra es, & macula non eſt in te* (Cant. 4. 7.)

2 In omnibus abnega voluntatem tuam tam in ijs, quæ ad animum, quã in ijs, quæ ad corpus ſpectant, vt verè cum Paulo Apoſtolo dicere poſſis, *mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo* (Gal. 6.) *viuo autem ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus* (Gal. 2.) ſic per continuam tui abnegationem mundo morere, ſoli Deo viue, cui ſeruire, regnare eſt. Obſerua illud olim

D. An-

Digitized by Google

D. Antonio dictum. *Quæris Deo placere? ora, & dum orare non poteris, labora, & ſemper aliquid facito.* Nunquam te Tartareus hoſtis non aliquo bono operi vacantem inueniat; vt de te dici illud poſſit. *Panem otioſa non comedit*, Prou. 31.

3 Ad ſacram cæleſtis agni menſam frequenter accede, & panem illum Angelorum ſumma animi deuotione comede, *qui dat manducantibus ſe ſpiritus pinguedinem*. Quæ ſpectant ad Dei cultum, & ad ſalutem, & profectum tuum primum inquire, ac cura ſecundum Chriſti conſilium *quærite primò regnum, poſthac omnia adijcentur vobis*, in omni loco memento Deũ tibi adſtare præſentem; Nam, vt ait Eccleſiaſticus 23. *oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes*: ſcribe, & ſcriptum tene in cubiculo immò in corde tuo: *Deus te videt*. Ne igitur audeas præſente Deo, quod præſente homine non auderes, vt monet D. Bernardus, ne audeas quidquam vidente te Deo, quod non auderes in conſpectu hominum.

4 Viue quaſi quotidie moritura, & de factis tuis rationem redditura, & dum aliquid agis, dicito *ſi modo moritura eſſes, faceres iſtud?* & iuxta illud Horatij l. 1. ep. 4. *omnem crede diem tibi illuxiſſe ſupremum, memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis*, inquit Eccleſiaſtes 7. ſemper ante oculos tuos verſetur vltimus dies, vt facilius ab omnibus vitijs abſtinere valeas.

5 Si quandoque de non commiſſa culpa argueris, vel ſi quando abſque tua culpa aliquid pateris, patienter ſuſtine; nam, vt D. Petrus 1. c. 2. ait, *quæ vobis eſt gloriatio, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? ſed ſi bene facientes patienter ſuſtinetis, hec eſt gratia apud Deum*. Melius eſt cum Chriſto innocenter, quàm cum bono latrone iuſtè crucem pati.

6 Conſcientiam tuam integrè, candidè, ac ſincerè Sacerdoti, cui peccata confiteris, aperi, & maximè tentationes, quibus aſſiduè pulſaris; nam, vt monet apud Caſſianũ Abbas Moyſes, *ſuggeſtiones eius noxiæ dominantur in nobis, quandiu celantur in corde; illico enim, vt patefacta fuerit, cogitatio maligna, marceſcit*, D. Philippus Nerius pœnitentibus ſuadebat, vt quoties a maligno ſpiritu tentarentur, minarentur, ſe illum accuſaturos Philippo; conuitia in tentatorem iacta. Illud in ore ſæpè habeas: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuãdum mè feſtina*.

7 Vt in loquendo ſis ſemper circumſpecta, ne Deum, ne proximum tuum verbo lædas, dic cum Regio pſalte (Pſal. 140.) *pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis*.

8 Illud Diui Iacobi 1. dictum menti tuæ ſemper hæreat: *ſi quis ſe religioſum cogitat non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio*. Obſerua monita illa, quãuis paradoxa B. Ægidij, *ſi vis bene videre, erue oculos tuos, & eſto cæcus, ſi vis bene audire, eſto ſurdus, ſi bene loqui, eſto mutus, ſi bene ambulare, abſcinde tibi pedes, ſi bene operari, mutila tibi manus, ſi bene amare, habe te odio, ſi bene viuere, te mortifica, ſi bene lucrari, diſce perdere, ſi vis eſſe diues, eſto pauper, ſi vis eſſe in delicijs, te affligge, ſi vis eſſe ſecurus, ſemper time, ſi vis exaltari, te demitte, ſi*

*vis*

Digitized by Google

*vis honorari, deſpice te, & honora te deſpicientes, ſi vis frui bono, ſuſtine malum, ſi vis eſſe in quiete, labora, ſi vis benedici, deſidera maledici, vt ſis humilis, & pauper ſpiritu, ſperne nullum, ſperne te ipſam, ſperne ſperni.*

9 Eſto obediens, vſque ad mortem propter eum, qui pro ſalute tua, *factus eſt obediens, vſque ad mortem, mortem autem crucis:* non ad oculum, & & tanquam hominibus placens, ſed tanquam Deo, antiſtitæ tuæ, & pręſuli tuo obtempera. Caue, ne propter aliquam rem officio tuo vnquam deſis. Apoſtolum audi ſic Galatas 1. alloquente: *anquæro hominibus placere? ſi adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.*

10 *Ne innitaris prudentiæ tuæ,* inquit Salamon *Prou.* 3. ne ſenſu tuo innitaris, ſed in arduis, ac dubijs rebus conſilium pete, memento, *vbi ſunt multa conſilia, ibi eſſe ſalutem*, Prou. 15. ſi qua diſcordia interte, & aliam ſororem nata fuerit, ſtatim per te ipſam, vel per aliquam ex monialibus grauioribus, vel per confeſſarium pacem require, ſi quam offendiſti, veniam pete, & ſecundum illud Apoſtoli ad Epheſios 4. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram*, quàm facile eſt dicere ſorori offenſæ, *ignoſce mihi, & ora Deum pro me*, ſic ſatisfacis ſorori, ac Deo.

11 Ne ſis magis amica, & familiarior vni, quam alteri, ſed Deum imitare, apud quem teſte Apoſtolo ad Rom. 2. 11. *non eſt acceptio perſonarum*, & Chriſtus rediuiuus ſtetit in medio Diſcipulorum, non vni magis, quàm alteri adhęſit vt officio tuo rectè fungaris, ſiquid pateris, ęquo animo ſuffer; nam, vt ait D. Petrus 1. 2. *ſiquid patimini propter iuſtitiam, beati.* Hoc diuinum paradoxum eſt, beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; *quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum* Math. 5.

12 Peccandi occaſiones, & pericula diligenter euita, morborum tam ſpiritualium, quàm corporalium *Principijs obſta, ſerò medicina paratur,*
*Cum mala per longas inualuere moras.*

13 Commiſſum tibi munus promptè, & hilari animo exequere, *hilarem enim datorem diligit Deus* (2. Corinth. 9.) *ſeruite Domino in lætitia*, inquit Dauid, & Paulus ad Philip. 1. ſcribit *gaudete in Domino ſemper, iterum dico, gaudete*. Nam ſi ęgre, & inuita mandata exequeris, nihil apud Deum merebis, ſed ſimilis eris illis, qui dixerunt, *per totam noctem laborantes nihil capimus*. Luc. 5.

14 Sęcularium commercia, quantum potes, euita; nam teſte Ambroſio, *decet ſolitudo verecundiam, & gymnaſium pudoris eſt ſecretum*, ab ſconditas ſęcularibus decet eſſe virgines, quæ in ſacris literis ex Hebręo codice *abſcondita* dicuntur, *ſemper te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant*, inquit Hieronymus ad Euſtochium, *ſemper tecum ſponſus ludat intrinſecus, oras, loqueris ad ſponſum, legis, ille tibi loquitur; ab eo audies: Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, fons ſignatus*. Facilius eſt domi latere, quam ſe foris ſufficienter cuſtodire; nemo ſecurè apparet, niſi, qui libenter latet. *Caueas tumultum hominum, quantum potes: multum enim impedit tractatus ſecularium geſtorum, etiamſi ſimplici intentione conferantur; cito enim inquinamur vanitate, & captiuamur*, inquit Thomas Kempius. Chriſtus prohibuit Magdalenæ. Ne eum tangeret, vt exem-

Digitized by Google

exemplo ſuo doceret quomodo mulieres ſe gere debeant, cum viros alloquuntur, cum ſecularibus præſertim viris nunquam, niſi aſſiſtentibus auſcultatricibus loquere, & ea circumſpectione vtere, ac ſi Chriſtus ex improuiſo accedens dicturus ſit: *qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem*, loquere, quæ religioſam Chriſti ſponſam decent, à verbis otioſis, & nugis abſtine, nam quæ in ore ſecularium ſunt nugæ, in ore religioſorum ſunt veluti blaſphemiæ, ſit tibi cella cœlum, & ſolitudo Paradiſus,

*Pax eſt in cella, foris autem plurima bella.*

quando ſeculares alloqueris, ſpirituales intermiſce, qui pietatem, religionem, animi demiſſionem, aliaſque virtutes redoleant, vt verè cum Paulo (2. ad Corinth.) dicere poſſis: *Chriſti bonus odor ſumus.*

15 Ne quidquam, vel boni ad oſtentationem facias, ne boni operis meritum perdas ſimilis illis, qui ieiunantes, vt viderentur ab hominibus, & laudarentur, inanis glorioſæ ſtudio decepti *receperunt, mercedem ſuam* S. Math. 6. *non qui ſe commendat, à Deo probatus eſt; ſed quem Deus commendat.* (2. Corinth. 10) ideo laudes hominum non accipe, propter Deum cuncta operare: & cum Dauide dicas: *nonne retributio mea Dominus*: non aliam mercedem operum tuorum, niſi Deum ipſum require; qui Abrahamo dixit (Geneſ. 15.) *protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.*

16 Otium, vitiorum omnium ſeminarium euita, & quemadmodum monet Eccleſiaſtes 9. *quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare.* conſilium Diui Pauli exequere, dum tempus habes, operare bonum, operare, dum vitæ dies eſt; veniet enim nox mortis, cum non amplius mereri quicquam poteris, & dicetur tibi, *redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare* (Luc. 16.) ad radicem arboris tui poſitam ſecurim imminere exiſtima, vbi exciſa cadet, arbor manebit.

17 Erga ſorores omnes, & præſertim ægrotas, & afflictas quæcunque potes, charitatis officia exhibe, memor ſententiæ à Chriſto Iudice proferendæ: *quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis* (Math. 25.) ne putes te abſque operibus bonis in loco ſancto ſanctam fore, nam, vt dixit D. Auguſtinus ſermone 27. ad fratres in Eremo: *locus non facit ſanctos, ſed operatio bona locum ſanctificat. Peccauit enim angelus in Cœlo, peccauit Adam in Paradiſo, & tamen nullus locus ſanctior illis erat ſi habitatorem loca beare poſſent, nec homo, nec Angelus à dignitate corruiſſent.*

18 Recogita, qualis de ſeculo exiuiſti, & quo ſpiritu monaſterium ingreſſa es, *ad quid veniſti*, & nouo concepto ſpiritus feruore cum Dauide dicas Pſal. 76. *Dixi, nunc cæpi, hæc mutatio dexteræ excelſi*, inordinatos animi affectus rationis fręno coerce; tam intellectum, quàm voluntatem, abnegatione tui ipſius, confeſſarij, & antiſtitæ tuæ imperio, ac iudicio ſubmitte. Carnem tuam ieiunijs, abſtinentia, & moderata caſtigatione ſecundum cõfeſſarij conſilium edoma, ac mortifica, vt poſſis cum Dauide ipſi Deo dicere: *propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* ſuper omnia, vt monet te Eccleſiaſtes 12 *Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo.*

Co-

Coram Superioribus,& antiquioribus parcè loquere, iuſta illud: *in medio ſeniorum ne adijcias loqui* ( Eccleſiæ 11. 8.)

19 Corporis ornatum religioſæ ſimplicitis limites excedentem abhorreas, vnam animæ tuæ pulchritudinem affecta, & cura; nam, vt dicit Apoſtolus (1. Corinth. 7.) *mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu; quæ autem nupta eſt, cogitat, quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro*; dedecet vanū corporis decorem affectari à ſponſa illius, cui teſte Iſaia 53. *non eſt ſpecies, neque decor, qui eſt deſpectus, & nouiſſimus virorum, vir dolorum, & ſciens infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, vnde nec reputauimus eum*, omnes delicias, ac voluptates carnis effuge; *non enim decet ſub capite ſpinoſo membrum eſſe delicatum*, vt monet D. Bernardus: pudeat te conuerſam ad Deum minori ſtudio iuſtitiam,& reliquas virtutes ſequi, quàm antea iniquitatem ſectabaris in ſęculo, *pudeat negligentius nunc in vitam, quàm prius in mortem ire, & minori ſtudio ſalutis acquirere, quam perditiones augmentum*. D. Bernardinus ep. 140. huius cogitationis ſtimulo ad religioſæ perfectionis ſtudium te frequenter excita.

20 *Ante orationem præpara animum tuam, & noli eſſe, quaſi homo tentans Deum*, inquit Eccleſiaſtes 18. Deum oratura præſentem ipſum ſumma animi demiſſione adora, & verbis illis Abraham vtere (Gen. 18.) *loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis*, enixè a Dèo pete, vt quęcunque ea die, & toto vitæ tuæ tempore es cogitatura, locutura, factura, ac toleratura, cedant in maiorem ipſius laudem, honorem, ac gloriam, ſecundum illud D. Pauli conſilium: *ſiue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliqud aliud facitis, omnia ad Dei gloriam facite*, quando horarias preces recitatura odęum ingrederis, cogita te intrare cœleſtem curia, *in qua Rex Regum ſtellato ſedet ſolio*, circunſiſtente innumerabili, & ineffabili beatorum ſpirituum exercitu; *quanta ergo reuerentia, quanto timore*, inquit Bernardus, *quanta illius humilitate accedere debet a palude ſua procedens, & repens ranuncula vilis? quàm tremebundus, quàm ſupplex, quàm denique humilis, & ſolicitus, & totus intentus animo maieſtatis gloriæ in præſentia Angelorum, & in concilio iuſtorum, & Congregatione aſſiſtere poterit miſer homuncio?* Conſidera Sanctos Angelos adſtare orantibus, offere preces,& vota hominum Deo, vbi ſine ira, & odio eos puras manus eleuare viderint. Time igitur, ne deſidiam tuam, quandoque adominantes cum indignatione recedant. Tunc ſi à te boni ſpiritus diſceſſerint, quomodo impetus malignorum ſpirituum ſuſtinebis? caue omnem mentis euagationem, ac ſomnolentiam in oratione; nam vt ait D. Cyprianus de Oratione Dominica, *Quomodo te audiri à Deo poſtulas, cum te ipſum non audias? vis Deum memorem eſſe tui, quando tui ipſe memor non ſis? hoc plane eſt vigilare oculis, & corde dormire. Eum debeat Chriſtianus, cum dormit oculis, corde vigilare, ſicut ſcriptum eſt; ego dormio, & cor meum vigilat* (Canth. 5.) Alloquitur te Deus in Pſalmo, quem canis, & tu Deum, attende igitur, quid ille tibi, & quid tu illi dicas. Et quamuis latinas preces non intelligas, ſcito tamen illas



Digitized by Google

terrere, ac fugare dæmones. *Quoniam ſicut incantator licet verborum, quæ dicit, virtutem non intelligat, ſerpens tamen audit, & intelligit ea, iiſque ſubijcitur, & ſe ſubmittit incantanti, ſic & nos quamuis virtutem eorum, quæ loquimur, ignoremus, dæmones tamen audientes, ea intelligunt, terrentur, atq; diſcedunt*, vt Abbas Paſtor cuidam conquerenti ſe preces Eccleſiaſticas non intelligere reſpondit. Ijs, qui voluntariè in recitandis precibus diſtrahuntur puta Chriſtum dicere, quod olim Apoſtolis (Matth. 26.) *ſic non potuiſtis vna hora vigilare mecum?* Spinea Chriſti corona ceu vallo præmuni caput tuum aduerſus importunas cogitationes, dum oras. Sic teſte Athanaſio *ſpineam coronam geſtat Dominus, vt homines in ſecuritatem aſſereret, quæ in precibus mentem inconcuſſam poſſiderent. Tanto opus fuit vallo, vt mens humana ſe quieta in precibus contineret. Si omnia tempus habent*, habeat, & oratio tempus ſuum. *Age quod agis*, ita funde Deo preces, ac ſi eo die, quo oras, nihil aliud ſis actura, ſane nihil tua magis intereſt, quàm bene Deum orare, ac laudare.

21 Aduerſus vitium, à quo te infeſtari maximè cognoſcis, omnem conatum adhibe, vt illud expugnes, eo victo mox alia Deo auxiliante deuinces, & vt in Exodi 3. libro legitur, *Dominus Deus tuus conſumet nationes has in conſpectu tuo paulatim, & per partes, non poteris eas delere pariter*. Contra vitia quotidianam diſcuſſionem conſcientiæ inſtitue, & pugna, donec vincas, vt verè cum Dauide dicas (Pſal. 17.) *perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant*; quanquam, vt Seneca monet, *contra vitia pugnamus, non vt penitus vincamus, ſed ne vincamur*. Sufficit, ſi ad inſurgentis vitij motus facillimè comprimendos, vires acquiramus, quando peccata tua confeſſura es, reditum filij prodigi ad patrem imitare dicens cum eo: *ſurgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, pater peccaui in cælum, & coram te, & iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis* (Luc. 15.) vel cum publicano pectus tuum tundens dicas: *Deus propitius eſto mihi peccatori*. (Luc. 18.) vel cum Dauide dicas: *peccaui Domino*, vt merearis audire, tibi dimiſſa eſſe peccata. *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum*. (2. Reg. 12.)

22 Pios, ac ſacros libros tanquam Epiſtolas à Deo miſſas perlege. *De illa Ciuitate, vnde peregrinamur, literæ nobis venerunt, quæ nos hortantur, vt bene viuamus*, inquit Auguſtinus in Pſalmum xc. idem confirmat D. Gregorius *libro IIII epiſt. Lxxxiv. Quid eſt inquit ſcriptura ſacra niſi quædam epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam? ſi quis ſcripta terreni Imperatoris acciperet, non ceſſaret, nec quieſceret, ſomnum oculis non daret, niſi prius quid ſibi Imperator terrenus ſcripſiſſet, agnouiſſet. Imperator cæli, Dominus hominum, & Angelorum pro vita tua tibi Epiſtolas ſuas tranſmiſit, & tu, glorioſe fili, eaſdem epiſtolas ardenter legere negligis?* ſic reuerenter audi Euangelium, ac ſi præſentem Dominum audires; idcirco enim dum Euangelium legitur, ei aſſurgunt omnes, quaſi Chriſtum Dominum venerantes, ſimulque ad cæleſte regnum, quod in eo promittitur, anhelantes. Verbum Dei, quod concionibus ſacris tibi annunciatur, libenter audi, idque vt teſſeram tuæ prædeſtinationis habe,

be,

Digitized by Google

be, dicente Domino, *qui ex Deo eſt, Dei verba audit*; omnis ſermo Chriſti excolendæ pietatis, & acquirendæ & obeundæ virtutis regulam tibi proponit. Chriſtum virtutum omnium exemplar imitare, *inſpice, & fac ſecundum exemplar*. Verbum Dei lege, & vel audi non intentione addiſcendi res nouas, ac curioſas, ſed percipiendi inde fructum ſpiritualem, & monita ſalutis, vtque monet Auguſtinus, *lectionem diuinam adhibeas ſpeculi vice, vt ibi velut ad imaginem ſuam anima reſpiciat, & vel fœda quæque corrigat, vel pulchre plus ornet*. Diuinum verbum attente audi animo faciendi, quæ tibi concionator ſuadet, nam vt docet D. Iacobus c. 1. *ſiquis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo; conſiderauit enim ſe, & abijt, & oblitus eſt ſtatim, qualis fuerit*, & Diuo Paulo teſte, *non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificantur*. Diuum Antonium imitare, qui cum olim audiuiſſet illud Chriſti conſilium, *ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus*, ad illud ſtatim exequendum propeꝛauit. Si vis legendo libros ſacros proficere tibi, *hauriendus eſt ſæpe de lectionis ſerie affectus, & formanda oratio, quæ lectionem interrumpat, & non tam impediat interrumpendo, quàm puriorem continuo animum ad intelligentiam lectionis reſtituat*, vt ſuadet D. Bernardus, quæ legis non tam intellectu percipe, quam affectu complectere.

23 Coronam ſpineam in terris eligę geſtandam, vt olim Catharina Senenſis in cœlo gemmeam acceptum. *Alterutram cape, Chriſtus ait, Catharina, coronam.*

*Spinea ſiue magis, gemmea ſiue placet.*
*Spinea ſerta capit, non gemmea virgo. cur? inſons.*
*Flores non ſpinas huic ſua terra parit.*
*Seu ſpinis cingi voluit ſibi tẽpora ſponſi*
*Spinoſum referat quo caput ipſa ſui.*
*Nec iam ſerto dolent huic, quamuis ſpinea. nempe*
*Reddita ſunt tactu mollia, Chriſte, tuo.*

*Contende intrare per anguſtam portam* vt monet Chriſtus (Lucæ 13.) *arcta eſt via quæ ducit ad vitam, lata, quæ ad perditionẽ*; ſi vis euadere laqueos, quibus plenus eſt totus mundus, teſte D. Antonio, eſto humilis, diſce à Chriſto humilitatem, ac manſuetudinem, & poteris cum regio pſalte dicere. *Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus* (Pſal. 123.)

24 Ne te clauſuræ tædeat. *audis ab ſponſo: hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. caue, ne domo exeas*; inquit Hieronymus ad Euſtochium; *& velis videre filias regionis alienæ. Dina egreſſa corrumpitur, nolo te ſponſum quærere per plateas, nolo te circumire angulos ciuitatis. foris vagentur virgines ſtultæ. Tu intrinſecus eſto cum ſponſo. Zelotypus eſt Ieſus, non vult ab alijs videri faciem tuam*. cogita quid olim acciderit ſponſæ de ſe dicenti: *per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea. Quæſiui illum, & non inueni.* Cant. 3.

Mo-

# Monita ſanctimonialibus nouitijs à confeſſario ſuggerenda. Cap. XXXX.

24 TV quoque nouitia ſanctimonialis, vel candidata Religionis, quæ inter Chriſti diſcipulas, ſponſaſque adſcribi cupis, Caue, ne nimio affectu, amore parentum, conſanguineorum, & affinium capta ad ſæculum reuertaris, audi Chriſtum dicentem (Lucæ 14.) *ſi quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem, & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* memento, Chriſtum inter cognatos, & notos non fuiſſe inuentum (Luc. 2.) *audi filia, & vide, & inclina aurem, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Pſal. 44. parentes te à religione auertere conantes ne audi, ſed Hieronymum Heliodoro hæc ſcribentem lege: *licet paruulus è collo pendeat nepos, licet ſparſo crine, & ſciſſis veſtibus vbera, quibus te nutrierat, mater oſtendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola.* Gaude religioſo ſtatu tanquam certo diuinæ prædeſtinationis ſigno. Vadem tibi exhibeo D. Laurentium Iuſtinianum de religioſo ſic loquentem. *Securè ſperet poſt hanc peregrinationem ad illam ſupernam intrare Ieruſalem; quicunque in iuſtorum congregationem fuerit vocatus. Magnum quippe electionis inditium eſt huius fraternitatis habere conſortium, facileque ab illa excluditur, qui ab hac fuerit ſegregatus.*

26 Ne vnquam referas alteri, quæ ab alia aduerſus ipſam dicta, vel geſta ſunt; quoniã, vt ait Salomon. Prou. 6. *ſex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimũ deteſtatur anima eius, eum qui ſeminat inter fratres diſcordias,* audi, quid Eccleſiaſtes 21. de ſuſurrone dicat. *Suſurro coinquinabit animam ſuam, & ab omnibus odietur, & qui cum eo manſerit, odioſus erit.* Deterior eſt, qui refert, quàm qui infert iniurias, vt D. Baſilius homilia nona de ira oſtendit. Peccant ſuperiores religioſi, & monialium præfectæ, qui aures præbent referentibus nominatim leues murmurationes, quæ de ipſis per clauſtra circunferuntur; quia huiuſmodi delatores, ac delatrices pacem, & quietem perturbant, vt ex D. Hieronymo oſtendit Giragus libro de regimine Regularium. Laudatur à Martiale Domitianus Cæſar, qui delatores in Gyarum Inſulam relegauit. Ijs, quos iniquè famæ tuæ detraxiſſe audiueris, dic cum Paulo (1. Cor. 4. 3.) *mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, ſed neque me ipſum iudico. Detrahentem nolito audire, ne ſuſtollaris,* inquit Salamon. (Prou. 20.

27 Priuatas amicitias tanquam religioſæ ſodalitatis peſtem euita; ideo D. Baſilius ſermone de inſtit. Monachorum hæc ait. *Si quis inuentus fuerit, qui maiori quadam animi propenſione Monachum Fratrem, vel propinquum, vel alium quemuis quauis de cauſa videatur diligere, hunc caſtigare oportebit, vt iniurium publicæ charitati.*

28 Caue ne tepiditas ſpiritus, & obſeruantiæ regularis remiſſio ſubrepat, ne te Deus euomat, ac reijciat. Audi Deũ de tepido ſic loquentẽ (Apoc. 3.)

V vti-

*vtinam frigidus eſſes, aut calidus, ſed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* vide, ne maledictioni illi te obnoxiam reddas. *Maledictus, qui opus Dei facit negligenter.* (Ierem. 48.) ne ex ore tuo exeat, quę Gerſone teſte *vox multorum eſt, ſufficit mihi vita communis, ſi cum imis ſaluari potero, ſatis eſt. Nolo merita Apoſtolorum. Nolo volare per ſumma. Incedere per planiora contentus ſum. At hac vox indigna eſt Dei famulo, indigna eſt religioſo, cui dicitur: ambula coram me, & eſto perfectus.* (Geneſ. 17.) ſi vel vno quoque anno vitium vnum extirpaueris breui perfecta eris; verùm ita te gere, vt de te illud poſſit dici: *conſummatus in breui expleuit tempora multa* (Sap. 4.) Euſebio Emiſſeno crede dicenti. *Illum tantum diem vixiſſe te computa, in quo voluntates proprias abnegaſti, in quo malis deſiderijs reſtitiſti, quem ſine vlla regulæ tranſgreſſione duxiſti, illum diem vixiſſe te computa, qui puritatis, & ſanctæ meditationis habuit lucem.* Quantumcumq; profeceris, nunquam dicas, ſatis eſt, ſed dic cum Apoſtolo: *ego me non arbitror comprehendiſſe, adhuc longa tibi reſtat via.* Si vis ad perfectionis montem peruenire.

29 Si peccantem videris ſororem, admone, corripe illam ſecretò, & ex charitate correptio procedat. Opportunum tempus adhoc expecta, ne ſi qua importunè reprehendatur, te repellens dicat: *quis te conſtituit Principem, & iudicem ſuper nos?* Exod. 2. *Temporibus certis agro medicina medetur, & data non apto tempore vina nocent,* vt canit Sulmonenſis vates.

30 Inſtituti tui regulas perfectè obſerua, & perfecta eris. *Cuſtodi legem, atque conſilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis,* inquit ſapiens (Prou. 3.) ſi ordinem tuum cuſtodies, ordo cuſtodiet te. Muro diuinæ legis, & antemurali religioſæ obſeruantiæ munita communibus hoſtibus Deo auſpice facilè reſiſtes. Virtutibus ingens ſtude fieri, non videri. Non ſufficit te ſæculo renunciaſſe verbis, niſi re ipſa renuncies. Conſcientiam magis, quam ſcientiam cura; caue ne in religione ſis chimæra ſæculi. Ne monachæ habitum potius, quam religioſam conuerſationem retineas. Quod de ſe D. Bernardus præ ſumma animi demiſſione dicebat *Epiſt.* 149. non culpæ timor, ſed Dei amor te à conſtitutionum religioſarum tranſgreſſione retrahat. *Non cathena ferrea, ſed cathena Chriſti teneat te, ſi ſerua Dei es.* Ne in minima quidem re inſtituti tui regulam tranſgrediaris. *Nam qui modica ſpernit, paulatim decidit* Eccl. 19. *Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt, & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt* Luc. 16. *minima neglecta eò turpius moribus maculam ingerunt, quò vitari facilius cognita potuerunt,* inquit D. Bonauentura; ſic teſte Auguſtino *in Paradiſo tantò maior inobedientia fuit, quantò id, quod præceptum eſt, nullius difficultatis fuit.* Cæleſtis ſponſus ſe vel vno crine colli ſponſæ ſuæ vulneratum fatetur. Vel in ſeptẽ tenuiſſimis capillis Samſonis fortitudo conſiſtebat, quibus amputatis captus eſt ab hoſtibus, & oculis orbatus perijt. Ne regulam aliquam violes, vt minimè ſcrupuloſa videaris: regularem obſeruantiam non erubeſcas, ſicut Diuus Paulus Euangelium non erubeſcebat (Rom. 1.) non nimis religioſus, ſed obſeruantiæ amator eſt, qui minima quoque in Regulis præſcripta obſeruat. Ordinis

tui

tui conſtitutiones ſæpè perlege animo eaſdem obſeruandi. Ne per obliuionem, vel iniuriam aliquid negligas, voluntariam tibi pœnam luendam conſtituas, quoties aliquam conſtitutionem violaueris, & iniunctum tibi à præfecta piaculum libẽter age. Immo ſponte ab illa pœnitentias, cum de transgreſſionibus te accuſabis, poſtula, & hilariter exple.

31 Paupertatem voluntariã, quam vouiſti, perfectè obſerua. *Nam beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Ne rem vllam quantumuis paruam magno affectu proſequare, quæ maioribus in ſæculo bonis renunciaſti; ne affectum potius mutaſſe, quàm abſcidiſſe videaris; nam, vt ait Caſſianus, *idcirco pretioſiores abiecimus materias, vt facilius diſceremus viliora contemnere. Quid inſania eſt*, inquit D. Bernardus, *vt qui maiora reliquimus, minora cum tanto diſcrimine teneamus?* Si ſe occaſio aliqua ſentiendi aliquem paupertatis effectum obtulerit, eam prompto animo ſuſtine. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus*, inquit Paulus (1. Tim. 6.) & non dicit: *habentes oblectamenta, & quibus honoremur*, vt indicet religioſum pauperem verè dici non poſſe, niſi animo paratus ſit aliquam egeſtatem, alicuius rei indigentiam pati, vbi ſe ſe occaſio obtulerit. *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.* Pſ. 54. *nolite ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* ait Chriſtus. *Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum; craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi, ſufficit dies malitia ſua* (Matth. 6. ſcito, Deum ſcire, velle, ac poſſe omni egeſtati, ac neceſſitati tuæ ſuccurrere. Omnem ergo ſolicitudinem ipſius prouidentię relinque, & dic cum Regio pſalte: *Dominus regit me, nihil mihi deerit.*

32 Caſtitatis florem, quo nihil ſuauius diuini ſponſi naribus halat, inter aſſiduas tentationes, ceu *lilium inter ſpinas* diligenter, ac vigilanter cuſtodi. Quoties te ſentis turpibus cogitationibus pulſari, & ad illicita allici, toties pone ante mentis oculos, quanta Chriſtus paſſus eſt pro te, quomodo à Iuda Iudæis traditur, & quantis conuitijs, & opprobrijs afficitur, vt expoliatur, diris flagellis verberatur, colaphis cæditur, ſpinis coronatur, arundine percutitur, Barabbæ ſeditioſo poſtponitur, & cum latronibus clauis trabalibus ligno crucis affigitur; lancea confoditur. *Ita redemptor tuus moritur pro te, & tu neſcis cuiuſmodi ſordida cogitatione ſordidaris in mente?* inquit Hugo de S. Victore. dic cum Bernardo. *Deus meus pendet in patibulo, & ego voluptati operam dabo?* & cum Iſaia 38. ſic ſponſum tuum precare: *Domine vim patior, reſponde pro me.* Sic ora Deum cum Auguſtino *lib. x. confeſſionum cap. 19. continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod vis, O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate*, vel, vt legit D. Hieronymus *cum virtute* vel vt alij, cum charitate. Euchariſtiæ Sacramentum *frumentum electorum, & vinum germinans virgines* (Zacch. c. 9.) ſumma deuotione, ſubmiſſione, ac reuerentia frequenter ſume. *Sedat enim, cum in nobis manet Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit*, inquit Cyrillus; *minuit ſenſum in minimis, & in grauioribus peccatis tollit omnino conſenſum*,

vt expertus teſtatur Bernardus. Caſtiga corpus tuum, & in ſeruitutem redige, ſicut olim faciebat Paulus, cui ſtimulum carnis patienti, & ter ad Deum deprecanti reſponſum fuit: *ſufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur.* Carnis terat ſuperbiam potus, cibiq; parcitas. *Fruſtra caſtitatem quæris ſine comitibus ſuis, & appendicibus abſtinentiæ, & parcitate,* inquit Hieronymus. Laſciuiens iumentum frœnis inediæ ſubiugare debes. Noli *inebriari vino, in quo luxuria eſt.* Præſtat tibi dolere ſtomachum, quàm animam, noli oleum flammæ adijcere.

*Subtrahe ligna foco, ſi vis extinguere flammas.*

*Otium vitiorum fontem fuge.*

*Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.*

*Facito aliquid operis, vt te ſemper Diabolus inueniat occupatum.*

vnus tibi rubor placeat, quem honeſtus gignit pudor; vnus candor, quem parit abſtinentia.

33 Religioſa obedientia in te, & in operibus tuis reſplẽdeat; quippè quæ, teſte D. Gregorio *lib. 35. mor. c. 10. ſola virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque cuſtodit.* Hæc meritorum facit, quidquid religioſus agit. *Obedientia*, vt ait Climachus, *eſt perfecta abnegatio propriæ animæ, & proprij corporis, mors voluntaria, vita ſine ſolicitudine, nauigatio ſine damno; ſepultura voluntatis, vita humilitatis, & quaſi ſi quis dormiendo iter faciat; viuere in obedientia nihil aliud eſt, quàm ſuum onus aliorum humeris imponere, natare ſuper aliorum vlnas;* obediens Dei voluntati ſemper obſequitur. Qui ſuperiori obedit, Chriſto ipſi obtemperat dicenti: *Qui vos audit, me audit.* Luc. 10. quid enim intereſt, vtrum ipſe, aut per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue Angelos hominibus notam faciat ſuam voluntatem? nec quidquam contra Antiſtitæ, vel confeſſarij, vel præſulis voluntatem facias, etiam ſi id, quod facere velis, tibi bonum videatur, nam vt ait Bernardus, *grande malum propria voluntas, qua fit, vt bona tua, tibi bona non ſint.* Religioſi, qui propriæ voluntati obſequentes ieiunant, & bona alia opera faciunt, eorum meritum amittunt, & dicere cogentur. *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra* (Iſaia 58.) opta, vt ingrata tibi, ac difficilia præcipiantur, nam vt D. Gregorius *lib. 35. moralium, c. 13.* aſſerit: *Debet obedientia in aduerſis aliquid ex ſuo habere, & in proſperis ex ſuo aliquid omninò non habere.* Quicquid tibi præcipitur, quod diuinæ legi non aduerſatur, promptè, integrè, ac fortiter exequere ſine vlla excuſatione, vel obmurmuratione; voluntatem tuam, & iudicium proprium abnega. Præceptum iudicare noli, ſed obſerua, *viderit, qui imperat, nec enim ad ſubditum ſpectat ſuperioris iuſſa diſcutere;* vt D. Ignatius Loyola dixit. Audi D. Paulum ad Hebreos 13. *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim non expedit vobis.* Si ſuperioris voluntatẽ noſti, illam tanquam præceptum exequere; nam vt Albertus Magnus *in libro de virtutib. cap. 3.* docet, *verus obediens nunquam præceptum expectat, ſed ſolum voluntatem prælati ſciens, vel credens feruenter exequatur pro præcepto.* Ne ea tantum;

quæ

Digitized by Google

quæ ſibi placent, vel arrident, præcipi tibi velis; nam, vt D. Bernardus monet. *Quiſquis, vel apertè, vel occultè ſatagit, vt quod habet in voluntate, hoc ei ſpiritualis pater iniungat, ipſe ſe ſeducit, ſi ſibi quaſi de obedientia blanditur, neque enim in ea re ipſe prælato, ſed magis ei prælatus obedit*. Cæterum ad ſuperioris vocem, vel ad ſignum quodcunque datum, vel adeundi oratorium, vel triclinium, vel cubitum, aliudue faciendi, tanquam ad vocem Dei iubentis ſubitò accurre, & vel inchoatam literam relinque, & dic cum Sanctis Magis: *Hoc ſignum magni Regis eſt, eamus, & offeramus ei munera*. Chriſto dic cum Paulo: *Domine quid me vis facere?* & cum Dauide: *doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu, paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua*. (Pſ. 118) Iſaiæ, ac Samuelis promptitudinem imitare, hic à Deo vocatus reſpondit: *loquere Domine, quia audit ſeruus tuus* (1. Reg.) ille vero operam ſuam Deo vltro exhibens, *ecce ego*, inquit, *mitte me* (Iſaia 6.) Chriſtum ipſiuſmet verbis alloquere: *non mea, ſed tua voluntas fiat. Non veni facere voluntatem meam. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra*. Hæc, & multa alia in libris noſtris de Obedientia fuſius pertractata lege, & remedia aduerſus præcipuos animi morbos ſeu vitia in Antidotario ſpirituali noſtro require, nec te pigebit, ſed hæc olim, vt ſpero, *te meminiſſe iuuabit*. Vale, & pro me Deum, quiſquis hæc legis, ora, quem mihi, vbiq; propitium exopto.

## De ſatisfactione per Suffragia, & Indulgentias. Cap. XLI.

QVicunque Sanctorum Communionem credit, quam omnes credere debemus, ſuffragiorum communicationem, quibus fideles ad ſatisfaciendum pro temporali pœna debita ſe ſe inuicem iuuant, fateatur neceſſe eſt. In eo ſumma Dei bonitas, & clementia maximis laudibus, & gratiarum actionibus prædicanda eſt. Qui humanç imbecillitati hoc condonauit, vt vnus pro alio ſatisfacere poſſit. Hinc, qui diuina gratia prædlti ſunt, alterius nomine poſſunt, quod Deo debetur, perſoluere. Sic alter alterius onera portat. Omnes fideles putant ſe poſſe ſatisfactiones, orationes, ieiunia, & eleemoſinas pro alijs viuentibus, vel defunctis Deo offerre, ſic Chriſtus piaculum celeſtis iræ pro pœna nobis debita ſatisfecit. Poteſt ergo iuſti alicuius ſatisfactio alteri applicari. Dignum enim, & iuſtum eſt, vt, ſi quis innocens patienter graue aliquid ferat, remittatur illius intuitu pœna, quam eius frater, vel cognatus debebat. Non poteſt tamen homo iuſtus omnino abdicare à ſe ſatisfactionem, nec ius merendi per bona opera. Pro eo enim, quod homo laudabiliter patitur, æquum eſt, vt aliquid pœnæ debitæ remittatur, nec regulariter poteſt quiſquā totam ſatisfactionem ex opere operato prouenientem in alium transferre; nemo enim eſt dominus ſatisfactionis ex Chriſti, vel alterius meritis ſibi applicatæ, cum non agat, ſed recipiat paſſiuè ſe habens ille, pro quo aliena ſatisfactio offertur. Sacerdos tamen applicare, cui vult, poteſt ſatisfactionis fructum ex opere operato prouenientem, qui correſpondet Chriſto, vt of-



Digitized by Google

ferenti. Quia Chriſtus offerens agit; & Sacerdos, quem ſibi Chriſtus ſubſtituit, ideo poteſt, vt principium actiuum illius operis præſtare. Ideo fortè dicendum de fructu ſacrificij, quem acquirunt ij, qui interſunt rei diuinæ, eamque ſimul cum Sacerdote ſuo modo offerunt. Porrò laudabilius eſt homini offerre expiatoria opera pro defunctis, quàm ſibi ea retinere. Laudabile enim eſt temporalia damna propter proximum ſubire. Certum autem eſt ex ſacris literis, & ex Concilio Tridentino, & Patrum ſententia viuorum ſuffragia animabus defunctorum, quæ in Purgatorio detinentur, prodeſſe. Nec repugnat rationi; quod Deus precibus Diuorum, vel viatorum interdum abſque alia re media condonet aliquid pœnæ pijs manibus purgandis, & quod ad æqualitatem iuſtitiæ conuenit, quamuis non quod admodum. Deus enim poteſt ſuffragia non acceptare, certum tamen eſt Deum accepta illa habere. Quæ autem pro vno defuncto offeruntur, cæteris etiam indirectè proſunt; dum alterius bono gaudent ſe ſe mutuo amore proſequentes, plus valoris habent à charitate bona opera, quæ pro alijs oblata ſunt, quàm ſi non oblata eſſent, & magis interdum prodeſt ieiunium viuentis oblatum defuncto, quàm ipſimet ieiunanti prodeſſet, niſi offerretur.

2. Qui opera ſua alijs cedunt in ſatisfactionem, reatum pœnæ ſibi debitæ indirectè minuunt; per opera enim illa maiorem gratiam adipiſcuntur, & cum Deo magis grati euadunt, minori pœnæ obnoxij fiunt, minor enim pœna in homine grato tantum valet, quantum maior in minus grato. Suffragia vt proſint, debet ille, pro quo aſſeruntur, eſſe Deo gratus, non peccator, Dei inimicus. Pro tali enim Deus non acceptat ſuffragia, nec pro culpa non remiſſa, vel nondum commiſſa, qui ſuffragia priuata offert pro alijs, in ſtatu gratiæ eſſe debet. Alioquin ſicut non poteſt pro ſeipſo, ita nec poteſt pro alijs ſatisfacere. Suffragia verò publica nomine Eccleſiæ oblata à miniſtro diuinæ gratiæ experte proſunt ijs, pro quibus exſoluuntur. Sic Miſſæ ſacrificium, à Sacerdote indigno lethalis culpæ reo peractum, effectum ſuum parit. Illud enim Chriſtus principaliter offert, orationes verò, quæ nomine Eccleſiæ à peccatore miniſtro offeruntur, impetrandi quidem, vim habent, ſed non ſatisfaciendi, non ſunt enim opus pœnale ipſius Eccleſiæ ſed actus ab eadem imperatus, non elicitus. Ad diminuendam pœnam pro peccatis alienis debitam, non modò requiritur offerentis gratia, ſed intentio determinata, & apta cedens ipſam ſatisfactionem habitualis ſaltem, ſi non actualis. Siquidem non poteſt ſuſpendi, vel differri applicatio ſatisfactionis ad tempus, quo illa opus erit. Eleemoſynæ, & alia pia opera, quæ pro defunctis eorum iuſſu ab hæredibus, vel executoribus teſtamentarijs in peccato mortali manentibus fiunt, non poſſunt eſſe ſatisfactoriæ, quia defunctus non poteſt ſatisfacere, nec mereri proderunt tamen ad impetrandum; quia pauperes pro illis orabunt, diuinam clementiam ad miſerendum mouebunt. Poterit ſatisfacere pro defuncto actio illa hæredis Deo grati, ſi non ſolum eleemoſynam, ſed etiam actionem ſuam pro illo offerat. *Hæc omnia ex communi ſenſu Theologorum ex Catechiſmo Pij V. de Sacram. Pœnitentiæ.*

*tho, & ex Concil. Florent. in literis Unionis, ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. Suar. d. 48. ſect. 8. Lug. d. 27. ſ. 1.*

## De ſatisfactione per Indulgentias, & de commutatione Pœnitentiæ Sacramentalis in Indulgentias. Cap. XLII.

1 Facillimus, & compendioſus modus ſatisfaciendi Deo pro pœnis debitis propter peccata eſt conſecutio Indulgentiæ. Quicunque enim plenariam Indulgentiam conſecutus eſt, liberatus eſt ab omni debito pœnæ coram Deo. Cum non deſit poteſtas concedendi Indulgentias, quæ non ab ordinis, ſed iuriſdictionis poteſtate procedit, etiam & Cardinales non Presbyteri ex conceſſu Pontificis concedere poſſunt. Eſt autem Indulgentia pœnæ temporalis pro peccatis actualibus iam dimiſſis debitæ remiſſio extra Sacramentum pœnitentiæ ex communi Theſauri Eccleſiæ diſpenſatione, ex ſuperabundantia meritorum, & ſatisfactionum Chriſti, & Sanctorum, quibus immenſus ille theſaurus conſtat. Indulgentias à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopis, & ab alijs [illegible] authoritate concedi poſſe hominibus Deo reconciliatis orthodoxa fides docet, idque à Tridentino Concilio ſeſſione xxv. & à Leone X. contra Lutherum, & à Pio V. & Gregorio XIII. contra propoſitiones Michaelis Baij definitum eſt, & ex antiquiſſimo uſu Pontificum, quos in re adeo graui erraſſe minime credendum eſt, confirmatur. *Conceſſio autem Indulgentiæ reſpectu viuorum eſt ſolutio ſimul, & abſolutio; reſpectu mortuorum eſt mera ſolutio.* Pontifex enim concedens Indulgentias viuis ex theſauro Eccleſiæ exhibet, quantam ſufficiat ad compenſandam debitam pœnam: Ut ſi quis Princeps aliquem [illegible] ære alieno grauatum abſoluat à debito pecuniæ, & iubeat è carcere debitorem liberari, ſoluendo totum illud debitum pretio dato ex ærario publico. Ideo Pontifices in hac conceſſionem Indulgentiæ viuis factam frequentiſſime vocant abſolutionem. Hic autem actus procedit à poteſtate in ſubditos, ergo non mera ſolutio debiti pro alio eſt. Pontifex ut Vicarius Chriſti ex Theſauro Eccleſiæ affert pretium pro illo debito, & rurſus nomine Dei acceptat ſolutionem illam, vi cuius liberat debitorem ſibi ſubditum. At in mortuos non accepit poteſtatem, qualem habet in viuos olim traditam Petro à Chriſto dicente *paſce oues meas*. Mortui enim non ſunt ex hoc ouili, quia non ſunt ſuper terram, ſed ſubterra. Ideo eos non poteſt abſoluere, ſed tantummodo pro iis ſoluit ex theſauro Eccleſiæ, in quo tanta eſt ſatisfactionum, & meritorum Chriſti copia, ut pœnas omnes ab omnibus hominibus debitas infinite ſuperet. Siquidem gutta vna ſanguinis Chriſti peccata omnia, ac debita hominum delere poteſt, nec vnquam immenſus ille Theſaurus exhauriri poteſt. Fuit etiam ante Chriſti aduentum pœnæ infinitus ſatisfactionum theſaurus, quas ſanctiſſimi homines, quales fuere Abel, Abraham, Iacob, Patriarchæ, & Prophetæ pro ſuis, aliorumque peccatis abundanter præſtiterunt. Verum antequam Dei filius ex Virgine natus nos pretioſo ſanguine ſuo abſque morte redimeret, Et [illegible] Eccleſiaſtici



Digitized by Google

theſauri poteſtatem, & claues concederet. Nullus fuit in lege Veteri Indulgentiarum vſus. Poſtea autem in Eccleſia introductus fuit ad compenſandas pœnitentias grauiſſimas, quæ ex præſcripto Canonum pœnitentialium pro culparum grauitate pœnitentibus iniungebantur, vt conſtat ex formula illa, ſeu clauſula *De pœnitentijs iniunctis*, quæ in conceſſionibus Indulgentiarum antiquitus vt plurimum adhibebatur, & nunc etiam ſæpè adhibetur; eſſe autem in Eccleſia Theſaurum conſtantem ex meritis, & ſatisfactionibus Chriſti, & aliorum Sanctorum pro certo de fide credendum eſt. *Clemens VI. in extrau. de pœnit. Leo X. in Bulla* [illegible] *Bellarminus tom. 3. lib. 1. de Indulg. Suar. d. 49. Henriq. l. 7. de Indulg. Lug. de pœnitent. d. 27. ſ. 1. D. Thom. in 4. d. 45. q. 6. Nau. de indulgent. num. 19. Cord. l. 5. q. 1. Bonac. Fil. Laym. Tol. Rodr. c. 77. contra Durandum in 4. d. 20. q. 3. num. 10. & Syluestr. dicentes conceſſionem Indulgentiæ eſſe meram ſolutionem, & contra Caietanum tom. 1. opuſc. tr. 15. cap. 2. Sot. diſt. 21. q. 1. num. 2. Angelum, qui dicunt eam eſſe abſolutionem vnde Suar. tract. 3. d. 51. ſ. 2. num. 1. Abb. Laym. l. 5. tr. 7. cap. 1.*

2 Immenſi huius Theſauri diſpenſator eſt Summus Pontifex, qui ex applicatione meritorum, & ſatisfactionum Chriſti, aliorumque Sanctorum poteſt remittere pœnas pro peccatis debitas, vota relaxare. Nunquam autem indulgentias concedit, niſi per applicationem ſatisfactionis in theſauro illo contentæ; quia nec Deus remittit pœnam ſine applicatione ſatisfactionis condignæ ſaltem alicuius, quoties id fieri poteſt. Summus Pontifex etiamſi Sacerdos non ſit, remittere valet ſatisfactorias pœnas à Sacerdote pœnitenti in confeſſione imperatas, non quatenus medicinales, & præſeruatiuæ, ſed quatenus peccatorum vindices ſunt; idque conſtat tum ex formulis Indulgentiarum, in quibus expreſſa mentio fit *de pœnitentijs* in ſacramentali foro *iniunctis*, tum ex ſacris Canonibus, & Concilijs prohibentibus nimiam facilitatem concedendi indulgentias, *ne pœnitentialis ſatisfactio eneruetur*. Et quidem Chriſtus Vicario ſuo conceſſit poteſtatem ſoluendi ſuper terram ergo, & relaxandi pœnitentias in Sacramento confeſſionis iniunctas manente eadem ſententia diffinitiua Sacerdotis iudicis; quemadmodum impoſita alicui pœna in humano iudicio poteſt ab offenſo condonari, ità in Sacramentali iudicio iniuncta peccatori pœna à Chriſto per Vicarium ſuum remitti poteſt. *Lug. d. 17. ſ. 4. D. Thom. in 4. d. 20. q. 1. art. 3. Suar. d. 51. ſ. 3. contra Medinam, & Amicus tom. 8. d. 20. ſ. 5. Granad. controu. 12. tr. 2. d. 4. Diana p. 8. t. 5. r. 80. ex cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ. Trid. ſeſſ. vlt. de Indulg.*

3 Indulgentia liberat homines non modo à pœnis ſatisfactorijs per Sacerdotem iniunctis, ſed etiam à pœnis non iniunctis, ſed debitis pro culparum commiſſarum grauitate, pro quibus nulla à Sacerdote iniuncta eſt pœnitentia. Alioquin parum valere eſſent indulgentiæ, ſi pro iniunctis pœnitentijs, quæ vt plurimum ſunt leues, & exiles tantum ſatisfacerent, nec ob tam leuem fructum probabile eſt indulgentias à Summis Pontificibus concedi. Etiamſi interdum in diplomate conceſſionis addant verba illa *de iniunctis pœnitentijs*. *Suarez. in 3. partem 4. d. 50. ſ. 3. aſſert. 2. Coninch. Fil.*

hinc.

*Luc. tract. 8. c. 7. Amicus, Diana p. 8. t. 1. r. 81. contra Durandum, Caietanum, Sotos, Angel. Nau. Bellarm. Henriq. Nugn.*

4 Quicunque Plenariam Indulgentiam, vel æqualem debitis pœnis lucratur. Liberatur ab obligatione imperatum ſibi piaculum præſtandi, modo non ſit præſeruatiuum, ac medicinale ceſſante enim debito, propter quod ſoluendum imperata eſt ſatisfactio, ceſſat obligatio ſatisfaciendi. Innocentius III. dicit *per indiſcretas, & ſuperfluas indulgentias ſatisfactiones Sacramentales eneruari*; nam qui illas conſequitur ſoluitur ab obligatione illas præſtandi. Ideò Bonifacius Octauus nolebat confeſſarios imponere pœnitentiam vllam ijs, qui Iubilæum anno Sancto lucrabantur, quia alia ſatisfactione non indigebant. Pœnitentia imperatur, vt pœna ad ſatisfaciendum pro peccato, ſed per Indulgentiam tollitur debitum pœnæ, & ſatisfit Deo. Nemo idem debitum bis ſoluere debet, qui illud ſoluit ære publico, non eſt neceſſe vt ſoluat idem ære priuato, ſic qui ex publico Eccleſiæ theſauro ſoluit debitum Deo pro peccatis piaculum, manet liber ab obligatione ſoluendi illud propria, ac priuata ſatisfactione. Idcircò D. Thomas ſolum dicit *eſſe de conſilio implere pœnitentiam, quando quis lucratur indulgentiam*. D. Thom. in 4. d. 20. q. 1. art. 3. q. 1. Nauar. § in Leuitico not. 34. Sylu. v. Indulg. n. 23. Angel. n. 1. Armil. nu. 12. & 17. Bonau. in 4. d. d. 20. art. 1. q. 2. Palud. q. 4. Palat. d. 3. Adrian. Alenſ. Valentia de indulg. c. 2. & 6. Vaſq. q. 94. art. 10. d. 3. Coninch. d. 12. d. 3. Richard. art. 3. q. 1. Lug. d. 27. ſ. 2. Fillius. Tambur. 4. d. 6. q. 8. Granad. Fauſt. Ludou. Cruc. Diana p. 5. tr. 12. r. 3. Tolet. l. 6. c. 23. num. 3. Nugn. Cand. Beia p. 1. c. 38. & cæteri commun. contra Doual. in 2. p. D. Th. q. 1. de indulg. Valen. d. 7. quæſt. 20. de indulg. y Innoc. III. cap. Cum ex eo, de pœnit. & Gloſ. in extrau. antiq. de pœn. & remiſſ.*

5 Propterea ſi confeſſarius inueniat pœnitentem multis grauatum iniunctis pœnitentijs, illum facile ab onere illarum liberare valet. Nam licet illas ipſe commutare nequeat in alias faciliores, niſi prioribus confeſſionibus auditis; poterit tamen commutare in alicuius indulgentiæ plenariæ conſecutionem iubendo pœnitentem peccata poſt vltimam confeſſionem validam commiſſa, confeſſum facere præſcripta à Pontifice ad plenariæ indulgentiæ conſecutionem illa in pœnitentiam eidem præcipiendo, & aliquid aliud ſi libet, ſic indulgentia pœnæ debitum omne extinguet, & hæc via tutiſſima eſt. *Henriq. de indulg. c. 9. num. 2. & c. 17. Card. Lug. l. c. Laym. l. 5. tr. 7. cap. 3. Cand. d. 38. Valentia, Nugnus, Palud. in 4. d. 20. q. 4. art. 4.* Probabile eſt etiam hanc commutationem pœnitentiæ in conſecutionem indulgentiæ præſtando præſcripta ad illam à confeſſario ipſo extra adminiſtrationem ſacramenti pœnitentiæ fieri poſſe, immò à ſolo pœnitente, nam non ipſe, ſed Summus Pontifex commutat in indulgentiam conceſſam ſatisfactiones, quas debet pœnitens præſtare. *Ita Ioannes Salas, & P. Alphonſus Rodriquez in M. S. Io. Lugus Sacra Purpura decus d. 27. ſ. 2. num. 31. & Doctores Salmanticenſes Conſulti.*

In-

## Indulgentiarum vſus, & requiſita ad earum conſecutionem pro alijs. Cap. XLIII.

1 ANtiquiſſimū Indulgentiarum vſum in Eccleſia fuiſſe ſatis conſtat, & noſtris tēporibus frequentem contra quem fruſtra impius Lutherus Vuitembergæ oblatrare cœpit anno ſalutis MDXVII. die omnium Sanctorum prima Nouembris. Tali ego die cum natus fuerim Kalendis Nouembrib. anno MDCIII. & poſtridie luſtralibus ſacri fontis aquis expiatus contra falſa Lutheri dogmata calamum lanceæ loco olim tractaui; eiuſque mendacia, & errores, ſicut etiam Caluini inſanas hæreſes contra fidem confutaui in Lorica, & Clypeo Catholicæ Fidei, idcircò nunc omiſſis controuerſijs, breues tantum hic Theſes, ac Aphoriſmos profero, vt omnibus in promptu ſint. Indulgentiarum vſus nec iuſtitiæ, nec perfectioni Chriſtianæ repugnat, ideò valdè conuenit religioſis viris eaſdem lucrari. Quamuis autem in Pontificijs diplomatibus clauſula illa interdum addatur. *Remittatur culpa, & pœna* nihilominus remiſſio culpæ non indulgentiæ primario tribuenda eſt, ſed peccatorum deteſtationi, qua ſe ad conſequendam indulgentiam homo præparauit. Nec modo viuis, ſed etiam defunctis maximè prodeſt vſus indulgentiarum, quæ pro ipſis conceduntur, non per modum abſolutionis, ſed ſolutionis, & ſuffragij, vt quemadmodum fideles poſſunt proprijs operibus pijs ſubuenire, ac ſuffragari defunctis, ſic poſſint per indulgentias ſibi conceſſas iiſdem opitulari. Diſpenſat Pontifex directè atque immediatè Indulgentiarum theſaurum ſubditis viuentibus, defunctis verò indirectè, & ſecundario, quatenus ex Theſauri Eccleſiæ diſpenſatione eleuat pia fidelium viuentium opera, vt non ſolum ſint ſatisfactoria ex opere operantis, ſed etiam ex opere operato, ſi pro defuncto offerantur. Sic Confeſſarius nomine Chriſti eleuat ſatisfactiones noſtras Sacramenti virtute, vt ſingulæ preces pro pœnitentia iuſſæ, dum funduntur, fructum afferant ex opere operato. Sic Deus martyrium ex ſe ſatisfactorium eleuat ad maiorem effectum ſupra condignum, ideſt ad remiſſionem totius pœnæ, pro qua ſatisfacit ex opere operato; Pontifex ex diſpenſatione Theſauri Eccleſiaſtici efficit, vt fidelium opera ſatisfaciant pro defunctis, pro quibus illa offeruntur, compenſando totam pœnam, vel partem pœnæ ab illis debitam reſpondentem decem, aut viginti annis. Credibile autem eſt aliquas animas ſupra decem, aut viginti annos in Purgatorio detineri, & pro culparum grauitate pœnas luere. Nam vltra illud temporis ſpatium Sancta Eccleſia anniuerſaria ſacrificia, ac publicas preces pro defunctis Deo offert. Latronis cuiuſdam animam centum annos in Purgatorijs flammis detentam Chriſtus B. Metildi, & tandem liberatā oſtendit, cuius admirabilis erat decor, ac regia maieſtas. O quanta ergo erit pulchritudo, ac venuſtas animarum eorum, qui in hac vita piè, ſanctèque vixerunt. Nonnulli Innocentium quendam Pontificem in Purgatorij flammis vſque ad diem extremi Iudicij detinendum eſſe ex Surio referunt.



Digitized by Google

*Bellarm. de Purgat. l. 2. cap. 2. Henriq. in gloſſa l. 1. Lorichius, Coninch. Wolfeſ. Suarez, Nald. Diana p. 4. tr. 8. r. 101. contra Sotum; Io. Cruc. Conrad. Viuald. Bonac. tom. 1. ſ. 288. nu. 2. indulgentias mortuis certò prodeſſe docent Sot. 4. d. 21. q. 2. Suar. tom. 4. d. 53. ſ. 9. Lug. d. 17. ſ. 5. Valentia, Coninch. Acoſta, Faber, Granad. Ledeſ. Tanner, Trullench. Diana p. 5. t. 12. r. 8. Sixtus IV. vt refert Gabriel. in additio. ad lect. 57. in Canonem Leo X. in Bulla decret. ad Caietanum contra Gerſonem Gabrielem, Durandũ, Caiet. Cord. Canum, Henriq. Riccard.*

2 Ei, qui vult indulgẽtias pro mortuis lucrari, neceſſe eſt, vt in gratia Dei ſit, & intentionem lucrandi veniam mortuis habeat, nam indulgentia enim illis acquiritur ſolum indirectè, quatenus opera alicuius viuentis eleuantur ad maiorem valorem ſatisfactionis ex opere operato. Ideò opus eſt, vt operans ſit capax maioris valoris, & fructus, & beneficio eleuationis operum prouenientis à poteſtate Pontificis ad ſubditorum vtilitatem ordinatæ gaudere poſſit. Ad acquiſitionem indulgentiæ tam pro viuis, quam pro mortuis ſufficit, ſi operans præſcripta ad eius conſecutionem ſit in Gratia Dei ſaltem in fine operum præſcriptorum. Tunc enim ſatis eſt, vt capax, & aptus ſit, vt eius opera poſſint eleuari in eius vtilitatem; quando eorum eleuatio eſt allatura fructum; Licet in progreſſu operum non fuerit capax. Sic etiam in martyrio ſufficit ad integram remiſſionem totius pœnæ, ſi patiens in vltimo puncto diuinæ gratiæ compos ſit. Qui accipit Bullam Cruciatam pro mortuis debet eſſe in gratia, quia largitio piæ ſtipis eſt vltimum opus neceſſarium ad indulgentiam, ſecus ſi pro viuis illam accipiat ſicut autem ad ſuffragandum proprijs bonis operibus defuncto neceſſaria eſt intentio determinata ſuffragandi illi, ſic ad applicandam indulgentiam mortuis requiritur intentio determinata ſaltem habitualis, ideſt præterita non retractata qualis ad applicandum alij ſuffragium ſufficit. Hoc ſicut ignoranti acquiritur, & non acceptanti; ita & indulgentia mortuis applicatur, neque ad hoc neceſſarium eſt, vt ab anima defuncti acceptetur. *Ita Card. Lugus d. 17. ſ. 5. nu. 74. idem ſ. 5. n. 18. contra Vaſq. tom. 2. d. 138. c. 6. Lug. nu. 75. contra Suar. ſect. 4.*

3 Quando indulgentia plenaria conceditur pro anima illa, pro qua ſacrificiũ fiet, vel pſalmi, vel aliæ preces recitabuntur, vel Altare, aut Eccleſia viſitabitur, tunc ad lucrandam illam, neceſſe eſt bonum, ac pium opus defuncti animæ applicare, ſecus vero quando dicitur in conceſſione indulgentiæ, qui pſalmum, vel coronam precatoriam recitauerit, vel ſacrum faciet, vel ei intererit habens pium numiſma liberabit animam ex Purgatorio. Non enim quidquam obſtat, quominus operis illius fructum partim retinere mihi, partim applicare poſſim. Ideſt fructum prouenientem ex opere operato propter eleuationem ex vi meritorum, & ſatisfactionum Chriſti, ac Sanctorum, quæ applicantur. Nam certum eſt opus operantis mortifero ſcelere obſtricti vſque ad punctum illud, quo homo Dei gratiæ reſtituitur, & indulgentia pro defuncto acquiritur, nullius valoris eſſe, Ideò nec applicari defuncto. Sed tantum indulgentiam vltimo puncto operis eleuati hominis Deo redeuntis reſpondentis applicari. *Suarez ſect. 4. num. 3.*

num. 3. Lug. d. 17. ſect. 1. num. 78.

4 Sacerdos, qui in Altari priuilegium, hoc eſt plenariam indulgentiam pro mortuis habente ſæpius ſacrum pro eadem anima defuncti litare ſolet, aut debet, ſacrificium ſub conditione offerre pro illa ſi indiget poteſt, & ſatisfacit officio ſuo, ſi mente ſaltem dicat, dum ſacrum peragit, *offero tibi Deus hoc ſacrificium pro anima N. pro qua offerre debeo, ſi tamen illa ſuffragio indiget, vel ſi huius capax eſt, alioquin offero tibi ſacrificium pro illis, pro quibus vis, ac ſcis me debere, atque licitè poſſe offerre*. Si enim anima illa, pro qua ſacrificium petitur, in Purgatorio eſt, eoque indiget, vt à pœnis liberetur per ſuffragium indulgentiæ, & ſacrificij hoc pro eadem primario offertur, ſic enim ſacramentum Baptiſmi, vel Pęnitentiæ ſub conditione licet miniſtrare, quando, an materia ſufficiat, vel an ſubiectum ſit capax ſacramenti dubitatur. Quidni Sacrificium Miſſæ, in quo Sacramentum Euchariſtiæ conficitur, liceat ſub conditione offerre pro anima, quæ an ſit in Purgatorio, an ſit iam ab illo liberata, vel an ſuffragij ſit capax dubium, & incertum eſt, & ſi illa anima non indiget, vel incapax eſt tanti beneficij, quidni licitum ſit offerre idem ſacrificium pro alia, vel alijs animabus in Purgatorio manentibus, & ſuffragio indigentibus primo ſecundum intentionem eius, qui ſacrificium illud petit, vel inſtituit celebrandum ſi præter liberationem vnius animæ, alias etiam adiuuare, & liberare à purgatricibus flammis intendit, deindè ſecundum intentionem ipſius ſacrifici, ſi alijs, quibus ipſe debet, illud applicare poteſt. Cæterum Miſſa ad Altare priuilegio indulgentiæ dotatum celebrata effectum ſuum certo conſequitur reſpectu animæ illius, pro qua offertur in ſatisfactionem pro pœnis ab ea debitis, quia tamen nobis id non conſtat, ideò & Miſſæ ſacrificium eidem intelligitur applicatum, & applicandum, pro qua petitum fuit, illud enim Deus ſemper acceptat, de indulgentia verò nonnulli dubitant, de quibus vide *Suar. par. 3. de pœnitent. d. 53. ſect. 3. Bord. 91.*

5 Quando ad conſequendam indulgentiam pro liberatione animæ è Purgatorio in priuilegio Altaris exigitur Miſſa pro defunctis, qua requiem æternam eis à Deo precamur, & dies certi præſcribuntur, quibus ibidem ad liberandas animas à pœnis ſacrificandum eſt, non ſufficit Miſſam de Sancto, vel de feria occurrente vel non aliquo ex ſtatis diebus celebrare, ſecus vero ſi Miſſę genus, vel dies certa non præſcribitur. Quodlibet enim ſacrificium æquè ſatisfactorium eſt, & pijs manibus æquè prodeſſe poteſt, & quoniam ſolemnibus diebus, quibus ſi feſtum duplex occurrat, transfertur in aliud tempus, non licet funebrem Miſſam pro defunctis, nec votiuam celebrare, vt infra octauam Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, & in Hebdomada maiori tunc ſatis eſt aſſignatam diebus occurrentibus Miſſam dicere, eamque defuncto, pro quo debetur, applicare, ne ſuffragium comperendinetur, vel procraſtinetur. *Diana p. 4. t. 4. r. 233. Ganant. in Miſſ. p. 1. tit. 5. num. 2. Nau. conſ. 37. Nald. v. Miſſa n. 21. Bord. n. 6. & alij.*

6 Numerus Sacerdotum in diplomate priuilegij alicui Altari conceſſi narratiuo modo ex ſupplicantium libello ſcriptus non eſt conditio neceſſaria ad valorem priuilegij; alioquin

eleſia, quæ ab initio ſignificatum Sacerdotum numerum habuit, & modo pauciores ex defectu redditùum, vel eleemoſynarum, vel alia de cauſa habet, priuilegium acquiſitum amitteret, quod minimè veriſimile eſt. Sed ſufficit ab initio quando impetratum fuit priuilegium, totidem Sacerdotes in eo templo quotidie ſacrificare ſolitos fuiſſe, quot in diplomate Pontificio exponuntur. Satis enim eſt conditionem ſemel adimpletam fuiſſe; ſi numerus in diplomate, vt conditio neceſſaria præſcriptus fuiſſet, & ſi præſes religioſus loci, vbi eſt Altare cum priuilegio, tot Sacerdotes habere, vel alere non poſſit, excuſandus eſt, & Altaris priuilegio vti poteſt. Cum enim ipſe non impedit quominus conditio adimpleatur, conditio impleta cenſetur, *l. iure ciuili ff. de conditionibus, & l. ſi quis hæredem ff. de inſtit. Bord. reſ. 91. num.* 8.

## Quotuplex Indulgentia ſit. Cap. XLIV.

1 Indulgentia alia partem pœnæ, alia vero totam pœnam pro peccatis debitam remittit, hæc plenaria, vel pleniſſima dicitur, nec differt ab ea; quæ in Iubileo conceditur, niſi quod iubilei indulgentia ſpecialem ſolemnitatem, & alias facultates, & indulta ſecum affert. Plenariam indulgentiam conſecuto nulla peccatorum pœna luenda ſupereſt in hac vita, vel poſt mortem in Purgatorio. Indulgentia pœnæ partem relaxans quadragenam, ſeptenam, carenam, et alias numero dierum, vel annorum, vel remiſſione dimidiæ, vel tertiæ, vel quartæ partis peccatorum diſtinctas complectitur. Quadragena eſt relaxatio pœnæ, quæ quadraginta dierum ieiunio pane, & aqua confecto ſolui debuiſſet iuxta canones pœnitentiales antiquos, & per eam indulgentiam tantum pœnæ remittitur, quanta correſpondere poſſet pœnitentiæ quadraginta dierum, quam imponeret pœnitenti confeſſarius iuxtà canones antiquos, cum ea grauitate, quæ deberet ſecundum prudens confeſſarij arbitrium imponi, huic, vel illi propter peccata in confeſſione expoſita, pro quibus hic, & nunc pœnam ſoluere debet. Septena eſt remiſſio tantæ pœnæ, quanta ſeptennio reſpondet. Carena vero dicitur remiſſio pœnæ, quæ quadraginta dierum ieiunio in pane, & aqua ducendo ſolui iuxta antiquos canones debuiſſet. *Sot. in 4. diſt. 21. q. 2. art. 1. Cord. q. 9. de indulg. Palud. in 4. d. 2. q. 2. cap. 4. Bellarm. Suar. d. 50. ſ. 4. num.* 8. *Cand. d. 24. art. 69. d. 41. 42. Hier. Rodr. reſ. 77. num. 3. Valent. Iac. Card.*

2 Probabile eſt per indulgentiam non modo remittit pœnam, quæ ſecundum ſacros canones infligitur, vel infligenda eſſet, & conſequenter Purgatorij pœnam ei reſpondentem, ſed etiam pœnam, quæ ſecundum iuſtum Dei iudicium infligenda eſſet. Illa autem pœna ſecundum numerum dierum, annorumque, & menſuram temporis huius ſeculi computatur. Propterea cum mille annorum, vel plurium, vel pauciorum indulgentiam conceſſam legimus, vel audimus hæc, vel illa facientibus tantum pœnæ remiſſum intelligere debemus, quantum ſecundum canones, & iuſtum Dei iudicium per totidem annos in

hac

Digitized by Google

hac vita pro culpis ſuis ferre debuiſſent, qui indulgentiam conſequuntur y ſic quando alicui præſcriptum opus facienti indulgentia pro *iniunctis pœnitentijs* conceditur, tantum pœnæ ei remittitur, quantum reſpondet pœnis à confeſſario, & à ſacris canonibus pro culparum grauitate taxatis, remiſſione autem iniunctæ pœnæ non modo Eccleſiæ, ſed etiam Deo ſatisfit. δ Ideò quamuis hodie pœnitentiæ non imponantur ſecundum canones antiquos, attamen indulgentiæ de *iniunctis pœnitentijs* non ſunt inutiles. Verba enim illa non adſtringuntur ad pœnitentias ſolum iniunctas à confeſſario, ſed etiam ad pœnitentias, quæ debuiſſent ab illo iniungi, ε & quæ iam per canones ſtatutæ ſunt, nam à iure quodammodo iniunctæ ſunt, & pœnitentibus deberent iniungi, niſi confeſſarij excuſarentur propter fragilitatem peccatorum, & prudentem timorem reddẽdi confeſſionem odioſam. Per indulgentiam de iniunctis pœnitentijs liberatur pœnitens à piaculis iniunctis ſecundum numerum dierum, ad quorum pœnitentiam obligatus à confeſſario fuit. Cuius arbitrio etiam ſacri canones multa relinquunt. Quare ſi confeſſarius iubeat aliquem per quadraginta dies Pœnitentiales Pſalmos genibus flexis recitare, vel à carnibus abſtinere, poterit pœnitentia hæc reputari quadragena ſecundum canones, & per indulgentiam vnius quadragenæ auferri, quando autem ſimpliciter conceditur indulgentia omiſſa illa clauſula, *de pœnitentijs iniunctis* conceſſio eſt vniuerſalis, & indiferens ad pęnam etiam pro alijs peccatis debitam. Vbi enim verba cõceſſioni limites non ponunt, nec nos ponere debemus. Forum ſacramentale difert à foro indulgentiarum, in quo Pontifex nullo modo procedit ex actis in foro confeſſionis, ideò non in omni conceſſione indulgentiæ debet intelligi formula de iniunctis pœnitentijs, quia etiam pro pœnis quibuſcunque debitis relaxandis concedi poteſt indulgentia, vt patet quando verba illa adduntur. *Quantum claues ſe extendunt* quæ ad ſignificandam omnis pœnæ remiſsionem, quantum fieri poteſt, extenduntur. γ *D. Th. d.20. D. Antonin. Albert. Durand. in 4. d.20. Palud. q.1. Syluest. Turrecr. Fauſt. l. 2. q. 13. Sot. Filliuc. Laur. Hier. Rodriq Valent. [illegible] l.6. cap.23. Granad. Villal. Diana p. 5. tr. 1 reſol. 39 contra Cord. Bonac. Laym. δ Laym. ex Tertul. ad martyres, Cypr. l. 3. epiſt. 5. ε Suar. d. 50. ſ. 5. num. 14. Lug. d. 17. ſ. 2. Cand. d. 24. ar. 69. d. 24. contra Caiet. Sot. Duran. Palud. Adrian. Henriq.*

2 Indulgentia vel eſt realis, vel localis, vel perſonalis. Illa realis dicitur, quæ alicui rei vt grano, numiſmati ſacro, Roſario B. Virginis, vel imagini benedictæ Crucis, vel agno Dei cõceditur. Localis quæ alicui loco, templo, vel aræ conceditur. Perſonalis eſt quæ alicui perſonæ datur, vt in articulo mortis eam lucretur, vel quoties hoc, vel illud pium opus fecerit. In reali indulgentia pietatis, & ſatisfactionis ratio habetur, ob quas rebus ipſis indulgentia imponitur, vel in honorem alicuius Sancti, vt D. Caroli, D. Andreæ Corſini, quinque Sanctorum Philippi Nerij, Iſidori, Ignatij, Xauerij, S. Tereſæ, vel ob aliquam neceſſitatem, vel ob præclara alicuius Chriſtiani Principis erga Eccleſiam merita. Diruto loco, ſacello, templo, altari ſine ſpe reædificandi, vel in

alium

Digitized by Google

alium locum ſub eodem patrono, & cum omnibus priuilegijs transferendi conceſſæ illi indulgentiæ locales ceſſant. Probabile autem eſt eaſdem transferri ſimul cum Eccleſia, ſi alibi ſub eodem titulo reædificetur Superioris Præſulis authoritate. Probabilius tamen hoc putatur, ſi in eodem ſitu diruta Eccleſia reædificetur. *Ita Innocentius, Bonomius D. Antoninus p. 1. t. 19. c. 1. Gloſſ. in Reg. iur. 7. in 6. Faber. Villalob. Suar. d. 52. ſ. 1. nu. 9. & lib. 8. de legib. c. 5. Diana p. 5. t. 12. reſ. 20. Laym. l. 5. tr. 7. cap. 3. num.* 5. de translatione indulgentiæ in reædificatam in eodem, vel alio ſitu Eccleſiam valdè dubitat *Emin. Card. Lugus ſect. 8. num. 130. contra Suar.* ſecus verò ſi per partes templum reędificetur. Nunquam enim deſijt eſſe Eccleſia, ſed ſemper eadem moraliter permanſit. *idem Lug. de Euch. d. 20. ſ. 2.*

3 Localis conceſſionis verba conſideranda ſunt, & iuxta ea agendum eſt; ſi enim pro aliquo die deſignato indulgentia conceſſa eſt. Is qui ſæpius eodem die idem templum viſitat, indulgentiam ibidem conceſſam ſemel tantum lucratur. Secus vero ſi abſque deſignatione temporis indulgentia templum illud viſitantibus conceſſa ſit. Tunc enim toties indulgentiam lucrari quiuis poteſt, quoties templum illud inuiſit. Probabile eſt etiam ſtationum indulgentias ſæpius eodem die acquiri poſſe. *Laym. l. 5. t. 7. cap. 3. Lud. Crut.* Nomine Eccleſiæ, quam viſitantibus indulgentia conceditur adiunctum etiam illi monaſterium intelligendum eſt; *Suar. d. 52. ſ. 1. nu. 7. Laym. Lud. Bononius.*

4 Qui à Summo Pontifice accepit poteſtatem applicandi indulgentias imaginibus, vel iconibus Diuorum, crucibus, coronis precatorijs, & alijs huiuſmodi rebus, poteſt eandem facultatem alteri delegare, niſi Summus Pontifex id vetuerit. Nam delegatus à Pontifice poteſt ſubdelegare. Secus verò qui ab alio talem poteſtatem accepit. Nam vi ſubdelegationis finitur in eo ſubdelegata poteſtas. *ita ex cap. fin. de officio iud. deleg. & c. cum cauſa de appellat. Paſqualig. d. 492. & alij.*

5 Qui habet indulgentias, ſiue benedictiones applicandas, mortuo Pontifice, qui eaſdem conceſſit, poteſt illas applicare, nam delegatio per modum gratiæ, vel ſequens gratia non expirat mortuo delegatore. *Ita ex capi. ſi ſuper gratia de offic. & poteſt deleg. in Decretalium, quod Guilhelmus Longus S. R. Eccl. Card. iuſſu Bonifacij VIII. cum Richardo Senenſi compoſuit. ita Villanus, Ciaconus, Peregrinus, Paſq. deciſ. 493. & alij.*

6 Conceſſio indulgentiarum, ſiue benedictionum applicandarum coronis, crucibus, imaginibus, pijs numiſmatibus eſt certa æquè, ac indulgentiarum conceſſio, quæ Eccleſijs, & altaribus à Pontifice conceduntur. Quia ob eundem finem ſecundum mentem Chriſti conceduntur. Finis enim, cum ſit principium agendi, eſt menſura actionis, & certitudinis illius. Eſt autem finis indulgentiarum ſatisfactio pro pœnis debitis per applicationem meritorum Chriſti; quamuis autem diuerſæ poſſint eſſe cauſæ, quibus moueatur Pontifex ad cōcedendas indulgentias, vnica tamen eſt cauſa finalis indulgentiarum omnium, ergo æquè certæ ſunt omnes ſiue precatorijs ſertis, roſarijs, pijs imaginibus, ſiue altaribus, & templis concedantur. *ita Paſqualig. deciſ. 494. Fariſel. & alij.*

7 Propterea Sacerdos accipiens ſtipen-

pen-

Digitized by Google

pendium pro ſacrificio Miſſæ in altari priuilegiato celebrandæ pro defunctis. Satisfacit obligationi ſuæ, ſi rem diuinam faciat in alio altari applicando indulgentiam plenariam, quam pro defunctis conſequitur virtute coronæ, vel piæ imaginis, vel pij numiſmatis, quod vulgo Medalia dicitur, cui applicata eſt benedictio indulgentiæ plenariæ. Præſtat enim, quod ab eo petitur, ideſt ſacrificium, & indulgentiam plenariam per modum ſuffragij virtute cuius anima defuncti e pœnis Purgatorij æquè liberari poteſt, ac ſi in altari priuilegium habente res diuina fiat. Indulgentia enim plenaria adnexa coronæ non eſt minoris efficaciæ, ac certitudinis, quam quæ altari affixa eſt. Ab eadem enim poteſtate, quæ in Vicario Chriſti eſt, prouenit ſecundum eundem finem, ob quem Chriſtus indulgentiarum theſaurum inſtituit. Nec Sacerdos cum in alio altari celebrat cum corona, vel pio numiſmate adnexam habente indulgentiam plenariam pro defunctis formaliter fallit fidem petentis ſacrificium in altari priuilegiato, ſed tantum materialiter. Ille petit, vt ſacrificium in altari priuilegiato peragatur non reſpectu altaris, ſed indulgentiæ. Et qui promittit ſacrificium in altari priuilegiato, nihil aliud promittit, quam ſacrificium cum indulgentia plenaria pro liberanda anima e pœnis purgatorij. hoc autem præſtat ſacrificans in alio altari cum re talem indulgentiam adnexam habente. Et ſatisfacit non ſecus, ac qui petenti illum nummum aureum, quem promiſit, alium daret eiuſdem valoris, & imaginis impreſſæ. *Ita Megala tom. 2. reſ. 187. Fraxinetus ſ. 4. cap. 4. §. 9. num. 2. editione octaua, Alphonſus à Leone de offic. confeſſ tempore iubilei p. 3. num. 29. Rubeus de fructu ſacrif. l. 3. d. 3. q. 2. Marchinus de ſacr. ord. p. 2. c. 24. num. 8. Diana p. 4. tr. 4. reſ. 40. Paſqualig. deciſ. 427. contra Bonacinam de Euch. q. vlt. p. 7. Homob. tr. 4. c. 13. q. 123. Giuan. t. 12. num. 5.*

8 Verum Sacerdos, qui promittit Miſſas in aſſignato altari priuilegiato, non ſatisfacit rem ſacram operando in alio non aſſignato, etiamſi applicet indulgentiam plenariam pro defuncto, pro quo ſacrificat, annexam coronæ, vel cruci, vel imagini, ſi Miſſa illa ſit ex ordinarijs ſacrificijs, quæ per aliquod tempus ſtatis diebus, vel quotidie in aliquo deſignato altari celebranda ſunt. Pro vna tamen, vel altera vice in multitudine Miſſarum à ſe celebrandarum, ſi quis ſacrificium in alio, quam in aſſignato loco operaretur, ratione paruitatis rei, excuſandus videtur. Verum ſi Miſſa petita in altari priuilegiato ſit extraordinaria, ſiue ex ijs, quæ ſpontè, & quando libet petuntur, etiam ſi ſæpiùs ab aliquo exigantur in aliquo altari aſſignato Sacerdos ſatisfacit ſacrum faciendo in alia ara cum applicatione indulgentiæ pio numiſmati, vel imagini adnexæ. *Ita contra Fraxin. & Rubeum docet Marchinus, & Diana l. c. Paſqualig. d. 428.*

9 Ad lucrandas indulgentias ſtationum poteſt quilibet ex vno loco viſitare plura altaria dirigēdo preces ad vnumquemque illorum. Vbi altaria quinq; non ſunt viſitanda pro conſecutione alicuius indulgentiæ, idem altare quinquies viſitandum eſt, vel ſi tria, vel quatuor fuerint, ea viſitanda ſunt, deindè vnum ex illis iterum, aut bis viſitandum erit, eum verò, qui idem altare ſæpius viſitat, non oportet

tet

tet locum, aut ſitum mutare, ſed ſufficit, ſi pro ſingulis viſitationibus caput inclinet, vel orationem aliquam abſoluat. 8 *Bonac. de ſacr. d.6.q.1.p.5.n. 25. Rodriq. Vegha, Graſ. Sà, Azor. Bord.r.81. Nug. Diana p.1.tr.11.reſ. 102. & p.5.tr.12.r.16 Lud. à Cruce contra Garnicam* K *Trullench.*

10 Quando quiſpiam ab ingenti hominum concurſu, ac turba impeditur, quominus templum inuiſendum pro conſecutione indulgentiæ ingrediatur, poteſt manendo præ foribus, & fundendo ad Deum preces indulgentiam adipiſci. Qui facit, quod poteſt, legi ſatisfacit. Præterea cœmeterium in fauorabilibus nomine Eccleſiæ comprehenditur. *Ita Bonac. d.6. q.1.p 5.num 26 Laym. l.5.tr.7.cap. 3. Corduba, Roſella, Rodriq. Villalob. Fernand. Nugn. Suar. Graff. Leo, Sanctarel. Filliuc. Diana p 5.t.12.reſ.19. Prapoſit. Philiar. Ludou. Cruc. Card. Lug. ſect. 6. nu. 97. & alij contra Zanardum, Gloſſam.*

## De cauſis Indulgentiæ. Cap. XLV.

1 QVando Summus Pontifex prę̨ter indulgentiam plenariam aliquot dies, vel quadragenas, vel ſeptenas concedit, id prudenter facit, vt ſi cauſa ob quam indulgentia conceditur, minus ſufficiat, is, cui indulgentia cōceditur, ſaltem indulgentiam aliquot dierum, vel ſeptenas, vel quadragenas conſequatur. Idem dicendum cum præter indulgentiam plenariam conceditur etiam remiſſio tertiæ, vel quartę partis peccatorum; quamuis alij hoc de venialibus culpis intelligant, *Rodriq. t.2.q.85.a.3. Cand. d.433. Hier.77. Paludan. Cardin. Tolet. l.6.c.24. vide D. Antonin. p.1.tr.10.*

2 Ad concedendas indulgentias iuſta aliqua, & rationabilis cauſa ſemper requiritur, 2 quia Pontifex non eſt dominus Theſauri Eccleſiaſtici, ſed diſpenſator, vt ex illo D. Pauli colligitur 1. ad Corinth. 4. *ſic exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*, & ex illo 1. D. Petri Apoſt. 4. *ſicut boni diſpenſatores multiformis gratia Dei.* Diſpenſator autem non poteſt ſine cauſa diſponere de rebus Domini. Alioquin Pontifex poſſet vno verbo liberare omnes animas Purgatorij, quod hominum fidem excedit. Nequit ille delere reatum pœnæ pro peccatis debitæ, quia eius obligatio eſt iuris diuini, ſicuti obligatio voti, quam proptereà abſq; cōmutatione auferre nequit.

3 Ad conceſſionem indulgentiæ non ſufficit quælibet cauſa, quantumuis parua, ſed neceſſe eſt, vt ſit cauſa æqualis non ſecundum quantitatem, ſed ſecundum proportionem, 4 quoniā rationi tam abſonum eſt pro parua cauſa magnam indulgentiā, quam ſine vlla cauſa magnam indulgētiam concedere. Nec poteſt diſpenſator abſque rationabili, & iuſta cauſa alienum Theſaurum diſpenſare. Iuſta ergo, & par cauſa, vt indulgentiarum theſaurus diſpenſetur, neceſſaria eſt, qualis eſt veneratio Diuorum, vtilitas Eccleſiæ, conſtructio templi, auditio diuini Verbi, frequentatio diuinorum Officiorum, propugnatio orthodoxæ fidei, maior Dei gloria, & ſpiritualis fidelium vtilitas. Pro temporarijs cauſis non diſpenſantur indulgentiæ, niſi quatenus in vtilitatem Eccleſię redundant,

dant, & ad Dei honorem pertinent, vt præſtatio ſubſidij, & auxilij ad redimendos Chriſtianę Religionis hoſtes, conſtructio pontium, reparatio viarum ad fidelium, & pauperum vtilitatem, & ſi quandoque cauſa verè non ſufficiat, ſatis eſt, ſi à conceſſore indulgentiæ ſufficiens prudenter exiſtimetur. Oeconomus enim, qui prudenter operatur, fidelis ſeruus, & prudens à cæleſti Rege vocatur. Si verò cauſa non ſit æqualis proportione quod ad totum id, quod conceditur, conceſſio valet, quod ad partem, cui ſufficit cauſa. Pontifex vult concedere indulgentiam quantam poteſt; ſi plenariam nequit, ſaltem partialem, quam poteſt, concedit. Sic confeſſarius pœnitentem abſoluit, quantum poteſt. Cæterum ad indulgentiam particularem ſufficit cauſa particularis, ad vniuerſalem cauſa vniuerſalis neceſſaria eſt, niſi bonum priuatum tanti ſit momenti, vt æquiualeat publico bono. a *ita Doctores omnes teſte Lugo Card. d. 17. ſ. 8. Clemens VI. & Martinus V. & Leo XV. contra Palud. in 4. d. 12. & ita Doctores commun. Albert. Bonauent. Richard. Adrian. Caietan. quos affert, & ſequitur Suar. d. 54. ſ. 3. n. 5. Lugo n. 141. contra D. Th. in 4. d. 20. q. 1. art. 3. & alios apud Suar. l. c.*

## Neceſſaria ad conſequendam pro ſe Indulgentiam. Cap. XLVI.

1 VT quis indulgentiam conſequatur neceſſe eſt, vt viuens baptiſmo initiatus fuerit, & rationis vſum ſaltem habuerit, quando opera ad obtinendam indulgentiam præſcripta animo conſequendi illam incepit, nec intentionem, aut voluntatem ante delirium, vel ſomnum, in quo ea complet, retractarit, atque vt ſit in ſtatu gratiæ ſaltem in fine, quando completur vltimum opus præſcriptum ad conſequendā indulgentiam; quam etiam in ſomno, vel delirio, vel amentia vltimum opus nondum completum ſubſecuta aliquis conſequi poteſt. Quando v. g. ieiunium in media nocte completur ab eo, qui cætera præſcripta opera peregit. Chriſtiani viuentes conſequi poſſunt indulgentiam pro mortuis per modum ſuffragij conceſſam, vt diximus, ſic etiam pro cathecumenis mortuis, vel viuentibus, & pro his, qui poſt vſum rationis in amentiam ceciderūt, indulgentiam, ſi Pontifex eam concedat, adipiſci poſſunt. Sic homo iuſtus poteſt pro catechumeno, vel amente orare Deum, ac ieiunare, & ſuffragiis ſuis illum iuuare. *Laym. l. 5. t. 7. c. 6. n. 1. Card. Lugo d. 17. ſ. 6. Diana p. 5. tr. 12. r. 9. Villalob. Faber. Henriq. Tanner. Iac. Granad. & alij contra Suar. Præpoſitum, Bord. reſ. 81. num. 6.*

2 Porrò indulgentiam non conſequitur, qui lethali ſcelere obſtrictus manet toto tempore, quo illa durat; ſatisfactio enim Chriſti, & Sanctorum non prodeſt illis, qui myſtico Corpori Chriſti per diuinam gratiam coniuncti non ſunt; ſicut qui mortalis culpæ reus præſcripta ad conſequendam indulgentiam opera præſtitit, ſi elapſo poſtea tempore in Dei gratiā redeat, indulgentiam non lucratur; quamuis enim Pontifex poſſit concedere indulgentiam ei, qui præſcripta in peccato mortali peregit, cum primum ille Deo reconciliabitur, obtinendam; nihilominus

minus ſi hanc intentionem ſuam eſſe non explicet in conceſſione, verius videtur Pontificis mentem non eſſe indulgentiæ effectum vltrà ſtatutum tempus, vel diem diferre. Cæterum indulgentia cum ſit priuilegium Principis nemini detrimentum afferens latè interpretanda eſt, quantũ verborum ſenſus patitur; quando concedentis poteſtas conſtat, & iuſta cauſa concedendi. *Ita Suarez cum alijs d. 52. ſ. 2. num. 12. Lug. d. 27. ſ. 6. n. 84. Diana p. 4. tr. 4. r. 9. Laym. Tolet. & alij contra Palud. Syluestrum, Henriq. l. 7. de indulg. c. 9. n. 3. Laym. Raph. à Turre, Villalob. Filliuc. Henriq. Suar. de rel. tom. 2. l. 6. cap. 16. nu. 5. Bonac. t. 1. ſ. 300. nu. 4.*

3 Probabile eſt opera honeſta ad conſequendam indulgentiam præſcripta prodeſſe, etianſi in peccato læthali, & cum peccato fiant, ideſt ob malum finem vitientur, vt ſi quis ob inanem gloriolam captandam ieiunet, viſitet Eccleſiam, vel ſi quis ex malo fine det fœminæ eleemoſynam, Bullam cruciatam pro defuncto emat. Nam opera illa in genere, & ſecundum ſe ſpectata ſunt bona, & ad Dei gloriam, vel communem vtilitatem tendunt, quamuis ex circunſtantijs male fiant. Nec neceſſe eſt, vt ſint ſatisfactoria ex opere operantis in indiuiduo, ſed ſatis eſt ſi virtute meritorum, & ſatisfactionum Chriſti eleuentur ad ſatisfactionem, quod euenit, ſi operans in fine vltimi operis præſcripti Dei gratiæ compos ſit. *Suarez d. 52. ſ. 2. n. 12. cum alijs quos citat. Card. Lug. ſ. 6. n. 85.*

4 Ad lucrandam indulgentiam viuentibus non ſemper neceſſarium eſt opus pium, vel externum. Nam ſæpè Pontifices concedunt plenariam indulgentiam moribundis, qui de Sancta Eccleſia benemeriti ſunt, & ſæpè alias, vel grati animi cauſa, vel remunerationis, vel ſolatij, vel medicinæ ergo vel alias ob cauſas, quæ pium opus non exigunt. Sic indulgentia concedi poteſt examinantibus conſcientiam ſuam, & peccata ſua propter Deum corde deteſtantibus, vel ſolo animo Ieſu nomen inuocantibus. Opus ad conſequendam indulgentiam requiſitum non poteſt per alium præſtari, vt ieiunium, vel oratio, non enim ieiunat, vel orat is, per quem alius ieiunat, vel orat. Sufficit tamen piam ſtipem per famuli manum pauperibus exhibere. Tunc enim aliquid de ſuo largitur dominus. Qui bullam Cruciatam pro me inſcio accipit, dat eleemoſynam nomine meo tanquam vtiliter rem meam gerens, quod ego poſtea ratum habeo, & debitor fio illi tanti, quantum pro me largitus eſt; quod debitum ille beneuolentiæ cauſa mihi remittit, atque ideò iam cenſeor piæ ſtipis per eum datæ largitor. Propterea Religioſus ab amico Bullam acceptare nequit abſque Præſidis, vel Superioris ſui conſenſu, qualis ad largiendam piam ſtipem neceſſarius eſt, & ad acceptandam remiſſionem illius debiti. *Ita Em. Rodriq. in Bullam § 9. n. 23. Lug. ſ. 6. nu. 87. contra Cordubam de indulg. q. 26. d. 1.*

5 Bulla Cruciata pro amico ſumpta, ſi ab illo non acceptetur, non poteſt alteri applicari, quia eius nomine non eſt facta pia largitio. *Lug. n. 87. contra Villalobum, Dianam r 95.*

6 Meretrix largiendo pecuniam meretricio queſtu comparatam poteſt Bullam Crucis valide accipere, quia dat de ſuo. Secus verò fur dans nummos, quos alteri ſurripuit. Non



Digitized by Google

enim poteſt rem alienam largiri, ideò nec Bullam inualida largitione facta validè accipere. *Diana cum alijs tom. 1. de Cruciata Bulla contra Rodriq. reſol.* 101.

7 Qui dimidium operis præſcripti facit, non conſequitur dimidium indulgentiæ. Hæc enim indiuiſibiliter conceditur, ergo diuidi non poteſt. Satisfactio verò Sacramentalis diuiſibiliter eleuatur, ita vt, qui impleuit dimidiam illius partem, iam pro dimidio ſatisfecerit. *Io. Lug. d. 27. ſect. 6. nu. 8. & alij.*

8 Non ſufficit idem opus ad lucrãdas diuerſas indulgentias diuerſis benedictionibus, & diuerſis de cauſis conceſſas. Vt ſi quis habeat duo, vel tria grana, vel numiſmata benedicta ſingula diuerſis benedictionibus pro diuerſis indulgentijs inſignita, quales ſunt, quæ ad honorem Diui Caroli, & quinque Sanctorum, vel aliorum conceſſæ ſunt, & quæ ordinariæ, & extraordinariȩ dicuntur. Ad ſingulas enim indulgentias conſequendas opus eſt intentione peculiari, & opere diſtincto; niſi quando multæ indulgentiæ conceduntur per modum vnius, vt cum viſitanti hoc templum cõceduntur omnes indulgentiæ omnium templorum Vrbis Romæ. Tunc enim vnius templi viſitatione poteſt quiſq; eas omnes lucrari. Sic vnica confeſſione expiatus, & ſacra communione refectus poteſt eadem die viſitando plures Eccleſias diuerſas indulgentias viſitantibus eaſdem conceſſas adipiſci. Quia cõnfeſſio, & cõmunio exiguntur, vt diſpoſitiones, ac præparationes animorum ad ipſas indulgentias conſequendas. Sic eadem die poſſum lucrari plures indulgentias Eccleſijs, vel granis conceſſas, ad quas confeſſio, & communio requiritur faciendo diuerſa opera præſcripta in formulis, vel Bullis Pontificijs. *Suar. d. 52. ſ. 10. nu. 9. Turrian. p. 2. d. 31. d. 64. Lug. d. 27. ſ. 6. Diana p. 3. tr. 4. reſ. 166. & alij.*

9 Sic quando vna indulgentia plenaria ſuccedit alteri poſtridiè ad vtrãque lucrãdam neceſſe non eſt bis peccata ſua confiteri, bis Euchariſticam dapem ſumere: etianſi ad quamlibet indulgentiam aſſequendam confeſſio, & communio requiratur, modo qui pridie ſacræ menſæ accubuit, & indulgentiam conſecutus eſt, in gratia Dei permaneat, dum poſtridiè aliam indulgentiam vult conſequi, quia confeſſionis, & communionis opera non præſcribuntur directè, ſed indirectè, vt præparatio ad indulgentiam adipiſcendam α ſecus verò dicendum eſt, quando communio directè exigitur, vt opus ad conſecutionem Iubilei præſtandum, vel quando indulgentia conceditur ijs, qui in illa, vel hac Eccleſia Sacræ menſæ accubuerint, tunc vnica communio non ſufficit ad duplicem indulgentiam; quando ad vtramque directè exigitur; ſecus verò ſi ad alteram indirectè, ad alteram directè præſcripta β ſit. α *Aloyſ. Turrian. p. 2. d 31. d. 64. Dian. p. 4. t. 4.* β *Lug. d. 27. ſ. 6. num. 93.*

10 Quando indulgentia conceditur *pœnitentibus, & confeſſis*, vel *contritis, & confeſſis* probabilis eſt Doctorum ſententia ſolam deteſtationem peccatorum propter Deum ſufficere, verba enim illa ſecundum ſubiectam materiam diſtributiuè, ſeu diſtinctè intelligi poſſunt, vt ſi diceret (ciuibus, & aduenis Clericis, & laicis.) Tunc enim vtriſque conceditur. *Ita Suar. num. 12. Palud. Gerſon. & alij. Lug. ſ. 6. n.*

94. con-

Digitized by Google

24. *contra Durand. Adrian. Caietan.*

11 Quando abſque temporis determinatione indulgentia perpetua conceſſa eſt viſitantibus aliquod templum, vel recitantibus aliquam orationem, vel pſalmum, toties eadem die acquiri poteſt, quoties humano modo præſcripta actio repetitur, ideſt viſitatio Eccleſiæ, vel recitatio pſalmi γ quando vero indulgentia pro die aliquo deſignato conceditur, vel pro pluribus diebus propter commoditatem fidelium, qui eadem die illuc cõcurrere nequeunt, probabilius eſt eam ſemel acquiri δ poſſe, ſi veró ad fouendum, vel faciẽdum concurſum ad aliquam Eccleſiam indulgentia à die prima vſque ad octauam feſti duratura concedatur, probabile eſt eamdem ſingulis diebus acquiri ε poſſe. γ *Suar. d.57. ſ.1. num 7. Bonac d. 6. de ſacr. q.1. p. 5. nu. 32.* γ δ *D. Th. in add. q. 25. art. 2. ad 4. Nauar. de indulg. not. 31. num. 36. Suar. Bonac. Lug. loc. cit. Cordub. l 5. q. 33. Tolet. l.6. cap. 28. Sà, Regin. Nugn. Graff. Sanch. & alij Angelum, Roſelo, Villalob. & alij apud Dianam, & alios, quos breuitatis gratia omitto.*

## Neceſſaria ad conſequendum Iubileum, vel Indulgentiam in forma Iubelei conceſſam. Cap. XLVII.

1 INter maxima beneficia, quæ Deus O.M. in veterem Hebræorum patrum ſynagogam contulit, vt merito gloriaretur dicens. *Non fecit taliter omni nationi.* Iubileum commemoratur, quod quinquageſimo quoque anno Deus celebrari iuſſit, vt in Leuitico 25. legimus his verbis. *Sãctificabiſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terra tua. Ipſe eſt enim iubileus, reuerteturq; homo ad poſſeſſionem ſuam, & vnuſquiſq; redibit ad familiã priſtinam &c.* ſignificat autem vox Hebræa *Iobel* יובל arietem *Iobeleum* arietis cornu, ſeu tubam arietinam, qua Hebræi memores Iſaachi cæſo ariete Abrahæ diuinitus oblato liberati quinquageſimo quoque anno vtebantur, quando ſumma liberatio filiorum Iſrael fiebat, Primus Iubileus Hebræorum fuit anno Mundi 2549. Sortitionis terræ Chananeæ 1. Ioſue Ducis Hebræorum 7. ante Chriſtum 1451, ſed non minori beneficio Chriſtus Dei filius Eccleſiam ſponſam ſuam ſanguine ſuo lotam, ac redemptam decorauit: cum per Vicarium ſuum Romanum Pontificem iubileum, ideſt plenariam peccatorum omnium remiſſionem centeſimo quoque anno, quem ſæcularem vocabant, deindè quinquageſimo, demum vigeſimo quinto quoque anno concedi illi voluit. Vt omnis ſuperſtitio ſæcularis anni, & ludorum ab infidelibus inſtitutorum aboleretur. Iubilei formam vel inſtituit, vel reſtituit Bonifacius Octauus anno MCCC. quem verum Pontificem Guillelmus Longus Cardinalis in Concilio Vienenſi aduerſus Philippum Pulcrum Gallorum Regem ciuilis, ac Pontificij iuris armis defendit. Clemens Sextus Pontifex à centeſimo ad quinquageſimum, Vrbanus Sextus ad trigeſimum tertium, Paulus II, & Sixtus IV. ad vigeſimum quintum quenque annum Iubileum reduxere; quo proficiſcentes Romam pleniſſimam peccatorũ veniam conſe-



Digitized by Google

ſequerentur. Deinde, quia non omnes Romam proficiſci poſſunt, indulgentiam plenariam in formam iubilei omnibus vbicunque terrarum manentibus Pontifices ſtatis annis concedere conſueuerunt. Obſeruationes in iubileum Sixti V. primus omnium fusè ſcripſit Cæſar Bottonus Sacerdos Somaſchenſis, quem ſequuntur plurimi, qui de Iubileo ſcripſere, maximè Georgius Polachus Benzonius, Sanctarellus, Paſqualigus, Leonius, & Boſſius. Idcircò mens mihi non eſt in iubilei Bullam commentarium contexere, ſed nonnulla tantum, vt canis è Nilo, delibare ad indulgentiam ipſius ſpectantia. Ad eius ergo conſecutionem neceſſe eſt quinque pietatis opera præſtare: videlicet Sacerdoti ad confeſſiones admiſſo ab Antiſtite ordinario confiteri, ieiunium quarta, & ſexta feria, ac Sabbato ſeruare, tres Eccleſias deſignatas ab Antiſtite, vel vnam ex ipſis ſecundum diploma Pontificis viſitare, ibique pro neceſſitatibus in eo expreſſis preces ad Deũ fundere; piam ſtipẽ, qualem, ac quantamquiſque vult, pauperibus largiri, Eucharitiæ Sacramentum accipere, quæ omnia niſi fiant, vel legitimè impeditis à confeſſario commutentur, non obtinetur indulgentia. In his enim quæ à libera hominis conceſſione pendent, voluntas non reputatur factum. *Extrauag. Antiq. Tolet. l. 6. Nauar. de iubil. nu. 1. n. 3. Flor. 1. p. tit. Alex. d. 7. Hier. Rodriq. Card. Lug. d. 27. ſ. 7. Iac. Capellus ad annum 2549. Hier. à Capugnano, & alij.*

2 Ad indulgentias Iubilei, & Cruciatæ Bullæ conſequendas neceſſario confiteri non debet veniales culpas, qui lethalis peccati ſibi conſcius non eſt. Eccleſia enim conſueuit mortalium culparum, non vero venialium confeſſionem præcipere. *Cap. omnis vtriuſque ſexus. Suar. d. 52. ſ. 3. nu. 10. Palud. Gerſon. Bellarm. de indulg. l. 1. cap. 13. q. 3. Bonacin. d. 6. de ſacram. q. 1. p. 5. Graff. p. 1. l. 4. c. 15. num. 19. Alph. Leo, Fabrin. Sanctarell. Laym. Botton. Portel. Comitol. Zanard. Lorichius, Reginal. Villal. Zerol. Fauſt. Diana p. 5. t. 12. r. 30. Lug. d. 27. ſ. 7. num. 100. Coninch. Filiuc. Henriq. Molfeſ. & alij.* Contraria etiam ſententia valdè probabilis eſt, nam qui iubileum conſequi vult præſcriptà opera ad illud facere debet, *Rodriq. c. 184. num. 12. Sanchez de matrim. l. 8. d. 15. nu. 19. Cand. diſq. 24. art. 69. d. 53. Nugnus q. 27. q. 3. d. 2. Acoſta, Polach. Sà, Fernand. Homobon. Lauer. Vegha cum aliis Florinus, qui etiam contrariam probabile putat. vid. Paſqualig. de iubil.*

3 Ad conſequendum iubileum non ſufficit contritio, ideſt vehemens dolor de peccatis propter Deum conceptus poſt confeſſionem ſacrilegam, & inualidam iubilei tempore factam; ſed neceſſaria eſt cõfeſſio valida, nam talis etiam exigitur ad ſatisfaciendum præcepto Eccleſiæ de annua confeſſione. *Ita Sanctarel. Zanard. Sotus Proſt. Leonius, Comitol. Conrad. Caietan. Fabrin apud Dianam p. 2. tr. 4. qui tam bene eos contra ſe citat, quam male pro ſe affert. Henriq. l. 7. c. 9. n. 5.* loquentem ſolum de eo, qui fecit confeſſionem validam informem, quę verum eſt Sacramentum, *& Fernand. in exam. p. 3. c. 7. §. nu. 1.* dicentem ſufficere quidem cõfeſſionem in peccato factam, non tamen ſacrilegam, & inualidam. Quia hæc non eſt confeſſio, ſed irriſio. *Io. Lugus ſ. 7. num. 102. & alij contra Dianam p. 5. t. 12. reſ. 4.*

Digitized by Google

reſ.4. Sot. Fauſt. de iub. l.4. q.46. Cand. diſq.25. art.69. Cordub. Valent. Sanctar. Lauor. Polach. Leo, Laym. Fil. probabile tamen eſt quod iſti Doctores dicunt Communionem, licet ſacrilegam factam iubilei tempore non eſſe neceſſario repetendam, quia valida, ac vera communio fuit, licet nullum fructum impediente peccato attulerit. *Io. Lugus n.* 103. probabile eſt excōmunicatum, qui abſolutionē obtinere non potuit, ſi peccata ſua propter Deum deteſtetur, & à contumacia recedat fieri ab Eccleſia indulgentiæ participem, cum alioqui in Eccleſia priuatim orare poſſit, ieiunare, & alia præſcripta opera facere, & communionem in aliquod pium opus commutari poſſe aliqui probabiliter doceant. *Diana p.5. t.12. r.13. Cotonus, & alij contra Nugnum 3. p. q. 17. art.1.*

4 Eum, qui prima hebdomada iubileum lucratus eſt, poſſe iterum ſecunda hebdomada illud conſequi, & à caſibus reſeruatis denuo commiſſis abſolui probabilis Doctorum ſententia eſt *a* contraria tamen opinio probabilior, ac tutior. Verba enim diplomatis Pontificij hanc confirmant, quibus altera ex duobus hebdomadis indulgentia plenaria conceditur. Sicut enim ſumens Bullam Cruciatam hoc anno MDCIIL. indulgentiam plenariam ſemel virtute Bullæ conſequitur, & à criminibus reſeruatis in Bulla Cœnali ſemel abſoluitur, ne, ſi eodem anno aliam Bullam Cruciatam accipiat, & iterum piam ſtipem largiatur, poterit ſecundo indulgentiam plenariam acquirere, & à reſeruatis criminibus nouis iterum abſolui, niſi in Bulla Crucis id ſpecialiter concedatur idem dicendum de indulgentia iubilei, & de abſolutione reſeruatis culpis ſemel eam obtineri poſſe probabilius alij docent, & ità Clemens Octauus interrogatus, ac Cardinalium cætus reſpondiſſe fertur. *ß* nonnulli media incedentes via probabiliter dicunt eum, qui prima hebdomada, qua iubilei veniam conſecutus eſt, & à reſeruatis criminibus abſolutus non fuit, quòd nullis tunc reſeruatis obſtrictus eſſet, poſſe ſecunda hebdomada abſolui. *γ* tres haſce ſententias probabiles eſſe aſſerit *Card. Lugus*. Nihilominus ſecundam ſententiam vt probabiliorem ipſe ſequitur. Ideò ſiquis iubileum Parmæ lucratus veniat Placentiam, vbi illud tunc indicitur, non poteſt ſecundo indulgentiam iubilei, & abſolutionem à reſeruatis conſequi. Licet enim locus ſit diuerſus. Idem tamen eſt iubileum ſi tamen noluiſſet Parmæ illud lucrari, poſſet poſtea Placentiæ. *δ* illud obtinere. *a Henriq. l.6. c.16. nu.3. & l.7. de indulg. c.11. nu.1. Reginal. l.8. c.5. nu 64. Alphon. Leon. Floren. Fernand. Zanard. Graſſ. l.2. cap.2. nu.23. Nald. Zerola, Sanctarel. Lauor. Diana p.5. tr.12. reſ.28. ß Suar. tom.2. de Relig. l.6. c.16. nu.17. Thom. Sanch. in Decal. c.54. num.30. Filiuc. tr.8. c.10. nu.278. Portel. Benzon. Fauſt. Bordon. r.63. num.9. Candid. Dian. Cardin. Lug. d.27. ſ.7. nu.121. γ qui mediam ſententiam refert, tutamque cenſet. δ Sanct. Vgol. Dian. p.2. t.4 r.51.*

5 Valde probabile mihi videtur, quod aliqui dicunt, eum ſcilicet, qui iubileum promulgatum eſſe ignorantia inuincibili detentus neſciuit poſſe tranſacto illius tempore intra duas hebdomadas à die, quo de iubilei promulgatione certior factus eſt, illud conſequi, quia ignoratione impeditus

 fuit,

fuit, quominus illud tempore ſtatuto adipiſceretur. Ignoratio enim cuilibet impedimento æquiualet. Quanquam *Ioan. Lugus* hoc olim verum fuiſſe dicat, nunc vero ſecundum nouam formulam iubilei ſolis nauigantibus, & iter agentibus iubilei prorogationem concedi; cæteris vero impeditis ex cōceſſione Confeſſarij quorundam operum prorogationem non omnium permitti. Ego tamen à beneficio vniuerſali ignorantem illud tempore debito minime excludēdum cenſeo, ſed per epicheiam illi etiam tempus per duas hebdomadas à die notitiæ prorogari, vt iubileum conſequi poſſit non ſecus, ac olim ſecundum veterem formulam iubilei Syxti V. in quod obſeruationes ſuas edidit Cæſar Bottonus Theol. Somaſchenſis, qui ſententiam hanc docuit pag. 131. *Diana p.3.t.4.reſ.151.& alij.*

6 Ieiunia debita ex voto, vel ex præcepto Eccleſiæ ſufficiunt ad iubileum conſequendum. Nam ſæpè iubileum promulgatur in Quadrageſima, vel in hebdomada quatuor temporum. Neque enim ad iubileum requiruntur opera indebita, ſed qualia ſufficiunt ad ſatisfaciendū nouo præcepto, cui ſatisfieret per opera aliundè debita. *Ita Io. Lug. ſ. 7. num.* 110. *& alij communiter, contra Syluestrum v. indulgentia q 6. Tabienā q.* 10. *Armilla* §. 16.

7 Probabile eſt orationem mentalem ſufficere ad iubileum: Pontifex enim in diplomate ſolum petit, vt deuote Deum orent homines pro neceſſitatibus in Bulla indicatis. Tutius tamen eſt orationes aliquas vocales intermiſcere mentali. *Lug. n.* 111 *Nauar* §. *in Leuitico not* 32. *v preces nu.* 48. *Trullench. l.* 1. §. *d.* 2. *n.* 7. *Diana p.5.tr.12.r.33. Bordon. & alij contra Rodriq. in Cruc.* §. 7. *nu.* 2. *Boſſ. ſ.* 4. *c.* 17. *num.* 15.

8 Probabile eſt eleemoſynam datam famulo, vt ab ipſo detur pauperi, vel iuſſam dari ab Oeconomo pauperibus, ſi neuter eam pauperibus eroget, non ſufficere ad indulgentiam iubilei conſequendam. Non enim transfertur dominium illius in pauperem, niſi fortè aliquis eleemoſynam pro paupere acceptarit, nam tunc irreuocabilis eſſet donatio idem dicendum eſt de pia ſtipe, quæ tempore iubilei mittitur ad pauperem diſtantem, ad quem peruenire non poteſt intra hebdomadam iubilei. Poteſt enim in hiſce tribus caſibus reuocari mandatum, niſi quis eam nomine pauperis acceptarit. *Corduba de indulg. q.* 26. *d.* 2. *Lug. ſ.* 7. *n.* 112. *& alij.*

9 Sufficit eleemoſyna data à me diuiti, quem ego pauperem eſſe puto, cum verè ſit diues, & ſe pauperem ſimulat; non enim debeo inueſtigare, ac ſciſcitari neceſſitatem petentis, ſed ratio eleemoſynæ ſubſiſtit, ſi detur ad ſubleuandam miſeriam, inopis. *Lug. num.* 113. *& alij.*

10 In Bullis Pontificijs olim præſcribebatur eleemoſyna ſecundum cuiuſque facultatem, ac conditionem, nunc vero temporis ad iubileum conſequendum eleemoſyna ad libitum & arbitrium dantis præſcribitur. Ita vt quæcunque piæ ſtipis largitio ſatis ſit, etiamſi vnius oboli, nec habilitas perſonarum ſpectanda eſt. Pro religioſis nihil proprij habentibus ſufficit, ſi de bonis communibus Superior Religioſus, vel ſecularis aliquis nomine eorum accedente Superioris conſenſu piam ſtipem pauperibus largiatur. Nam qui per alium facit, per ſe ipſum

Digitized by Google

ipſum facere cenſetur. Si tamen Superior de bonis communibus aliquid pauperibus largiatur pro omnibus ſubditis ſuis iiſdem inſcijs, non ſatisfit pro iubileo conſequendo, niſi ipſi ſaltem intra hebdomadam id legitimè ſcientes ratam habeant; eleemoſyna enim eſt actio moralis, ad quam neceſſaria eſt aliqua cognitio, & voluntas. Præmonere ergo eos debet Superior, & promittere ſe pro ſubditis omnibus, & ſingulis piam ſtipem pauperibus largiturum intra tempus iubilei. *Lug. d.27. ſ.7. num.116. Boſſ. caſ. 21. n. 30. ꝯ Lug. loc. c. Rodriq. in Cruciatam. Dianam p.5. tr.12. reſ.14. & alij contra Nauar. de iubil. not. 21. nu.34.*

11 Probabilis eſt ſententia aſſerentium præſcripta opera ad conſequendum iubileum etiam abſque rationabili cauſa in duas hebdomadas diuidi poſſe, ita, vt, qui prima hebdomada tres dies ieiunauit, ac templa inuiſit, altera deinde hebdomada confeſſione peccata ſua expiat, & Euchariſticum agnum manducat, iubilei indulgentiam conſequatur. Ieiunia tamen, niſi adſit grauis cauſa, non ſunt diuidenda. Gratiæ, quæ nulli nocent, ſed omnibus proſunt, ampliandæ. *Ita Patres Romanæ pœnitentiaria anni MDCXX. reſponderunt Bonac. de ſacr. d.6. q.1. p.5. nu.34. Molfeſ. t.1. tr.7. cap.16. nu.49. Nald. v. indulg. Diana p.3. tr.4. r.153. & p.5. tr.12. r.24. Io. Præpoſit. Laym. l.5. tr.7. cap.8. Bordon. d.63. num.5. & alij contra Io. Lugum nu.105. Nugn. Lauor. Alph. Leon. Henriq. Fauſt. l.4. q.64. Candid. d.25. art.69. d.60. Graff. Boſſium, Zerolam, Fernand. Vgolin. Sanch. l.4. mor. c.54. nu.28.*

12 Commutatio operum præſcriptorum ad iubileum conſequendum, non comprehendit confeſſionem, nec communionem. Has enim ſpeciatim exigit Pontifex ab iis, qui iubilei indulgentiam lucrari volunt, neque enumerat inter ea, quæ commutandi facultatem concedit. Hæc autem ſunt *ieiunium eleemoſyna, Eccleſiaque, vel Eccleſiarum viſitatio, ac interuentus in publica ſupplicatione, ſeu proceſſione, & oratio pro expreſſis in Bulla neceſſitatibus, vel eorum aliqua. Hæc tantummodo à confeſſario electo ratione impedimenti cuiuſcunque in alia pietatis opera cōmutari poſſunt, vel in aliud proximum tempus prorogari, eaque iniungi, quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt.* Hæc in recentiore diplomate iubilei numerantur, ideò qui ad vltimum diem Dominicum, communionem diſtulit, ſi incogitanter aliquid bibendo, vel deguſtando ieiunium naturale ſumpturis Euchariſtiam neceſſarium fregit, iubilei veniam conſequi amplius non poſſe videtur, cum communio illi in aliud opus commutari nequeat, quamuis olim ſecundum veterem iubilei Bullam poſſet. *Ita Io. Lugus d.27. ſect.7. num.119. contra Sanctarel. de iubil. cap.7. Henriq. l.7. cap.10. Dianam r.152.* & Graffium loquentes ſecundum Bullam veterem. Ego tamen in ſequentem diem differri poſſe Communionem exiſtimo cum Henriquio, & in hoc caſu Epicheia vtendum eſſe, quanquam ſolis nauigantibus, & iter habentibus conceſſa ſit expreſsè prorogatio confeſſionis, & communionis in aliud tempus.

13 Commutatio autem operum non neceſſario facienda in opera, quæ iiſdem diebus ſubrogentur, ſed ieiunium Sabbati, aut diei Veneris commutari poteſt in opus pium, quod feria quinta fieri poſſit. Sufficit enim,

vt

vt intra tempus iubilei ſubrogata opera fiant. Quilibet autem confeſſarius ad omnes, vel ad aliquos actus, commutationeſque in diplomate Pontificio conceſſas eligi poteſt. Nec neceſſe eſt, vt electus ſemel ad vnum effectum, eligatur ad omnes alios. *Henriq. l. 7. de indulg. cap* 10. *Th. Sanch. l.* 4. *Decal. c.* 54. *n.* 17. *Lug. ſect.* 7. *nu.* 120. *& alij*.

14 Qui iter habet, vel nauigationem, quamuis per totam primam hebdomadam fuerit in loco, vbi iubileum promulgatum eſt, & poſt dimidium ſequentis hebdomadæ indè diſceſſerit. Poterit finito itinere, vel nauigatione abſoluta illud per duas hebdomadas proximè ſequentes lucrari. Pontifex enim poſt abſolutum iter nauigantibus, vel iter habentibus duas hebdomadas ad conſequendum iubileum concedit. Illud tamen etiam in itinere conſequi poſſunt, ſi vbi tẽpore promulgationis iubilei fuerint, incipiant præſcripta opera facere, viſitentque Eccleſiam, vel Eccleſias ibi deſignatas. Deinde cætera in ipſo itinere præſtent. Non enim neceſſe eſt omnia opera in eodem Territorio præſtare. Immo viſitatio Eccleſiarum in aliud pium opus iter habentibus, vel nauigantibus rectè commutari poteſt, ſi cõmodè nequeant ante iter deſignata templa viſitare. Qui præſentes ſunt, vbi iubileum promulgatur, acquirunt ius ad illud conſequendum, & poſſunt vti omnibus facultatibus ibi conceſſis. Qui tamen egent commutatione votorum, vel operum, vel abſolutione à reſeruatis, debent cõfeſſario approbato, vbi promulgatum eſt iubileum, confiteri, & ab eo abſolutionem, & commutationem votorum, vel operum præſcriptorum accipere, non in loco, vbi non eſt iubileum. Nam ibi confeſſarij non poſſunt vti facultatibus conceſſis in iubileo, vbi hoc nondum promulgatum eſt, vel iam elapſum eſt eius tempus præterquam ratione eorum, quibus prorogatum eſt iubileum.

15 Qui feria quinta peruenit ad locum, vbi promulgatum iubileum eſt, poteſt illud lucrari pręſtando opera præſcripta, eique ieiunium feriæ quartæ in aliud bonum opus commutari à confeſſario. immo ei, qui Sabbato vltimæ hebdomadæ illuc venit, omnia ieiunia in alia pia opera commutari poſſunt, vt iubileum lucretur; non enim obſtat breuitas temporis, quominus ille ius ad iubileum acquirat. *Card. Lug. l. c.*

16 Si quis Cremonæ vbi iubileum promulgatum eſt, eleemoſynam faciat, & feria quarta ieiunet, deinde veniat Placentiam, vbi eadem hebdomada idem iubileum indictum eſt, & proſequitur reliqua præſcripta opera, & viſitet deſignatas Placentiæ Eccleſias, non poteſt abſque commutatione eadem hebdomada Placentiæ iubileum conſequi. Sed opus eſt, vt ei ieiunium feriæ quartæ in aliud pium opus commutetur, & rurſus piam ſtipem pauperibus largiatur, atque ita ex vi promulgationis Placentinæ iubileum præſtando cætera lucrari poterit; nam vi promulgationis Placentinæ non habet ius ad conſequendum iubileum per piam largitionem Cremonæ factam, & ieiunium ibidem ſeruatum. opera enim illa præceſſerunt, antequam promulgatio Placentina tale ius illi daret. *Card. Lug. d.* 27. *ſ.* 7. *num.* 127.

17 Si quiſpiam in patria iubileum lucrari neglexit, elapſiſque duabus,

vel

Digitized by Google

vel tribus hebdomadis pro illo aſſignatis, alio ſe conferat, vbi iubileum adhuc duret, illud conſequi poterit præſcripta opera peragendo. *Sanctarel. c. 7. Vgol. Diana reſ. 151.*

18 Quicunque abſolutus à reſeruatis criminibus, & à cenſuris iubilei tempore fuit, vere abſolutus manet. Etianſi poſtea iubileum non conſequatur. α Modo confeſſus ſit animo illud conſequendi, ita ille, cui vota commutata fuerunt, etianſi præſcripta ad iubileum non faciat, votorum obligatione ſolutus manet. β Quia tum abſolutio à peccatis reſeruatis, & cenſuris, tum commutatio votorum abſque conditione facta fuit pœnitenti intentionem lucrandi iubileum tunc habenti, nec animum poſtea mutans grauiter peccat, quia nulli grauem iniuriam facit; ſed ſibi tantum nocet, nec votorum commutatorum, nec cenſurarum obligatio, aut reſeruatio reuiuiſcit. α *Sanch. de matrim. l. 8. d. 55. num. 25. Vaſq. de pœnitent. q. 91. art. 7. d. 1. Reginal. l. 8. num. 59. Suar. de pœnit. d. 35. ſect. 4. num. 24. Bonac. de ſacr. d. 5. q. 8. p. 5. & alij contra Nugn. Rodriq.* β *Sanch. l. c. Candid. d. 24. art. 69. d. 46. Rodriq. contra Boiam.*

19 Qui tẽpore iubilei ad illud conſequendum præſcripta peregit, ſed ex ignorantia, vel negligentia culpabili confeſſionem informem, & abſque fructu ſacram Euchariſtiam ſumpſit, ſi intra eandem hebdomadam, vel tempus, quo durat iubileum peccatorum ſuorum verè, ac perfectè pœnitens preces ſecundum Pontificium diploma pro neceſſitatibus expoſitis ad Deum fundat, indulgentiam iubilei conſequetur. Vltimum enim opus diuinæ gratiæ particeps agit. *Henriq. l. 7. cap. 11. nu. 2. Cand. d. 16. Suar. ſ. 2. num. 7. Nau. not. 19. nu. 17. Graff. c. 5. nu. 48. Nald. Cord. Sà, Viuald. Syluest. Tolet. l. 6. c. 27. Nugn. Coninch. Reginald. Armil. Canus, Bonac. diſp. 6. q. 1. p. 5. contra Caietanum tom. 1. tr. 10. quaeſt. 2.*

20 Oblitus confiteri læthiferum ſcelus confeſſionis ſacramẽto ad conſequendum iubileum iterum non indiget, ſed ſatis erit, ſi tempore, quo præceptum annuæ confeſſionis vrget, illud omiſſum cum alijs confiteatur. Vt directè abſoluatur ab eo, à quo indirectè abſolutus fuit. α Sic confiteri iterum iubilei tempore eum non oportet, qui poſt ſumpta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta læthali culpa ſe inquinauit, ſed ſatisfacit pro iubileo, ſi peccatum illud propter Deum deteſtetur β, Deoq; per contritionem reconcilietur. α. β *Præpoſitus in 3. p. q. 14. Candid. d. 25. art. 69. d. 61. & 63.* β *Nugn. tom. 2. ad q. 27. art. 3. Lug. ſect. 7. Iac. Granad. Diana p. 5. t. 10. r. 10. contra Suar. t. 4. in 3. p. d. 52. ſ. 3. Filiuc. t. 8. c. 6. nu. 187. Sanctar. Villalob.*

21 Qui læthalis culpæ ſibi conſcius Anno Sancto Romæ templa pro conſecutione iubilei deſignata viſitauit, deinde in patriam reuerſus nondum elapſo anno pœnitentiæ Sacramento ſe expiat, iubilei indulgentiam conſequitur. Incipit autem annus Sanctus à Veſperis Natiuitatis Chriſti, & in Veſperas eiuſdem feſti anno ſequente deſinit. *Nau. de iubil. nu. 32. v. durante nu. 37. Sanctar. in varijs reſol. q. 75. n. 38. Cand. dub. 62. l. c.*

22 Quamuis peccator, qui toto iubilei tempore in lethali ſcelere perſeuerauit, ſi poſt iubileum ſcelera ſua, vt Dei offenſas deteſtetur, indulgentiam

non

Digitized by Google

non lucretur, poteſt nihilominus Summus Pontifex ei, qui iubilei tempore præſcripta opera fecerit, indulgētiam concedere tunc conſequendam, cum peccator ſcelera ſua propter Deum deteſtatus fuerit. Tunc enim Deo per pœnitentiam reconciliatus indulgentiæ capax eſt. *Ita Suar. in 3. p. d. 52. ſ. 2. num. 19. Candidus diſq. 24. art. 69. d. 55. Nugnus, Lugo Card. d. 27. ſect. 6. num. 84.* Quicunque lethali culpa infectus eſt, indulgentiam pro culpis etiam dimiſſis fruſtra quærit. Merita enim Chriſti, & Diuorum mortuis, aridiſque membris non communicantur. *Nauar. de iub. nũ. 17. num. 2. 3. Candid. d. 55. & alij.*

23 Pœnitentibus indulgentiam aliquam, vel iubileum conſequi volentibus, ac promittentibus minuenda eſt, vel minor imponenda eſt pœnitentia. Aliqua tamen ſemper iniungenda eſt, vt ſaltem opera ad indulgentiam conſequendam, vel obtinendam iubilei veniam præſcripta. Hæc n. ex Bonifacij Octaui Pontificis ſententia ſufficere exiſtimo. *Cand. d. 39. Nugnus t. 2. in 3. p. q. 25. & alij.*

24 Qui præſtitit omnia bona opera, vel ſaltem vltimum opus in peccato mortali elapſo tempore iubilei non acquirit indulgentiam, ſi in gratiam Dei redeat. Sic qui confeſſionem informem fecit, quam tamen formatam charitate eſſe credit, cæteraque ad conſequendum iubileum præſcripta opera peregit, tranſacto poſtea iubileo pœnitentiæ Sacramento peccata ſua perfectè expians, vel contritionis actu deteſtans, Deo quidem reconciliatur, aſt iubilei indulgentiam non conſequitur. Eccleſiæ enim theſaurus ſtatuto iubilei, vel indulgentiæ tempore tantum diſpenſatur Dei amicis, non alias. *Nugnus t. 2. q. 27. art. 1. Candid. d. 54. Suar. Coninch. de ſacr. d. 12. d. 7. Regin. tom. 1. l. 7. c. vlt. Sot. in 4. d. 21. q. 2. Zerola, Lauorius, Polachus amicus meus. Sanctarell. Sà, Trullench. Faber. Sà in aphoriſmis Bonac. q. 1. part. 5. num. 13.* Contraria tamen ſententia valdè probabilis, & pia. *Syluest. Fillinc. tr. 8. c. 6. num. 40. Iac. Granad. in 3. p. contr. 12. t. 5. d. 2. Palud. Henriq. Bonacin. Dian. p. 5. tr. 12. r. 4.* paruitas etiam materiæ excuſat non implentem perfectè opera ad indulgentiam conſequendam præſcripta. Ita vt etiamſi quis minimum aliquod operis relinquat, indulgentiam conſequatur. Nec qui maiora opera, vel qui diligentius, vel exactius præſcripta opera præſtāt, plus acquirunt indulgentiæ. Hæc enim effectum ſuum habet ex opere operato. *Trullench. in Cruc. l. 1. §. 1. Boſſius ſ. 4. caſ. 21. §. 1. num. 38. Dian. p. 5. t. 12. r. 18. contra Polachum.*

25 Quando per duas integras hebdomadas durat tempus iubilei, vltimus dies Dominicus ſecundæ hebdomadæ vtilis eſt ad conſequendam iubilei veniam, & eodē die poteſt quiſquis vult abſolutionem à peccatis reſeruatis, & commutationem votorum conſequi, Eccleſias viſitare etiam per totam diem, ſi eas non viſitauerat. Id enim colligitur ex verbis Bullæ. Præterea fauores ampliandi ſunt, & eorum dies non ſuperfluunt, licet abundent. *Bordonus reſ. 63. num. 14. Boſſius ſect. 1. de iub. cap. 37. n. 7. Bonacin. de ſacr. d. 6. q. 1. Cand. d. 25. art. 6. d. 60. Nauar. tom. 3. de indulg. not. 19. num. 19. Sebaſt. Acoſta, Sot. Henriq. Sanctarel. Sà, Vegha, Molfeſ. Dian. p. 1. t. 1. r. 28. Rodriq. Reginal. Villalob. Card. Lug. d. 27. ſ. 7. n. 107. contra*

*Fil-*

Digitized by Google

*Filliuc. Portel. & Bonac ex parte.*

26 Probabile eſt eum, qui ex negligentia, ſeu malitia vſque ad vltimum diem, qui eſt terminus iubilei, diſtulit acquiſitionem ipſius, nec ieiunauit, cum poſſet, nec alia opera præſcripta præſtitit nullo impedimento detentus, non poſſe per commutationem omiſſorum operum in alia pia opera iubileum conſequi. Commutatio enim operum præſcriptorum non habet locum vbi, & quando pœnitens nullo detinetur impedimento, quominus ea præſtet, vt ex verbis Bullæ Pontificiæ conſtat. Neque decet quenquam ex propria malitia, vel negligentia cōmodum reportare. Neq; negligentibus iura ſubueniunt *ex l. non enim ff. ex quibus cauſis maior. Negligentiæ ignoſci non debet l. veluti ff. de eden. Præpoſitus apud Dianam p. 5. tr. 12. r. 26. Bordon. reſ. 63. num. 8.* Contraria etiam ſententia probabilitate non caret, quandoquidem licet ex malitia, vel negligentia omiſerit præſcripta ad conſequendum iubileum ieiunia, & opera, tunc tamen pœnitentia ductus dicitur impotens, & breuitate temporis impeditus, & nondum elapſum eſt iubilei tempus, ergo commutare illi confeſſarius ieiunia poteſt in aliud pium opus, vel illa in ſequentem hebdomadam transferre poteſt. *Ita Filliuc. tr. 8. c. 10. nu. 268. & 273. Polachus amicus noſter de iubil. ſ. 42. nu. 65. & 66. Alph. Leo p. 2. num. 186. Sanctarel. cap. 7. d. 1. Diana p. 5. tract. 12. r. 26* vtramuis ergo ſententiam elige, ac ſequere.

27 Qui ieiunat diebus quatuor tēporum id eſt feria quarta, ſexta, & Sabbato occurrentibus intra tempus indicti iubilei, ſatisfacit, & præcepto ieiunij, & præſcripto iubilei. Nam & Pontifex ſolet concedere indulgentias ad formam, modumque iubilei Quadrageſimæ tempore, vt Innocentius Decimus hoc anno 1648. quo hęc à me olim ſcripta recenſeo, ſic opus præceptum ab Eccleſia confeſſarios in piaculum ſiue ſatisfactionem Sacramentalem imperare poteſt. *Boſſ. ſ. 4 cap. 9. Diana p. 1. tr. 12. reſ. 54. Bordon. r. 63. num. 2.*

28 Superior Religioſus lethali ſcelere ſe obſtringit, ſi abſque ſpeciali priuilegio Pōtificio ſubditis ſuis tempus ad iubileum conſequendum, quod duas, vel tres hebdomadas, vel etiam plures durat, reſtringere vult ad vnam hebdomadam, nec vult illis concedere commoditatem præſtandi præſcripta opera pro conſecutione iubilei quauis ex conceſſis à Pontifice hebdomadis, ſed vltima tantum, vel prima. Nec tenentur ſubditi illi in hoc parere, ſed poſſunt qua volunt hebdomada præſtare opera ad conſequendum iubileum neceſſaria. Beneficium enim Principis non poteſt ab inferiore reſtringi, cum latiſſimè interpretandum ſit. Fauorabilia ſunt amplianda, nec poſſunt priuari ſubditi libertate illis conceſſa, ac priuilegio Pontificio, & poteſtate iterandi eadem pia opera, vt ſi fortè ex aliqua culpa, vel indiſpoſitione iubileum minimè aſſecuti ſunt prima hebdomada, poſſint ſecunda, vel tertia illud conſequi. Vel ſi quis fortè poſt conſecutionem iubilei prima hebdomada factam religioſus in occultum crimen reſeruatum inciderit, poſſit ſecundum opinionem aliquorum iterum præſtando præſcripta opera denuo abſolui. Non poteſt ergo Superior præcipere, ſed tantum conſulere, & hortari ſubditos, vt hac, vel illa ſolum hebdomada pro conſe-

cu-

Digitized by Google

cu ione iubilei ieiunent, viſitentque Eccleſias, nec reſtringere ſubditis poteſtatem eligendi ſibi confeſſarium quemlibet ab Ordinario approbatum ad certum numerum confeſſariorum, ita, vt nequeant alium extra aſſignatos ab ipſo Superiore eligere. Sicut nec magno beneficio Principis inferior quenquam priuare abſque graui culpa poteſt. Sic quando Summus Pontifex concedit poteſtatem viſitandi tres Eccleſias, vel quamuis ex tribus Eccleſijs ab Ordinario antiſtite deſignatis, non licet Præſuli Religioſo reſtringere facultatem ad viſitationem vnius, & vicinioris Eccleſiæ. Conceſſam enim à Summo Pontifice omnibus, & ſingulis poteſtatem non poteſt inferior præſes ſuis ſubditis diminuere, vel auferre. Hæc de iure communi dicta ſint. Nam Gregorius XIII. anno 1575. Quinto Nonas Maij decreuit, ne perſonæ Societatis Ieſu abſque expreſſa Superiorum earundem licentia vti poſſint facultatibus in Iubileis, Bullis Cruciatæ, Confeſſionalibus, aut alijs quibuſcunq; Apoſtolicis indultis, ac in poſterum concedendis, & declarauit præterea poſſe Superiorem dum huiuſmodi licentiam concedit, limitare eam ad vſum vnius, aut alterius facultatis, & prohibere vſum reliquarum. Hoc priuilegio an cæteri Religioſi Ordines priuilegiorum communicatione gaudentes vti poſſint, videant, quorum intereſt. *Miranda affirmat tom. 2. q. 43. art. 4.* miror Franciſcum Bordonum contrariæ ſententiæ aſſertorem reſolutione LXIII. huius priuilegij nullam mentionem feciſſe. Forſan exiſtimauit cæteros Religioſos eo non gaudere, quod probabile eſt, quia eſt odioſum ſubditis religioſis. Odioſa autem ſunt reſtringenda, beneficia verò latè interpretanda.

29 In Religioſis ſodalitatibus vbi viget obſeruantia conſtitutionis prohibentis religioſum egredi domo, vel Cęnobio abſque comite, vel ſocio aſſignando a Superiore, grauiter contra iuſtitiam, & charitatem peccat Religioſus præſes, ſi volenti ſubdito ad conſequendam iubilei veniam viſitare Eccleſias ab Ordinario loci antiſtite ad præſcriptum Pontificij diplomatis deſignatas, vel etiam iuſta, & rationabili de cauſa petenti licentiam egrediendi domo, vel è Monaſterio; vel etiam honeſtæ, ac debitæ recreationis gratia, quam Conſtitutiones Religioſæ ad conſeruandam valetudinem, & ad leuamen laborum ſtatis vicibus concedunt, nolit ei iuſtè petitam licentiam concedere, vel ſi ſocium comitemuè, quem commodè, & abſque periculo poteſt aſſignare ſecundum præſcriptum Cõſtitutionum nolit, nec officio ſuo, ac debito ſatisfacit, ſi dicat *do tibi licentiam, ſi ſocium inuenis, qui tecum venire velit*. Quando certò ſcit Superior ſubditum eum, qui licentiam petit egrediendi eſſe deſtitutum cæterorum beneuolentia, & priuata amicitia, quæ eſt Religionis peſtis à Diuo Baſilio maximè, & ab alijs Patribus damnata, carere adeò, vt comitem nullum ſit in toto Collegio, vel Monaſterio inuenturus, niſi Superior ipſe, ad quem ſpectat illum aſſignare, & inuenire ex officio, aſſignet, & renuentem ire cum illo iubeat, ac compellat, ſi opus ſit, ſicut verè debet quotieſcunque, vel charitas, vel iuſtitia exigit, vt ſocius, vel comes poſtulanti debitam licentiam egrediendi domo concedatur, alioquin iuſtitiæ, & charitatis lex grauiter violatur.

Digitized by Google

latur. Vt dum aliquis, & ſæpè accidit innocens, & probus religioſus ob malitiam cœterorum ſpiritu Dei, & charitate carentium, & priuatæ ſolum amicitiæ, vel propriæ commoditati conſulentium, defectu non aſſignati à Superiore, vel non inuenti Socij, qui cum eo ire velit cogitur iniuſtè manere domi Monaſterio, aut Collegio tanquam latiore carcere detentus, & pœnam iniuſtam pati, quam nulla culpa meruit. Sic à Superiore nolente aſſignare ſocium cum debetur ei, qui non inuenit, & hominem non habet ſe comitari volentē, maxima fit iniuria, lethalis committitur culpa, niſi officio ſuo ſatisfaciat, & neceſſitati ſubditi ſuccurrat. Nec Superiorem excuſat malitia ſubditorum, qui ob priuatas ſimultates, vel charitatis defectum cum illo egredi domo recuſant contra mandatum Chriſti apud Matthæum 5. *& quicunque te angariauerit mille paſſus vade cum illo alia duo*. Nam debet Superior ad id, quod iuſtum eſt, inuitos ſubditos etiam compellere, nedum hortari, cum opus eſt, & ſi eorum iniquitatem frangere poſſe deſperet, audiat Eccleſiaſticum 7. dicentem. *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua*. Sed væ væ quibuſdam Superioribus, qui ſubditorum priuatas ſimultates, & amicitias noxias, factiones communi charitati repugnantes fouent, vel ſerpere ſinunt quas radicitus extirpare deberent, & mutuam charitatem, ac pacem curare.

30 Grauis etiam culpæ damnandus eſt ſubditus ille religioſus, qui ſciens aliquem conſodalem ſuum non poſſe ſine ſocio egredi domo ad viſitandas Eccleſias pro iubileo; vel alia graui, & iuſta de cauſa cum eo, etiam ſi Superioris conceſſione, licentia, vel nomine electus in ſocium, ac rogatus ſit, exire comes inurbanè recuſat, modo legitimo impedimento non detineatur. Alter enim alterius onera portare debet. Sicut membra corporis ſibi inuicē deſeruiunt. Non decet alterum eſurire, alterum ebrium eſſe, vnum ſocijs, & comitibus ad vagandum quotidie quocunque vult, abundare, alterum raro, aut fere nunquam exire domo, quod nullus, aut rarò aliquis comes, aut ſocius cum eo ire velit.

31 Peccat ſimiliter contra charitatem confeſſarius, qui tempore iubilei electus ab aliquo pænitente eius confeſſionem audire non vult, ſi commodè poſſit maximè ſi pœnitens confeſſarij alterius copiam non habeat. fruſtratur enim priuilegium pœnitentis, vi cuius eligere poteſt, ſibi confeſſarium tam ex officio, vt Parochum obligatum ad eum audiendum, quam ex charitate. Et cum paucos dies iubileum duret, vnuſquiſque confeſſarius tenetur acceptare electionem de ſe ipſo factam, alioquin magno beneficio priuaretur pænitens ob eius inurbanitatem. *Sanch. l. 4. cap. 54. n. 12. vbi alias citat. Bordonus reſ. 52. n. 103. Alb. Spinola Theol. Somaſch. Michel Ang. Fariſellus, Mutius Continus, & Creſcentius, & alij ex Societate Ieſu Theologi à me conſulti*.



Digitized by Google

## Bullæ Cruciatæ Indulgentia. Cap. XLVIII.

1 POſt Iubileum de Cruciatæ Bullæ Indulgentia, & Priuilegijs aliquid dicere operæ pretium cenſeo, nam quod ad indulgentias, & onera, & alia in multis conueniunt, & multa, quæ de Bulla Cruciata dicuntur, de iubileo dici poſſunt. Eſt autem Cruciata Bulla Pontificiũ diploma, per quod ſoluentibus certam, ac piam ſtipem in ſubſidium belli aduerſus infideles gerendi conceditur indulgentia plenaria ſemel in vita, & ſemel in morte α, illis vero, qui ad bellum ſacrum contra infideles proficiſcuntur toties, quoties peccata ſua confeſſi fuerint β indulgentia autem tantum pro articulo mortis conceditur hac formula. *Si verè mortem obieris, impertior tibi indulgentiam huius bullæ, alioquin ſeruet tibi Deus illam ad punctum mortis*. Neque indulgentia hæc deneganda eſt moribundo iam ſenſibus deſtituto, qui confeſſionis Sacramentum petijt, etiam ſi poſtea nullum det pęnitentiæ ſignum, quia ex ſe confiteri paratus erat γ poteſt autem indulgentia huiuſmodi Bullæ miniſtrari moribundo etiam abſenti, nedum præſenti extra confeſſionem à Sacerdote, vel à Clerico, ſi Sacerdos abſit, vel à Laico, ſi Sacerdos, & Clericus deſint. Non enim pendet à confeſſione δ ſufficit autem ſi miniſtrans, vel applicans indulgentiam ex animo dicat *concedo tibi gratias omnes, quas virtute huius bullæ tibi concedere valeo* ε ſatis etiam eſſe dicunt, ſi Sacerdos cum intentione abſoluendi confitentem à culpis, & à pœnis dicat *abſoluo te*, etianſi Sacerdos neſciat pœnitentis priuilegium, nec pœnitens indulgentiam petat. ε adeſt enim interpretatiua vtriuſque intentio. α. β. *Alph. Leo de iubil. p. 1. q. 6. num. 229. Villalob. tom. 1. tr. 27. num. 3. Diana p. 1. t. 11. r. 109. Rodriq. in Bull. § 2. d. 6. n. 15.* γ *Villal. tr. 27. clauſ. 1 nu. 1. Diana l. c. & p. 6. tr. 3. reſ. 233.* δ *Nauar. Trullench. in Bull. l. 1. p. 7. c. 2. d. 9. n. 6. Fernand. p. 3 cap 9. § 9. Cordub. Villalob. Vegha tom. 2. c. 7. c. 23 p. 1. tr. 11. r. 106. citans alias contra Lud. à Cruce d. 1. c. 8. d. 14. nu. 2.* ε *Trull. l. c. Diana p. 5. t. 3. reſ. 133.*

2 Habentibus Bullam Crucis conceduntur indulgentiæ Stationum, ſiue Plenariæ ſint, ſiue minus. ζ Modo, vel diuerſarum Eccleſiarum, vel eiuſdem Eccleſiæ Altaria quinque viſitentur, vel vnum quinquies, ſi ſolum adſit in templo, & ſi tria ſint, ſemel vnum, duo ex ipſis bis viſitentur. Sæpius autem eadem die indulgentias Stationum acquirere poteſt, & mortuis applicare, qui ſæpius Altaria quinque viſitet. Idem dic de viſitantibus hanc, vel illam Eccleſiam ſtata die ι. volentem lucrari indulgentiam Bullæ Cruciatæ confiteri tantum lethalia crimina oportet θ immò ſufficere confeſſionem annuam factam, vel faciendam opportuno tempore ab eo, qui lethalia peccata poſt annuam cōfeſſionem commiſſa præſenti dolore propter Deum deteſtatur Κ aliqui probabiliter docent. Pœnitens autem confeſſus peccata ſua etianſi propter malitiam confeſſarij abſolutus ab eo non fuerit, indulgentiam tamen conſequitur præuia peccatorum deteſtatione λ neque confeſſio à Bulla exigitur, vt opus iniunctum, ſed vt diſpoſi-

tio

rio ad indulgentiam. t *Trullench. in Bull. l. 15. d. 1. n. 5. Diana cum alijs p. 5. tr. 12. r. 2. contra Cordubam de indulg. l. 5. quæſt. 41.* u *Rodriq in Bull. §. 8. Villalob. tr. 11. reſ. 104. & alij Nug. Trullench.* & *Acoſta in Bull. q. 14. diſt. 2. Coninch. d. 12. d. 7. num. 38. Suar. tom. 4. d. 52. ſect. 3. Diana reſol. 107.* K *Filliuc tr. 8. cap. 6. quæſt. 8. num. 148. Palud. Suar. Tolet. Gabriel. Acoſta. Diana r. 105.* x *Fernand. p. 3. c. 9. §. 10. nu. 3. Diana r. 106.*

## Bullæ Cruciatæ Priuilegium Confeſſarij electio. Cap. XLIX.

3. EX Bullæ Cruciatę priuilegio poteſt eligi confeſſarius non quidem à Prelato regulari ſolum, a vel ab Epiſcopo titulari tantum a admiſſus; ſed ab Ordinario antiſtite cuiuſcunq; Diœceſis approbatus; etianſi ſit in aliena Diœceſi β bulla enim ſolum exigit confeſſarium ab Ordinario approbatum, nec facit mentionem Ordinarij antiſtitis loci, ideo intelligi poteſt Epiſcopus Originis, Beneficij, Domicilij, ſiue confeſſarij, ſiue pœnitentis. Nomine autem Ordinarij non intelliguntur Abbates, pręſides Regulares, nec Epiſcopi Titulares a verum ſi quis ad virorum tantum confeſſiones excipiendas admiſſus ſit, probabilius eſt non poſſe à mulieribus eligi y in confeſſarium, ſicut approbatus pro vno oppido tantum δ; vel pro perſonis non habentibus negotia difficilia a ex defectu ſcientiæ non poteſt eligi in alio oppido, nec à perſonis ardua, & implicita negotia tractantibus. Non eſt enim ſimpliciter approbatus, ſed tantum pro talibus perſonis, & pro illo oppido, nec Sacerdos admiſſus vſque ad certum tempus elapſo illo poteſt confeſſiones Cruciatam Bullam habentis excipere e niſi ſit Regularis, x aut Secularis ſine iuſta cauſa reprobatus ab Ordinario, δ vel niſi limitatio temporis appoſita fuerit abſque cauſa. K nonnulli tamen docent Sacerdotem admiſſum ab Ordinario ad confeſſiones virorum tantum poſſe eligi à fœminis Bullam Crucis habentibus, λ quia tunc iuriſdictionem delegatam à Pontifice habet, quam Epiſcopus reſtringere nequit ad viros tãtum, ideò Religioſus pro viris tantum expoſitus; ſi audiat fœminas habentes Bullam Cruciatã, vel Iubilei tempore, non poteſt à Superiore puniri, quia agit ſecundum opinionem probabilem, niſi Conſtitutiones Regulares hoc vetent religioſo illi. a. β *Nugnus r. 2. q. 8. art. 5. d. 3. c. 4. Fay. Lla.. p. 1. c. 6. §. 6. Portel. Ledeſm. Fern. p. 3. c. 9. §. 8 Coninc h. Regin. tom. 1. l. 6. c. 10. q. 4. num. 118. Io. Cruc. Filiuc. t. 7. c. 9. nu. 262. Diana p. 1. tit. 11. r. 7. & p. 5. t. 12. r. 49* a *Coninch. de ſacram. d. 8. d. 7. nu. 53. Valer. v. Abſol. diff. 1. n. 7. Diana p. 1. t. 11. r. 7 & p. 5. t. 12. r. 52. Henriq. l. 3. c. 6. n. 7. & alij cont. Laym. l. 5. tr. 6. c. 11. nu. 8. Villalob. Zerol. c. 19. q. 8. Vaſq. Campanil. Acoſt. Gutt.* v *Homob. de caſ. reſ. p. 1. c. 5. Io. Cruc. Villalob. Rodriq. tom. 1. c. 60. n. 4. contra Fay. ad 3. p. q. 8. art. 5. d. 3. cap. 5. Fagund. t. 2. l. 7. c. 4. nu. 45. Diana p. 1. t. 11. r. 9. & p. 3. t. 2. r. 93. Henriq. l. 3. c. 6. nu. 8. Nugn.* a *Valer. v. Abſol. diff. 1. nu. 15. Nugn. ad 3. p. tom. 2. art. 5. d. 9. abſolutè negat Diana p. 1. t. 11.* a *r. 10. & p. 5. t. 12. reſ. 48. contra Fern. p. 3. c. 9. §. 8. num. 6 probabiliter affirmantem* e *Ledeſma tom. 1. de pœnit. c. 23. d. 9. Diana p. 5. t. 12. r. 48.* ε *Le-*



Digitized by Google

*deſus. d. 10. n Diana p. 1. t. 11. r. 12. &* *addit. ad p. 3. r. 7. §. nota Bulla plumbea.* *Acoſta q. 40. Crucius p. 1. de pœnit. q. 5. d. 8 cap 4.* K *Fay addit. ad 4. p. q. 8. art. 5. d. 3. Dia. p 1. t. 11. r. 11.* *Fay l. c. concl. 5.*

IV. Religioſus quicunque in mortis articulo peccatorum ſuorum pœnitens confeſſionis, & Sacræ Euchariſtiæ Sacramentis munitus, vel ſaltem, ſi ea percipere nequiuerit, corde contritus Sanctiſſimum Ieſu nomen ore, vel ſaltem corde, ſi ore nequeat, inuocauerit, plenariam indulgentiam conſequetur.

V. Eadem indulgentia plenaria Sacerdoti nouo primum Miſſæ ſacrificiũ poſt Sacramentalem peccatorum expiationem celebranti, & cuilibet Religioſo eam audienti ab eodem Pontifice conceditur.

VI Plenariam quoq; indulgentiam conſequitur Religioſus quicunq; per decem dies in cubiculo à negotijs, vel

aliorũ conuerſatione ſegregatus, ibiq; intentus ſpiritualium librorum, cæterorumque ad deuotionem animas excitantium lectioni intentus diuina beneficia, fidei myſteria, quatuor nouiſſima, Chriſti Domini cruciatus ſæpe meditatus conſiderauerit, & generali confeſſione totius vitæ, vel totius anni illius tempore commiſſa à ſe peccata expiauerit, vel Miſſam celebrauerit, eandemque indulgentiam toties lucrabitur, quoties eadem fecerit.

VII. Quicunque Religioſus intra clauſtra degens propriam Eccleſiam viſitauerit, ibique pias ad Deum preces fuderit pro pace Principum Chriſtianorũ, extirpatione hæreſum, exaltatione S. Eccleſiæ, & Summi Pontificis ſalute, lucratur omnes indulgentias conceſſas viſitantibus Eccleſias intra, & extra vrbem Romam diebus Stationum, non ſecus, ac ſi eaſdem viſitaſſet. Illas etiam ægroti conſequi poſſunt, vt Summus Pontifex declarauit. Hæc indulgentia omnium maxima, & obtentu facillima eſt. Hanc tamen non conſequuntur, qui extra clauſtra Religioſa manent. *Rodriq. t. 2. q. 89. Hier. Rodriq. r. 77. n. 20. Bord. r. 81. Peyrin. ad Conſtit. Pauli V. n. 2.*

VIII. Quilibet Religioſus in clauſura viuens, & coram Altari ſuæ Eccleſiæ recitans quotidie Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quinquies, indulgentiam quinq; annorum, totidem quadragenarum adipiſcitur. Eandem etiam lucrantur, qui extra clauſuram degẽtes Superiorum ſuorum conceſſione, vel iter habentes eaſdem preces coram Altari alicuius Eccleſiæ fundunt.

IX. indulgentiam ſexaginta annorum, & totidem quadragenarum conſequuntur Religioſi, qui per integrum menſem quotidie per ſemihoram orationi mentali vacat, & vltima die Dominica eiuſdem menſis pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta ſuſcipiunt.

X. Qui in Capitulis culpas ſuas accuſant, & peccatorum ſuorum pœnitentes, & ſacra ſynaxi refecti, exercitijs virtutum vacant, trium annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam lucrantur.

XI. Miſſi ad terras infidelium, vel hæreticorum ad concionem, inſtructionem, & eorum conuerſionem eo die, quo peccata ſua confeſſi fuerint, & ſacram Euchariſtiam ſumpſerint, vel etiam in ipſo ingreſſu Prouinciæ, ad quam mittuntur, plenariam indulgentiam conſequuntur.

XII. Confeſſionis, & Communionis Sacramentis inſtructi, qui tempore orationis quadraginta horarum in viſitatione generali ad minus per duas horas, etiam interpolatas, orationi vacauerint, Deumq; rogauerint pro concordia Principum Chriſtianorum, extirpatione hæreſum, exaltatione Eccleſiæ, ſalute Summi Pontificis, & augmento Regularis diſciplinæ plenariam veniam adipiſcentur.

XIII. Præterea illis, qui coronam precatoriam Deiparę Virginis Mariæ perſoluunt, plenariam indulgẽtiam Paulus V. conceſſit. Idem recitantibus ſexies Dominicam Orationem, & [illegible] Angelicam Salutationem, ac ſemel dicentibus (Gloria Patri, & Filio, &c.) largitus eſt magnam indulgentiam Stationum Romæ, Ieruſalem, & S. Iacobi Compoſtellæ. Eandem indulgentiæ conceſſionem confirmauit Vrbanus VIII. De his agunt *Portell. Peyrinus, Bordonus, Pelliz. & alij.*

XIV. Qui Mendicantium Religioſorum priuilegijs gaudent, indu-

tias omnes à Leone Decimo Pontifice vſque ad quartum Pontificatus illius annum, & ab eiuſdem Prædeceſſoribus pro viuis conceſſas defunctis per modum ſuffragij applicare poſſunt, *Leo X. Minoribus, vt in eorum compendio* Huiuſmodi ſunt quæ ſequũtur.

XV. Omnes Indulgentias, quæ Romanæ Vrbis templa viſitantibus quouis die conceſſæ ſunt, Religioſi ijdem Mendicantium priuilegijs gaudentes in proprijs Eccleſijs conſequuntur, ſi Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quinquies recitent. *Sixtus Quartus Minorib. vt in eorum compendio*.

XVI. Ijdem Religioſi, qui Dominicis diebus, vel feſtis D.N. Ieſu Chriſti, & Beatæ M. Virg. rem diuinam faciunt, & qui Sacerdotes non ſunt, quotieſcunque Euchariſtiam ſumunt, plenariam indulgētiā pro defunctis conſequuntur. *Innocentius VIII. Minorib. Leo X. compendium Minorum. Alex. Bocculus*.

XVII. Religioſi quicunq; Mendicantium priuilegijs gaudent, Pſalmũ quinquageſimum *Miſerere* piè recitantes plenariam indulgentiam pro mortuis aſſequuntur. *Sixt. IV. vide Priuileg. Canon. Regul. Lateranen.*

XVIII. Iidem, qui ſpherulam precatoriam, ſiue Coronam Beatæ Virginis, vel Domini Noſtri, vel Graduales Pſalmos, vel Defunctorum Officium recitauerint, vel ſi ægroti, vel ſenes decrepiti ſint, quoties quinquageſimum Pſalmum, vel Canticum Beatæ Mariæ, vel eiuſdem Hymnum Veſpertinum *Aue Maris Stella* dixerint, plenariam indulgentiam pro defunctis lucrantur. *Iul. II. & Leo X. compend. Min. tit. Indulg. comp. Soc. Ieſu.*

XIX. Ijdem etiam ſecunda quaq; & quarta feria cuiuslibet hebdomadę ſacrificium pro Defunctis celebrare volentes pro ipſis eaſdem indulgentias conſequuntur, quæ Miſſam celebrantibus in Eccleſijs S. Gregorij, Sanctorum Laurentij, & Sebaſtiani. S. Pudentianæ, Schalæ Cœli in vrbe, vel extra vrbem conceſſæ ſunt, & Miſſæ illis Defunctis, pro quibus à Religioſis illis celebratæ fuerint, æquè ſuffragantur, ac ſi in ijſdem Eccleſijs, aliiſue quibuſcunque priuilegio inſignitis intra, vel extra vrbem celebrarentur. *Clemens Septimus Pontif. Max. Minimis*.

XX. Religioſi Sacerdotes Mendicantium priuilegijs gaudentes ſi pro aliquo cōſanguineo ſuo intra tertium gradum defuncto tres Miſſas ſuper Altari per Superiorem in propria Eccleſia aſſignato, celebrent eiuſdem animam á Purgatorijs ignibus liberāt, non ſecus, ac ſi ſuper Altari Diui Gregorij, vel D. Sebaſtiani Romæ celebraſſent. *Leo X. Congreg. S. Iuſtinæ.* Hæc autem de quibuſcunque Miſſis intelligenda ſunt, etiamſi non ſint propriæ defunctorum, *ſeu de Requie*, vt ex priuilegijs Altari S. Gregorij, & S. Pudentianæ conceſſis conſtat, *& A. Bocculus obſeruat. in comp. priuil. Congr. Somaſchenſis*.

XXI. Quicunque Chriſti fidelis alicui confeſſario Religioſo gaudēti priuilegijs Mendicantium confeſſus fuerit, & pias preces ad honorem, cultumque Cruciatuum Chriſti deuotè fuderit plenariam indulgentiam ſemel in vita conſequetur. *Paulus Tertius Soc. Ieſu, Boccolus*.

5 Religioſi profeſſi, & Nouitij poſſunt lucrari indulgentias omnibus Chriſti fidelibus conceſſas in Eccleſijs ſuis, & alienis, vel conceſſas audientibus conciones Prædicatorum Minorum,

Digitized by Google

rum, vel Miſſas in eorum Eccleſijs; nam & ipſi potiori iure ſunt Chriſti fideles. Idem dicendum de Tertiarijs, & de familiaribus Religioſorum in Monaſterijs, vel Cœnobijs degentibus. Nam in fauorabilibus Religioſorum nomine intelliguntur, qui ſimilem illis degunt vitam. *Rodriq tom.1. q.39.art.4. & q 67.art.4. & t.3.q.37. art.2. Carillus l.1.num.11. Bord.r.81. q.12.& alij.*

6 Indulgentię non cenſentur abrogatæ in generali abrogatione priuilegiorum, gratiarum, & indultorum: quia elegans, & ſpeciale nomen habent. Ideò non niſi ſpeciali abrogatione tolluntur. *Bord. num.33. ex l. item apud Labeonem §. ait prætor ff. de de iniur. Portel.p.2.c.14.num.3.*

7 Indulgentia Templo Portiunculæ Aſſiſij ab ipſomet Chriſto conceſſa à nullo Pontifice abrogata eſt, nec generali abrogatione indulgentiarum, quæ fit Anno Sancto Iubilei abrogatur, vel ſuſpenditur: neque eodem anno ceſſant indulgentiæ Altariū habentium priuilegiū pro mortuis. nulla enim de illis in Pontificio diplomate ſpecialis mentio fit. Ita Vicario Imolæ reſcriptum fuit anno 1625. kal. Ianuarij. Neque enim patitur Pontifex theſauros Eccleſiæ, qui Romam tantum proficiſcentibus anno Iubilei erogantur, ijs occludi, qui charitate in Deum nobis coniuncti Romam eo anno proficiſci nequeunt. Ergo nec ægrotis in mortis periculo, nec illis, qui Romam nullo modo ire poſſunt, indulgentiarum ſubſidium ſubtrahendum eſſe videtur. *Alph. Leo.p. 1. de iubil. q.6.nu.142.246.248. Gauant. in addit. ad man. v. indulg. n.8. Bord. r.81.num.37. Quintanad.*

8 Poteſt Religioſus, & quiuis alius manendo in eodē loco Templi, vnde plura Altaria aliquo modo conſpici poſſunt, ad ſingula dirigendo intentionem ſuam, conſequi indulgentias conceſſas viſitantibus ſigillatim illa, aliquo tamen ſigno diſtinguendo ſingulas viſitationes, vt capitis inclinatione, quanquam non deſint, qui exiſtimant non eſſe neceſſariam aliquam diſtinctionem, vel motum corporis immò vnica, ac conueniente oratione ſingulorum Altarium viſitationem ſatisfieri poſſe. *Bordon. r.81. nu.38. Diana de indulg. r. 8. contra Trullench. Garnicam.*

9 Indulgentia non poteſt tranſferri vltra tempus à Summo Pontifice in diplomate ſtatutum, etianſi primo anno v.g quo ad ſeptem annos impetrata fuerit, non potuerit publicè indici, quod nimis ſero ad manus eius, ad quem ſpectet eam annunciare, diploma Pontificium peruenerit.

10 Indulgentia conceſſa pro feſto die alicuius Diui nunquam in aliam diem transfertur, licet Officium Eccleſiaſticum in honorem illius Diui inſtitutum ex cauſa rationabili transferatur; nihil enim obſtat, quominus talis indulgentia ſtato die acquiri poſſit. Excepta feria ſexta maioris hebdomadæ, quæ paraſceue appellatur, qua ſi dies feſtus Annunciationis B. Mariæ Virginis, vel alterius Diui, in quo conceſſa eſt indulgētia, ad quam conſequendam neceſſaria ſit Euchariſtiæ ſumptio. Cum enim ea die nulli Euchariſtia miniſtretur ex antiquiſſimo Eccleſiæ vſu indulgentia illius feſti ſimul cum Officio in alium diem commodum transferenda videtur, ne amittatur. Sic Gregorius XIII. conceſſit minimus facultatem transferendi Officium S. Franciſci inſtituti

ſui ſimul cum indulgentia in alium diem. *Petrinus tom. 2. c. 7. num. 15. Bordon. r. 81. q. 9.* verum ego non exiſtimo opus eſſe procraſtinatione, ſeu translatione indulgentiæ, ſed ad hanc conſequendam ſatis eſſe, ſi pridie eius diei feſti Euchariſtia ſumpta ſit, deindeſi à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis ſubſequentis diei viſitetur Eccleſia, & preces ſecundum intentionem Summi Pontificis fundantur. Quandoquidem non preſcribitur dies communionis faciendæ, nec confeſſionis, ſed vt quicunque indulgentiam vult conſequi præuia peccatorũ confeſſione expiatus, ac ſacra communione refectus cætera die feſto preſtet intra tempus, quod primis veſperis, & ſolis occaſu poſt ſecundas veſperas deffinitur. Sufficit igitur confeſſio, & communio pridie diei feſti facta ad conſequendam indulgentiam α probabile eſt etiam indulgentiam conceſſam die feſto Annunciationis Deiparæ Virginis incidente in feriam ſextam hebdomadæ Sanctę obtineri poſſe abſque ſumptione Euchariſtiæ, & hanc eſſe mentem Summi Pontificis concedentis indulgentiam. Non enim exigit communionem, quando illa die Eccleſiæ conſuetudini repugnat, nec fruſtrari, aut priuari vult beneficio indulgentiæ fideles Chriſti, qui pro illa aſſequenda faciunt, quod poſſunt. & credunt ſe illam conſequi. *Ita mecum ſentiunt Albertus Spinula, & Mutius Continus Theologi ex Congregatione Somaſchenſi, Fariſellus* α *Bordonus r. 81. num. 32.* Huic ſententiæ fauet, dum ait indulgentiam obtineri die, quo habitus Religionis induitur ab eo, qui pridie Sacramenta confeſſionis, & communionis percepit, quia hæc ante præſtantur.

11 Qui pium aliquod opus facit neſciens indulgentiam facientibus illud eſſe conceſſam, vt qui ingreſſus templum preces ad lucrandam indulgentiam præſcriptas preces fundit, illam conſequitur, etiamſi notitia illius, & actuali, ac virtuali intentione lucrandi illam careat nulla enim ratio obſtat α quemadmodum præcepto recitandi horarias preces, audiendi Miſſam, confitendi ſemel quotannis ſatisfacit, qui abſque animo ſatisfaciendi ſacro intereſt β horariam pſalmodiam perſoluit, culpas ſuas confeſſionis ſacramento expiat. *Cardin. Lugus de pœnit. d. 27. ſ. 6. num 81. Laym. l. 5. tr. 7. cap 6. num. 5. Sanctarel. de iubil. c. 15. d. 4. Salas, Portel. in addit. ad dub. Reg. ex Lud. Molina, Dian. p. 4. tr. 4. r. 24 contra Hier Rodriq. Trullench. in Bullam Cruciatam, Eman. Rodriq.* β *Valentia, Vaſquez, Sanch. Facund. contra Arragonium, Leſſium, Azorium, Suarium, Cordubam, Leonem, Vegham, & alios.*

## Quinam Indulgentias concedere poſſunt. Cap. LII.

1 SVmmus Pontifex Chriſti Vicarius, cæterique inferiores Epiſcopi ex conceſſione Summi Pontificis indulgentias diſpenſare valent. hi quidem viuis tantum. iure communi vnius anni indulgentiam die anniuerſariæ dedicationis alicuius templi, alias vero iuſta de cauſa quadraginta dierum indulgentiam largiri poſſunt. Sed ſi poteſtatis ſuę limites excedant, conceſſio quod ad exceſſum irrita eſt β vt Bonifacius VIII. declarauit. Valet tamen

Digitized by Google

men quod ad XL. dies, quia vtile per inutile non vitiatur. Cardinales etiam Legati Apoſtolici, aliiq; Præſules Epiſcopali dignitate carentes ex generali, vel ſpeciali Pontificis conceſſione certas indulgẽtias diſpenſare queunt, vt centum dierum indulgentiam Cardinales & concedere poſſunt. *y ita & Laym. l. 5. t. 7. c. 4. Bonac. tom. 1. pag. 287. ex Clemens VI. extrauag. S. Bonauent. art. 2. q. 3. Riccard. art. 5. q. 5. Durand. q. 5. ad 2. S. Thom. Aug. Anconit. Sylu. Suar. d. 49. ſ. 2. Coninch. contra Sotum. y Palud. in 4. d. 20. Laym. num. 3. & Sot. in 4. d. 26. q. 1. Corduba q. 10. Gamachua]. Diana p. 5. tr. 2. r. 8.*

2 Conſueuerunt Epiſcopi in conſecratione alicuius Altaris concedere indulgentias viſitantibus illud anniuerſario conſecrationis die; Huius rei luculentum teſtimonium reddit inter alia diploma Alberti Longi Epiſcopi Ferentini, qui olim Canonicus Anagninus familiaris, & amicus Innocentij III. Summi Pontificis mox ab eo meritorum, & amicitiæ ergo ad Epiſcopatū euectus anno ſalutis MCCIII. II. Kal. Iunij in Eccleſia Sancti Iacobi ad Pontem Ceccani Altare conſecrauit, & indulgentiam huiuſmodi conceſſit litteris adhuc extantibus promulgatam.

In Nomine Domini Amen. Anno Dominicę Incarnationis MCCIX. Pōtificatus Domini Innocentij III. Papæ anno eius XII. Kal. Maij. Hoc die conſecratum eſt Altare Eccleſię B. Iacobi Apoſtoli, quæ poſita eſt iuxta Pontem Ceccanum per manus Domini Alberti Longi Epiſcopi Ferentini. De reliquijs Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, Sancti Stephani Protomartyris, Sancti Nicolai Confeſſoris, B. Blaſij Martyris, Sanctæ Barbaræ Virginis, & Sanctorum Martyrum Chryſanthi, & Dariæ, & ſociorum eius, S. Eleutherij Epiſcopi, & Martyris, S. Ambroſij Martyris, SS. Marcellini, & Petri, & aliquorum, quorum nomina Deus nouit, & ego Albertus Dei miſericordia confiſus, & meritis glorioſæ Virginis Mariæ, & Beatorum Apoſtolorum, & Sanctorum Martyrum Ioannis, & Pauli, atq; Ambroſij, & omnium Sanctorum, omnibus, qui ad prænominatam Eccleſiam in huius conſecrationis die cum deuotione, & reuerentia venerint ad rogandum Deum pro remiſſione peccatorum de iniuncta ſibi pœnitentia quadraginta dies, & quartam partem veniali\u016b relaxamus per Chriſtum Dominum Noſtrum; & hanc chartam noſtri ſigilli munimine confirmamus. Hęc ad verbum refert *Ferdinandus Vghellus Florentinus Abbas Ciſtercienſis amicus meus in Italia Sacra tomo* 1. in quo Andreæ Longi Parmenſis patricij viri eruditiſſimi, ac celebris Poetæ Epiſcopi Ciuitatis Hortanæ, & Caſtellanæ mortui anno MDCVII. ætatis ſuæ LXVIII. Epiſcopatus XXV. præclara geſta commemorat.

3 Sic Cyprianus Longus Epiſcopus Bergomenſis Guillelmi Longi Cardinalis nepos poſtquā templum D. Alexandri Martyris in Bergomenſi Vrbe maximum inſtaurauit, & ſacra ſupellectile, & pictis Diuorum Iconibus exornauit, ſacras Stationes, & Indulgentias à duodecim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus conceſſas confirmauit Anno ſalutis Humanæ MCCCXXXIV. Epiſcopatus ſui anno XXV Ioanne XXII. Pontifice Maximo, & indulgentiam quadraginta die-

Digitized by Google

dierum ſacrã illam ędem inuiſentibus conceſſit. Hic pijſſimus Paſtor duo inſignia tẽpla à Guillelmo Longo Purpurato Romanæ Eccleſiæ Principe tunc præſente extructa, alterum Diuino ſpiritui, alterum D. Nicolao Myrrhæ Epiſcopo dedicauit Anno redemptionis orbis MCCCXI. & anno poſt ſeptimo Epiſcopatus ſui nono D. Mariæ Templum à Scantio dictum, vbi Ciſtercienſes Monachi diuino cultui vacabant, ſolemni ritu conſecrauit. D. Lucię Templum in ſuburbio vna cum Cęnobio Monacharum D. Dominici ædificandum curauit, & ampliſſimis priuilegijs, ac indulgentijs decorauit, quæ omnia alter Cyprianus Longus Epiſcopus Bergomenſis anno ſalutis MCCCXXC. confirmauit. *Hæc Bartolomæus Peregrinus in libro de Viuen Bergomenſi p. 1. c. 44. & cap. 47. & alij ab ipſo relati*. Hic adnotare libet antiquiſſimam familiam Longam è centum Patribus à Romulo electis, & Romanis Conſulibus, Cenſoribus, Dictatoribus, & Tribunis progenitam, deinde in varias Romanorum Colonias deductam poſt multa ſecula, cognomen Longum retinuiſſe, ac in multis Europæ, & præſertim Italiæ vrbibus floruiſſe, vt Venetijs, Genuæ, Neapoli, Mediolani, Parmæ, Placentiæ, Patauij, Cauæ, Rauelli, Salerni, Conſentiæ, Sauiliani, Tridenti, Brixiæ, Vicetiæ, Rauenæ, in Vico Equenſi, in Salentinis, Tarenti, Anagoræ, Velitris, Taurini, in Caſtro S. Angeli, & Neti in Sicilia, Coriolani, Vtinæ, Seduni, Lincaſtri, & Emundopoi in Anglia, Auguſtæ Vindelicorũ, Hafniæ, & alibi in Dannia, Viennę in Auſtria, in Sileſia Cracouiæ in Sarmatia Europæa, Cydoniæ in Creta, Chij in Inſula Chio, eandem, vt Longa gens Langa à Germanis Danis, Belgis, Anglis, & à Sarmatis Dlugoſch, ab Hiſpanis Luga, ſeu de Lugo, à Thuſcis, & Danis Lunga anno ſalutis humanę MCCCLXII. Iuſtiniani nomen Genuę, & paulò poſt Alexandri nomen Bergomi aſſumpſit vt teſtatur Vbertus Folieta in elogijs Clarorum Ligurum, & maximè in Elogio Othoboni Iuſtiniani Longi, qui Albintimilium, & Telamonem expugnauit Anno Chriſti MCCCCIX & in Elogio Philippi Longi, qui capta Almeria, & Derthuſia expugnata victos Mauros eiecit anno 1147. Auguſtinus Iuſtinianus in Annalibus Genuenſium, Leander Albertus in deſcriptione Italiæ, & Bergomi pag. 412. Achilles Mutius in Theatro Bergomenſi parte ſexta. Venturinus, Paulus Interianus, Io. Baptiſta Pinellus, Abrahamus Bzonius Annal. tom. 17. ad annum 1453. & alij. Vide Soteria Laurentij Longi edita Venetijs an. 1644

4 Quando indulgentia concedenda in articulo mortis conceditur à Pontifice, eam Sacerdos moribundo impertiri debet, etiam ſi eum non abſoluat, vel Clericus, ſi Sacerdos abſit, vel à Laicus, ſi Sacerdos, & Clericus abſint. *Ita Io. Valer. v. Abſolutio. Diana to. de Bulla Cruciata reſ.* 106. *Io. Lug. d.* 8. *ſect.* 8.

5 Poteſt quilibet Epiſcopus ſubditis concedere poteſtatem conſequendi indulgentias ab alio Epiſcopo conceſſas *ex c. quod autem de pœnit. & remiſſ. Laym. l. 5. t. 7. c. 1. Bordon. r. 81. num. 34. & alij*.

6 Concilium Generale non habet poteſtatem concedendi indulgentias, niſi à Pontifice illam acceperit, nec Capitulum Sede vacante, quia nullibi Chriſtus hanc facultatem Concilio promiſiſſe, aut Eccleſiæ theſaurum di-

diſpenſandum commiſſſe legitur. a quem per B. Petrum Cæli clauigerum, eiuſq; ſucceſſores ſuos in terris Vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, vt Clemens Sextus dicit. b facultas, quam à Pontifice habet Epiſcopi concedendi indulgentiam vnius anni in dedicatione alicuius Templi adeò annexa eſt officio Epiſcopali, vt ordinaria dici, & alteri delegari poſſit. a Card. Lug. ſ 8 §. n 33. Faber; Granad. Præpoſitus; Diana p 3. tract. 12. r. 2. b Clem VI. in extrau. Vnigen. de pœnit. & remiſſ. & ex cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ.

7 Non poſſunt plures Epiſcopi eidem plures quadragenas concedere; niſi hic ratione diuerſi domicilij duobus, vel tribus Epiſcopis ſit ſubditus. Tunc enim ab vnoquoque Epiſcopo quadragenariam indulgentiam conſequi poteſt. Secus vero ſi non ſit niſi vni Epiſcopo ſubditus. Epiſcopi enim non poſſunt concedere indulgentias niſi ſubditis; In hoc autem poſſunt Religioſi alioquin exēpti ſe ſe Epiſcopo ſubijcere, vt is indulgentiam illis ſecundum facultatem ſuam concedat; Laym. l. 5. tr. 7. c. 6. nu. 1. Bonac. Lug. d. 17. ſ. 8. § 1. num. 134.

8 Epiſcopus non conſecratus poteſt indulgentias concedere ſubditis ſuis, vel extra Territorium proprium manentibus. Quia hic non eſt actus ordinis; ſed iuriſdictionis voluntariæ non contentioſæ, a nomine autem Epiſcopi intelliguntur etiam Archiepiſcopi in totis ſuis Prouincijs etiamſi actu eas non viſitent, non tamen Capitulum Sede vacante, nec Abbates alicubi iuriſdictionem quaſi-Epiſcopalem habentes, nec Generales Religioſorum Ordinum Præſides, Præpoſiti locorum ea facultate gaudent. a

Quanquam Generales Religioſorum Præſules poſſunt aliquos ſeculares participes facere orationum, ieiuniorum, aliorumque bonorum operum, quæ à Religioſis Ordinum ſuorū fiunt, eoſq; inter ſpirituales filios recenſere. a huiuſmodi priuilegium Vrbanus V conceſſit Generalibus, & Prouincialibus Minorum, extatque diploma eiuſdem Pontificis, quamuis hoc fuiſſe in vſu ante Ordines Mendicantium conſtat ex Decretali Conſtitutione Innocentij III. electi anno 1198. vbi legitur. *Archipresbyter de Alterio ad participationem Ordinis Monaſterij de A. Burſia obtulit ſe, & ſua.* Et hoc *de iure communi.* y non modo Generales, & Prouinciales, ſed etiam præſides locorum facere poſſunt communicando orationes, & ſuffragia ſubditorum, quiſq; ſuorum. a vnuſquiſque enim Prælatus poteſtatem habet ſuper temporalia bona ſubditorum ſuorum, & ſpiritualia neceſſariè ſecundum Regulam. Quamuis per communicationem bonorum operum non transferant Religioſi præſides ſubditorum ſatisfactiones in ſeculares, quos in ſpirituales filios, vel fratres ſibi adoptāt. Satisfactio enim communicari non poteſt niſi ab ipſomet operante, ſicut nec ſacrificium ſubditi Sacerdotis poteſt à præſide, vel ſuperiore Religioſo validè applicari abſque conſenſu, & determinata intentione ſubditi. Valet tamen huiuſmodi communicatio, & applicatio à Superiore facta ad quandam ſpecialem, & indirectam impetrationem, quatenus Deus intuitu bonorum operū alicuius viri iuſti mouetur ad benefaciendum ijs, qui maiorem habet cum eo coniunctionem, qualem profecto habet, qui in ſpiritualem filium, vel fratrem Religio-

ſum

Digitized by Google

ſum adſcriptus eſt. Hic alias etiam vtilitates conſequitur, quas recenſet *Suarius d. 55. ſ. 5. & 4. ſ. 1. ſ. 4. Lug. ſ. 8. §. 1. n. 136. exc. noſt. de pœnit. & remiſſ. p. Rodriq. tom. 1. q. 33. art. 2. Mirand. tom. 2. q. 50. art. 1. Tamb. tom. d. 9. q. 3. Peyr. de præl. q. 3. c. 6. num. 8. Suar. de pœnit. d. 55. ſ. 5. nu. 6. Bordon. r. 84. Lug. d. 27. ſ. 8. §. 1. Campo priuileg. v. indulg. cap. cum dilectus 3. de ſucceſſ. ab inteſt. Nau. tom. 4. miſcell. 1. de orat. § [illegible] per c. nullus 3. 18. q. 2. Rodr. tom. 1. q. 33. art. 6. Mir. art. 5. Peyr. l. c. num. 13.*

9 Religioſus Præſul admittere poteſt benefactores, & alios amicos Religionis ad participationem bonorum operum, quæ ex communi inſtituto Religionis ſecundum Conſtitutiones Regulares ſiue ab omnibus Religioſis, ſiue ab omnibus Religioſis, ſiue ab hoc, vel ab illo religioſo fiunt ita, vt proſint illis, quod ad impetrationē, non vero quod ad ſatisfactionem, niſi ſubditi conſentiant, non enim iuſtum eſt ſpoliare aliquos proprijs veſtibus neceſſarijs vt alij iiſdem contegantur. Non æquum eſt religioſos priuari ſatisfactionibus debitis, quibus ipſi ad euitandas Purgatorij pœnas indigent, quas ſcilicet vix ſancti viri effugiunt. Nam Sanctum Seuerinum Colonienſem, qui ob anticipationem Diuini Officij peccauerat, in [illegible] in aquis Rheni vltrices pœnas luiſſe teſtatur Petrus Damianus in Epiſtolis, ſic Paſchaſium Diaconum, qui in electione Romani Pontificis peccauerat, in Puteolanis Thermis purgatrices flammas perpeſſum fuiſſe refert D. Gregorius libro IV. Dialogorum cap. XL. qui ære alieno grauatus eſt, debita ſua ſoluere prius debet, quā aliena, non poſſunt igitur Superiores Religionū communicare alijs ſatisfactionem bonorum operum, quæ ſubditi ſiue neceſſario ſecundum inſtitutum ſuum, ſiue voluntariè ex ſuperiorum rogatione faciunt, niſi ſubditi conſentiant. Sicut neque validè applicare poſſunt Miſſam Sacerdotis ſubditi ſine voluntate, & determinata ipſius Sacerdotis offerentis intentione, vt doctiſſimè oſtēdit cum alijs Ioannes Lugus S. R. E. Cardinalis Magnum Theologiæ decus diſputatione XIX. de Euchariſtia, idem aſſerit, quod nos dicimus, id eſt ſatisfactiones religioſorum ſubditorum non poſſe à ſuperioribus cōmunicari alijs, quia illæ non poſſunt validè cuiquam applicari, niſi ab ipſis operantibus, alioquin poſſent Generales Præpoſiti, & locales præſides religioſos ſubditos inuitos ſpoliare omnibus ſatisfactionibus etiam debitis ab iiſdem pro peccatis, quod iuſtitiæ, & charitati repugnat. Nec poſſent ſubditi applicare ſatisfactoria opera ſua alijs, quam pro illis, pro quibus iuberet Generalis, vel localis præſes offerri. Ita nec parentibus, nec cognatis, vel affinibus defunctis, alijſque religioſi poſſent ſuffragia ſua applicare ſuperioribus inuitis, & inconſultis, quod impium, & inhumanum eſt. Immò ſubditi ipſi debitis ſatisfactionibus ſuis ſpoliati poſt obitum deberent omnes pœnas pro culpis commiſſis pati non ſecus, ac ſi nulla ſatisfactoria opera in vita feciſſent. Non enim pro ſe, ſed pro alijs tantum ſatisfeciſſent, poſſentque illud Virgilianum vſurpare.

*Sic vos non vobis melificatis apes,*
*Sic vos non vobis vellera fertis oues,*
*Sic vos non vobis fertis aratra boues,*
*Sic vos non vobis nidificatis aues,*
*vel vt nos breuius.*

*Sic*

*Sic iuga fert, conditque fauos, ſtruit arbore nidos.*

*Vellera fert alijs bos, apis, ales, ouis.*

Immò peior eſſet Regularium, quam ſæcularium conditio, hos enim alienæ ſatisfactiones à Purgatorijs flammis eriperent, illos nec propriæ iuuarent alijs indiſcretè applicatæ. Si tamen ipſi Religioſi ex charitate conſentiant, huiuſmodi ſatisfactionũ ſuarum applicationi merẽtur, vt ipſis à Deo Purgatorij pœnæ minuantur. *Ità Cardin. Ioannes Lug. d. 27. ſ. 8. num. 136. & alij Doctiſſimi viri à me conſulti contra Rodriq. Petr. in præl. q. 3. c. 6. Miran. tom. 2. q. 50. art. 5. Tambur. tom. 2. d. 9. q. 3.* qui omnes fatentur ſuperiorem non poſſe applicare opera bona, quæ Religioſus ſpontè ex propria deuotione, non ex inſtituto Regulari facit, niſi operans ipſe conſentiat, quia ſunt bona propria ipſius, & ſuper ea ſuperior ius non habet, quod ad ſatisfactionẽ; ſed tantum quod ad impetrationem, dicunt ea poſſe applicari, quod accedente Pontificia authoritate probabile exiſtimo, & ſatisfactiones ſuperabũdantes, quæ ab ipſo operante non applicantur, ſed Theſauro Eccleſiæ accederent, niſi applicarentur, à ſuperioribus applicari poſſe cenſeo. *Sot. in 4. d. 21. q. 1. art. 4. Rodriq. tom. 1. q. 3. art. Card. d. 24. n. 69. d. 29. Bonac. Negnq.*

10 Generalis, vel Prouincialis Præſes non poteſt prohibere Præpoſitis inferioribus locorum, ne concedant litteras communicationis bonorum ſpiritualium, quæ in Cœnobijs ipſorum fiunt, niſi in aliquo euentu ex graui cauſa, quia Præpoſiti locales hanc facultatem habent à iure communi, & priuilegijs Pontificijs. *Ità Tambur. n. 8. Petr. q. 3. c.* [illegible] *contra Bardonum. n. 8.* [illegible] quod dicunt eam inferiores in vſu priuilegiorum pendere à ſuis ſuperioribus, ſed hoc non eſt merum priuilegium, cum inſertum ſit in corpore iuris *c. cum dilectus 3. de ſucceſſ. ab inteſt. Nau. tom. 4. Miſcell. 11. §. 6.*

11. Communicatio bonorum operum, quæ fiunt à Religioſis, non eſt conceſſio indulgentiarum, quia illæ non deſumuntur ex Theſauro Eccleſiæ, ſed dum fiunt, vel antequam fiant, & huiuſmodi communicationes valent etiam poſt mortem concedentis. Sunt enim gratiæ, quæ non expirant morte concedentis, poſſunt tamen ab ipſo, qui eas conceſſit reuocari, inſcio eo, cui conceſſæ ſunt. *Bard. r. 8. n. 10. contra Peyrin. in Ferm.* [illegible] *P.*

12 Subditus bona opera ſua neceſſaria ſibi ad ſatisfaciendum diuinæ iuſtitiæ alijs quoad ad ſatisfactionem largiri poteſt. Quamuis Prælatus Religioſus ea applicare alteri nequeat, cum ius tantum habeat in ſuperabundantia ſubditi opera ab ipſo non applicata. *Negn.* [illegible] *q. 6. d. 1. Card. d. 2. n. 69. d. 24.*

13 Nullus homo quantumuis iuſtus, niſi alijs ſpirituali iuriſdictione præſit, indulgentias impertiri poteſt. Eccleſiæ enim theſaurus à priuati hominis voluntate non pendet, ſed eius diſpenſatio ad Eccleſiaſticos præſules ſpectat, quibus illud conuenit. *Quodcunque ſolueritis ſuper terram erit ſolutum & in cœlo.* Mat. 16. *Sent. in 4.* [illegible] *20. q. 1.* [illegible] *24. n. 69. dub. 8.*

14 A Prælatibus Epiſcopo inferioribus facultas concedendi indulgentias etiam per conſuetudinem acquiri poſſe [illegible], quemadmodum abſoluendi poteſtas, & iuriſdictio in foro conſcientiæ bona fide vſucapi poteſt. [illegible] *Gloſſa c.* [illegible] *Pa-*

*lud.*

*Ind. in 4. d. 38. q. 4. art. 4. Sanch. l. 4. Mor. c. 38. num. 21. Hoſtienſis, & Abbas Filiuc. tr. 8. c. 5. num. 91. Dian. p. 5. t. 12. r. 20. contra Sotum in 4. d. 22. q. 1. Suar. in 3. p. t. 4. d. 15. ſect. 4. num. 3.*

15 Inferiores Epiſcopis, Abbates iuriſdictionem Epiſcopalem, & exemptam habentes, Religioſorum Præſules, & Parochi non niſi ex priuilegio, vel conſuetudine Summi Pontificis conceſſionem arguente indulgentias concedere poſſunt. *Filliuc. Bordon. r. 81. Bonac. Faber. in 4. ſent. d. 19. q. 1. d. 38. c. 5. Io. Granadus, Io. Præpoſitus in 4. p. q. 14. Dian. p. 5. t. 12. r. 21. ex c. audientib. de exceſſib. prælat. Paludan. d. 20. q. 4. art. 2. c. 3. Laym. l. 5. tr. 7. cap. 4.*

16 Epiſcopus ſacrorum communione palam interdictus, ideſt qui publicè denunciatus anathema, indulgentias concedere nequit, cum iuriſdictionis vſu careat, ſecus dicendum ſi mortifero tantum ſcelere obſtrictus ſit. *Faber, Granadus, Præpoſitus, Dian. p. 5. tr. 12. r. 21.* Nam tunc abſq; graui culpa exercere actum iuriſdictionis poteſt, qualis indulgentiarum conceſſio eſt. *Graff. in append. l. 2. c. 2. nu. 24. Suar. d. 55. ſ. 3. n. 20. Henriq. l. 7. c. 32. n. 4. Valentia, Sà, Reginald. Nugn. Bonac. d. 6. q. 1. p. 3. & alij commun.*

17 Epiſcopus conſequi poteſt indulgentias, quas concedit populo, ipſeq; ſibi eaſdem cōcedere poteſt, cum non ſit deterioris conditionis, ſed caput eiuſdem communitatis, idemque de Summo Pontifice, & de alijs, qui indulgentias concedere poſſunt, dicendum eſt, nec tenentur iniunctum opus præſtare, ſed aliud poſſunt pium opus facere pro conſequenda indulgentia, *Layman. l. 5. tr. 7. c. 1. nu. 5. Sot. d. 21. q. 2. art. 4. Bonac. D. Thom. in 4. d. 20. a. 5. q. 4. Cordub. l. 5. q. 31. Bonac. nu. 17.*

18 Vicarius Generalis Epiſcopi nō poteſt abſque ſpeciali facultate indulgentias concedere. huiuſmodi enim facultas eſt quaſi reſeruata dignitati Epiſcopali, poteſt tamen Epiſcopus non ſolum Vicario Generali, ſed etiā Clerico cōcedere poteſtatem diſpenſandi indulgentias, ipſi enim Epiſcopo eſt poteſtas ordinaria, quam delegare poteſt ſecundum reſtrictionem, & limitationem à Summo Pontifice factam, qui vel laico eandem facultatem impertiendi indulgentias cōmittere poteſt, ſecus verò Epiſcopus, quia ius commune relaxare non poteſt, per quod Laicus à muneribus Eccleſiaſticis arcetur. *Suar. d. 55. ſ. 5. n. 5. Regin. l. 7. n. 118. Cord. q. 12. prop. 2. Valen. Graff. l. 2. cap. 2. nu. 21. in append. Bellar. de indulg. Sà, Nugn. q. 26. a. 2. Bonac. d. 6. q. 1. p. 3.*

## Indulgentia quandiu duret, & quando ceſſet. Cap. LIII.

1 INdulgentia tandiu durat, quandiu is, qui eam conceſſit, durare voluit, ſi cauſa ſufficiens ſit. Gratia enim dependet à voluntate eius, à quo conceditur, ipſiuſq; voluntatem verbis expreſſā non excedit, nec actus agentis operatur vltra intentionem ipſius, ideò indulgentia conceſſa ad certum tempus eo elapſo ceſſat; conceſſa perſonæ, vel communitati durat quamdiu perſona viuit, vel Communitas permanet, etiamſi aliquis è communitate è vita decedat, quod ad ipſum ceſſat, niſi etiam mortuis applicari



Digitized by Google

care poſſit. β indulgentia vero ſimpliciter, & abſolutè conceſſa ex ſe perpetuo durat. γ niſi aliqua lege cautum ſit, ne indulgentia vlla perpetua ſit. nam omnes indulgentiæ plenariæ pro viuis conceſſæ Anno Sancto Iubilei ſuſpenduntur ex Decreto Xiſti IV. δ Indulgentiæ vero pro die feſto ſingulis annis conceſſæ ad viginti annos reſtringuntur ex regula LVII. Cancellariæ ε ſecundum quam Pontifex cenſetur loqui, niſi aliud in conceſſione declarauerit α *Gloſ. in c. noſtro de pœnit. & remiſſ. Graff ad c. 8. Corduba l. 5. q 36.* α β *Bonac. q. 1. p. 8. Suar. d. 57. ſ. 2 n. 1 Regin l 7. n. 158. Nugn Nau.* γ *Syluest Angel Sà, Suar. Regin Coninch Nugn* δ *Xiſt. IV. in extrau. quemadmodum de pœnit. & remiſſ* ε *Suar. Regin n. 159.*

2 Indulgentia pro mortis articulo conceſſa in quolibet mortis articulo ſumi poteſt. ζ quia indefinita videtur ſicut facultas abſoluendi à culpis reſeruatis non ſpirat in vno mortis articulo, ſed adhuc ea vti poſſumus ſuperueniente alio mortis diſcrimine. Quando in conceſſione indulgentiæ præſcribitur, ſeu requiritur miniſterium confeſſarij; huiuſmodi indulgētia accipi poteſt in probabili mortis articulo. η ſecundum iudicium medicorum, ac prudentum, alioquin ſæpius inanis redderetur huiuſmodi indulgentiæ conceſſio, cum ſæpius mors ſuperueniat, antequàm conſtet, quinam ſit verè mortis articulus. nulla autem formula præſcribitur ad concedendam indulgentiam in mortis articulo, ſed ſufficit dicere *concedo tibi indulgentiā ſecundum diplomatis Pontificij tenorem* ϑ ille autem, qui habet poteſtatem eligendi ſibi confeſſarium virtute indulgentiæ poſtquam petijt confeſſionis Sacramentum, abſolutionem & indulgentiam conſequi poteſt, etiamſi ſenſibus deſtitutus ſit. κ adhuc enim eſt viator, & conditiones habet in ſuſceptores indulgentiæ neceſſarias. *Ità ζ contra Fumum v indulg. nu. 13. Eman. Sà, & alios docet Corduba q. 36. prop. 3. Bonac. d. 6. q. 1. p. 8. nu. 11.* η *Nau not. 30. Regin. lib. 7. cap. 156. Nugn in Addit quaeſt. 27. art. 4 d. 2.* ϑ *Cord. Nugn. ad q. 25. a. 4. d 2. Regin. Bonac. nu 14.* κ *Nau. Regin. l. c.*

3 Indulgentia conceſſa viſitantibus aliquam Eccleſiā durat, qui enim indulgentias loco abſque limitatione temporis conceſſit, vult eas tandiu durare, quandiu locus ipſe durat eadem autem Eccleſia perſeuerare cenſetur, quæ per partes deſtruitur, & reſtauratur Immò ſi templum deſtruatur animo reædificandi illud, & iterum in eodem loco reædificetur, probabile eſt indulgentiam ante ei conceſſam perſeuerare, & priuilegium cum templo reſtaurato conſurgere, quod ſuſpenſum cenſebatur: ſecus verò ſi abſque ſpe reſtaurationis templum conſentiente, vel iubente prælato deſtructum ſit. *Corduba q 58. Suar. d. 57. ſ. 2. num. 12. Pinellus, Nugnus q. 25. art. 4. lo. Lug d. 27. Bonac d. 6. q. 3. p. 8. num. 4. ex lege 39. ff. de Religioſis, & cap. Paſtoralis, &c. quia Monaſterium de religioſis domib Suar. de leg. b lib 8. c. 5. nu. 7. vide cap quomodo ſit indulg.*

4 Indulgentia ceſſat, ſi ab eo, qui illam conceſſit, vel ab eius ſucceſſore eandem authoritatem habente reuocetur, etianſi aliqui præſcripta opera ad illam lucrandam facere cepiſſent. Grauiter tamen peccaret, qui abſque cauſa reuocaret indulgentiam valdè vtilem. Cum autem reuocatio pendeat

neat ad iuriſdictionem, qua poteſt claudere ſucceſſor, quod prædeceſſor aperuit: & hæc exerceatur per actus externos, & viſibiles indulgentia conceſſa per actum externum non poteſt reuocari, niſi per actum quoque externum, & reuocatio manifeſta fieri debet, non ſecus ac abrogatio cæterorum priuilegiorum; non igitur ad renouandam indulgentiam ſufficit ſolus actus internus, nec indulgentia abrogata extinguitur donec abrogationis notitia perueniat ad eos, quibus illa conceſſa fuerat. *ità Card. Lugus d. 27. ſ. 8 §. 3. Syluest. v. gratia, Sà, Graff. c. 8. n. 18. Regin. l. 7. n. 167. Cordub. q. 36 p. 3. Soto q. 1. art. 4. contra Suarum d. 57. ſ. 2. nu. 10.* aſſerentem indulgẽtiam reuocari poſſe per actum internum.

5 Ceſſat etiam indulgẽtia ſi pereat, & deſtruatur res, cui illa adnexa eſt, niſi à Pontifice conceſſa ſit facultas ſubſtituendi aliam rem, vt piam imaginem Chriſti, vel Diuorum, Crucem, numiſma, granum loco fractæ, vel amiſſæ rei, tunc non amplius prior res habet indulgentiam, ſed poſterior, in quam tranſlata eſt amiſſa, vel fracta; priore verũ vtramq; conſeruare decet.

6 Non ceſſant indulgentiæ morte concedentis neque renunciatione interna, vel externa eius, cui conceſſa eſt; niſi hæc à concedente acceptata fuerit. Indulgentiæ enim valor, cum totus pendeat ab applicatione Theſauri Eccleſiæ, non poteſt impediri ab alterius voluntate; ſi indulgentia in perpetuum conceſſa ſit, non ceſſat, etiamſi ceſſet cauſa, quæ ab initio ſufficiens fuit ad eam in perpetuum concedendam. Secus verò, ſi minus ſufficiens fuit, tunc enim indulgentia non valet, niſi ſecundum proportionem cauſę. ideò ſi indulgentia Iubilei concedatur ad duas hebdomadas ad impetrandam pacem, ſi prima hebdomada pax fiat adhuc ſecunda hebdomada indulgentia valet, quia validè conceſſa fuit propter neceſſitatem vrgentem habẽtem proportionem cum conceſſione indulgentiæ. *Io Lug. d. 27. ſ. 8. §. 3. n. 152. Suar. ſ. 2. num. 14. Nugn q. 27. a. 4. Regin. l. 7. n. 165.*

## De ſatisfactione Sacramentali, quæ pœnitentiæ imperari à confeſſario poſſint. Cap. LIV.

1 Claues Eccleſiæ non ſolum adſoluendum, ſed etiam adligandum cõceſſas eſſe tum antiqui patres, tum ſacra Concilia docuere. ſi ligant dum ad ſatisfactorias pœnas confeſſos obligant, iudicium enim exercent, quod conſtat liberatione & remiſſione culpæ, & pęnæ ad æqualitatem debitæ, & condemnatione ad aliquam partem pœnæ, quia etiam ad hoc iudicium ſpectat, vt confeſſarius pœnitentem iubeat reddere debita, & proximam peccandi occaſionem euitare, vel declaret hæc ab illo præſtanda eſſe; ideò ad ſatisfactionem latè ſumptam ſpectat reſtitutio, & occaſionis peccati remotio. Aliquãdo mitior, aliquando ſeuerior pœnitentia iniungi poteſt pro iiſdem criminibus, modo habeat proportionem cum illis ſpectata ipſorum grauitate, ac capacitate pœnitentis. Piè autem monet D. Thomas, vt ſi quando Sacerdos in pœnitentia leuiore iniungenda indulgentior ſit, moneat pœnitentem quanto grauiorem mereatur, cum ipſe

aliorū conuerſatione ſegregatus, ibiq; intentus ſpiritualium librorum, cæterorumque ad deuotionem animas excitantium lectioni intentus diuina beneficia, fidei myſteria, quatuor nouiſſima, Chriſti Domini cruciatus ſæpe meditatus conſiderauerit, & generali confeſſione totius vitæ, vel totius anni illius tempore commiſſa à ſe peccata expiauerit, vel Miſſam celebrauerit, eandemque indulgentiam toties lucrabitur, quoties eadem fecerit.

VII. Quicunque Religioſus intra clauſtra degens propriam Eccleſiam viſitauerit, ibique pias ad Deum preces fuderit pro pace Principum Chriſtianorū, extirpatione hæreſum, exaltatione S. Eccleſiæ, & Summi Pontificis ſalute, lucratur omnes indulgentias conceſſas viſitantibus Eccleſias intra, & extra vrbem Romam diebus Stationum, non ſecus, ac ſi eaſdem viſitaſſet. Illas etiam ægroti conſequi poſſunt, vt Summus Pontifex declarauit. Hæc indulgentia omnium maxima, & obtentu facillima eſt. Hanc tamen non conſequuntur, qui extra clauſtra Religioſa manent. *Rodriq. t. 2. q. 89. Hier. Rodriq. r. 77. n. 10. Bord. r. 81. Peyrin. ad Conſtit. Pauli V. n. 2.*

VIII. Quilibet Religioſus in clauſura viuens, & coram Altari ſuæ Eccleſiæ recitans quotidie Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quinquies, indulgentiam quinq; annorum, totidem quadragenarum adipiſcitur. Eandem etiam lucrantur, qui extra clauſuram degētes Superiorum ſuorum conceſſione, vel iter habentes eaſdem preces coram Altari alicuius Eccleſiæ fundunt.

IX. Indulgentiam ſexaginta annorum, & totidem quadragenarum conſequuntur Religioſi, qui per integrum menſem quotidie per ſemihoram orationi mentali vacat, & vltima die Dominica eiuſdem menſis pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta ſuſcipiunt.

X. Qui in Capitulis culpas ſuas accuſant, & peccatorum ſuorum pœnitentes, & ſacra ſynaxi refecti, exercitijs virtutum vacant, trium annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam lucrantur.

XI. Miſſi ad terras infidelium, vel hæreticorum ad concionem, inſtructionem, & eorum conuerſionem in die, quo peccata ſua confeſſi fuerint, & ſacram Euchariſtiam ſumpſerint, vel etiam in ipſo ingreſſu Prouinciæ, ad quam mittuntur, plenariam indulgentiam conſequuntur.

XII. Confeſſionis, & Communionis Sacramentis inſtructi, qui tempore orationis quadraginta horarum in viſitatione generali ad minus per duas horas, etiam interpolatas, orationi vacauerint, Deumq; rogauerint pro concordia Principum Chriſtianorum, extirpatione hæreſum, exaltatione [illegible] ſalute Summi Pontificis, & augmento Regularis diſciplinæ plenariam veniam adipiſcentur.

XIII. Præterea illis, qui coronā precatoriam Deiparę Virginis Mariæ [illegible] ſoluunt, plenariam indulgētiam [illegible] lus V. conceſſit. Idem recitan[illegible] xies Dominicam Orationem, & [illegible] Angelicam Salutationem, ac [illegible] centibus (Gloria Patri, & Filio, &c.) largitus eſt magnam indulgentiam Stationum Romæ, Ieruſalem, & S. Iacobi Compoſtellæ. Eandem indulgentiæ conceſſionem confirmauit Vrba[illegible] nus VIII. De his agunt *Portell[illegible] rinus, Bordonus, Pelliz. & ali*[illegible]

XIV. Qui Mendicantium Religioſorum priuilegijs gaudent, indul[illegible]

Digitized by Google

tias omnes à Leone Decimo Pontifice vſque ad quartum Pontificatus illius annum, & ab eiuſdem Prædeceſſoribus pro viuis conceſſas defunctis per modum ſuffragij applicare poſſunt, *Leo X. Minoribus, vt in eorum compendio* Huiuſmodi ſunt quæ ſequũtur.

XV. Omnes Indulgentias, quæ Romanæ Vrbis templa viſitantibus quouis die conceſſæ ſunt, Religioſi ijdem Mendicantium priuilegijs gaudentes in proprijs Eccleſijs conſequuntur, ſi Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quinquies recitent. *Sixtus Quartus Minorib. vt in eorum compendio.*

XVI. Ijdem Religioſi, qui Dominicis diebus, vel feſtis D. N. Ieſu Chriſti, & Beatæ M. Virg. rem diuinam faciunt, & qui Sacerdotes non ſunt, quotieſcunque Euchariſtiam ſumunt, plenariam indulgẽtiã pro defunctis conſequuntur. *Innocentius VIII. Minorib. Leo X. compendium Minorum. Alex. Bocculus.*

XVII. Religioſi quicunq; Mendicantium priuilegijs gaudent, Pſalmũ quinquageſimum *Miſerere* piè recitantes plenariam indulgentiam pro mortuis aſſequuntur. *Sixt. IV. vide Priuileg. Canon. Regul. Lateranen.*

XVIII. Ijdem, qui ſpherulam precatoriam, ſiue Coronam Beatæ Virginis, vel Domini Noſtri, vel Graduales Pſalmos, vel Defunctorum Officium recitauerint, vel ſi ægroti, vel ſenes decrepiti ſint, quoties quinquageſimum Pſalmum, vel Canticum Beatæ Mariæ, vel eiuſdem Hymnum Veſpertinum *Aue Maris Stella* dixerint, plenariam indulgentiam pro defunctis lucrantur. *Iul. II. & Leo X. compend. Min. tit. Indulg. comp. Soc. Ieſu.*

XIX. Ijdem etiam ſecunda quaq; & quarta feria cuiuslibet hebdomadæ ſacrificium pro Defunctis celebrare volentes pro ipſis eaſdem indulgentias conſequuntur, quæ Miſſam celebrantibus in Eccleſijs S. Gregorij, Sanctorum Laurentij, & Sebaſtiani. S. Pudentianæ, Schalæ Cœli in vrbe, vel extra vrbem conceſſæ ſunt, & Miſſæ illis Defunctis, pro quibus à Religioſis illis celebratæ fuerint, æquè ſuffragantur, ac ſi in ijſdem Eccleſijs, alijſue quibuſcunque priuilegio inſignitis intra, vel extra vrbem celebrarentur. *Clemens Septimus Pontif. Max. Minimis.*

XX. Religioſi Sacerdotes Mendicantium priuilegijs gaudentes ſi pro aliquo cõſanguineo ſuo intra tertium gradum defuncto tres Miſſas ſuper Altari per Superiorem in propria Eccleſia aſſignato, celebrent eiuſdem animam à Purgatorijs ignibus liberãt, non ſecus, ac ſi ſuper Altari Diui Gregorij, vel D. Sebaſtiani Romæ celebraſſent. *Leo X. Congreg. S. Iuſtinæ.* Hæc autem de quibuſcunque Miſſis intelligenda ſunt, etianſi non ſint propriæ defunctorum, *ſeu de Requie,* vt ex priuilegijs Altari S. Gregorij, & S. Pudentianæ conceſſis conſtat, *& A. Bocculus obſeruat. in comp. priuil. Congr. Somaſchenſis.*

XXI. Quicunque Chriſti fidelis alicui confeſſario Religioſo gaudẽti priuilegijs Mendicantium confeſſus fuerit, & pias preces ad honorem, cultumque Cruciatuum Chriſti deuotè fuderit plenariam indulgentiam ſemel in vita conſequetur. *Paulus Tertius Soc. Ieſu, Boccolus.*

5 Religioſi profeſſi, & Nouitij poſſunt lucrari indulgentias omnibus Chriſti fidelibus conceſſas in Eccleſijs ſuis, & alienis, vel conceſſas audientibus conciones Prædicatorum Minorum,

Digitized by Google

rum, vel Miſſas in eorum Eccleſijs; nam & ipſi potiori iure ſunt Chriſti fideles. Idem dicendum de Tertiarijs, & de familiaribus Religioſorum in Monaſterijs, vel Cœnobijs degentibus. Nam in fauorabilibus Religioſorum nomine intelliguntur, qui ſimiliter illis degunt vitam. *Rodriq tom.1. q.39. art.4. & q 67. art.4. & t 3. q.37. art.2. Carillus l.1. num.11. Bord. r.81. q.12. & alij.*

6 Indulgentię non cenſentur abrogatæ in generali abrogatione priuilegiorum, gratiarum, & indultorum: quia elegans, & ſpeciale nomen habent. Ideò non niſi ſpeciali abrogatione tolluntur. *Bord. num. 33. ex l. item apud Labeonem §. ait prætor ff. de de iniur. Portel. p.2. c.14. num.3.*

7 Indulgentia Templo Portiunculæ Aſſiſij ab ipſomet Chriſto conceſſa à nullo Pontifice abrogata eſt, nec generali abrogatione indulgentiarum, quæ fit Anno Sancto Iubilei abrogatur, vel ſuſpenditur: neque eodem anno ceſſant indulgentiæ Altarũ habentium priuilegiũ pro mortuis. nulla enim de illis in Pontificio diplomate ſpecialis mentio fit. Ita Vicario Imolæ reſcriptum fuit anno 1625. kal. Ianuarij. Neque enim patitur Pontifex theſauros Eccleſiæ, qui Romam tantum proficiſcentibus anno Iubilei erogantur, ijs occludi, qui charitate in Deum nobis coniuncti Romam eo anno proficiſci nequeunt. Ergo nec ægrotis in mortis periculo, nec illis, qui Romam nullo modo ire poſſunt, indulgentiarum ſubſidium ſubtrahendum eſſe videtur. *Alph. Leo. p. 1. de iubil. q.6. nu. 142. 246. 248. Gauant. in addit. ad man. v. indulg. n.8 Bord. r.81. num.37. Quintanad.*

8 Poteſt Religioſus, & quiuis alius manendo in eodẽ loco Templi, vnde plura Altaria aliquo modo conſpici poſſunt, ad ſingula dirigendo intentionem ſuam, conſequi indulgentias conceſſas viſitantibus ſigillatim illa, aliquo tamen ſigno diſtinguendo ſingulas viſitationes, vt capitis inclinatione, quanquam non deſint, qui exiſtimant non eſſe neceſſariam aliquam diſtinctionem, vel motum corporis immò vnica, ac conueniente oratione ſingulorum Altarium viſitationi ſatisfieri poſſe. *Bordon. r.81. nu.38. Diana de indulg. r.8. contra Trullench. Garnicam.*

9 Indulgentia non poteſt transferri vltra tempus à Summo Pontifice in diplomate ſtatutum, etianſi primo anno v.g quo ad ſeptem annos impetrata fuerit, non potuerit publicè in[illegible] quod nimis ſero ad manus eius, ad quem ſpectet eam annunciare diploma Pontificium peruenerit.

10 Indulgentia conceſſa pro feſto die alicuius Diui nunquam in aliam diem transfertur, licet Officium Eccleſiaſticum in honorem illius Diui inſtitutum ex cauſa rationabili transferatur; nihil enim obſtat, quominus [illegible] indulgentia ſtato die acquiri poſſit. Excepta feria ſexta maioris hebdomadæ, quæ paraſceue appellatur, qua ſi dies feſtus Annunciationis B. Mariæ Virginis, vel alterius Diui [illegible] quo conceſſa eſt indulgẽtia, ad [illegible] conſequendam neceſſaria ſit Euchariſtiæ ſumptio. Cum enim ea die nulla Euchariſtia miniſtretur ex antiquiſſimo Eccleſiæ vſu indulgentia illius feſti ſimul cum Officio in alium diem commodum transferenda videtur, ne amittatur. Sic Gregorius XIII. conceſſit minimus facultatem transferendi Officium S. Franciſci inſtitu[illegible]

Digitized by Google

ſui ſimul cum indulgentia in alium diem. *Petrinus tom. 2. c. 7. num. 15. Bordon. r. 81. q. 9.* verum ego non exiſtimo opus eſſe procraſtinatione, ſeu translatione indulgentiæ, ſed ad hanc conſequendam ſatis eſſe, ſi pridie eius diei feſti Euchariſtia ſumpta ſit, deinde ſi à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis ſubſequentis diei viſitetur Eccleſia, & preces ſecundum intentionem Summi Pontificis fundantur. Quandoquidem non preſcribitur dies communionis faciendæ, nec confeſſionis, ſed vt quicunque indulgentiam vult conſequi præuia peccatorũ confeſſione expiatus, ac ſacra communione refectus cætera die feſto preſtet intra tempus, quod primis veſperis, & ſolis occaſu poſt ſecundas veſperas definitur. Sufficit igitur confeſſio, & communio pridie diei feſti facta ad conſequendam indulgentiam ⍺ probabile eſt etiam indulgentiam conceſſam die feſto Annunciationis Deiparæ Virginis incidente in feriam ſextam hebdomadæ Sanctę obtineri poſſe abſque ſumptione Euchariſtiæ, & hanc eſſe mentem Summi Pontificis concedentis indulgentiam. Non enim exigit communionem, quando illa die Eccleſiæ conſuetudini repugnat, nec fruſtrari, aut priuari vult beneficio indulgentiæ fideles Chriſti, qui pro illa aſſequenda faciunt, quod poſſunt. & credunt ſe illam conſequi. *Ita mecum ſentiunt Albertus Spinula, & Mutius Continus Theologi ex Congregatione Somaſchenſi, Fariſellus* ⍺ *Bordonus r. 81. num. 32.* Huic ſententiæ fauet, dum ait indulgentiam obtineri die, quo habitus Religionis induitur ab eo, qui pridie Sacramenta confeſſionis, & communionis percepit, quia hæc ante præſtantur.

11 Qui pium aliquod opus facit neſciens indulgentiam facientibus illud eſſe conceſſam, vt qui ingreſſus templum preces ad lucrandam indulgentiam præſcriptas preces fundit, illam conſequitur, etianſi notitia illius, & actuali, ac virtuali intentione lucrandi illam careat nulla enim ratio obſtat ⍺ quemadmodum præcepto recitandi horarias preces, audiendi Miſſam, confitendi ſemel quotannis ſatisfacit, qui abſque animo ſatisfaciendi ſacro intereſt β horariam pſalmodiam perſoluit, culpas ſuas confeſſionis ſacramento expiat. *Cardin. Lugus de pœnit. d. 27. ſ. 6. num 81. Laym. l. 5. tr. 7. cap 6. num. 5. Sanctarel. de iubil. c. 15. d. 4. Salas, Portel. in addit. ad dub. Reg. ex Lud. Molina, Dian. p. 4. tr. 4. r. 24 contra Hier Rodriq. Trullench. in Bullam Cruciatam, Eman. Rodriq.* β *Valentia, Vaſquez, Sanch. Facund. contra Arragonium, Leſſium, Azorium, Suarium, Cordubam, Leonem, Vegham, & alios.*

## Quinam Indulgentias concedere poſſunt. Cap. LII.

1 SVmmus Pontifex Chriſti Vicarius, cæterique inferiores Epiſcopi ex conceſſione Summi Pontificis indulgentias diſpenſare valent. hi quidem viuis tantum. iure communi vnius anni indulgentiam die anniuerſariç dedicationis alicuius templi, alias vero iuſta de cauſa quadraginta dierum indulgentiam largiri poſſunt. Sed ſi poteſtatis ſuç limites excedant, conceſſio quod ad exceſſum irrita eſt β vt Bonifacius VIII. declarauit. Valet tamen

Digitized by Google

men quod ad XL. dies, quia vtile per inutile non vitiatur. Cardinales etiam Legati Apoſtolici, alijq; Præſules Epiſcopali dignitate carentes ex generali, vel ſpeciali Pontificis conceſſione certas indulgẽtias diſpenſare queunt, vt centum dierum indulgentiam Cardinales δ concedere poſſunt. y *ita ß Laym. l.5.t.7.c.4. Bonac. tom.1. pag. 287. ex Clemens VI. extrauag. S. Bonauent. art.2. q.3. Riccard. art.5. q.3. Durand. q.5. ad 2. S.Thom. Aug. Anconit. Sylu. Suar. d.49. ſ.2. Coninch. contra Sotum. y Palud. in 4. d.20. Laym. num.3. δ Sot. in 4. d.26. q.1. Corduba q.10. Gamachua). Diana p.5. tr.2. r.8.*

2 Conſueuerunt Epiſcopi in conſecratione alicuius Altaris concedere indulgentias viſitantibus illud anniuerſario conſecrationis die; Huius rei luculentum teſtimonium reddit inter alia diploma Alberti Longi Epiſcopi Ferentini, qui olim Canonicus Anagninus familiaris, & amicus Innocentij III. Summi Pontificis mox ab eo meritorum, & amicitiæ ergo ad Epiſcopatũ euectus anno ſalutis MCCIII. II Kal. Iunij in Eccleſia Sancti Iacobi ad Pontem Ceccani Altare conſecrauit, & indulgentiam huiuſmodi conceſſit litteris adhuc extantibus promulgatam.

In Nomine Domini Amen. Anno Dominicę Incarnationis MCCIX. Põtificatus Domini Innocentij III. Papæ anno eius XII. Kal. Maij. Hoc die conſecratum eſt Altare Eccleſię B. Iacobi Apoſtoli, quæ poſita eſt iuxta Pontem Ceccanum per manus Domini Alberti Longi Epiſcopi Ferentini. De reliquijs Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, Sancti Stephani Protomartyris, Sancti Nicolai Confeſſoris, B. Blaſij Martyris, Sanctæ Barbaræ Virginis, & Sanctorum Martyrum Chryſanthi, & Dariæ, & ſociorum eius, S. Eleutherij Epiſcopi, & Martyris, S. Ambroſij Martyris, SS. Marcellini, & Petri, & aliquorum, quorum nomina Deus nouit, & ego Albertus Dei miſericordia confiſus, & meritis glorioſæ Virginis Mariæ, & Beatorum Apoſtolorum, & Sanctorum Martyrum Ioannis, & Pauli, atq; Ambroſij, & omnium Sanctorum omnibus, qui ad prænominatam Eccleſiam in huius conſecrationis die cum deuotione, & reuerentia venerint ad rogandum Deum pro remiſſione peccatorum de iniuncta ſibi pœnitentia quadraginta dies, & quartam partem venialiũ relaxamus per Chriſtum Dominum Noſtrum; & hanc chartam noſtri ſigilli munimine confirmamus. Hæc ad verbum refert *Ferdinandus Vghellus Florentinus Abbas Ciſtercienſis amicus meus in Italia Sacra tomo* 1. in quo Andreæ Longi Parmenſis patricij viri eruditiſſimi, ac celebris Poetæ Epiſcopi Ciuitatis Hortanæ, & Caſtellanæ mortui anno MDCVII. ætatis ſuæ LXVIII. Epiſcopatus XXV. præclara geſta commemorat.

3. Sic Cyprianus Longus Epiſcopus Bergomenſis Guillelmi Longi Cardinalis nepos poſtquã templum D. Alexandri Martyris in Bergomenſi vrbe maximum inſtaurauit, & ſacra ſupellectile, & pictis Diuorum Iconibus exornauit, ſacras Stationes, & indulgentias à duodecim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus conceſſas confirmauit Anno ſalutis Humanæ MCCCXXXIV. Epiſcopatus ſui anno XXV Ioanne XXII. Pontifice Maximo, & indulgentiam quadraginta

die-

Digitized by Google

dierum ſacrã illam ędem inuiſentibus conceſſit. Hic pijſſimus Paſtor duo inſignia tẽpla à Guilhelmo Longo Purpurato Romanæ Eccleſiæ Principe tunc præſente extructa, alterum Diuino ſpiritui, alterum D. Nicolao Myrrhæ Epiſcopo dedicauit Anno redempti orbis MCCCXI. & anno poſt ſeptimo Epiſcopatus ſui nono D. Mariæ Templum à Scantio dictum, vbi Ciſtercienſes Monachi diuino cultui vacabant, ſolemni ritu conſecrauit. D. Lucię Templum in ſuburbio vna cum Cęnobio Monacharum D. Dominici ædificandum curauit, & ampliſſimis priuilegijs, ac indulgentijs decorauit, quæ omnia alter Cyprianus Longus Epiſcopus Bergomenſis anno ſalutis MCCCXXC. confirmauit. *Hæc Bartholomæus Peregrinus in libro de Viren Bergomenſi p. 1. c. 44. & cap. 47. & alij ab ipſo relati*. Hic adnotare libet antiquiſſimam familiam Longam à centum Patribus à Romulo electis, & Romanis Conſulibus, Cenſoribus, Dictatoribus, & Tribunis progenitam, deinde in varias Romanorum Colonias deductam poſt multa ſecula, cognomen Longum retinuiſſe, ac in multis Europæ, & præſertim Italiæ vrbibus floruiſſe, vt Venetijs, Genuæ, Neapoli, Mediolani, Parmæ, Placentiæ, Pataui, Cauæ, Rauelli, Salerni, Conſentiæ, Sauiliani, Tridenti, Brixiæ, Vicetiæ, Rauennæ, in Vico Equenſi, in Salentinis, Tarenti, Anagoriæ, Velitris, Taurini, in Caſtro S. Angeli, & Neti in Sicilia, Coriolani, Vtinæ, Seduni, Lincaſtri, & Emundopoi in Anglia, Auguſtæ Vindelicorũ, Hafniæ, & alibi in Dannia, Viennę in Auſtria, in Sileſia Cracouiæ in Sarmatia Europæa, Cydoniæ in Creta, Chij in Inſula Chiu tandem, vt Longa gens Langa à Germanis Danis, Belgis, Anglis, & à Sarmatis Dlugoſch, ab Hiſpanis Lugaſen de Lugo, à Thuſcis, & Danis Lunga anno ſalutis humanę MCCCLXII. Iuſtiniani nomen Genuę, & paulò poſt Alexandri nomen Bergomi aſſumpſit vt teſtatur Vbertus Folieta in elogijs Clarorum Ligurum, & maximè in Elogio Othoboni Iuſtiniani Longi, qui Albintimilium, & Telamonem expugnauit Anno Chriſti MCCCCIX & in Elogio Philippi Longi, qui capta Almeria, & Derthuſia expugnata victos Mauros eiecit anno 1147. Auguſtinus Iuſtinianus in Annalibus Genuenſium, Leander Albertus in deſcriptione Italiæ, & Bergomi pag. 412. Achilles Mutius in Theatro Bergomenſi parte ſexta. Venturinus, Paulus Interianus, Io. Baptiſta Pinellus, Abrahamus Bzonius Annal. tom. 17. ad annum 1453. & alij. Vide Soteria Laurentij Longi edita Venetijs an. 1644.

4 Quando indulgentia concedenda in articulo mortis conceditur à Pontifice, eam Sacerdos moribundo impertiri debet, etiamſi eum non abſoluat, vel Clericus, ſi Sacerdos abſit, vel à Laicus, ſi Sacerdos, & Clericus abſint. *Ita Io. Valer. v. Abſolutio. Diana to. de Bulla Cruciata reſ.* 106. *Io. Lug. d.* 8. *ſect.* 8.

5 Poteſt quilibet Epiſcopus ſubditis concedere poteſtatem conſequendi indulgentias ab alio Epiſcopo conceſſas *ex c. quod autem de pœnit. & remiſſ. Laym. l. 5. t. 7. c. 1. Bordon. r. 81. num. 34. & alij*.

6 Concilium Generale non habet poteſtatem concedendi indulgentias, niſi à Pontifice illam acceperit, nec Capitulum Sede vacante, quia nullibi Chriſtus hanc facultatem Concilio promiſiſſe, aut Eccleſiæ theſaurum

di-

diſpenſandum commiſiſſe legitur. a *quem per B. Petrum Cæli clauigerum, eiuſq; ſucceſſores ſuos in terris Vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum*, vt Clemens Sextus dicit. β facultas, quam à Pontifice habet Epiſcopi concedendi indulgentiam vnius anni in dedicatione alicuius Templi γ adeò annexa eſt officio Epiſcopali, vt ordinaria dici, & alteri delegari poſſit. δ a ... *ard Lug. ſ 8 §* ... *n* 33. *Faber; Granad Præpoſitus; Diana p* ... *tract. 12. r. 2* β *Clem VI. in extrau. Vnigen. de pœnit & remiſſ.* γ *ex cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ.* ...

7 Non poſſunt plures Epiſcopi eidem plures quadragenas concedere, nisi hic ratione diuerſi domicilij duobus, vel tribus Epiſcopis ſit ſubditus. Tunc enim ab vnoquoque Epiſcopo quadragenariam indulgentiam conſequi poteſt. Secus vero ſi non ſit niſi vni Epiſcopo ſubditus. Epiſcopi enim non poſſunt concedere indulgentias niſi ſubditis. In hoc autem poſſunt Religioſi alioquin exempti ſe ſe Epiſcopo ſubijcere, vt is indulgentiam illis ſecundum facultatem ſuam concedat. *Laym. l. 5. tr. 7. c. 6. nu. 1. Bonac. Lug. d. 17. ſ. 8. § 1. num. 134.*

8 Epiſcopus non conſecratus poteſt indulgentias concedere ſubditis ſuis, vel extra Territorium proprium manentibus. Quia hic non eſt actus ordinis, ſed iuriſdictionis voluntariæ non contentioſæ; a nomine autem Epiſcopi intelliguntur etiam Archiepiſcopi in totis ſuis Prouincijs etiamſi actu eas non viſitent, non tamen Capitulum Sede vacante, nec Abbates alicubi iuriſdictionem quaſi-Epiſcopalem habentes, nec Generales Religioſorum Ordinum Præſides, Præpoſiti locorum ea facultate gaudent. Quanquam Generales Religioſorum Præſules poſſunt aliquos ſeculares participes facere orationum, ieiuniorum, aliorumque bonorum operum, quæ à Religioſis Ordinum ſuorū fiunt, eoſq; inter ſpirituales filios recenſere β huiuſmodi priuilegium Vrbanus V conceſſit Generalibus, & Prouincialibus Minorum, extatque diploma eiuſdem Pontificis, quamuis hoc fuiſſe in vſu ante Ordines Mendicantium conſtat ex Decretali Conſtitutione Innocentij III. electi anno 1198. vbi legitur. *Archipresbyter de Alterio ad participationem Orationum Monaſterij de A. Burſia obtulit ſe, & ſua.* Et hoc *de iure communi* γ non modò Generales, & Prouinciales, ſed etiam præſides locorum facere poſſunt communicando orationes, & ſuffragia ſubditorum quiſq; ſuorum. δ vnuſquiſque enim Prælatus poteſtatem habet ſuper temporalia bona ſubditorum ſuorum, & ſpiritualia neceſſaria ſecundum Regulam. Quamuis per communicationem bonorum operum non transferant Religioſi præſides ſubditorum ſatisfactiones in ſeculares, quos in ſpirituales filios, vel fratres ſibi adoptāt. Satisfactio enim communicari non poteſt niſi ab ipſomet operante, ſicut nec ſacrificium ſubditi Sacerdotis poteſt à præſide, vel ſuperiore Religioſo validè applicari abſque conſenſu, & determinata intentione ſubditi. Valet tamen huiuſmodi communicatio, & applicatio à Superiore facta ad quandam ſpecialem, & indirectam impetrationem, quatenus Deus intuitu bonorum operū alicuius viri iuſti mouetur ad benefaciendum ijs, qui maiorem habet cum eo coniunctionem, qualem profecto habet, qui in ſpiritualem filium, vel fratrem Religio-

ſum

Digitized by Google

[illegible] adſcriptus eſt. Hic alias etiam vtilitates conſequitur, quas recenſet *Suarius d. 55. ſ. 5. & 4. ſ. 2. ſ. 4. Lug. ſ. 8. §. 1. n. 136. exc. noſt. de pœnit. & remiſſ. & Rodriq. tom. 1. q. 33. art. 2. Mirand. tom 2. q. 50 art. 1. Tamb tom. d. 9. q. 3. Peyr. de prał. q. 3. c. 6. num. 8. Suar de pœnit. d. 55. ſ. 5. nu. 6. Bordon. r. 84. Lug. d. 27. ſ. 8. §. 1. Campo priuileg. v. indulg. cap. cum dilectus 3. de ſucceſſ. ab inteſt. Nau. tom. 4. miſcell. 1. de orat. § tertio per c. nullus q. 18. q. 2. 10 Rodr. tom. 1. q. 33. art. 6. Mir. art. 5. Peyr. l. c. num. 13.*

9 Religioſus Præſul admittere poteſt benefactores, & alios amicos Religionis ad participationem bonorum operum, quæ ex communi iſtituto Religionis ſecundum Conſtitutiones Regulares ſiue ab omnibus Religioſis, ſiue ab omnibus Religioſis, ſiue ab hoc, vel ab illo religioſo fiunt, ita, vt proſint illis, quod ad impetrationē, non vero quod ad ſatisfactionem, niſi ſubditi conſentiant. non enim iuſtum eſt ſpoliare aliquos proprijs veſtibus neceſſarijs vt alij ijſdem contegantur. Non æquum eſt religioſos priuari ſatisfactionibus debitis, quibus ipſi ad euitandas Purgatorij pœnas indigent, quas ſcilicet vix ſancti viri effugiunt. Nam Sanctum Seuerinum Colonienſem, qui ob anticipationem Diuini Officij peccauerat, in adlapſis aquis Rheni vltrices pœnas luiſſe teſtatur Petrus Damianus in Epiſtolis, ſic Paſchaſium Diaconum, qui in electione Romani Pontificis peccauerat, in Puteolanis Thermis purgatrices flāmas perpeſſum fuiſſe refert D. Gregorius libro IV. Dialogorum cap XL. qui ęre alieno grauatus eſt, debita ſua ſoluere prius debet, quā aliena, non poſſunt igitur Superiores Religionū communicare alijs ſatisfactionem bonorum operum, quæ ſubditi ſiue neceſſario ſecundum inſtitutum ſuum, ſiue voluntariè ex ſupere rogatione faciunt, niſi ſubditi conſentiant. Sicut neque validè applicare poſſunt Miſſam Sacerdotis ſubditi ſine voluntate, & determinata ipſius Sacerdotis offerentis intentione, vnde doctiſſimè oſtēdit cum alijs Ioannes Lugus S. R. E. Cardinalis Magnum Theologiæ decus diſputatione XIX. de Euchariſtia, idem aſſerit, quod nos dicimus, idest ſatisfactiones religioſorum ſubditorum non poſſe à ſuperioribus cōmunicari alijs, quia illæ non poſſūnt validè cuiquam applicari, niſi, ab ipſis operantibus, aliòquin poſſent Generales Præpoſiti, & locales præſides religioſos ſubditos inuitos ſpoliare omnibus ſatisfactionibus etiam debitis ab iiſdem pro peccatis, quod iuſtitiæ, & charitati repugnat. Nec poſſent ſubditi applicare ſatisfactoria opera ſua alijs, quam pro illis, pro quibus iuberet Generalis, vel localis præſes offerri. Ita nec parentibus, nec cognatis, vel affinibus defunctis, aliiſque religioſi poſſent ſuffragia ſua applicare ſuperioribus inuitis, & inconſultis, quod impium, & inhumanum eſt. Immò ſubditi ipſi debitis ſatisfactionibus ſuis ſpoliati poſt obitum deberent omnes pœnas pro culpis commiſſis pati non ſecus, ac ſi nulla ſatisfactoria opera in vita feciſſent. Non enim pro ſe, ſed pro alijs tantum ſatisfeciſſent, poſſentque illud Virgilianum vſurpare.

*Sic vos non vobis mellificatis apes,*
*Sic vos non vobis vellera fertis oues,*
*Sic vos non vobis fertis aratra boues,*
*Sic vos non vobis nidificatis aues,*
*vel vt nos breuius.*

Sic

*Sic iuga fert, conditque fauos, ſtruit arbore nidos.*

*Vellera fert alijs bos, apis, ales, ouis.*
Immò peior eſſet Regularium, quam ſæcularium conditio, hos enim alienæ ſatisfactiones à Purgatorijs flammis eriperent, illos nec propriæ iuuarent, alijs indiſcretè applicatæ. Si tamen ipſi Religioſi ex charitate conſentiant huiuſmodi ſatisfactionũ ſuarum applicationi merêtur, vt ipſis à Deo Purgatorij pœnæ minuantur. *Ita Cardin. Ioannes Lug. d. 27. ſ. & num. 136. & alij Doctiſſimi viri à me conſulti contra Rodriq. Petr. in pral. q. 3. c. 6. Miran. tom. 2. q. 50. art. 5. Tambur. tom. 2. d. 9. q. 3.* qui omnes fatentur ſuperiorem non poſſe applicare opera bona, quæ Religioſus ſponte ex propria deuotione, non ex inſtituto Regulari facit, niſi operans ipſe conſentiat, quia ſunt bona propria ipſius, & ſuper ea ſuperior ius non habet, quod ad ſatisfactionẽ, ſed tantum quod ad impetrationem, dicunt ea poſſe applicari, quod accedente Pontificia authoritate probabile exiſtimo, & ſatisfactiones ſuperabũdantes, quæ ab ipſo operante non applicantur, ſed Theſauro Eccleſiæ accederent, niſi applicarentur, à ſuperioribus applicari poſſe cenſeo. *Sot. in 4. d. 21. q. 1. art. 4. Rodr. tom. 1. q. 3. a. 6. Card. d. 24. a. 69. d. 29. Bonac. Nugn.*

10 Generalis, vel Prouincialis Præſes non poteſt prohibere Præpoſitis inferioribus locorum, ne concedant literas communicationis bonorum ſpiritualium, quæ in Cœnobijs ipſorum fiunt, niſi in aliquo euentu ex graui cauſa, quia Præpoſiti locales hanc facultatem habent à iure communi, & priuilegijs Pontificijs. *Ità Tambur. n. 8. Petr. q. 3. c. 6. Gratian. & deprek contra Bardonum. r. 8. num. 14.* dicitur enim inferiores in vſu priuilegiorum pendere à ſuis ſuperioribus, ſed hoc non eſt merum priuilegium, cum inſertum ſit in corpore iuris *c. cum dilectus 3. de ſucceſſ. ab inteſt. Nau. tom. 4. Miſcell. 11. §. 6.*

11. Communicatio bonorum operum, quæ fiunt à Religioſis, non eſt conceſſio indulgentiarum, quia illæ non deſumuntur ex Theſauro Eccleſiæ, ſed dum fiunt, vel antequam fiant, & huiuſmodi communicationes valent etiam poſt mortem concedentis. Sunt enim gratiæ, quæ non expirant morte concedentis. poſſunt tamen ab ipſo, qui eas conceſſit reuocari, inſcio eo, cui conceſſæ ſunt. *Bard. r. 84. n. 20. contra Peyrin. in Formul. dict. P.*

12 Subditus bona opera ſua neceſſaria ſibi ad ſatisfaciendum diuinæ iuſtitiæ alijs quoad ad ſatisfactionem largiri poteſt. Quamuis Præſul Religioſus ea applicare alteri nequeat, cum ius tantum habeat in ſuperabundantia ſubditi opera ab ipſo non applicata. *Nugn. in 3. p. q. 6. a. 1. Card. d. 2. art. 69. d. 24.*

13 Nullus homo quantumuis iuſtus, niſi alijs ſpirituali iuriſdictione præſit, indulgentias impertiri poteſt. Eccleſiæ enim theſaurus à priuati hominis voluntate non pendet, ſed eius diſpenſatio ad Eccleſiaſticos præſules ſpectat, quibus illud conuenit. *Quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in cœlo. Matth. 16. Sorbis in 4. d. 20. q. 1. a. 4. Card. d. 24. a. 69. d. 18.*

14 A Prælatibus Epiſcopo inferioribus facultas concedendi indulgentias etiam per conſuetudinem acquiri poſſe videtur, quemadmodum abſoluendi poteſtas, & iuriſdictio in foro conſcientiæ bona fide vſucapi poteſt. *Nauarrus cap. 3. Gloſſ. c. noueſdamus Palud.*

ind. in 4. d. 38. q. 4. art. 4. *Sanch. l. 4. Mor. c. 38. num. 21. Hoſtienſis, & Abbas Filiuc. tr. 8. c. 5. num. 91. Dian. p. 5. t. 12. r. 20. contra Sotum in 4. d. 22. q. 1. Suar. in 3. p. t. 4. d. 19. ſect. 4. num. 3.*

15 Inferiores Epiſcopis, Abbates iuriſdictionem Epiſcopalem, & exemptam habentes, Religioſorum Præſules, & Parochi non niſi ex priuilegio, vel conſuetudine Summi Pontificis conceſſionem arguente indulgentias concedere poſſunt. *Filliuc. Bordon. r. 81. Bonac. Faber. in 4. ſent. d. 19. q. 1. d. 38. c. 5. Io. Granadus, Io. Prapoſitus in 4. p. q. 14. Dian. p. 5. t. 12. r. 21. ex c. audientib. de excceſſib. prælat. Paludan. d. 20. q. 4. art. 2. c. 3. Laym. l. 5. tr. 7. cap 4.*

16 Epiſcopus ſacrorum communione palam interdictus, ideſt qui publicè denunciatus anathema, indulgentias concedere nequit, cum iuriſdictionis vſu careat, ſecus dicendum ſi mortifero tantum ſcelere obſtrictus ſit. *Faber, Granadus, Prapoſitus, Dia. p. 5. tr. 12. r. 21.* Nam tunc abſq; graui culpa exercere actum iuriſdictionis poteſt, qualis indulgentiarum conceſſio eſt. *Graff. in append. l. 2. c. 2. nu. 24. Suar. d. 55. ſ. 3. n. 20. Henriq. l. 7. c. 32. n. 4. Valentia, Sa, Reginald. Nugn. Bonac. d. 6. q. 1. p. 3. & alij commun.*

17 Epiſcopus conſequi poteſt indulgentias, quas concedit populo, ipſeq; ſibi eaſdem cõcedere poteſt, cum non ſit deterioris conditionis, ſed caput eiuſdem communitatis, idemque de Summo Pontifice, & de alijs, qui indulgentias concedere poſſunt, dicendum eſt, nec tenentur iniunctum opus præſtare, ſed aliud poſſunt pium opus facere pro conſequenda indulgentia, *Layman. l. 5. tr. 7. c. 1. nu. 5. Sot. d. 21. q. 2. art. 4. Bonac. D. Thom. in 4. d. 20. a. 5. q. 4. Cordubal. 5. q. 31. Bonac. nu. 17.*

18 Vicarius Generalis Epiſcopi nõ poteſt abſque ſpeciali facultate indulgentias concedere. huiuſmodi enim facultas eſt quaſi reſeruata dignitati Epiſcopali; poteſt tamen Epiſcopus non ſolum Vicario Generali, ſed etiã Clerico cõcedere poteſtatem diſpenſandi indulgentias, ipſi enim Epiſcopo eſt poteſtas ordinaria, quam delegare poteſt ſecundum reſtrictionem, & limitationem à Summo Pontifice factam, qui vel laico eandem facultatem impertiendi indulgentias cõmittere poteſt, ſecus verò Epiſcopus, quia ius commune relaxare non poteſt, per quod Laicus à muneribus Eccleſiaſticis arcetur. *Suar. d. 55. ſ. 5. n. 5. Regin. l. 7. n. 118. Cord. q. 12. prop. 2. Valen. Graff. l. 2. cap. 2. nu. 21. in append. Bellar. de indulg. Sa, Nugn. q. 26. a. 2. Bonac. d. 6. q. 1. p. 3.*

## Indulgentia quandiu duret, & quando ceſſet. Cap. LIII.

1 Indulgentia tandiu durat, quandiu is, qui eam conceſſit, durare voluit, ſi cauſa ſufficiens ſit. Gratia enim dependet à voluntate eius, à quo conceditur, ipſiuſq; voluntatem verbis expreſsã non excedit, nec actus agentis operatur vltra intentionem ipſius; ideò indulgentia conceſſa ad certum tempus eo elapſo ceſſat; conceſſa perſonæ, vel communitati durat quamdiu perſona viuit, vel Communitas permanet, etiamſi aliquis è communitate è vita decedat, quod ad ipſum ceſſat, niſi etiam mortuis appli-

cari poſſit. β indulgentia vero ſimpliciter, & abſolutè conceſſa ex ſe perpetuò durat. γ niſi aliqua lege cautum ſit, ne indulgentia vlla perpetua ſit. nam omnes indulgentiæ plenariæ pro viuis conceſſæ Anno Sancto Iubilei ſuſpenduntur ex Decreto Xiſti IV. δ Indulgentiæ vero pro die feſto ſingulis annis conceſſæ ad viginti annos reſtringuntur ex regula LVII. Cancellariæ ε ſecundum quam Pontifex cenſetur loqui, niſi aliud in conceſſione declarauerit α *Gloſ. in c. noſtro de pœnit. & remiſſ. Graff ad c. 8. Corduba l. 5. q. 36.* α β *Bonac. q. 1. p. 8. Suar. d. 57. ſ. 2 n. 11 Regin l. 7. n. 158. Nugn Nau.* γ *Syluest Angel. Sà, Suar. Regin Coninch Nugn.* δ *Xiſt. IV. in extrau. quemadmodum de pœnit. & remiſſ* ε *Suar. Regin n. 159.*

2 Indulgentia pro mortis articulo conceſſa in quolibet mortis articulo ſumi poteſt. ζ quia indefinita videtur ſicut facultas abſoluendi à culpis reſeruatis non ſpirat in vno mortis articulo, ſed adhuc ea vti poſſumus ſuperueniente alio mortis diſcrimine. Quando in conceſſione indulgentiæ præſcribitur, ſeu requiritur miniſterium confeſſarij; huiuſmodi indulgētia accipi poteſt in probabili mortis articulo. η ſecundum iudicium medicorum, ac prudentum, alioquin ſæpius inanis redderetur huiuſmodi indulgentiæ conceſſio, cum ſæpius mors ſuperueniat, antequàm conſtet, quinam ſit verè mortis articulus. nulla autem formula præſcribitur ad concedendam indulgentiam in mortis articulo, ſed ſufficit dicere *concedo tibi indulgentiā ſecundum diplomatis Pontificij tenorem.* θ ille autem, qui habet poteſtatem eligendi ſibi confeſſarium virtute indulgentiæ poſtquam petijt confeſſionis Sacramentum, abſolutè indulgentiam conſequi poteſt, etianſi ſenſibus deſtitutus ſit. κ adhuc enim eſt viator, & conditiones habet in ſuſceptores indulgentiæ neceſſarias. *Ità* ζ *contra Fumum v. indulg. nu. 23. Eman. Sà, & alios docet Corduba q. 36. prop. 3. Bonac. d. 6. q. 1. p. 8. nu. 11.* η *Nau not. 30. Regin. lib. 7. cap. 156. Nugn in Addit quaſt. 27. art. 4 d. 2.* θ *Cord. Nugn. ad q. 25. a. 4. d 2. Regin. Bonac. nu 14.* κ *Nau. Regin l. c.*

3 Indulgentia conceſſa viſitantibus aliquam Eccleſiā durat, qui enim indulgentias loco abſque limitatione temporis conceſſit, vult eas tandiu durare, quandiu locus ipſe durat eadem autem Eccleſia perſeuerare cenſetur, quæ per partes deſtruitur, & reſtauratur Immò ſi templum deſtruatur animo reædificandi illud, & iterum in eodem loco reædificetur, probabile eſt indulgentiam ante ei conceſſam perſeuerare, & priuilegium cum templo reſtaurato conſurgere, quod ſuſpenſum cenſebatur: ſecus verò ſi abſque ſpe reſtaurationis templum conſentiente, vel iubente præſule deſtructum ſit. *Corduba q 58. Suar. d. 57. ſ. 2. num. 12. Pinellus, Nugnus q. 25. art. 4. lo. Lug d. 27. Bonac d. 6. q. 3. p. 8. num. 4. ex lege 39. ff. de Religioſis, & cap. Paſtoralis, &c. quia Monaſterium de religioſis domib Suar de leg b lib 8. c. 5. nu. 7. vide cap quorumpl. ſit indulg.*

4 Indulgentia ceſſat, ſi ab eo, qui illam conceſſit, vel ab eius ſucceſſore eandem authoritatem habente reuocetur, etianſi aliqui præſcripta opera ad illam lucrandam facere cepiſſent. Grauiter tamen peccaret, qui abſque cauſa reuocaret indulgentiam valdè vtilem. Cum autem reuocatio pertineat

Digitized by Google

neat ad iuriſdictionem, qua poteſt claudere ſucceſſor, quod prædeceſſor aperuit: & hæc exerceatur per actus externos, & viſibiles indulgentia conceſſa per actum externum non poteſt reuocari, niſi per actum quoque externum, & reuocatio manifeſta fieri debet, nonſecus ac abrogatio cœterorum priuilegiorum; non igitur ad renouandam indulgentiam ſufficit ſolus actus internus, nec indulgentia abrogata extinguitur donec abrogationis notitia perueniat ad eos, quibus illa conceſſa fuerat. *ità Card. Lugus d. 27. ſ. 8 §. 3. Sylueſt. v. gratia, Sà, Graff. c. 8. n. 18. Regin. l. 7. n. 167. Cordub. q. 36 p. 3. Soto q. 1. art. 4. contra Suarium d. 57. ſ. 2. nu 10.* aſſerentem indulgẽtiam reuocari poſſe per actum internum.

5 Ceſſat etiam indulgẽtia ſi pereat, & deſtruatur res, cui illa adnexa eſt, niſi à Pontifice conceſſa ſit facultas ſubſtituendi aliam rem, vt piam imaginem Chriſti, vel Diuorum, Crucem, numiſma, granum loco fractæ, vel amiſſæ rei, tunc non amplius prior res habet indulgentiam, ſed poſterior, in quam tranſlata eſt amiſſa, vel fracta priore verũ vtranq; conſeruare decet.

6 Non ceſſant indulgentiæ morte concedentis neque renunciatione interna, vel externa eius, cui conceſſa eſt; niſi hæc à concedente acceptata fuerit. Indulgentiæ enim valor, cum totus pendeat ab applicatione Theſauri Eccleſiæ, non poteſt impediri ab alterius voluntate; ſi indulgentia in perpetuum conceſſa ſit, non ceſſat, etianſi ceſſet cauſa, quæ ab initio ſufficiens fuit ad eam in perpetuum concedendam. Secus verò, ſi minus ſufficiens fuit, tunc enim indulgentia non valet, niſi ſecundum proportionem cauſę. ideò ſi indulgentia Iubilei concedatur ad duas hebdomadas ad impetrandam pacem, ſi prima hebdomada pax fiat adhuc ſecunda hebdomada indulgentia valet, quia validè conceſſa fuit propter neceſſitatem vrgentem habẽtem proportionem cum conceſſione indulgentiæ. *Io Lug. d. 27. ſ. 8. §. 3. n. 152. Suar. ſ. 2. num. 14. Nugn q. 27. a. 4. Regin. l. 7. n. 165.*

## De ſatisfactione Sacramentali, quæ pœnitentiæ imperari à confeſſario poſſint. Cap. LIV.

1 Claues Eccleſiæ non ſolum adſoluendum, ſed etiam adligandum cõceſſas eſſe tum antiqui patres, tum ſacra Concilia docuere. ligant dum ad ſatisfactorias pœnas confeſſos obligant, iudicium enim exercent, quod conſtat liberatione & remiſſione culpæ, & pęnæ ad æqualitatem debitæ, & condemnatione ad aliquam partem pœnæ, quia etiam ad hoc iudicium ſpectat, vt confeſſarius pœnitentem iubeat reddere debita, & proximam peccandi occaſionem euitare, vel declaret hæc ab illo præſtanda eſſe; ideò ad ſatisfactionem latè ſumptam ſpectat reſtitutio, & occaſionis peccati remotio. Aliquãdo mitior, aliquando ſeuerior pœnitentia iniungi poteſt pro iiſdem criminibus, modo habeat proportionem cum illis ſpectata ipſorum grauitate, ac capacitate pœnitentis. Piè autem monet D. Thomas, vt ſi quando Sacerdos in pœnitentia leuiore iniungenda indulgentior ſit, moneat pœnitentem, quanto grauiorem mereatur, cum iis

qui ſæpius in eadem peccata relabuntur, ſeuerius agendum eſt. y ne peccata patuifaciant. a *Trident. ſeſſ. 14. c. 8. Suar. d. 38. ſ. 1. Bellarm. l. 4. de pœnit. c. 5. D. Ant. Nau. & D. Thom. quodl. 3. a. 23. y Coninch. d. 10. d. 8. nu. 73. P. Auerſ. q. 13. ſect. 3.*

2 Quamuis confeſſarius non debeat, nec poſſit imperare pœnitenti ceſſationem ab vllo bono opere per ſe, & propter ſe, ſed potius ad bona opera, & ad pias, ac pœnales ſatiſfactiones eum incitare debeat, interdum tamen ob maius bonum poteſt præcipere pœnitenti ceſſationem ab aliquibus operibus alioqui bonis, ſi quando hæc maius bonum impediant, vel ex natura ſua, vel ex adiunctis circumſtantijs in aliquo euentu, vt ſi diuturnior oratio, vel ieiunium nimium, vel caumenia alicuius valetudini noceat, vel curam infirmorū, vel Diuini Verbi prædicationem impediat. Vel ſi quis propter frequentem Euchariſtiæ ſumptionem minorem reuerentiam erga tantum Sacramentum habeat, in pœnitentiam aliquando iuberi poteſt ceſſatio à ieiunio, ab oratione, à ſacra Communione prout expedire confeſſarius iudicabit, vel ad maius bonum, vel ad emendationem aliquarum culparum prohibendas, ſiquidem Eccleſia piè, & vtiliter cenſuris vtitur, quæ ſunt priuationes quorundam bonorum, & fructuum, & perceptionis quorundam Sacramentorum, & Diuinis Officijs quoſdam quandoque interdicit. *Ferd. Salazar de n. commun. c. 14. §. 1. Lug. d. 25. nu. 6. Diana p. 3. tr. 4. r. 115. Rodriq. p. 1. c. 65. Molina tr. 7. §. 4. cap. 5. Auerſa q. 13. ſ. 3. contra Io. Sanctium d. 33. p. 2.*

3 Præter actus externos à Sacerdote imperari in piaculum poſſunt interni actus mentis, videlicet pœnitens repetat contritionis, & boni propoſiti actum, vt per breue tēpus vacet meditationi, & orationi mentali. Neque obſtat, quod huiuſmodi actus nō ſunt ſenſibiles. Non enim neceſſe eſt omnem partem ſacramenti ſenſu perceptibilem eſſe, ſed ſatis eſt, ſi pars non ſenſibilis ſubijciatur alteri ſenſibili, vt dolor de peccatis in ſacramento pœnitentiæ, & conſenſus in matrimonio. actus autem huiuſmodi in foro interno præcipiuntur, nec obnoxij ſunt externo iudicio Eccleſ. etſi Sacerdos abſoluere poteſt ab internis peccatis, ergo & internos actus præcipere. *Suar. tr. 2. de Relig. l. 3. c. 7. nu. 17. Coninch. Mercer. d. 2. Sotus in 4. d. 19. quæſt. 2. Hurtad. Lug. d. 12. nu. 11. Dian. Ochagan. Reginald. Pontius, Geſualdus, Auerſa q. 13. ſ. 3. contra Aleuſ. Alu. Io. Sanc. d. 33.*

4 Pro peccatis notorijs iniungi poteſt pœnitentia publicè facienda, ſecus pro occultis. Hæc enim cum ſecreta ſint, non ſunt pœnitentis detegenda, illa vero iam manifeſta ſunt, & ſolum per pœnitentiam, quæ palam fit, manifeſtatur emendatio peccatoris, ſcādalum aufertur, ſatisfit communitati, quamquam non opus eſt, vt id fiat per modum ſatisfactionis ſacramentalis, ſed ſatis eſt, ſi confeſſarius à pœnitente exigat promiſſionem publicè ſatiſfaciendi ſecūdum obligationem propriam. Si vero pœnitentia publica, minimè neceſſaria ſit, ſed tantum expediens ad amoliendum ſcandalum, reluctanti minimè imponenda eſt. Dura enim curatio adhibenda non eſt, quando mitiore remedio ſalus obtineri poteſt. *Ita contra Nau. c. 8. n. 30. docent D. Thom. in 4. d. 17. q. 1. a. 4. Durand. Palud. q. 6. Suar. Vaſq.*

Coninch.

*Coninch. Trid. ſeſſ. 24. c. 8. Io. Medina, Auerſa, & alij.*

5 Poteſt confeſſarius in expiationẽ peccatorum imperare pœnitenti alias confeſſiones faciendas, vel ad repetendam eiuſdem peccati confeſſionem obligare, vel ad confitenda noua venialia, vel mortalia, ſi denuo commiſerit. Poteſt etiam Sacræ Euchariſtiæ externam ſumptionem præcipere, vel alia pia, & bona opera ſatisfactoria, vel quæ ſaltem fiant virtute Sacramenti, iniungere. Hæc enim ſalutaria pœnitentibus ſunt, neque excedunt limites poteſtatis ligandi, & ſoluendi. Tria autem genera operum ſatisfaciendi Deo pro peccatis vim habent Ieiunium, eleemoſyna, & oratio. Ad ieiunium latè ſumptum omnis corporis maceratio, & afflictio reducitur, ad eleemoſynam omne pietatis opus erga proximos, vel pius vſus externarum rerum, ad orationem verò omnis actus religionis, ac diuini cultus, ac Sacramentorum ſuſceptio pertinet. D. Philippus Nerius pœnitentibus quibuſdam confeſſionem nouam, ſi in eadem peccata recidenent, imperabat, quam pœnitentiam valdè vtilem cenſeo. *Vaſq. q. 91. ar. 3. d. 7. nu. 8. Suar. d. 38. ſ. 8. nu. 5. Sa v. ſatisfactio nu. 3. Io. Sanctius, Auerſa cont. Tolet. l. 3. cap. 18. Lug. d. 25. n. 66. Auerſa contra Ioan. Sanctium, & Palupum, & alios.*

6 Si preces, hymnos, vel pſalmos Confeſſarius in pœnam peccatorum pœnitenti recitandos præceperit, ea integritate, attentione recitari debent, qua horariæ preces ex præcepto Eccleſiæ ſoluuntur, vel quali Miſſa præcepta auditur. Si autem beneficiarius ſit, vel ſacris initiatus, dum ſacrificio Miſſæ die feſto intereſt, poteſt ſimul diuinam pſalmodiam perſoluere, & duplici obligationi ſimul ſatisfacere, ſic imperata pœnitentia, vt recitatio pſalmorum, vel precum licitè poteſt ab audiente Miſſam die feſto præſtari eodem tempore, nam præceptum de auditione Miſſæ obligat tantum ad aſſiſtendum ei deuotè, non ad audiendum eam auribus, & par vtrobique ratio militat: ſatisfieri etiam poteſt recitando cum ſocio alternatim præſcriptos pſalmos à confeſſario, vel etiam ex voto perſoluendos, talis enim obligatio par eſt obligationi præcepti Eccleſiaſtici. Cæterum præſcriptus à confeſſario modus in perſoluẽdo piaculo neceſſario ſeruandus eſt, quando aliquid ſubſtantiale eſt. Vt recitatio ſeptem pſalmorum pœnitentialium genibus flexis. Confeſſarij enim voluntas eſt, vt pœnitens ex genuflexione afflictionem corporis in pœnam ſcelerum patiatur, & hæc pars ſubſtantialis pœnitentiæ eſt. ideò non ſatisfacit pœnitens, ſi ſtans, vel ſedens eoſdem pſalmos recitet. Poteſt tamen, vt puto, ſatisfacere, ſi poſtea tandiu genibus flexis manet Deum precando, vel meditando, quandiu pro pſalmorum eorundem recitatione in tali ſitu manere debebat. *Medina q. 44. de confeſſ. Diana p. 3. tr. 4. r. 55. Nau. Palud. Azor. Poſſinus, Leſſius l. 2. c. 3. Azor l. 10. Sanch. l. 4. ſum. c. 11. Geſual tr. 22. c. 6. Auerſa q. 13. ſ. 3. nu. 7. contra Vegham*, qui docet pœnitentem recitantem pſalmos ſine imperatis circumſtantijs ſatisfacere.

7 Satisfactio quatenus reſpicit Deũ debet eſſe opus honorificum, ac meritorium, quia vt ait D. Anſelmus: *Satiſfactio eſt Deo debitum honorem impendere*. Ideò per quodcunque opus bonum, ac meritorium Deo ſatisfacere

re poſſumus, vt per actum dilectionis Dei, ſic Mariæ Magdalenæ *dimiſſa ſunt peccata multa, quia dilexit multum*, multumque meruit. Sic mentis oratio, & contemplatio diuinorum myſteriorum vitæ, ac paſſionis Chriſti Deo ſatisfacere poſſunt, quamuis pœnam non afferant. Quamquam ſatisfactio, vt eſt expiatio peccati, debet eſſe pœnalis, & caſtigatio iuſta, & medicina purgatiua, quia *pœnitentia*, vt ait Auguſtinus, *eſt quædam dolentis vindicta puniens in ſe, quod dolet cõmiſiſſe*, vel vt ait D. Ambroſius *eſt mala commiſſa plangere*, & deffiniri poteſt. *Satisfactio Sacramentalis eſt perpeſſio voluntaria pœna pro peccatis commiſſis a confeſſario virtute clauium iniuncta ad placandum Deum ad curandam, & præſeruandam a culpis animam*. Voluntaria debet eſſe, vt ſit meritoria, & actus virtutis, qui non poteſt eſſe non voluntarius. Alioquin ſatiſpaſſio dici poteſt, qualis eſt in damnatis manibus, non ſatisfactio. nomine pœnæ intelligitur quilibet labor, aut dolor, afflictio corporis, vel animi. oratio, & meditatio diuinarum rerum, quamuis ſæpè iucunditatem afferat, ac delectet, tamen mentem ex ſe fatigat, ideoque inter ſatisfactorias pœnas recenſetur. Quæ autem virtute clauium pœnitentia iniungitur, maioris valoris, & efficaciæ eſt. quam quæ ſponte aſſumitur. *D. Thom. in 4. d. 15. q. 1. art. 1. Tolet. l. 3. c. 11. n. 4. Nauar. c. 1. d. 6. Geſual. tr. 22. c. 1. n. 14.*

8 Quamuis homo non poſſit per ſe exhibere ſatisfactionem æqualem offenſæ Dei ſecundum æqualitatẽ quantitatis, quia cum Deus infinitus ſit, infinita eſt etiam offenſa ſecundũ obiectum, & terminum, iuſtitia vero, cuius pars eſt ſatisfactio, æqualitatem exigit; nihilominus ſatisfacere poteſt æqualiter ſecundum proportionem, dum homo reddit Deo, quod poteſt. Nec amplius Deus ab illo exigit, & ſatisfactio noſtra ex Dei gratia, & benignitate per Chriſti merita acceptante ſufficit. Chriſtus enim, vt homo pro peccatis noſtris ſecundum æqualitatem iuſtitiæ, & quantitatis pleniſſimè ſatisfecit, quia *copioſa apud redemptio* ſi opera noſtra Chriſti meritis iungantur ex vi operis operati ad æqualitatem iuſtitiæ ſatisfaciunt. & ideò ſi fortè homo poſt amiſſam Dei gratiam iniunctam ſibi á Sacerdote pœnitentiam agat, videtur ſatisfacere debito virtute, operis operati ratione Sacramenti ſuſcepti, & non merito operantis. nam ſatisfactio exhiberi, & debitum ſolui etiam ab inimico poteſt. & ſolutio à creditore acceptatur. Sic pro peccatis antea dimiſſis homo ſatisfacere poteſt etiam nouo ſcelere obſtrictus. *vide. quæ diximus cap. 29. & D. Th. l. c. Syluest. Armil. & Scot. in 4. d. 15. q. 1. a. 4. Maior, Gabr. Nauar. Io. Medin. Geſuald. tr. 22. cap. 2.* probabilior etiam eſt ſententia aſſerentium ſatisfactionem pro pœna relicta ex culpis remiſſis in peccati mortalis ſtatu factam non valere, quia, vt ait Concilium Tridẽtinum, *in Chriſto viuimus, meremur, ſatisfacimus*. Soli ergo ſatisfaciunt, qui in Chriſto viuunt. At in Chriſto non viuunt, qui Dei gratia carent. Moralis valor, & dignitas operum apud Deum fundatur in amicitia cum Deo, & dignitate perſonæ apud ipſum, quæ conſiſtit in habitu gratiæ. Ergo qui caret gratia non poteſt vi dignitatis, & valoris operum per modum ſatisfactionis ſoluere pœnam debitam pro peccatis iam dimiſſis, & nec opera mortua reuiui-

ſcunt

Digitized by Google

lcunt ad ſatisfactionem, ſicut nec valent ad meritum, ſi homo lapſus reſurgat. Quamuis opera olim facta in gratia, & per ſubſequens peccatum mortificata reuiuiſcant: *Trid. ſeſſ. 14. c. 8. S. Thom. in 4. d. 15. q. 1. D. Bonau. art. 1. q. 5. Riccard. Sot. Dur. Palud. Adr. Sot. D. Anton. p. 3. t. 14. Caietan. Victoria, Vaſq. Suar. d. 37. ſect. 2. Coninch. Lug. Auerſa, & alij.* cæterum pœnitẽtia etiam in ſtatu peccati mortalis facta ſatisfacit præcepto confeſſarij, cuius mens non eſt obligare pœnitentem ad agendam pœnitentiam in ſtatu gratiæ. *ita Marſil. Paludan. Palat. Adrian. Medin. Caietan. Sylueſt. Henr. Coninch. Lug. Hurtad. Auerſa q. 15. ſ. 6.*

9 Excuſatur pœnitens, ſi iniunctum piaculum non præſtet ſuperueniente vitium, vel memoriæ defectu (etiamſi pœnitentiam acceptarit) vel ſi à ſuperiore impediatur ſubditus, vel vxor à marito, vel filius à patre, quo minus iniunctum ſibi opus faciat; nec tenetur manifeſtare ſe ad id præcepto confeſſarij adſtringi. Verum, ſi poſtea ceſſet impedimentum, vel impotentia, vel reminiſcatur pœnitens impoſiti ſibi piaculi, illud præſtare debet, niſi conſulto confeſſario aliud opus præſtiterit, quod ſi pœnitentia eſt moraliter diuiſibilis, nec tota impleri poteſt, ſaltem ex parte poſſibili implenda eſt, ſi verò indiuiſibilis eſt moraliter, & conſueto modo, vt peregrinatio ad Lauretanam ædem, vel ieiuniũ vnius diei, partem agere non tenetur, qui totam nequit. ſi Lauretum peruenire nequit, non tenetur dimidium itineris peragere, nec paucas horas ieiunare, qui totum diem de more ieiunare nequit. is cui imperatum erat ieiunium in pane, & aqua, nec poteſt id perficere, ſed ſolum ieiunium ordinarium, huius obligatione non tenetur, quia illud ſe habet, vt indiuiſibile, niſi fortè poſſit modicum vini, aut obſonij ſumendo idem ieiunium ſeruare. ſi quis tamen poſſit illud in pane, & vino ſeruare, ſeruet, quia diuiſibilis eſt: abſtinentia in cibo, & potu, ille, qui ſeptem pſalmos flexis genibus recitare iuſſus eſt, ſi impediatur, quo minus genua, debet recitare eaſdem eo modo, quo poteſt, ea enim cenſenda eſt mens confeſſarij. Porrò pœnitens confiteri debet culpabilem dilationem, propter quam oblitus eſt imperatæ ſibi ſatisfactionis, *vt D. Thomas, & Paludanus* cenſuerunt, ſatisfactionis tamen obliuio non obligat ad iteratam confeſſionem. ſed ſi commodè poteſt confeſſarium interrogare debet, quã pœnitentiam ſibi iniunxerit, quod ſi Sacerdos eius non recordetur, non eſt neceſſe, vt aliam imponet, quia iam impletum eſt iudicium; poteſt tamen ſi libuerit aliud opus pium iniungere, vel pœnitentis arbitrio faciendũ relinquere ſuadendo vt pœnitentiam, qua ſe mereri exiſtimat, agat. ſi vero Sacerdos in abſoluẽdo homine à peccatis oblitus fuit pœnitentiam ei iniungere, poteſt, immò debet pœnitenti eam accipere parato, quamprimum commodè poteſt, imperare. *Io. Sanctius d. 15. num. 3. Auerſa q. 15. ſ. 6. Scotus in 4. d. 20. q. 1. art. 1. Petr. Soto. Caiet. in ſum. v. confeſſ. Nauar. c. 9. nu. 17. Medina, Coninch. d. 10. d. 9. n. 86. Auerſ. & alij contra Riccar. D. Anton. Syluestrum v. confeſſio Bonac. q. 5. de pœnit.*

10 Quando confeſſarius non conſtituit certum tempus ſatisfactionis implendæ, quamprimum commodè poteſt, implendam eſſe valdè probabilis

bilis Doctorum ſententia eſt, & aliquam dilationem, ac negligentiam eſſe culpam venialem; nimiam verò eſſe lethalem. vt quando vltra annum ſatisfactio abſq; cauſa graui differtur. & hoc prudentis viri iudicio pro varietate perſonarum, rerum, & occaſionum deffiniendum eſt: quando autem tempus à confeſſario agendæ pœnitentiæ aſſignatum eſt, Eccleſiaſtico more computandum eſt. vt dies à media ad mediam noctem, & ſi ſtata die officium diuinum perſoluendum ſit iuſſu confeſſarij, recitari poteſt Matutinum cum Laudibus præcedentis die veſpere, niſi Sacerdos aliter decreuerit. Qui in honorem alicuius Diui ieiunium in peruigilio eius feſti præceptũ ſibi à confeſſario abſq; cauſa non ſeruat, grauiter quidem delinquit, eo tamen elapſo probabile eſt eum non teneri alio die ſupplere, ſed peccatum ſuum confiteri. verum tutius eſt alio die ieiunare, confeſſarius enim non tam tempus, quam opus piaculare reſpexit. Aſt ſi confeſſarius tempus præſtituerit non ad extinguendam obligationem, ſed ad ſolicitandam executionem pœnitentiæ, eius obligatio durabit etiam elapſo tempore, quo impleta non eſt. Culpa autem dilationis erit grauis, aut leuis ſecundum eius menſuram, & rei qualitatem: ideò qui ſexta feria proximè ſequenti à confeſſario ieiunare iuſſus non obedit, non eſt ſolutus ab obligatione ieiunij. Confeſſarius enim præfixit diem non ad extinguendam, ſed ad ſolicitandam obligationem, ſatis autem erit alia qualibet die ieiunare. Denique quando pœnitenti præcipitur, vt per annum ſingulis menſibus Euchariſtiam ſumat, lethalis culpæ reus non erit, qui per vnum diem, vel duos treſue vltrà ſtatutum terminum ſacram communionem differet. quia parum pro nihilo putatur tam modica dilatio non eſt lethalis culpę materia; ſatis erit ſi bis ſequenti menſe confiteatur, probatur pro antecedente primum, deindè pro ſequente menſe. Si quis vero peccauit omittendo vno menſe confeſſionem imperatam ſingulis menſibus per annum ſequenti menſe bis confiteri debet. quamquam etiam eum non debere præter vnam vicem confiteri menſe ſequente nonnulli probabiliter aſſerunt. quemadmodum qui certas preces quotidie recitare debet, ſi vno die illas omiſerit poſtridie duplicare non tenetur. *Suar. d. 38. ſ. 7. nu 61 Coninch. d. 10. nu 84 Sayr. Bonac. Molfeſ. Auerſa, Geſuald. & alij. Fernand. p. 1. doc. 4. n. 5. Diana p 2. tr. 15. r. 53. Henr. l 3. c. 7. nu. 22, Auerſa q 12. ſ. 6. Tolet. l. 3. c. 11. Chamar. Caietan, Armil. Filliuc. Geſuald. c. 7. Nauarr. c. 12. nu 54. Lug. d. 25. nu. 88. Sanc. d 13. nu 9. Diana p. 5. tr. 4. r. 100. Sanch. de matr. lib. 8. d. 34. nu. 37. Diana p. 5. tr. 14. reſ. 32.*

11 Quemadmodum homo, qui imperatum ſibi piaculum à confeſſario lethali ſcelere obſtrictus agit, præcepto Sacerdotis ſatisfacit. ita etiam qui imimodum ſibi opus pium cum aliquo peccato, vt cum inani gloria agit, vel imperatas ſibi preces cum voluntaria mentis euagatione perſoluit, vel qui ſeruans præceptum ieiunium illud inani gloria, aut ſuperflua comeſtione vitiat, præceptum implet. opus enim. vel actus præcipitur ſecundum ſubſtantiam, non ſecundum modum, qui Euchariſtiam Paſchali tempore indignè ſuſcipit Eccleſię præcepto ſatisfacit, quæ de internis animi acti-

actibus iudicium non facit. *Marſil. Med. Adrian. Caiet. Syluest. Henriq. Palat. Io. Medin. Coninch d. 10. d. 11. Lug. d. 25. ſ. 3. Hurtad. contra Alenſ. Archid. Viguer. Tabien. Barboſ. Mercer. Suar. 38. ſ. 8. nu. 7. Vaſq. q. 94. n. 18. Suar. nu. 1. Lug. num. 33. Auerſa, Fagund. & alij.*

12 Quando à præſule peccatorum aliquorum reſeruatio facta eſt, vt ipſe iudicio ſuo pœnitentiam ſalutarem tanquam medicinam ſalubrem iniunget, probabilius eſt impoſitum piaculum à ſuperiore, vel eius iuſſu pro reſeruatis non poſſe à Sacerdote non habente facultatem abſoluendi à reſeruatis commutari; alioquin fruſtra illa peccata ad imponendam pęnitentiam reſeruata fuiſſent, & aliorū confeſſariorum iuriſdictio reſtricta. Fortaſſe tamen admitti poſſet tam iuſtam cauſam commutandi piaculum pro reſeruatis injunctum, vt ſuperior prudenter cenſeatur concedere licentiam commutandi illud, quamuis præſumpta licentia ad abſoluendum non ſufficiat. *ita R. Auerſa q. 13. ſ. 8. contra Bonac. Vaſq. Molf. Henriq. Valer.*

13 Non tam exacta peccatorum repetitio neceſſaria eſt ad obtinēdam iniunctæ pœnitentię commutationem ab alio confeſſario, quam fuit ante ad impetrandā abſolutionem ab iiſdem integra eorundem confeſſio. Sufficit autem alteri confeſſario talis eorum notitia, qua pœnitentia iniuncta permutari in aliam rectè queat, vel manifeſtatio eorum peccatorum, pro quibus tale piaculum imperatum fuit, & quandoque ſufficiet dicere, ſimilia peccata, & totidem circiter confeſſus ſum, pro quibus impoſita mihi fuit pęnitentia, & ego nunc rerum genera-

tim de illis me accuſo. Cæterum *tanta eſt diuina munificentia largitas, vt non ſolum pœnis ſponte à nobis pro vindicando peccato exceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro debiti menſura impoſitis, ſed etiam temporalibus flagellis à Deo inflictis, & a nobis patienter toleratis ſatisfacere valeamus*, vt ait Tridentinum Concilium. idcircò morbo, doloreue aliquo laborantibus, vel pęnam aliquam temporariam patientibus in piaculum iniungi poteſt, vt pro peccatorum ſuorum expiatione aduerſa æquo animo, & patienter ferat, & malorum tolerantiam Deo in ſatisfactionem pro debitis pœnis offerant addita breui aliqua oratione, vt. *Deus propitius eſto mihi peccatori*, vel precatione Dominica. *Tridem. ſeſſ. 14. cap. 9.*

14 Quamuis confeſſarius poſſit in pœnitentiam imperare opera ex præcepto Eccleſiæ debita, cum ſint ſatisfactoria, ac meritoria; tamen ſi confeſſarius aliud non explicet, opera indebita iniungere cenſendus eſt. *Tolet. l. 3. cap. 11. nu. 10. Geſual. tr. 22. cap. 6. num. 16.*

15 Vt plurimum non peccat pœnitens, qui iniunctum ſibi piaculum à confeſſario alijs indicat, niſi detrimentum inde patiatur Sacerdos, qui illud impoſuit, vel periculum ſubeat; vel niſi pœnitens famam ſuam abſque cauſa lædat. non enim tenetur obligatione ſigilli ſacramentalis pęnitens. *ita Riccard. Paludan. Gabr. Ledeſm. Chamer. tr. 7. d. 14. Geſual. Bonon. tr. 22. cap. 6. nu. 50.* vbi Nauarrum interpretatur dicentem pœnitentes debere cælare dicta ſibi à confeſſario, quæ ad forum Dei ſpectant.

De

## De effectu Sacramenti pœnitentiæ. Cap. LV.

1 Communis omnium ſacramentorum effectus, & conſequenter ſacramenti pœnitentiæ eſt collatio gratiæ ſanctificantis, quæ maior, vel minor accipitur pro maiore, vel minore diſpoſitione ſuſcipientis. Proprius verò, & præcipuus huius ſacramenti effectus peccatorum remiſſio eſt. a quam formula abſolutionis ſignificat, & verba illa Chriſti indicant, *quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in cœlis*. ideò ſi quis dixerit *abſolutionem ſacramentalem Sacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti* à Concilio β damnatur. ſicut à Pio V. & Gregorio XV. Summis Pontificibus damnata fuit Michaelis Baij opinio aſſerentis Sacerdotem abſoluere ſolum à reatu, non à culpa. ſicut baptiſma inſtitutum fuit ad deléda peccata, & iuſtificandam animam. ita & pœnitentię ſacramentum ad culpas poſt baptiſmum delendas conuenienter à Chriſto inſtitutum eſt. Habet præterea vim remittendi pœnam peccatis debitam non modo ęternam, ſed etiam temporariam. idque præcipuè ſacramentalis ſatisfactio efficit. nam per abſolutionem non ſtatim tota pœna remittitur, ſed maior, vel minor ſecundum variam diſpoſitionem ſuſcipientis. Præbet etiam ſacramentum hoc auxilia ad vitanda in poſterum peccata, & valdè præſeruat volentem a peccatis, medetur quoque *peccatorum reliquijs, & vitioſos habitus contrarijs virtutum actibus tollit*, interdum etiam viris pijs confert conſcientiæ pacem, & ſerenitatem cum vehementi ſpiritus conſolatione, lætitiam, ſiue hilaritatem animi. a *S.Th. q.86. art.6. Vaſq. q.84 art.3 d.2. & alij cõmuniter contra Riccardum, Vgonem de S. Vict. Mag. Strum ſent. in 4. d.18. Maior, Gabrielem, S. Bonauent. Altiſiod. Io. Medin. Abulenſem, & alios*, qui dixerunt contritionem ante ſuſceptionem ſacramenti huius requiri. *Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & 14. Can. 9.*

2 Abſolutio Sacramentalis ſignificat actualem remiſſionem peccatorum ſecundum proprium, & abſolutum ſenſum verborum, etiamſi antea remiſſa ſint. quia poſſunt culpę ſępius remitti, ſicut iniuria ab offenſo, debitum à creditore dimitti ſæpè poteſt, & eadem promiſſio, idemq; votum ſæpè iterari. Habet autem repetitio abſolutionis eandem vim, ac ſi Sacerdos dicat *etiamſi antea te non abſoluiſſem, nunc te abſoluo*. Tunc noua gratia à Deo infunditur, plus de temporali pęna dimittitur ſecũdum diſpoſitionem pœnitentis nouo actu peccata ſua deteſtantis. Sacramentum pœnitentiæ moraliter tantum gratiam confert, ac producit, quatenus ad eius exhibitionem Deus ex pacto ſtatim gratiam infundit. Sic totum ſacramentum, & omnes eius partes intrinſecè ſunt moralis cauſa gratiæ; cum enim confeſſio præcedat tempore abſolutionem, non poteſt ſimul cum abſolutione concurrere phyſicè ad gratiæ productionem. γ ſatisfactio etiam, dum à Sacerdote iniungitur, & a pœnitente acceptatur, ſignificans commutationem pęnæ æternæ in aliquam temporalem concurrit ad effectum gratiæ ſa-

Digitized by Google

ſalutarem, & dum adimpletur ſoluit debitum pœnæ, noua confert auxilia, quibus peccator emendetur, & præſeruetur a culpis. ſiquidem, vt Tridentinum Concilium declarauit *magnopere a peccatis reuocant, & quaſi freno quodam coercent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioreſque, & vigilantiores in futurum efficiunt pœnitentes*. Totum quidem ſacramentum non confert auxilia gratiæ, niſi quatenus tribuit habitum gratiæ fundantis ius ad illa; ſed per aliquam ſuam partem nouam, vt per ſatisfactionem, noua confert auxilia gratiæ ſucceſſiuè, etiamſi non conferat nouum gradum habitus eſt autem ſacramentalis gratia ſpeciale quoddam auxilium diuinæ aſſiſtentiæ, quo non ſolum ſacramenti ſuſceptor fit Deo gratus, & iuſtus per gratiam, ſed etiam munitur aduerſus vitia, & tentationes cacodæmonum, & facilime in iuſtitia perſeuerat. Hæc eſt *armatura Dei*, qua induti communes hoſtes vincere poſſumus idcircò Tartareus hoſtis quantum poteſt technis ſuis, & dolis homines a confeſſionis ſacramento retrahere conatur, tanquam ab armis, quibus ſe vinci nouit, & peccatorum omnium cathenas, ac laqueos frangi, quantumcunque grauia, atque innumera ſint, idque non ſemel, ſed quoties homo peccauerit, quod verba Chriſti Domini generatum prolata ſignificant, *quorum remiſeritis peccata remittuntur eis* (Ioan. c. 20.) Hinc cum Petrus illum ſic interrogaſſet, *quoties peccabit frater meus, & dimittam ei? vſq; ſepties? reſpondit illi Dominus; non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties*. (Matth. c. 18. neque blaſphemia in Spiritum Sanctum, qua quis cognitam fidei veritatem impugnat, vel Diabolo Dei beneficia tribuit ſimpliciter irremiſſibilis, ſed difficilis remiſſu, quia tali peccato obſtinati raro cõuertuntur. vbi autem Ioannes Apoſtolus dicit *eſſe peccatum ad mortem pro quo non eſt orandum* 1. c. 5. loquitur de impœnitentia finali, quod peccatum in morte conſummatur, & ad æternã ducit mortem, pro mortuo extra ſalutis ſtatum non eſt orandum. ſed pro peccatoribus viuentibus, quorum *mortem non vult Deus, ſed magis, vt conuertantur, & viuant*. (Ezech. cap. 18.) & Doctor gentium ad Romanos ſcribit *ignoras homo inanis, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*. Rom. c. 3. *Confeſſio eſt ſalus animarum, diſſipatrix vitiorum, reſtauratrix virtutum, expugnatrix Dæmonum, obſtruit os Inferni, & Paradiſi portas aperit*. inquit D. Auguſtinus *ſi confiteamur peccata noſtra, Deus fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate*. ait D. Ioannes 1. Deus nullum conſtituit numerum, neque certum peccatorum genus, quibus poſitis deneget auxilium neceſſarium ad conuerſionem neceſſaria. *in hac vita nemo à Deo deſeritur, niſi prius ipſe ſe deſerat*. inquit Concil Lateranen. cap. *firmiter de S. Trinit.* *S. Thom. q. 84. art. 1. Riccard. Alenſ. D. Anton. Valent. q. 1. p. 1. Coninch. Lug. d. 12. ſ. 3. Suar. d. 18. ſ. 2. Aueria q. 14 ſ. 3. & alij contra Capreol, Vegham.* *Conc. Trid. ſeſ. 14. cap. 8.* Satisfactionem, dum adimpletur, non conferre nouum augmẽtum ſanctificantis gratiæ docent *S. Thom. in 4. d. 16. q. 1. art. 1. Palat. Vaſq. q. 94. a. 2. d. 3. Prapoſ. q. 1. 2. d. 6. Coninch. Lug. d. 25. ſ. 1. Ochagau. la. Sanc. contra Caietan. Sot. Ledeſm. la Cruc. L. Turrian.* aſſerentes ſatisfactio-

ctionem dum adimpletur à pœnitente conferre homini gratiam aliam præter illam, quæ collata fuit in Sacramento 1. Bellarm. Coninch. Filliuc. tr. 6. c. 4. q. 2. num. 88. Henriq. Suar. d. 81. ſ. 1. Geſuald. 8. D. Auguſt. de corrupt. Grat. c. 12. D. Greg. 16. Mar. c. 18. D. Hieron. in Ierem. cap. 14. Bonac. d. 5. q. 4. Bonen. tr. 13. c. 4. & D. Thom. 3. p. q. 86. a. 2. Suar. Henriq. Bonac. Filliuc. tr. 6. c. 4. q. 2. Geſual. tr. 23. c. 4. num. 9.

3. Abſolutio ſacramentalis ex ſe directè peccata in confeſſione explicata delet, per accidens verò, & indirectè, ac conſequenter ratione gratiæ, quæ virtute ſacramenti infunditur, remittit etiam peccata ex obliuione, vel iuſta de cauſa prætermiſſa: gratia enim Dei non datur dimidiatim, nec vnum lethale ſcelus ſine alio dimittitur: non poteſt Dei gratia ſimul cum lethali crimine in eodem homine eſſe, alioquin idem eſſet amicus, & inimicus Dei: iuſtificatis nihil manere, quod habeat rationem peccati, aſſerit Tridentinum Concilium ſeſſ. 5. cap. 5. Henriq. c. 13. § 8. ſicut lumen ſolis per feneſtram ingreſſum totam domum, qua directis, qua reflexis radijs illuminat.

4. Confeſſionis ſacramentum aliquando licet validum, ac ratum ſit, tamen diuinam gratiam non confert, & informe dicitur, vt capite XII. diximus numero XXVII. vt quando poſita materia, & forma ſufficienti quidem ad valorem ſacramenti, ſed non ad effectum ipſius: & vt ſi quis dolens de peccatis ob eorum moralem turpitudinem intra ordinem virtutis acquiſitæ, non infuſæ, vel ob naturalem, & moralem fugam pœnarum à Deo imminentium, aut etiam propter Deum, vt finem naturalem à Sacerdote abſoluatur à peccatis, gratiam ſacramento non conſequetur: ad eam enim accipiendam non eſt præparatus: ita ſi, ſi pœnitens cum dolore ſolùm per modum ſimplicis diſplicentiæ, atque inefficaci deteſtatione commiſſorum, & propoſito inefficaci vitandi in poſterum peccata ad ſacramentum pœnitentiæ bona fide accedat inculpabiliter non animaduertens talem defectum, ſed putans ſe efficaciter commiſſa ſcelera deteſtari, & habere efficax propoſitum vitandi poſthac peccata: idem etiam accidet, ſi homo accedat cum actuali effectu, & voluntate adhærente alicui rei prauæ obiectæ, & tamen non agnoſcat in ſe talem affectum ignorans obiectum illud eſſe prauum: licet ſit ignorantia vincibilis in illo affectu tenendo, tamen ſit inuincibilis reſpectu confeſſionis illius peccati, ſi homo ille putans ſe deteſtari ſufficienter peccata, & agnoſcens illa eſſe mortifera, quamuis accedat ad ſacramentum cum actuali peccato, non tamen cum ſacrilegio aduerſus reuerentiam ſacramento debitam, ſacramentum quidem ſuſcipiet, non effectum ſacramenti, hoc eſt gratiam: nihil autem repugnat ex parte materiæ, nec vel formæ, quominus id fieri poſſit. denique ſi pœnitens accedat dolens de peccatis omnibus, quæ recordatur, & confitetur, ſed non deteſtetur vniuerſim, ſiue generatim omnia mortalia crimina à ſe commiſſa, & aliquod mortale ſcelus ex obliuione omittat: tunc ſacramentum validum erit, quia partes omnes eſſentiales habebit, & continebit ſufficientem dolorem de peccatis in confeſſione explicatis, erit tamen expers ſacramentalis gratiæ ob defectum deteſta-

ſtationis peccati læthalis ex obliuione omiſſi. cum enim peccatum illud non remittatur, de quo ille non dolet, nec cætera peccata remittuntur, cum gratia Dei vnum ſine alio non deleat, ſacramentum erit validum, ſed informe. dolor de certo genere peccatorum ob ſpecialem de formitatem poteſt eſſe ſine dolore de alio genere peccatorum, quorum pœnitens in confeſſione inculpabiliter obliuiſcitur ea non animaduertens. ergo dolor ille ſimul cum accuſatione peccatorum memoriæ ſuccurrentium eſt ſufficiens materia abſolutionis validæ. Igitur hac addita forma fit ſacramentum validum, cum nihil ad valorem illi deſit, & ſi non laterent propter obliuionem inculpabilem alia peccata, vt voluntaria alienæ rei retentio, illicitus contractus nondum retractatus ſacramentum conferret gratiam ſuſcipienti, quemadmodum accidit in alijs ſacramentis Ordinis, Baptiſmi, Matrimonij, Extremæ vnctionis cum peccato læthali ſuſceptis. non omnis dolor de peccatis ſufficiens ad valorem ſacramenti ſufficit ad effectum eiuſdem conſequendum ſecundum probabilem Theologorum ſententiam, & poteſt eſſe dolor de vno genere peccatorum ſine dolore virtuali de alijs poſita voluntate conſequendi remiſſionem peccatorum, quæ memoriæ occurrunt. nam non eſt neceſſarium ad validam confeſſioné, vt confitens concipiat dolorem generalem de omnibus peccatis, ſed ſufficit deteſtatio eorum peccatorum, quorum recordatur homo putans ſe non alia cómiſiſſe: dum nullum crimen voluntariè, vel abſq; iuſta cauſa occultans, habet propoſitú vitandi in poſterum talia peccata, qualia confitetur ob ſpecialem eorum deformitatem, quamuis non animaduertat in ſe latere affectum ad aliquod peccatú tunc memoriæ non occurrens. tunc enim non peccat contra debitum ſacramenti, quod bona fide ſumere intendit. Verum ne ſacramentum abſque diuinæ gratiæ fructu percipiatur, optimum remedium eſt, ſi ſuſcipiens illud generatim, & vniuerſim peccata ſua omnia propter Deum deteſtetur, etiam ea, quorum forte obliuiſcitur, & propoſitum habeat abſtinendi ab omnibus ſaltem læthalibus culpis. k dari poſſe ſacramentum informe, ſed validum aſſerunt *D. Thomas in 4. d. 17. D. Sot. Duran. Palud. Riccard. Ledeſm. Caietan. Syluest. Nauar. Couar. Victor. Petr. Sot. Canus, Henriq. Diana p. 2. tr. 17. r. 30. Filliuc. tr. 7. c. 5. & 6. Nugn. P. Fay, Valent. quæſt. 11. p. 2. Suar. d. 20. ſect. 5. Lug. Tolet. l. 3. c. 10. Marchantius, Bonac. q. 3. p. 2. Cruc. Simplician. Auerſa, Geſual. t. 21. cap. 4. contra Gabrielem, Maior. Adrian. Ioan. Medin. Riccard. Veg. Kelliſon. Vaſq. Turrian. Laym. l. 5. t. 6. c. 9. Fagund. de præc. Eccleſ. l. 2. c. 7.*

5 Sacramentum pœnitentiæ validum, ſed informe hoc eſt diuinæ gratiæ effectu carens recedente poſtea fictione, & ſuperueniente diſpoſitione, quæ in ſuſceptione defuit, confert gratiam iuſtificantem. forma enim abſolutionis producit effectum ſuum, ſi abſit impedimentum, & diſpoſitio neceſſaria accedat, ideſt dolor de peccatis ſupernaturalis, & efficax, vel deteſtatio vniuerſalis peccatorum propter Deum, vel timore æternæ pœnæ, ſufficit enim ea diſpoſitio, quæ ſufficiens fuiſſet in ſumptione ſacramenti ad diuinæ gratiæ conſecutionem. Sicut cauſa phyſica neceſſaria, ita etiam

cauſa

Digitized by Google

cauſa moralis neceſſaria producit effectum poſita neceſſaria diſpoſitione ſubiecti. Sed attritio cum ſacramento ſufficit ad gratiam conſequendam, vt ex Tridentino Concilio patet, & ſacramentum pœnitentię ad remiſſionem peccatorum poſt baptiſmũ commiſſorum eſt neceſſarium, vel in re, vel in voto. ergo peccata, quæ quis validè confeſſus eſt, ſed abſque remiſſionis fructu, debent remitti virtute ſacramenti iam validè ſuſcepti, nec iterum neceſſe eſt eadem conſiteri. Si ſacramenta Baptiſmi, Confirmationis, Extremæ vnctionis, Ordinis, & Matrimonij in peccato mortali ſuſcipiantur, informia ſunt, ſed valida, & mox recedente fictione diuinæ gratiæ fructum licet non neceſſarium conſerunt, quod vel ſimpliciter, vel ſecundum quid iterari nequeunt. ergo multo magis idem faciet, ſed validum, cuius effectus neceſſarius eſt. Licet illud repeti poſſit, non tamen neceſſario debet. nec modo confeſſio mortalium, ſed etiam venialium informis, & valida ſuccedente poſtea diſpoſitione neceſſaria effectum ſuum producit. peccataq; confeſſario expoſita, & partem pœnæ eis debitæ pro diſpoſitione pœnitentis remittit. ceterum qui confeſſionem validam, & informem fecit, poſtquam eius defectum animaduerterit, non tenetur ſtatim illum ſupplere, ſeque ad recipiendam gratiam ſaltem per ſufficientem attritionem diſponere; niſi confeſſus fuerit ex obligatione per ſe intrinſeca pœnitendi, vel reconciliandi ſe Deo, aut niſi ſuperueniat talis neceſſitas, & obligatio, vt ob periculum mortis, aut ſuſceptionem alterius ſacramenti, vt Euchariſtię, antequam probare ſe debet homo, ne iudicium ſibi manducet. *ita D. Thomas, & Doctores citati Auerſa q. 14. ſ. 7. Geſuald. & alij.*

6 Satisfactio à confeſſario iniuncta ſi adimpleatur à pœnitente poſt confeſſionem, & abſolutionem validam, ſed informem ante acceptam nouam diſpoſitione gratiam ſanctificantem, valida eſt. ita vt non amplius ſit repetenda, ſed non ſtatim relaxat pœnam culpis debitam. non poteſt enim remitti pęna temporalis, antequam culpa remittatur, & pęna ęterna qua peccator, ſi in eo ſtatu moreretur, plectendus eſſet pro prioribus peccatis. nec quidquam ei ſuffragaretur piaculum expletum, nec ſacramentum informe licet validum ſuſceptum. Verum ſi poſt illud ſufficiente peccatorum deteſtatione ſe ad gratiam præparet, tunc ſatisfactio ſacramentalis ſi adimpleatur pęnam culpis debitam, ac reſiduam remittet, & conditionem abſolutionis ſequetur. verum ſi poſt receptam abſolutionem, & gratiam homo in aliud mortale crimẽ relapſus ſatisfactoriam pęnitentiam agat, licet validè ſatisfaciat, tamen remiſſionem pęnæ ſolum ex opere operato, & ex virtute ſacramenti non ex opere operantis conſequetur. ſicut enim abſolutio valida omnino ſuum effectum producit, vel tunc in eodem actu, vel ſaltem poſtquam fictio receſſit, quando fuerat informis; ita ſatisfactio ſacramentalis validè adimpleta reatum pęnæ pro diſpoſitione pęnitentis relaxat, vel tunc quando adimpletur, vel ſaltem poſtquam remotum eſt impedimentum. cætera opera quoad rationem meriti, & voluntariæ ſatisfactionis ſumunt valorem ex dignitate perſonæ, quę ſi læthalis ſceleris rea ſit, nihil tunc, nec poſtea valent aſt piaculum ſacramẽtale vim habere ex virtute

tute ſacramenti, quod ſi validum fuit, ſatisfactio quoque validè adimpletur. quamquam ſi in peccati ſtatu præſtetur, non ſtatim pęnam remittere, ſed poſt amotum peccati obicem probabilius videtur. γ ſi enim ſatisfactio haberet vim conferendi ex opere operato gratiam, vt nonnulli aſſerunt, vtique eam non conferret homini iacenti in peccato lethali. ergo nec tunc pęnam remittit, ſed poſtquam homo peccatum ſuum deteſtatus impedimentum amouit. Satisfactio etiam per operationem naturalem ſiue internam, ſiue externam effectum ſuum producit non ex opere operantis, ſed ex opere operato. ad merendũ enim, & ad ſatisfaciendum ex opere operãtis actione interna ſupernaturali opus eſt, non vero ad conſequendum effectum ex opere operato. nam ad hoc ſufficit virtus ſacramenti, vel partis ſacramentalis, quando adeſt in pœnitente debita diſpoſitio. Nec eff ctu ſuo priuatur ſatisfactio ſacramentalis, quæ per operationem aliqua veniali culpa vitiatam præſtatur, vt ſi ob inanem gloriam fiat, quandoquidem ſic validè præſtatur, eſtque pars ſacramẽti ideò habet ex opere operato vim remittendi pęnam relictam pro peccatis dimiſſis ſtatim quidem ſi homo Dei gratia non caret, vel poſtquam Deo reconciliatur. adeò ſacramentale piaculum reliquis operibus meritorijs, ac ſatisfactorijs præſtat, hæc nihil, vel paruin apud Deum valent, niſi omni ex parte bona, ac pia ſint, ſacramenta vero, eorumque partes, & ſi in ſuo exercitio aliqua labe veniali vitientur, dummodo valida ſint effectum ſuum tempore ſuo in homine præparato producunt. γ *Caiet. to. 1. opuſc. tr. 6. q. 2. Nauar. P. Sot. Vict. Viuald. Henriq. l. 3. c. 20. nu. 7. Suar. d. 38. ſ. 8. Coninch. Lug. d. 25. ſ. 3. P. Fay, Mercer. Fagund. Laym l. 5. tr. 6. c. 15 Diana p 3 tr. 4. r. 85. Auerſa l. c contra Scotum Marſil Vaſq Kelliſon Io. Medinam* aſſerentes ſatisfactionem ſacramentalem expletam in ſtatu peccati mortalis ſtatim habere ſuum effectum, *& contra Magiſtrum, D. Thom. Sot. Adrian. Ledeſm. Valent Turrian. Hurtad. Prapoſ. Ochagauiam* aſſerentes talem ſatisfactionem nunquam producturam effectum ſuum.

## De priuilegijs confeſſariorum Regularium. Cap. LVI.

1 Confeſſarij Regulares liberè vti poſſunt priuilegijs Pontificijs ordini ſuo conceſſis, aut communicatis, hæc non amittuntur à Religioſis per actum contrarium factum à Religioſo priuato, quia nullus poteſt præiudicium communitati afferre. α nec per actum priuatiuum, quando Religioſus non vult vti oblata ſibi occaſione, β vel per actum negatiuum, quando priuilegium ignorauit, vel occaſio vtendi illo non ſe obtulit, vel impeditus fuit, ne oblata ſibi occaſione vteretur γ qui non vtitur priuilegijs, illis non abutitur, cum nihil illicitum contra eadem faciat. hoc colligitur ex Decreto Eugenij IV. pro Monachis S. Iuſtinæ Ordinis S. Benedicti his verbis relato apud Contectium *ex negligentia, vel ignorantia præſentium, vel futurorum, quibus hæc conceduntur, aut alia quauis cauſa, propter quam fuerit attentatum, vel pro tempore obſeruatum ignoranter, vel ſcienter, nul-*

lum

*tum tamen præiudicium.* α *Portel. nu. 55. LeZan. tom. 2. c. 15. nu. 17. Diana r. 88.* α β γ. *Bordon. r. 52. nu. 116* α *Decius in l. pen. C. de pact. nu. 18. Gloſ. v. aduocati c. 1. 17. q. 1. Vgolin Nald. v. priuil. n. 4.* α β. *Miranda tom. 2 q. 42.* γ *Gloſ. v. donec c. Abbate de verb. ſignif. H. Rodr. r. 116. n. 6. Portel. nu. 57. Bonac p. 7. de priuil. §. 5. n. 5.*

2 Nec obſtat clauſula illa *quatenus ſunt in vſu.* quam Gregorius XIII. primum adhibuit anno MDLXXV. & deindè Paulus V. in communicatione priuilegiorum, quibus gaudent, atque in poſterum gaudebunt Mendicantiũ Ordines, conceſſa Clericis Regularibus Somaſchenſibus anno MDCVII. Mendicantes autem gaudent priuilegijs omnibus conceſſis, & concedendis cuicunq; Religioſo Ordini etiam non Mendicanti, vt conſtat. γ ex Bulla Clemẽtis VII. data anno MDXXV. die XXX. Maij quia, vt Regulares amittant priuilegia per contrarium vſum, vel non vſum de iure communi requiritur ſpatium quadraginta annorum. δ ex priuilegio verò Benedictinis ab Eugenio IV. conceſſo, & Camaldulenſibus à Leone Decimo ſpatium annorũ ſexaginta, ε immò centum annorũ ex priuilegio, quod Paulus Benedictinis. conceſſit ζ difficilis autem eſt huiuſmodi præſcriptio, cum etſi aliqui Pontifices in confirmatione priuilegiorum apponant clauſulas reſtrictiuas, vt *dummodo ſint vſu*, alij tamen eadem confirmant ampliori gratia, & ſine vlla reſtrictione, vel conditione conſequenter ex tunc vetera priuilegia valida magis confirmantur, & alias inualida prætextu abuſus, vel non vſus, vel contrarij vſus, vel priuatiui vſus, vel imperfectæ præſcriptionis de nouo incipiunt valida eſſe, ac ſi tunc primum conceſſa fuiſſent, & aboletur quæuis præſcriptio aduerſus illa. η ſic Pius V. confirmauit, & renouauit priuilegia omnia, vel etiam antiquata, & inualida Patrum Prædicatorum anno 1571. die XXIII. Septembris, & ideò clauſula addita à Gregorio XIII. anno 1575. nihil illorum priuilegijs derogauit, cum iam omnia paulò ante confirmata, atque in priſtinum reſtituta longè a præſcriptione centenaria abeſſent, & Sixtus V. anno 1587. die III. Octobris, & Clemens VIII. alias conceſſa Religioſis Mendicantibus priuilegia omnia abſque clauſula illa reſtrictiua *quatenus ſunt in vſu* confirmarunt. adeò, vt ſi quæ inualida fuiſſent ob non vſum, valida eſſe cæperint. quaquam eſſe inualida non poterant poſt annum 1571. quo à Pio V. cõfirmata fuerant. cum pauci anni interceſſerint, ergo clauſula illa etiam addita à Paulo V. nihil impedit quominus priuilegijs à Pio V. & Sixto V. & Clemente Octauo abſolutè, & amplè confirmatis, atque in priſtinum vigorem reſtitutis Somaſchenſes Patres, alijque poſtea ad eorundem priuilegiorum participationem admiſſi liberè vtantur. cum nulla temporis præſcriptio per non vſum, quæ centenaria eſſe deberet, adhuc intercedere, nedum eadem antiquare poſt confirmationem potuerit. ideò omnia priuilegia, quæ in compendijs Regularium poſt Tridentinum Concilium confectis exceptis ijs, quæ authoritate Pontificia abrogata ſunt, & quæ oracula viuæ vocis dicta Vrbanus Octauus abrogauit, valida eſſe cenſeo, & ijs in praxi, abſque vlla hæſitatione vtendum eſſe. γ *Alex. Bocculus in Comp. priuil. pag. 16* δ *cap. volumus 2. 16. q. 4. Gratianus in c. placuit 15. 16. q. 3.*

cap.

cap. accedentibus de priuil. a Eugenius IX. apud Crucium l. 2. c. 3. d. 2. cap. 2. Confeſſ. tit. 12. c. 1. p. 376. Peregrin. introduct. §. quarto. z Paul. III. Conſtit. benignitas 15. in bull. nouo Cruc. Peregr. a Confeſſ. tit. 1. c. 3. §. nec etiã, & t. 12. c. 1. Portel. num. 63. Cruc. l. c. cap 6 b Rodr. tom. 1. q. 10. art. 28. Portel. num 62. Miranda tom. 2. q. 45. a. 5. c. 2. Bordon. r. 52. n 122. Pelliz.

3 Regulares non ſolũ in foro conſcientiæ, ſed etiam in iudiciali priuilegijs ſuis vti poſſunt, ſicut in illis clarè dicitur; maximè quæ à Paulo IV. eiuſque ſucceſſoribus à Gregorio XIII. Sixto V. Clemente Octauo conceſſa refert Confeſſius pag. 186. 148. 268. 288. Bordonus 144.

4 Priuilegia Regularibus tum conceſſa, tum concedenda perpetuo duratura Pontifices decernunt. ideò ea nunquam deſinunt, niſi eo modo, quo incipiunt. Siquidem in remunerationem conceſſa vim legis habent, nec niſi ex cauſa tollenda ſunt, & ſpeciali nota digna ſunt. ideò generali lege non abrogantur, nec per clauſulam illam *Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs*, vel *derogamus, & reuocamus quæcunque priuilegia*. a niſi in lege contraria alicui priuilegio fiat mẽtio ſaltem perſonarum regularũ. nec eorundem priuilegia iuri cõmuni inſerta abrogantur, niſi iuris communis mentio fiat. a non enim priuilegia, ſed leges appellantur a propterea multi docent priuilegium Clementina Conſtitutione *Dudum de ſepulturis* cõceſſum non fuiſſe reuocatum per Decretum Concilij Tridentini ſeſſione XIII. cap. XV. vbi quibuſcunq; Sacerdotibus etiam regularibus interdicitur exceptio confeſſionum, niſi ab Epiſcopo approbati fuerint. Idcirco priuilegium poſterius impetratũ contrarium priori non valet, niſi prioris mentionem faciat, ſi cui acquiſitum ius fuit, niſi priuilegium prius contineatur iure communi, a quod nunquam Princeps ignorare cenſetur. *ita* A *Gratian. tom. 5. cap. 8. q. 3. num. 57. Crocus, Rota Rom. v. 2. d. 468. Eugen. IV. Senk. v. priuil. §. 6. Peregrin. H. Rodr. reſ. 116. Mandoſ. Cruc. Bord. r. 52. num. 128. Azor tom. 1. a Bartol. in l. 2. §. legatus ff. de iudic. Caſtor l. ff. de leg. Mediũus §. principiũ d. 140. num. 6. & Diana cum multis r. 1. de dub. Segul. r. 1. Cardin. in Clem. 2. §. cæterum de vita Cler. Nau. conſ. 7. de priuil. num. 77. Rodr. tom. 1. q. 59. art. 2. Boſſ. Portel. num. 67. a c. veniens 19. de præſcr. Gloſ. fin. cap. 11. de reſcr. Gloſ. in q. 2. cauſæ 25. cap. ex parte de off. deleg. Hier. Rodr. r. 116. Portel. Peregr. Bonac. p. 8. de priuil. § 3. nu. 17.*

5 Priuilegia abrogata alicui Religioſo Ordini, vel Monaſterio non ademta ſunt alteri Monaſterio, nec alteri Ordini, cui antea communicata fuerunt. huius enim iam propria facta fuerunt. ita vt ordo particeps factus eorundem poſſeſſor ſit independenter ab illo, cui primo conceſſa fuerunt. præterea odioſa reſtringenda ſunt, cuiuſmodi eſt priuilegiorum abrogatio *Suar. de leg. 8. c. 76. nu. 33. Nald. v. iubil. n. 15. Mirand. t. 2 q. 42. a. 5. H. Rodriq. r. 116 n. 33. Peregr. Nau. t. 3 de iubil. n. 26. nu 8. Bord. nu. 133. Pelliz. tr 8. cap. 1. ſ. num. 104.*

6 Priuilegia Religioſorum non minoris ſunt valoris, quam Bullæ cruciatæ priuilegia, quę per Bullam cęnalem non abrogantur: nam quicunq; hanc habent, abſolui poſſunt à criminibus reſeruatis in Bulla Cœnæ, exceptis ijs, quæ excipiuntur in Bulla cruciata.

probabile Præpoſitos Regularium abſoluere poſſe ſubditos ſuos à criminibus, & cenſuris in Bulla Cœnæ enumeratis non obſtante anniuerſaria reſeruatione, quam ego Romæ à Summo Pontifice fieri, ac publicè indici vidi, & audiui, & quidem decet hanc religioſis Præſulibus eſſe poteſtatem, quia religioſi omnes non poſſunt ire Romam, & expenſas itineris facere à *ita Marcellinus, & Megalius amicus meus p. 1. l. 1. c. 13. nu. 17. Carena de S. Officio tit. 4. num. 86. Diana p. 2. tr. 2. r. 10 Peregrinus, & alij.*

7. Priuilegiorum vſus à Præpoſito, vel Patre Generali, vel à Capitulo Generali in vnoquoque Religioſo Ordine preſcriptus ſeruari debet: alioquin contra ipſorum decreta non modo illicitus, ſed etiam inualidus erit, idque præcipuè in Societate Ieſu ſtatutum eſt à Gregorio XIII. Conſtitutione edita anno MDLXXIII. illis verbis. *nec aliter cæteræ perſonæ dictæ Societatis prædictis priuilegijs, facultatibus, & alias præmiſſis, aut aliquo eorũ, niſi per Generalem Præpoſitum, & de eius beneplacito, aut per alium, ſeu alios de eius commiſſione electos vti, aut gaudere poſſint.* Pontifex dum priuilegia concedit religioſis ſodalitatibus, vel ordinibus illa conferre cenſetur ſecũdem ordinem debitum, & magis conſentaneum ipſis religionibus. *Suarez tom. 4. de Rel. tr. 8. l. 2. c. 22. & l. 5. de leg. c. 31. Nald. v. clauſula Sanch. l. 6. mor. & lib. 6. de matrim. d. 38. Pelliz. tr. 8. cap. 6. ſ. 4. num. 64. contra nonnullos.*

8. Regulares confeſſarij ab Ordinario Antiſtite approbati ſi poſtea ad Cardinalatum, Epiſcopatum, aliumuè Præſulatum euecti fuerint, gaudent priuilegijs Ordini, ex quo aſſumpti ſunt, conceſſis. α Ideò poſſunt abſoluere à criminibus, ac cenſuris reſeruatis, commutare, ac relaxare vota non ſecus, ac prius poterant. in ijs enim adhuc ſubſiſtit cauſa principalis, ob quam talia priuilegia conceſſa ſunt, vtilitas Eccleſiæ, & animarum. nec per mutationem ſtatus amittitur priuilegium non repugnans nouo ſtatui aſſumpto. tranſlatio rei tranſlatę non adimit conditionem β. Abbatia, vel Eccleſia Regularis mutata in ſecularem non amittit exemptionem, & priuilegia ante ipſi conceſſa γ. ergo nec Religioſus factus Epiſcopus, vel Cardinalis. α *Paſqual. dec. 136 nu. 4 Ceſpedes d. 389. nu. 2. Cocchier. de iuriſdict. tom. 2. p. 2. q. 69. art. 9. Rota Romana deciſ. 1444. Pelliz. nu. 64. Nald. v. priuil. nu. 6. aliique docti viri conſultis contra Sanch. l. 6. decal. c. 6. n. 33. Rodriq. tom. 2. q. 58. art. 4. Mandoſ. q. 10. de priuileg. gloſſ. 3.* β *l. 1. ff de priuil. cred. l. tempus ff. de incidijs Felin. c. quia iudicanda de preſcrip.* γ *Tamburin. tom. 1. d. 15. Clem. 1. de ſuppl. neglig. Prel.*

9. Regulares Apoſtatæ, qui Religionis habitum ſponte dimiſerunt, & ab ea receſſerunt, nullo priuilegio religionis ſuæ iuuari debent. priuilegiorum tamen vſu per iudicis ſententiam priuandi ſunt, vt ex Tridentino Concilio ſeſſ. 25. c. 19. colligitur. *Sanch. c. 8. num. 34. Mandoſ. Tiraq. l. ſi vnquam v. reuertatur n. 152. C. de reuoc. donat. Pelliz. n. 66. Phariſel & alij.*

10. Etiam Religioſi inſtituta ſua non obſeruantes vti poſſunt priuilegijs ordini ſuo conceſſis. licet enim ratio fruendi priuilegijs ceſſet reſpectu religioſorum irreligiosè viuentium tamen generaliter permanet. ideoque priuilegia ſubſiſtunt. ſecus verò in

Re-

Digitized by Google

gularibus legitimè ab ordine eiectis; qui enim non ſentiunt incommoda regularis inſtituti, non debent illius commodis frui. *Miranda p. 2. q. 43. art. 3. Suar. tr. 8. l. 3. c. 6. nu. 12. Pelliz. nu. 67. & 68. & alij.*

11 Regulares vti poſſunt priuilegijs ſuis, etſi contrarium illis vſum habuerint, vt conſtat ex priuilegio per Eugenium IV. conceſſo Congregationi S. Iuſtinæ, quod affert Rodriquius Bulla nona, qua Pontifex ſtatuit, *quod ſi côtigerit per aliquem, aut plures actus contra priuilegia, indulta, gratias, immunitates eidem Congregationi conceſſa aut contra aliquid ipſorum à quocunque cuiuſcunque conditionis, gradus, vel ſtatus ſiue ex negligentia, vel ignorantia Pontifici a Conſtitutionibus aut alia quauis cauſa, propter quam fuerit dicitur attentatum, vel ipſo tempore obſeruatum ignoranter, vel ſcienter, nullum præiudicium eidem & ipſis priuilegijs, indultis, gratijs generaliter, ſed in ſuo vigore ac robore permaneant. Dian. p. 3. tr. 2. r. 88. Io. Gracius l. 2. c. 3.* de re meſcrens conceſſum fuiſſe Monachis Benedictinis, ne contra illos, niſi per centum annos priuilegia præſcribantur. *Pelliz. l. c.*

12 Regulares poſſunt vti priuilegijs ſuis, ſiue ad bonum commune conceſſa ſint, ſiue actus, qui antea illicitus erat, fiat licitus, & deinde per aliquam legem præſcribatur, vt qui tempore interdicti ex priuilegio Miſſæ intereſſe poteſt, debet ei aſſiſtere. Priuilegio vtendum eſt quando ei renunciari non poteſt abſq; detrimento cõmuni, aut damno alterius. *Suar. c. 23. Portel. num. 39. Pelliz. num. 84.*

13 Epiſcopus dubitans, an validum ſit aliquod priuilegium Regularibus conceſſum, nequit eos impedire; quominus illo ijdem vtantur. ſed Summum Pontificem conſulere poteſt. in dubio enim melior eſt conditio poſſidentis. *Rodriq. tom. 1. q. 56. art. 12. Innocent. Io. Andreas, & Henricus, Pelliz. nu. 85. Imola, & alij.*

14 Si quod priuilegium prius conceſſum Mendicantibus alicui religioſo ordini concedatur, *quatenus eſt in vſu*, non tenetur ordo ille diſquirere, num priuilegium illud tempore conceſſionis ſibi factæ eſſet in vſu apud Mendicantes, quibus prius conceſſum fuit: modo conſtet aliquando priuilegium illud fuiſſe in vſu; credere enim poteſt idem adhuc in vſu eſſe. *Rodriq. tom. 3. q. 51. art. 4. Pelliz. num.* 88.

15 I. Per clauſulam generalem *non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs* non cenſentur reuocata priuilegia corpori iuris inſerta, niſi eorum derogatoria clauſula addatur.

II. Nec priuilegia extra corpus iuris conceſſa, cum clauſula, vt nunquam debeant cenſeri ablata abſque ſpeciali eorum mentione facta, reuocata cenſenda ſunt; niſi plenißima derogatio fiat hac, vel pari clauſula *non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs ſub quacunq; forma conceptis*, vel etiamſi *de verbo ad verbum debeat de illis mentio fieri. Pelliz. Bord. Peyrinus, Portell.*

III. Nec reuocantur priuilegia conceſſa per modum contractus; niſi modus, quo conceſſa ſunt, in ipſa reuocatione explicetur, & grauiſſima cauſa adſit ea reuocandi ob commune bonum.

IV. Nec per clauſulam generalem *non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs* reuocentur priuilegia contenta in Cõcilijs Generalibus; niſi de illis fiat mẽtio hoc, vel ſimili modo. *Non obſtante quauis cõſtitutione ſeu lege in Concilio Generali edita. Pelliz. Bordon. Peyrin.*



Digitized by Google

16 Priuilegia affirmatiua ſi vergant in damnum alterius amittuntur per non vſum ſpacio decennij inter præſentes, ſpatio autem viginti annorum inter abſentes *modo non defuerit occaſio vtendi*, partim præſcriptione iuris. ſi vero non vergant in damnum alterius non amittuntur per non vſum, vel aliorum præſcriptione, cum nullum grauent, aut reſpiciant, & priuilegijs ſuis vti liberè quiſq; poſſit. omnes vero obligationes, ac virtutes tam reales, quam perſonales, modis iiſdem extinguuntur, ſi altero iure ſuo non vtente res obligata decurſu legitimi temporis poſſideatur velut libera, & tandem vſucapiatur. *ex l. 1. ff. de nundinis Layman. l. 1. tr. 4. c. 23. num. 89. Pelliz. nu.* 110.

17 Priuilegia negatiua, ſi in alterius damnum vergant per contrarium actum amittuntur præſcriptione, vel tacita renunciatione. y ad legitimam præſcriptionem contra priuilegia Innocentius III. requirit quadraginta annos, quot requiruntur ad præſcriptionem hypothecariæ actionis cum bona fide. ʒ ſexaginta verò, immò centum annos conſtituit Eugenius IV. priuilegio Benedictionis conceſſo ad præſcriptionem priuilegiorum Regularium. a porrò vt priuilegium alicui Ordini conceſſum non cẽſeatur amiſſum, ſufficit, ſi in aliqua Prouincia eiuſdem Ordinis ſit in vſu, vel ſaltem in aliquo alio Ordine gaudẽte iiſdem priuilegijs per communicationem c. quod enim aliquis ordo hactenus vſus non fuerit aliquibus priuilegijs conceſſis alijs Ordinibus, cum quibus cõmunia habet priuilegia, non impedit, quominus illi vti incipiat. priuilegium vnius Monaſterij extenditur ad omnia Monaſteria eiuſdem Ordinis, & ad alios ordines priuilegiorum communicatione cum illo gaudentes y *Layman. nu. 23. Suar. c. 35. nu. 25. Pelliz. num.* 112 *Rodriq. tom. 3. q. 35. a. 2. Portell. num.* 58. *Io. Franciſcus Andreolus I.C. Doctiſſimus amicus meus in Contron. C. XLII.* vbi docet præſcriptionem nunquam currere ſtante mala fide. Hæc enim, inquit, eius eſt virtutis, vt quamcunque præſcriptionem etiam centum annorum excludat. *ex cap. fin. de præſcript. Franch. in c. 1. de præſcr. in 6. Abbas in c. fin. de cenſib. Ancharan. conſ. 82. Crauet. conſ. 146. Pariſ. Rolan. Caphal. Rimin. Peregr. Fiſc.* ad præſcriptionem verò contra hypothecam requiruntur quadraginta anni; totidem contra priuilegia ab Innocentio III. exiguntur. *ita Andreolus l. c. ex l. cum notiſſimi §. 1. C. de præſcr. Gloſſ. vbi Paul. c. eod. Curt. Socin. Neguſant. Gabr. Barboſ.*

18 Priuilegia Regularium in dubio non cẽſentur reuocata. in dubio enim melior eſt conditio poſſidentis, & idem in omni caſu dubio pronũciandum eſt præſcriptionem non obſtare, quæ eſt iniquiſſimum præſidium abſorbens ius alterius *Andreolus contr. 142. num. 13. cum Becc. conſ. 12. n. 6. & conſ. 90. nu. 23. Pariſ. Alciat. Crat. Gratian. Mandoſ. Diana p. 4. tr. 3. reſ. 51. Sanctar. tr. 2. q. 16. nu. 12. e Pelliz. Portel. n. 126. Bordon. r. 52. n. 128.*

19 Priuilegia non amittuntur per abuſum, a ſed per contrarium vſum ò quia lex ceſſat per actus contrarios; priuilegium autem eſt quædam lex, ò hæc qui abutitur, licet mereatur priuari ijs; non tamen hanc pœnam ſubire ante ſententiam iudicis debet a *ex cap. vbi iſta d. 74. Sylu. v. priuil. q. 10. Diez. Panorm. Bonac. Pelliz. nu. 129. p Suarez. l. 8. de leg. cap. 35. nu. 3.*

ex c. cum acceſſiſſent de Conſtitut.

20 Parochus etiāſi Regularis non poteſt admittere ad audiendas ſuorum confeſſiones ſimplicem ſacerdotem α neque ſecundum probabiliorem ſententiam confeſſarium extraneum ab Epiſcopo ipſius Parochi non approbatum . β nam ad abſoluendum neceſſaria eſt iuriſdictionis poteſtas. hanc autem Parochus dare non poteſt. hoc enim ſpectat ad Epiſcopum, & ad Parochiale beneficium γ ſacerdos autem non habens populum ſibi commiſſum, neque priuilegium, vel poteſtatem excipiendi aliorum confeſſiones caret executione ordinis δ prætereà ſacerdos extraneus, etſi habet ordinariam poteſtatem in propria Diœceſi, non poteſt illam exercere in aliena, quia non extenditur poteſtas conceſſa ab externo Paſtore, niſi in oues illi ſubiectas. Epiſcopus enim non poteſt ſubijcere eius poteſtati oues alienas, ideo approbatus ab alio, quam à Placentino Epiſcopo, in Diœceſi Placentina non cenſetur approbatus, ergo etiamſi à Parocho in auxilium vocetur non poteſt in aliena Diœceſi confeſſiones excipere. non poteſt ergo Parochus Placentinus admittere ad audiendas confeſſiones ſacerdotem Cremonenſem. *Dian. p. 3. t. 4. reſ. 110. & p. 5. r. 47.* α *Zanard. direct. p. 1, de pœnit. c. 26 Fagun. pr. 2. l. 7. c. 2. nu. 43. Nugn Bord. r 56. aliiq; comm. contra Ledeſm. Lud. S. Io. Aucrſam* β *Nugn ad 3. p q. 8. a. 5. d. 7. Bordon. contra Io Cruc p. 2. q 5. d. 6 Henriq. Coninch.* γ *Triden. ſeſſ. 23. c. 15.* δ *Gloſ. in c. omnis 12. de pœnit. p. 2. de Bulla Cœna §. 1. Zanard. in direct p. 1. c. 24. § 8. Paſq. Tamb. tom. 2. d. 15. q. 15. Bord. num 135. contra Peyrinum, Sonſam, Villalob. Portel. Suar. tom. 4. t. 1. l. 2. c. 21.* β *idem tom. 4. t. 8. l. 2. cap. 21. H. Rodriq. r. 3. num. 3. Peyrin. tom. 1. Conſtit. 4. Sixti IV. § 5. num. 6. Portel. v. Abbas n. 8. Em. Rodriq. tom. 1. q. 20. art. 9. Vegha tom. 1. c. 49. c. 1 contra Sigiſm. Bonon. Tamburin. Io. Cruc. Zanard. Nald. Graff. Vecch.*

21 Bulla cruciata non tollit priuilegia Regularium, illa enim ſolum Indulgentijs derogat. *Portel. num. 71. Rodriq. tom. 1. q. 61. art. 14. Mirand. Sorb. LeZan. tom. 2. cap. 1. num. 59. PelliZ. t. 8. c. 1. ſ. 5. num. 12.*

22 Cõfeſſarius inculpabiliter ignorans priuilegium abſoluendi, aut diſpenſandi, vel lege ſoluendi abrogatum eſſe, ſi bona fide abſoluat, aut diſpenſet, valet abſolutio, ac diſpenſatio. titulus enim coloratus, bona fides, & communis error ſufficiunt ad conferendam ei poteſtatem. *l. Barbacius, Portellius nu. 70. PelliZ. Bord. nu. 141. Suar. & alij commun.*

23 Quando priuilegia Regularium per aliquam Conſtitutionem, vel diploma abrogantur, neceſſe eſt abrogationem promulgare, ac Religioſi ordinis ſummo præſidi, vel alijs Superioribus Prouinciarum manifeſtare. ſtatim autem, ac priuilegij abrogatio ſufficienter innotuit, irrita ſunt quæcunque fiunt, virtute illius, licet ignoranter, & inculpabiliter fiant, vel facta ſint, ſic non valet abrogatio priuilegiorum ſub quauis ampliſſima formula, niſi manifeſtata ſit. *Suar. l 8. de leg. c. 40. Bonacin. de priuileg p. 8. §. 3. Azor. tom 1. l. 5. cap. 3. Portel. num. 69. Diana q. 68. H. Rodriq r. 3. n. 25 Bord. nu. 138. Cherubinus in compen. bull. tom. 2. Conſtit. 1. Greg. XIII. Schol. 2. M. Ant. Amatus dec. 17.*

24 Priuilegia Regularium à Sum-



Digitized by Google

mo Pontifice confirmantur, atq; alijs communicantur, dummodo non ſint contraria Decretis Concilij Tridentini, qualia ſunt hæc. I. contra Prædicatores diſſeminatores errorum puniendos ab Epiſcopis *ſeſſ. 5. cap. 2.* II. contra delinquentes extra manentes *ſeſſ. 6. c. 3.* III. de viſitatione Eccleſiarum cum cura animarum *ſeſſ. 7. c. 8.* IV. contra manentes extra conueniendos coram ordinarijs in cauſa mercedum *ſ. 7. c. 14.* V. contra tranſeuntes ad ſecunda vota ibi perpetuo manendo *ſeſſ. 14. cap. 11.* VI. de viſitatione Monaſteriorum, in quibus non viget obſeruantia regularis *ſ. 21. c. 8.* VII. contra ignotos, & alios celebrantes in Oratorijs non approbatis *ſeſſ. 22.* VIII. de ordinibus conferendis ab Abbatibus ſolis ſubditis *ſ. 23. c. 12.* IX. de duobus ordinibus ſacris eodem die non recipiendis *ſeſſ. 23. c. 13.* X. de confeſſionibus non audiendis ſine approbatione Ordinarij *ſeſſ. 23. cap. 15.* XI. de tedditibus conferendis Seminarijs à non Mendicantibus *ſ. 25. c. 18.* XII. de ſuſpenſione contra coniungentes in matrimonium ſine licentia Parochi *ſeſſ. 24. c. 1.* XIII. de non concionando alicubi ſine Epiſcopi conceſſione *ſ. 24. c. 4.* XIV. de famulis regularium extra manentibus ſubiectis ordinarijs *ſ. 24. c. 11.* XV. de quarta funeralium parte ſoluenda *ſ. 25. c. 13.* & omnia decreta eiuſdem Concilij Tridentini de reformatione Regularium *cap. 22. Hier. Rodriq. r. 116. nu. 15.* alia Decreta Tridentini contra Regulares non derogant eorundem priuilegijs, poſſunt tamen aliqua ratione iiſdem aduerſari.

25 Inanis eſt licentia illa, quam Parochi concedunt ſubditis ſuis confitendi regularibus confeſſarijs, cum illam habeant à Summo Pontifice, qui omnibus Epiſcopis, & Parochis præeſt ſupremus omnium Paſtor, nec minus in Paſchate, quam reliquo anni tempore poſſũt Regulares approbati quorumcunque ad ſe accedentium confeſſiones audire, & dicuntur proprij Sacerdotes; peccant tamen ſi in aliena Eccleſia inuito Parocho, vel patrono eiuſdem pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrent. Siquidem vniuſcuiuſque Eccleſiæ propria iuriſdictio ſeruanda eſt, ne ordo peruertatur. quanquam ordinis peruerſio non vitiat actum, nec irritum reddit ſacramentum pœnitentiæ à Regulari adminiſtratum, nec peccant pœnitentes, ſi prohibente Parocho expoſito confeſſario regulari ſiue in propria, ſiue in aliena Eccleſia confiteantur. vtuntur enim iure ſuo. ideó validè abſoluuntur. neque enim Parocho prohibenti ſubditos confiteri Religioſis approbatis tenetur Parochiani obedire. neq; Parochus habet ius prohibendi hoc ſubditis, nec poteſt impedire vſum iuriſdictionis à Pontifice conceſſæ. *Clementina Dudum de ſepulturis. Alex. Bocculus, Peregr. Peyr. Sorb. Confeſſ. tit. 17. cap. 4. Becan. c. 38. de ſacram. q. 11. nu. 3. Rodriq. tom. 1. q. 59. art. 1. q. 60. art. 4. Graff. l. 2 app 5. Sanch. l. 2. c. 30. nu. 8. Suar. de pœnit. l 1. c. 9. nu. 15. H. Rodriq. 32. Portel. v. conf. Reg. Mirand. tom. 1. q. 45. a. 14. Nauar. c. 27. num. 266. Megal. de pœnit. l. 1. c. 9. nu. 14. Henriq. Regin. Zerol. Sayr Bonac. q. 7 d. 4. §. 1. n. 17. Bordon. reſ. 56. num. 164.*

26 Superiores Regularium gaudentium priuilegijs mendicantium abſoluere poſſunt ſecundum probabilem aliquorum Doctorum ſententiam ſubditos ſuos à criminibus in Cœnali Bullæ

Sum-

Digitized by Google

Summo Pontifici reſeruatis excepta conſpiratione in Romanum Pontificem ex vi priuilegiorum ab Eugenio IV. Caſinatibus, & Vallisoletanis Benedictinis, & à Sixto IV. Prædicatoribus fratribus conceſſorum, & ex declaratione Iulij II. Pontificis edita anno MDX. die 27. Februarij. huius verba de Bulla Cœnæ Domini hæc ſunt. *Nos igitur qui religioſorum quieti quantum cum Domino poſſumus, libenter conſulimus volentes occaſiones tollere vagandi, attendenteſque, quod multa in prædicta declaratione conceſſa ſunt nempe à Xisto IV. quæ in bulla prædicta continentur, eiuſdem Sanctæ Sedis authoritate decernimus, quod illi, quibus in prædicta declaratione conceſſa eſt poteſtas abſoluendi, ac diſpenſandi licitè poſſint perpetuis futuris temporibus abſoluere, ac diſpenſare in omnibus, ac ſingulis, ac ſi prædicta Bulla Cœnæ Domini non eſſet facta, nec fieret, præterquam à conſpiratione in Romanum Pontificem &c.* Hæc ille religioſæ obſeruantiæ, ac quietis amantiſſimus Pontifex. Eugenius IV. Caſinatibus, & Valiſoletanis Monachis conceſſit poteſtatem abſoluendi ab omnibus qualitercunque enormibus cenſuris, & ſententijs à iure, vel ab homine in genere, vel in ſpecie promulgatis, vel promulgandis) Hæc autem priuilegia Regularibus conceſſa ab Vrbano VIII. minimè reuocata fuiſſe in bulla *paſtoralis ſollicitudinis* plena edita anno MDCXXVII Kalendis Aprilis aſſerũt Ludouicus Crucius, & Santorius Melphien. Lateranẽſis Pœnitentiariæ præſides in libris ſuis Romæ editis, Fr. Torranius cum alijs: non enim Põtifices tam faciliter aliorum decreta Pontificum reuocant, *quæ tanta iudicij, & patientiæ maturitate decoquuntur, & tanta deliberationis grauitate proferuntur, vt retractatione non egeant*, vel immutari neceſſario debeant, nam vt ſcribit D. Bernardus ad Eugenium lib. 4. de conſid. *turpe eſt tibi ſæpius retractare, quod feceris, & iudicium tuum frequenter periclitari non decet*, & ſecundum regulam iuris XVI. in ſexto *decet conceſſum à principe priuilegium eſſe manſurum*, ac maximè quod in remunerationem conceſſum eſt. ex lege gratitudinis debitum; non poteſt princeps reuocare priuilegium per modũ contractus conceſſum, vt Thomas Sanctius lib. 8. de matrimonio diſput. 23. probat. fruſtra pontifices Regularium priuilegia toties confirmarent, ſi per bullam Cœnalem, quæ paulò poſt quotannis promulgatur, iiſdem vti prohiberentur, & ex reuocatione priuilegiorũ paulò ante conceſſorum inconſtantia conceſſoris argueretur pontificijs, & imperatorijs legibus damnata, vt Baldus notat *in cap. imputari de fid. inſtrum. Clemen. vn. de renũciat. & l. vbi dum mat repugnantia de reg. iuris cap. fin. de effic. delegati.*

27 Per Bullam Cœnalem non reuocantur facultates abſoluendi à Tridentino Concilio conceſſæ Epiſcopis, & per bullam cruciatam fidelibus, & per bullas inquiſitoribus conceſſę, ſed in vigore ſuo perſeuerant. Ergo nec facultates Regularibus conceſſæ reuocantur, *nam vbi militat eadem ratio, eadem iuris diſpoſitio militare debet*, eadem ratio concedendi ſcilicet animarum ſalus, eadem concedẽtis authoritas, nec vlla vtilitas apparet, quæ Pontificem ad reuocanda regularibus priuilegia moueat, qualẽ vtilitatem in iuſtum reuocatione Vlpianus, & Ariſtoteles exigunt. Nec

veriſimile eſt Pontifices religioſorum amantiſſimos patres velle detrimentum religioſæ obſeruantiæ, quod ex vagatione,& itinere eorundem ad vrbem ſequeretur, ſed religioſorũ quieti ſemper conſulere ꝑ vt Eugenius IV. & Iulius II. declararunt. non tam facilè regulis iuris derogatur, nec niſi magnis de cauſis, vel ob maximam vtilitatem prędeceſſorum Pontificum decreta ſucceſſor Pontifex reuocat,& obliterat. Nec obſtant ſacræ Congregationis declarationes, aut decreta de Regularium priuilegijs,niſi ſpecialem mentionem de his faciant, & niſi iuridicè promulgata fuerint, ita vt ea authentica eſſe verè conſtet, *quod plerique negant*, vel intelligenda fortaſſe ſunt de abſolutione, quod ad ſeculares tantum. nam priuilegia ſunt amplianda, odia vero reſtringenda, vt dictat Regula iuris in ſexto. *ita docent cum multis alijs Sanctorius Melphienſis in Comment. ad conſtitut. Minorum cap.* 2. *ſtat*. 14. *pag*. 106. *vſque ad* 123. *impreſſ. Romæ anno* 1643. *Ludouicus à Cruce in expoſit. Bullæ Cruciatæ d*. 1. *cap*. 10. *dub*. 4. *qui ambo pœnitentiariæ Lateranenſi præfuerunt, Franc. de Torano in Compendio Romæ, ac Mediolani impreſſo v. abſolut. Mancinus in pract*. 4. *dub*. 15. *Candid. tom*. 1. *diſq*. 13. *art*. 31. *Diana p*. 4. *tr*. 2. *r*. 8. *Bannes* 2. 2. *q*. 11. *Azor*. 1. *p*. *l*. 8. *c*. 10 *qui cum Archidiacono, & Felino, per clauſulam illam bullæ (non obſtantibus concilijs generalib.) dicunt non derogari Concil. Tridentino propter eius authoritatem, niſi ſpecialis de ipſo mentio fiat. Barboſ. in c*. 6. *Concilij Trident. damna, quæ patitur Religioſa obſeruantia, ex vagatione Regularium deplorãt Baſil. Tertull. Hieron. Greg Bernard. Petr. Dam. Anſelm. Gilibert. Abbas Carthuſ. Toran. v. abſol. nu*. 12.

28 De probabilitate huius ſententiæ non dubito, ego tamen contrariam ſententiam probabiliorem, ac tutiorem, & in praxi amplectendam eſſe cenſeo, quam multi, ac grauiſſimi viri defendunt, quia Vrbanus Octauus in Bulla Cœnæ edita Kalendis Aprilis anno 1627. tomo quarto bularij abrogat omnem facultatem abſoluendi à caſibus in bulla illa expreſſam conceſſam priuilegijs quibuſcunque, ac qualitercunque, ac quomodocunque conceſſis *ex quauis cauſa etiã per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quauis alia forma &c. omniaque, quod ad hoc eorum omnium tenores, ac ſi ad verbum nihil penitus omiſſo inſererentur præſentibus pro expreſſis habentes, inquit Vrbanus, penitus tollimus, & omnino reuocamus*, priuilegia autem mendicantium in meritorum remunerationem, & per viam cuiuſdam contractus conceſſa fuere, ergo ab Vrbano VIII de ijſdem expreſſe mentionem faciente omnino reuocata.

29 Superiores Regularium gaudentium priuilegijs mendicantium abſoluere poſſunt tyrones, ſeu nouitios ſuos ab omnibus cenſuris, à quibus profeſſos abſoluere poſſunt, & hoc in vtroq; foro, vel ante, vel poſt habitus religioſi ſuſceptionem mox præſtandam, ſiue cenſuræ illæ generatim, ſiue nominatim latę fuerint, modo tamen offenſæ parti ſatisfactum ſit; hoc autem cautè faciendum eſt, ne epiſcopi ad indignationem prouocentur; neque neceſſe eſt abſoluendos prius excommunicatos flagellare, quinquageſimũ pſalmum recitando *ita Peyrinus tom*. 1. *priuil. fol*. 86. *num*. 30. *Melphien. Conſtit. c*. 2. *ſtat*. 14. *Rodriq. tom*. 1 *q*. 20. *art*. 11.

28 Ijdem

30 Iidem Religioſi præſules abſoluere valent ſubditos ſuos, qui Sanctimonialiũ clauſuram ad malum finem violauerint, vel qui ſimoniæ labe ſe contaminauerint, ſiue ante, ſiue poſt religionis profeſſionem, & cõtractam ex ſimonia irregularitatem ſiue ante, ſiue poſt celebrationem, ſiue in beneficio, ſiue in ordine omninò tollere. eos etiam abſoluere poſſunt, qui interdicti cauſa fuerunt. Ipſi etiam ſuperiores eligere ſibi poſſunt confeſſarios à quibus abſoluantur à peccatis, & cenſuris, à quibus ipſi abſoluendi poteſtatem habent ſiue in cœnobio, ſiue extra. *Peyrin. tom. 2. priuil. fol. 267. Melphien. l c. q. 7. & 8. F. Toranius v. abſolutio nu. 2. 14. 15. 16.*

31 Confeſſarij Regulares gaudentes priuilegiorum communicatione ab aliquo antiſtite ordinario approbati, atque à ſuis moderatoribus ad id munus deſignati, quandocunque iter agunt ſiue in terra, ſiue in mari poſſunt quorumlibet Chriſti fideliũ confeſſiones audire, modo id non faciant in oppidis, aut locis in quibus ordinarij antiſtites ſunt ſine eorundem conceſſione, *hoc priuilegium conceſſit Eugenius IV. Fratribus Minoribus, & Gregorius XIII. Patribus Ieſuitis, Roderic. tom. 1. q. 59. art. 5. Sorbus in Comp. Spinatiola, Toranius.*

32 Fratres Minores ad audiendas tantum Fratrum confeſſiones admiſſi poterunt etiam audire confeſſiones Tertiariorum Monaſterio deſeruientium, eiuſque ſuperiori ſubditorum, non poſſunt vero excipere confeſſiones monialium tertij ordinis, quæ *Bizocara* vulgo dicuntur, niſi ab ordinario ad audiendas ſecularium confeſſiones admiſſi fuerint, *Sacra Congreg. Regul. die* 20. *Decembris ann.* 1616.

## De obligationibus Confeſſarij, quod ad audiendos, interrogandos, & monendos confitentes, & ſupplendos defectus confeſſionum. Cap. LXVII.

1 Confeſſarius, vt munus ſuum licitè exerceat, ſi alicuius lethalis culpæ conſcientia premitur, debet omnino ante quam pœnitentem abſoluat, propter Deum ſcelus ſuum vehementer deteſtari, ad tantum miniſterium non eſt neceſſe, vt præuia confeſſione Sacramentali ſe præparet, ſi ſperet fore, vt per contritionẽ Deo recõcilietur antequam abſolutionem impendat. interim non peccat audiẽs confeſſionem, vel imponens pœnas ſatisfactorias pœnitenti a ſolum enim abſolutione perficitur ſacramentum, confertur gratia, debet præterea confeſſarius excepto mortis periculo eſſe omnis cenſuræ, & irregularitatis expers a nam, etiamſi aliundè Dei gratiam recuperaſſet, adhuc canonico impedimento teneretur, quominus abſque graui culpa pœnitentiæ Sacramentum adminiſtraret. quinimmo, ſi quem à peccatis abſolueret, cenſura ligatus, ſe irregularitate obſtringeret, quia actũ ordinis exerceret, quod etiam ad reliqua ſacramenta extenditur, vt in tractatu de cenſuris diximus. a *Lugus d. 8. de ſacram. ſ. 9. Henriq. l. 6. cap. 18. Diana p. 1. tract. 7. r. 47. Auerſa q. 16 ſ. 10. & alij contra Suarium Bonac. ſ. 2 p. 2. § 3. Poſſeuin. c. 45. num. 41.*

2 Qui-

Digitized by Google

2 Quilibet Sacerdos, nullo excepto, hominem in extrema neceſſitate, ſeu in periculo mortis volentem confiteri audire, & abſoluere debet. vnicuiq; enim Deus de proximo ſuo mandauit. immo etiam cum periculo vitæ, vt tempore peſtis, ſi opus ſit, pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrandum eſt indigenti à quocunque Sacerdote etiam ſimplici, vel excommunicato, ſi proprius confitentis Parochus abſit, vel nequeat, niſi alij adſint miniſtri, alioquin graue ſcelus à nolente illud adminiſtrare committitur. nam *& nos debemus pro fratribus animas ponere* (Ioannes 3.) fideles ſunt vnius myſtici corporis membra, & vnum membrum debet perferre minus malum ad auertendum maius malum ab altero membro, ergo etiam cum periculo vitæ ſaluti æternæ periclitantis ſuccurrendum in extrema neceſſitate ſalutis ſpiritualis priuati obligantur. maximè Parochus, *quia bonus Paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis. D.Th.* 2.2.*q.*26.*art.*5. *Valentia d.*3. *q.*4. *Reginal.l.*4.*num.*359. *Nauar. c.*24. *num.*11. *Cutilus*, *Auerſa q.*16.*ſ.*11. *Mancinus in pract. Reginal. l.c.n.* 360. *Filliuc.tr.*28.*num.*36. *Malder. eadem ratione*.

3 Laici, vel Clerici debent vocare Sacerdotes ad audiendas confeſſiones fidelium in extrema, vel etiam graui neceſſitate ſpirituali ipſorum. Sacerdos ſimplex vocatus in neceſſitate à monialibus ad audiendam confeſſionẽ monialis moribundæ monaſterij clauſtra abſque conceſſione ſuperioris ingredi debet. quia agitur de ſalute animæ, & hoc eſt ſecundum mentem antiſtitis, ac Summi Pontificis, qui pro minori cauſa concedunt ingreſſum in Monaſteria, vt cæmentarijs, olitoribus, alijſque artificibus. *Rodriq. tom.*1.*q.*17.*art.*4.*cap* 2. *Sorbus in comp.t. ingredi Monaſterium. Cutillus in pract.* 4. *diſt.* 8.

4 Confeſſiones ſubditorum audire debet Parochus, vel qui eius vicem gerit, Parocho deficiente, vel abſente, quando ad ſatisfaciẽdum præcepto Eccleſiæ, aut fortè ex voto, vel ob remedium animæ ſuæ neceſſariũ, aliaue de cauſa confitendi obligatione tenentur ſubditi. quando vero non ex præcepto, ſed ex ſola deuotione infra annum confiteri volunt, Parochus, eiuſue Vicarius non tenetur ex officio, aut ex iuſtitia eorum confeſſiones excipere, quia vbi non vrget neceſſitas, nec obligatio ſubditi, nulla tenet obligatio miniſtrum, niſi id exigat rationabilis cauſa, vt conſequendi Iubilæi, vel Plenariæ Indulgentiæ, ſi deſint alij confeſſarij Sacramentum hoc adminiſtrare parati, vel ſi pœnitens ab aliquo mortifero crimine, quod patrauit, abſolui poſtulet, vel ſi periculum graue mortis ſubiturus ſit. officio ſuo tamen ſatisfacit Parochus qui per delegatum à ſe Sacerdotem ſubditis petentibus, ſeu indigentibus Sacramenta miniſtrat. nam qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. niſi fortè Paſcatis, vel mortis tempore quiſpiam Parocho ſuo confiteri velit, ac poſtulet. nam iure ſuo ab illo petere poteſt hoc Sacramentum, vt præcepto ad literam ſatisfaciat nolens vti poteſtate conceſſa confitendi alteri. Vt medicus ſtipendio cõductus ex officio gratuiter ægrotantem hominem debet, quoties opus eſt, curare, alioquin grauiter peccat, ita Parochus ratione beneficij, ſeu ſtipendij laborantes grauibus peccatis animas ſibi commiſſas curare debet; maximè ſi pingue ſtipen-

pendium ex parochiali ſacerdotio accipiat. idcircò valdè probabilis eſt ſententia aſſerentium teneri Parochū audire ſubditorum confeſſiones, quoties id ipſi non importunè, non imprudenter, non indiſcretè requirunt. *a* vel niſi Parochus aliquo graui, vel vtili negotio impediatur. tunc enim in aliud tempus differre poteſt auditionem confeſſionis. non peccaret tamen grauiter, ſi quando, vt ſemel, bis vè nollet alicuius confeſſionem audire *b* niſi vrgeat neceſſitas, & confeſſio differri poſſit. probabile etiam videtur confeſſarium delegatum, vt Regularem nolentem vnquam exercere miniſterium confeſſionis grauiter K peccare. *a Syluest. v. confeſſ.* 1. *q.* 18. *Armil. Medina, Reginald. lib.* 1. *nu.* 81. *Riccard. & Poſſeuinus de Curato c.* 3. *q.* 7. *Diana p.* 2. *tr.* 16. *r.* 2. *ex cap. Omnis. a Sot. d.* 18. *q* 4. *art.* 2. *Vaſq. q.* 93. *art.* 3. *d.* 6. *Suar. d.* 32. *ſ.* 1. *Lug. d.* 22. *Bonacina q.* 7. *p* 4. § 2. *Adrian. Nugn. Valent. quaſt.* 10. *part.* 3. *Azor. Molfeſ. Bonuinum, Auerſ. q.* 16. *ſect.* 11. *b Nugn. Suar. Auerſ.* K *Bord. r.* 34. *q.* 21.

5 Quando confeſſarius animaduertit pœnitentem, ſufficienter non diſcuſſiſſe conſcientiam ſuam; debet eum interrogationibus adiuuare, vt integrè confiteatur, vel dimittere ad reuocandum in memoriam peccata, vt eorum mox integra confeſſio ab eo fiat. ſi vero pœnitens conſcientiam diſcuſſit, quantum debebat: attamen ob inſcitiam; vel obliuionem peccata ſua exactè non explicat. à Sacerdote interrogandus eſt iuxta conditionem, & ſtatum ipſius. confeſſarius enim in ſpirituali foro iudex debet diligenter inquirere delicta rei, & exigere integram confeſſionem, cum per tempus licet. *ex cap. Omnis, S. Thom. in* 4. *diſt.* 19. *Magiſter ſentent. D. Antonin. Canus Suar. d.* 32. *ſ.* 7. *Auerſ. contra Sotum num.* 4. *d.* 18. *& alios* dicentes officium Sacerdotis eſſe audire, non autem interrogare. ſi autem ex modo, quo pęnitens confitetur peccata ſua, conijciat ſacerdos illum non integrè in præteritis cōfeſſionibus peccata ſua explicaſſe, & bona fide credere ſe bene confeſſum fuiſſe, non debet Sacerdos de præteritis ipſius confeſſionibus ſolicitus eſſe, ſed relinquere in bona fide, maximè ſi fructum admonitionis non ſperet. *Diana p.* 5. *tr.* 13. *r.* 84. *Marchant. tr.* 5. *c.* 2. *q.* 7. *Auerſ. l. c.* ſi confeſſarius aliundè ſciat peccatum aliquod pœnitentis, quod ipſe non confitetur, debet eum de eodem crimine interrogare, & poteſt etiam dicere ſe illud aliundè ſcire, modo nullum damnum, vel periculum indè timeatur, nec ex confeſſione aliorum id didicerit. quod ſi pœnitens illud omninò ſe feciſſe inficietur, non eſt deneganda illi abſolutio, ſi illud ſciatur ex aliorum confeſſione, vel etiam extra confeſſionem, quando exiſtimari poteſt eum illud iam confeſſum fuiſſe, vel ex cauſa, quam ipſe iuſtam putet, ſilere; ſic quando non habetur notitia illius peccati, niſi ex aliorum relatione, ſtandum eſt dictis pœnitentis. ei tam pro ſe, quam contra ſe loquenti in ſacramentali confeſſione credendum eſt. in dubio nemo malus cenſendus. verum ſi ſacerdos eum ante cōfeſſionem certò ſciat peccaſſe mortaliter, & tamen interrogatum ſcelus abſque cauſa rationabili ſilere, tunc abſoluere illum non debet *a* ſic quibuſdam abſoluendus non videtur, qui de crimine accuſatus, ac teſtimoniis conuictus, ac damnatus

con-

confiteri Iudici non vult crimen, quod ſe verè commiſiſſe ſacerdoti confitetur. adhoc enim confitendum in iudicio conuictum reum obligari probabilior ſententia docet. μ Veruntamen eum abſoluendum eſſe à Sacerdote nonnulli probabiliter dicunt. γ, quando ille crimen in iudicio ad infamiam vitandam negat, & ego illum abſoluerem. λ *Suar. d. 32. ſ. 3. Syluius, Henriq. Fagun. Sancius d. 8. nu. 6. Molfeſ. Homob. P. Sot Sylueſt. Reginal. l. 8 num 20 Laym. Vidal. Bonacin. Viuald. Fillinc. Auerſ. q. 16. ſ. 11. contra Megal. Dianam p. 3. tr. 4. reſ. 105. μ Suar. de fide d. 23. ſ. 2. Sanch. Decal. c. 7. num. 10. Auerſa l. c. contra γ Hurtad. d. 86. ſ. 2. Poriel. v. reus*. nonnulli etiam aſſerunt confeſſarium poſſe ſub conditione abſoluere pœnitentem, quem certo ſcit mentiri, & abſque iuſta cauſa ſilere peccatum, ſi hoc ſciat, vt priuatus extra confeſſionem, non vt Iudex in confeſſione. tunc enim iudicat ſecundum allegata, & probata. *Vidalis inq. 5. contra communem ſententiam.*

6 Sacerdos ſcientiæ ad excipiendas confeſſiones neceſſariæ expers grauiter peccat, ſi abſque neceſſitate confeſſiones audiat. k quia exponit ſe periculo errandi, & non adminiſtrandi ritè ſacramentum, & illud irritum faciendi. mortalem etiam culpam committit Præſes, vel Superior, qui illum ad tantum miniſterium admittit, vel exponit, vel confeſſiones audire ſinit ρ multo magis, qui iubet eum munus exercere confeſſarij). immo id præcipienti Præſuli obedire non debet ſubditus, qui ſe ignarum, & ineptum ad tale miniſteriū agnoſcit, σ quamquam ſi ſolum dubitet ſacerdos, an ſit idoneus ad illud, præſtare poteſt fidem ſuperiori aſſerenti eum aptum adhoc eſſe, eique id iubenti obediendo, & audiendo confeſſiones non peccat. k. ρ *Nau. c. 4. nu. 19. Bonac. d. 5. q. 7. p. 4. §. 2. Vaſq. Suarez Henriq. Geſual. tr. 24. c. 2. ρ σ ijdem Doct. Suar. d. 28. ſ. 2. num. 7. Nau. & alij.*

7 Sacerdos ſacramenti huius miniſter conſiderare debet, an, qui vult illud ſuſcipere, ſit rectè paratus, vel perfecta, vel imperfecta peccatorum deteſtatione; & propoſito vitādi peccata. Hoc autem deprehendet ex ſignis, aut verbis eiuſdem pœnitentis, vel prudenter iudicabit ex conditione, & ſtatu eiuſdem, vel debebit ipſe interrogatione, & admonitione id ab eo exigere exhortando pœnitentem ad dolendum de peccatis, ad firmiter proponendum in poſterum à culpis abſtinere, diuinas, & Eccleſiaſticas leges obſeruare; proximas peccandi occaſiones, quantum poteſt, vitare. quod ſi illum ad hæc diſpoſitum non videt, non debet abſoluere; alioquin non ſacramentum, ſed ſacrilegium fiet; non valida erit confeſſio, ſed confuſio. præterea admonebit eū de obligationibus, quibus tenetur, vel reſtituendæ famæ, vel rei alienæ, vel adimplendi votum, vel iuramentum, aut promiſſa, perficiendi iniuncta pœnitentia nondū expleta, vel tollendi ſcandalum, vel reſarciendi damna aliJs illata, vel corrigendi peccantes, vel iuuandi indigentes, ex charitate, vel iuſtitia, ſeu ex officio, vel deferendi alicuius delicta vergentia in damnum communitatis, vel innocentium, quæ ipſe non poſſit impedire, vel quando ſuperiorum vrgent præcepta; vt denuncientur ipſis hæretici, blaſphemi, venefici, & confeſſarij ad turpia ſollicitantes. admonere debet ſacerdos pœni-

Digitized by Google

pœnitentem, & docere neceſſaria ſcitu, quæ illæ ignorat, niſi timeat, ne admonitio nocitura ſit ei, qui manens in aliquo ſtatu ob ignorantiam inuincibilem excuſabatur, vt ſi fortè animaduertat ſacerdos matrimonium irritum eſſe, timeatque, ne pœnitens permanſurus ſit in eodem ſtatu, vel periculo continuandi coniugales actus, vel ne ex coniugum ſeparatione magnum ſcandalum oriatur, vel infamia, vel filiorum detrimentum; tunc enim Sacerdos diſſimulare debet, & dicere, ſi opus ſit, coniugem peccare non reddendo debitum, & reprehendere non reddentem, dum non poteſt illi inualiditatem matrimonij vtiliter aperire. nam ſtante bona fide debent coniuges ſibi mutuo debitum ſoluere. verum ſi inualiditas matrimonij proueniat ex impedimento, quod à Summo Pontifice auferri poſſit, debet confeſſarius, ſi poteſt occultè impetrare impedientis iuris relaxationem, quam diſpenſationem vocant: eaq; obtenta pœnitenti indicare ſimul defectum, & remedium. eoq; per nouum conſenſum adhibito matrimonium validum reddere. neque etiam admonendus eſt pœnitens, vt relinquat hæreditatem, quam bona fide poſſidet, vel vt ab illo contractu inualido, quem ille validum credit, deſiſtat, ſi nihil profutura, ſed potius nocitura admonitio credatur. *ne effundas ſermonem, vbi non eſt auditus*, verum ſi confeſſarius comperiat aliquem ſacerdotali ordine inualidè initiatum bona fide ſacramenta miniſtrare, quæ nequit, debet illum admonere, etiamſi timeat, ne ille in tali miniſterio perſeueret; credere enim poteſt eum aliquando ceſſaturum. hic enim dum exercet ordinem, quem non habet, toti Reipublicæ graue damnum infert. *Sum. diſp. 32. ſ. 4. Lug. d. 22. ſ. 2. §. 1. Sanch. l. 2. matr. d. 38. Pontius, Auerſa, Villal. Layman. l. 5. tr. 6. c. 13. Diana p. 3. tr. 4. reſ. 80. & alij.*

8 Quod ſi confeſſarius dubitet, an admonitio ſit profutura, vel nocitura, partem magis veriſimilem, vel maioris, aut minoris damni cauſam futuram conſideret, & eam eligat, quæ inter ſpem remedij, & timorem damni vtilior, tutiorque videtur. caueat tamen ſacerdos, ne ſi de rei veritate interrogatus eam diſſimulet, eius diſſimulatio; vel ſilentium non accipiatur à pœnitente, tanquam approbatio, vel confirmatio partis, in qua ille erat. tunc enim veritas aperienda eſſet. ſed ſi credat diſſimulationem ſuam nihil operaturam, & manifeſtationem veritatis periculoſam fore, tacere, ac diſſimulare debet ſinendo pœnitentem in bona fide manere. *R. Auerſa q. 16. ſect. 12. & alij.*

9 Confeſſarius pœnitentem in cauſa capitali monere debet, vt obligationi ſuę ſatisfaciat, etiamſi inde mors alterius iuſta ſecutura ſit, ſcilicet reũ criminis conuictum monere oportet, vt crimen confiteatur, teſtem vt homicidam, furem, hæreticum, perduellem accuſet, Iudicem, vt reum mortis ſecundum leges damnet, Miniſtros, vt capitalem ſententiam exequantur. confeſſarius enim officio ſuo non ſatisfacit, niſi pœnitentem admoneat, vt ea præſtare paratus ſit, ſine quibus officio ſuo, vel iuſtitiæ non ſatisfacit, nec abſolutionis capax eſt. at idem eſt dicere Iudici, Miniſtroque Iuſtitiæ, vt faciant ſecundum præceptum legum in capitalibus cauſis, ac dicere, vt capite reum damnet, & plectat; idem eſt implicitè, ac explicitè aliquid di-

Digitized by Google

dicere. neque ideo irregularis fit confeſſarius, nec alius vir doctus, qui conſultus iudicem doceat, quomodo in reos mortis animaduertere debeat, quia irregularitas ex defectu lenitatis ſolum iure ſtatuta eſt in eos, qui tanquam miniſtri iuſtitiæ, vel ſpectantes ad iudicium cooperantur ad necem reorum, non vero in eos, qui detegunt maleficium, latronem, ſceleris authorem. niſi teſtimonium contra eum in iudicio ferat. *Turrianus 2. 2. d. 93. d. 2. & lib. 9. de Cenſuris d. 66. d. 4. Vaſq. Diana p. 3. tr. 5. r. 80. Lug. d. 22. ſ. 2. §. 1. Auerſa q. 16. ſect. 12. contra Auilam par. 1. d. 5. ſ. 2. n. 6. Henriq. Cruc. Bonac. decens d. 7. q. 9. p. 1.*

10 Poteſt confeſſarius pœnitentem interrogare de conſuetudine peccandi, vt melius cognoſcat ſtatum pœnitentis, & propoſitum peccata euitandi, vel an peccatum ſit reſeruatum, vt blaſphemia, quæ alicubi reſeruatur, vt Venetijs cum ex conſuetudine proferri ſolet, non ſi ſemel, aut bis prolata fuerit, etiamſi ante aliam confeſſionem tale peccatum ſæpius cõmiſſum fuerit. quia non reſeruatur niſi illa conſuetudo, quæ ex ſe eſt materia neceſſaria confeſſionis, talis non eſt illa, quæ iam fuit ſubmiſſa clauibus. Ad conſuetudinem ſpectat blaſphemia quinquies prolata ex quodam habitu diuerſis temporibus, hanc fateri neceſſe eſt, vbi talis reſeruatio viget, ſecus vero vbi non reſeruatur, quia conſuetudo non mutat ſpeciem. *Suar. d. 22. ſ. 4. Vaſq. q. 91. Homobon. de caſ. reſeru. p. 2. cap. 1. Lazarius q. 8. S. Hueſt. Henr. Lug. d. 16. ſ. 4. Bonacin. Regin. Diana p. 1. tr. 7. r. 15.*

11 Confeſſarius pœnitentem ritè confeſſum, & paratum ſtatim abſoluere debet. nec abſolutionem differre licet; niſi iuſta, & rationabilis cauſa id poſtulet, qualis eſt quando confeſſarius putat quidem pœnitentem eſſe diſpoſitum, ſed ſtatim poſtea in eadem peccata relapſurum; quia ſcit eundem antea identidem in eadem peccata relapſum eſſe, nec iuſtam ac promiſſam reſtitutionem feciſſe, nec iniunctas ſibi antea pœnitentias, & acceptatas egiſſe, vel eum manere in proxima peccandi occaſione, quam vt deſerat, præſtat abſolutionem differre, & ſic cogere illum ad reſipiſcendum, ad reſtituendum rem alienam, ad implendum votum, & poſtea redeuntem abſoluere; ſicut enim alia remedia præſeruatiua, ita & hoc adhibere licet ad quindecim dies, & quandoque ad menſem differri abſolutio poteſt. deinde curandum eſt, vt pœnitens reuerſus ſe accuſet generatim de omnibus peccatis antea expoſitis, & ſigillatim, vel diſtinctè de culpis per obliuionem omiſſis, & de commiſſis denuo. caueat tamen confeſſarius, ne indiſcretè abſolutionem differat, vt quando pœnitens ob comitatum ſuorum Euchariſtię ſumendę neceſſitate quadam tenetur, vel quando timetur, vt poſtea ſit rediturus, neue in plura, & grauiora peccata relapſurus. *Tolet. l. 3. c. 18. num. 1. Lug. de pœnit. d. 14. ſ. 10. Suar. Graff. Henriq. Sanch. Dec. l. 2. c. 32. Sayrus, Em. Sa Bannes. Auerſ. q. 16. ſ. 12. Ledeſ. Delr. Villal. contra Sancium, Dianam p. 1. tr. 7. r. 55.*

12 Defectus varij in confeſſione contingere poſſunt, vel circa materiã, vel formam, vel intentionem, vel iuriſdictionem, vel ſcientiam miniſtri; ſi defectus à confeſſario ſupplẽdi ſunt; ſi pœnitens non interrogatus à confeſſario peccata aliqua mortalia omiſit;

fit; ſi ſpontè ad confitendum redeat, monendus eſt, vt omiſſa peccata explicet, & ea, quæ confeſſarius aliundè nouit, & videt a pœnitente omitti. ſi vero hic non rediturus putetur, & notus eſt confeſſario, qui fuit cauſa, vt nonnulla neceſſario explicanda omitteret dicendo talia non eſſe confitenda, debet ab eodem conueniri, & ſi ſcandalum, aut detrimentum nullum immineat, monendus eſt, vt confeſſionem reſarciat. ſed ſi confeſſarius non fuit cauſa defectus, ſed per imprudentiam, vel negligentiam eum non interrogauit, non peccabit, ſi eum non conueniat. valida enim confeſſio fuit, & omiſſa indirectè abſolutione deleta ſunt. *Medina, Vaſq. Fernandes* dicunt admonendum eſſe pœnitentem, negant vero *Suarez, Lug. Nugn. Dian. tr. 15. r. 7. Filliuc. tr. 3. c. 12. q. 7.*

13. Si Sacerdos iuriſdictione carens aliquem à reſeruatis abſoluit, ab antiſtite facultatem abſoluendi illum petere debet, ac pœnitentem deinde aduocare, & monitum de defectu iterum à peccatis reſeruatis abſoluere, quando id abſque periculo, & detrimento famæ ſuæ poteſt, vel vltro accedentem ad ſe monere debet, vt de peccatis in ſuperiore confeſſione explicatis iterum ſe accuſet, eumq; pœnitentem abſoluere. idem etiam faciendum eſt à ſacerdote, qui neceſſariam abſolutionis formam non integram protulit, vel abſque intentione abſoluendi. ad ſupplendum defectum ſubſtantialem ſacramenti ſcienter, & mala fide commiſſum obligatur confeſſarius etiam cum propriæ famæ detrimento. *Io. Medina de conf. q. 99. Corduba, Sotus, Faberd. 19 q. 1. Suarez d. 32. ſect. 6. Coninck. Nugn. Syluest. Conrad. Poſſeuin. Diana p. 1. tr. 5. r. 60.* non poteſt tamē abſens abſolui à peccatis α. à Cenſuris vero poteſt β ſi tamen pœnitens parum diſtet, & videatur à confeſſario, abſoluendi à peccatis poteſt, & ſuppleri defectus, vt quādo propter obliuionem non abſolutus γ diſceſſit. α β *Auerſa q. 16. ſ. 13. & citati contra Nauar. D. Anton. Sylueſt. v. confeſſ.* γ *Ochagau. q. 41. nu. 6. Diana p. 5. tr. 13. reſ. 56.*

14. Sacerdos, qui pœnitenti non imperauit alienæ rei reſtitutionem, ſiue ex inaduertentia, ſiue ex malitia, ſiue ex obliuione, non tenetur obligatione reſtituendi. α quia confeſſarij officium eſt conſulere non bono temporali, ſed ſpirituali pœnitentis. ſecus vero, ſi conſilium dedit pœnitenti, ne reſtituat, vel falsò docuit eum non obligari ad reſtitutionem. actu enim poſitiuo damnum intulit domino rei. ergo reſtituere debet eidem: idem dic de confeſſario, qui cauſa fuit, vt pœnitens bona fide rem alienam conſumeret, nec inde hic factus eſt ditior, nec tenetur, nec vult reſtituere. ille cauſam alterius damno dedit; ergo illud debet compenſare: excuſatur tamen ſacerdos, qui abſque culpa ſua bona fide, vel leuis negligentia deceptus falſo docuit pœnitentem reſtitutionis obligatione non teneri, & doctior poſtea factus pœnitentem dedocet, quod ante docuerat, & licet inueniat inhabilem ad reſtituendum, vel nolentem reſtituere, ipſe non tenetur, quia contra iuſtitiam non peccauit. ſicut qui abſque culpa accendit ignem, ex quo excitatum incendium maxima damna vicinis infert, illud quidem extinguere conari debet, non autem domino quidquam pro detrimento ſoluere. α *Suarez d. 32. ſ. 6. num. 8. Leſſ.*

*l. 2.*

Digitized by Google

*l.2.c.24.d.10. Azor.tom.3.l.4.c.16. Sanch.decal.l.1.c.6.num.5. Eman. Sà, Bonacin. Rebell. Lug. d.22. ſ.3. Malder. Dian p.1.tr.16.reſ.1. Filliuc.t.7.num.375. Valeat. Auerſa q.16.ſ.13. contra Gabriel. Nugn. Salon. Aragon. Zanard. Nauar. Roſellam, Sayr.l.10.c.14.num.16.Syln.*

15 Debet confeſſarius antequam abſoluat pęnitentem habere notitiam ſaltem confuſam peccatorum, vt poſſit tanquam Iudex ſententiam abſolutionis proferre, & ſatisfactorias pęnas imponere habita ratione peccatorum. propterea quãdo coram eodem Sacerdote confeſſio inualida repetitur, qui neque ſtatum pœnitentis, nec iniunctum piaculum recordatur, non ſufficit, ſi pœnitens vno verbo accuſet ſe de omnibus, quæ antea confeſſus eſt; & de ſacrilegio in ea confeſſione commiſſo. quia ad nouum iudicium noua cauſæ cognitio ſaltem confuſa requiritur. *ita Hurtad. d.8. d.8. contra Granad. in 3.p. contr.7. tr.9. Dian p 4.tr.4.reſ.203.*

16 Non debet Sacerdos extra necceſſitatem excipere confeſſionem fœminæ, cum qua Venerem habere conſueuit, licet huiuſmodi confeſſio nullo iure prohibeatur, quandoquidem adeſt periculum recidẽdi in peccatum, ratione cuius illicita, & inualida confeſſio reddatur, ideo ſpeciali decreto quibuſdã in Diœceſibus prohibentur Sacerdotes audire confeſſiones fœminarum, quibus cum peccarunt. probabilis eſt etiam ſententia aſſerentium inter confeſſarium, & pœnitentem oriri quãdam cognationem ſpiritualem neceſſario explicandam in confeſſione Venerei concubitus inter vtrumque habiti. a nam vt ait Symmachus Pontifex b *omnes, quos in pœnitentia accipimus, filij noſtri ſunt, vt in baptiſmate ſuſcepti,* c & Cœleſtinus Pontifex dicit k *ſi quis Sacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe.* a *Fagund. de II. precept.l.4. cap.3.nu.35.* c *Pontius, Lug. Io. Medina, Io. Sanch. d.11. num.16. dicens talem confeſſionem quandoque expedire. Dian p.5.tr.14.r.110.* a *D Th. in 4.d.42.q.1. art 2. Sotus q.1.art.2. Paludan. Gabriel. Greff. tom.1.l.4.n.2. Nugn. Coninch. Viguer. B. Ledeſm. Vuadd. Armill. Tab Zanard. Sanch. Matr.l.7.d.55. Homobon. Megal. Galleg. Fagund. Auerſ. contra Bonac. Vaſq q.91. artic.1. Filliuc. tr.10.nu.187. Sà, Souſam, Dian q.1 t.7.reſ.11. Pontium, Sancium, P.Fay, Petr Ledeſ.* b *c. omnes q.1.* k *c. ſi quis Sacerdos.*

17 Probabilis eſt ſententia aſſerentium Sacerdotem, qui læthali ſcelere obſtrictus abſque prævia peccati ſui deteſtatione, & dolore perfecto multorum ad ſe venientium confeſſiones audit, & abſoluit tot mortalia peccata committere, quot perſonis pœnitentiæ ſacramentum miniſtrat. vnumquodque enim ſacramentum ex ſe ab alio diſtinctum eſt. ergo totidem ſacrilegijs ille ſe ſe obſtringit, quoties Dei gratiæ expers alios abſoluit a culpis. idcircò numerum eorum, quibus ſacramentum confeſſionis in peccato læthali miniſtrauit, confiteri debet. *ita Azor.1.p.l.4 cap 4.q.6. Suar tr.4.d.22.ſ.5.nu 55. & alij contra Rodericum ſum. tom.2.c.44.nu.7 Fagund. p 1 l 3.c.5. Geſuald p.1.tr.24.cap.2.nu.25.* qui probabiliorem contrariam ſententiam vocat, ego non improbabilem cenſeo, quando confeſſarius vnico actu voluntatis continuato plures, vel ſimul, vel ſucceſſiuè abſoluit, ſecus

ſecus ſi diſtinctis, & pluribus actibus, vt plurimum euenit.

18 Malus Sacerdos indignè Sacramenta alijs bona fide ſuſcipientibus miniſtrans ſibi tantum nocet, modo habeat intentionem conficiendi ſacramenta, & tanquam fax dum igne conſumitur, alijs lucens oſtendit iter. peccaret tamen grauiter, qui abſque rationabili cauſa malum ſacerdotem ad miniſtrandum, & conficiendum Sacramentum induceret, & ſi ab eo abſolueretur, irrita eſſet abſolutio in ſuſceptore male affecto, gratiam excludente peccato. bonitas ergo, ac fides miniſtri ex ſe non eſt neceſſaria ad valorem ſacramenti, ſed ad licitam adminiſtrationem, quia ſacramenti miniſter operatur diuina virtute, & poteſtate à Deo accepta, quæ etiam in peccatore eſſe poteſt. nam per peccatum non amittitur character, nec poteſtas ordinis, ſed in indigno etiam perſeuerant, actum validum faciunt poteſtas, voluntas, & modus. hæc autem in malo miniſtro ſunt. *ita D. Thom. in 3. p. q. 6. art. 5. Regin. l. 1. Sayr. de pœnis cap. 26. Filliuc. t. 7. c. 9. q. 8. Bonac. d. 5. q. 7. & d. 1. q. 3. Geſuald. l. c. Laym. l. 5. tr. 1. cap. 5. num. 6. Vaſq. Peſant. Suar. Bellarmin. Valentia, Regin. Coninch. Sot. M. Ferchius in 4. d. 5. cap. 1. Vidal. t. 2. inq. 1. num. 9.*

19 Quando aliquis caſus, vel difficultas occurrit, quam confeſſarius neſcit ſtatim diſſoluere, ſed indiget conſultatione, vel maturiore diſcuſſione, ſi pœnitens promittat ſe facturũ, quod prudentes, & periti viri faciendum eſſe iudicabunt, vel quod Doctores decernunt, abſolui poteſt. ſi verò Sacerdos dubitet, an pœnitens ſit aliquo excommunicationis vinculo innodatus, conſulat prius libros, vel peritiores ſe, quam illum abſoluat. videat, an abſoluendi poteſtatem habeat, an nec ne. *Nau. c. 26. num. 3. Henriq. c. 26. num. 6. Coninch. Bonacin. Syluest. Suar. 28. ſ. 2. Bonon. p. 1. t. 24. cap. 2. Vaſq. 3. p. q. 93. Henriq. Suar. Nau. Bonac. Geſual.*

20 Moneat confeſſarius pœnitentem, vt proximam peccandi occaſionem euitet, ſi abſque notabili damno poteſt, alioquin alijs remedijs ieiunij, orationis, ac deuotionis ſe ſe præmuniat, vt nunquam ſolus vir cum ſola fœmina, quoad fieri poteſt, conuerſetur, & firmiter ſtatuat Deo adiuuante peccatis non cõſentire. quod ſi adhuc poſt frequentem experientiam in eadem peccata relabi ſoleat, adhuc abſoluendus eſt etiam non relicta occaſione. non enim denegatur abſolutio pœnitenti, qui ſemper in eadem peccata venialia relabitur, nec totam occaſionem aufert, etiamſi commodè poſſit. ergo nec deneganda eſt abſolutio confitenti peccata mortalia, quorum occaſio tolli commodè non poteſt. nam ſimul cum occaſione, & cum certitudine morali relapſus ſtare poteſt propoſitum non peccãdi, quod non minus requiritur in confeſſione venialium, quam mortalium. ratione autem grauis damni imminentis ceſſat obligatio occaſionis tollendæ. nec lethale peccatum eſt in illa permanere. ita autem ſe habet occaſio, quæ non ſine notabili damno tolli poteſt in peccatis mortalibus, ſicut quæ ſine vllo damno tolli poteſt in venialibus. ergo ſicut ab initio poterat pœnitens abſolui, ita & deinceps poterit, modo non deſit illi propoſitum reſiſtendi. quamquam prudens confeſſarius interdum merito dubitabit, an pœnitens



Digitized by Google

vere, & ex animo habeat propositum resistendi malæ tentationi, spectata conditione personæ, & qualitate peccati, vi occasionis, & ac toties repetito relapsu, qui contingere potest non solum ex occasione externa, ſed etiam ex interna fragilitate, & praua propensione, & consuetudine pœnitentis, tunc ille non absoluēdus est, nisi promittat vitare periculū peccati. quando autem occasio proxima peccandi sine magno detrimento vitari nequit, & non peccat pœnitens, si illam non explicet, nec confessarius ius habere interrogandi de illa videtur, & si pœnitens peccata sua detestetur, & statuat non amplius peccare, absoluendus est toties, quoties cum relapsu in pœnituerit, etiamsi nullus profectus appareat, quia hoc non est ſecte occasionem, [illegible] periculum, ſed permittere ad detrimentū vitandum; non sufficit autem ad excusandum permanentem in tali occasione leue aliquod temporale, & corporale detrimentum, ſed quod spectata conditione personæ vir bonus, & prudens valde graue esse censet, talis a Sanchio existimatur amissio centum aureorum, si Concubina expellatur. posset tamen aliquando absolui concubinarius, licet non eijciat concubinam, quando cessat periculum relabendi, vel quia deformis cœdota est aut morbum grauem contraxit vel cognationem cum eodem iniuit, vel aliquod graue impedimentū superuenit. quando autem pœnitens debet omnino deserere occasionem proximam peccandi, quamuis possit confessarius semel aut bis illum absoluere, antequam illam deserat, expedit tamen concubinarium cogere ad concubinam expellendam, antequam absoluatur: non solum enim Iudex est confessarius, ſed etiam medicus, qui ad præcauendos animorum morbos remedia adhibere debet, quale est dilatio absolutionis. quantumuis enim contritionis, & boni propositi signa in pœnitēte agnoscat, nihilominus timere potest, vt ille occasionem peccandi remoueat, si illum ante eiectionem concubinæ absoluat, vt sæpè accidere in alijs experientia docet. quinimmo concubinarius non eijciens concubinam non est absoluendus, etiamsi absit periculum recidendi, quando adest scandalum aliorum, quod aliter tolli nequit, quam eijciendo concubinam, vel fœminam, quæ à populo concubina falso iudicatur, nam etiam à criminis specie, vel vmbra cauendum est. neque etiam ille absoluendus videtur, qui postquā domo pellicem eiecit solus eiusdem frequētat domum etiam causa alendi filios, & quia periculo se exponit cum scandalo aliorum. quando per alios potest alimenta illis præstare, vel domum illius cum comitibus ingredi, vt scandalum, & periculum cesset. debet autem filijs alimenta ferre, si per alios mittere, vel suggerere non potest: nec ideo dabit scandalum actiuū, cæterum non modo proximam, ſed etiam remotam peccādi occasionem fugere expedit, ideo Iob dicebat *pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine* (Iob 31.) & Christus Dominus apud Matthæum (18.) *si manus tua* inquit, *vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te; si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* nemo tamen omnes tollere occasiones remotas peccandi valeat: hoc enim in hominum commercio difficillimum, ac quasi *moraliter* impossibile; *alioquin in-* quit

quia Paulus Apoſtolus, *debueratis de hoc mundo exiiſſe* (1. Cor. 5.) Eccleſiaſticus 17. de proxima occaſione peccati dicit, *qui amat periculum, in illo peribit*, non vero *qui non fugit*, quia non ſemper fugere poſſumus. *Rinaldus 2. de abſolut. § caſus Epiſcop. n. 43. Ioan. Sanctius d. 10. n. 16. Ioſeph de Horta cap. 10. num. 35. Io. Lug. d. 16. ſect. 10. Auerſa quæſt. 13 ſect. 3. Diana aliorum auditum expectat part. 1. tr. 16. reſ. 47. contra Nauar. cap. 3. num. 21. Graff. part. 1. lib. 1. cap. 28. Suar. diſt. 32. ſect. 2. Reginal. tom. 1. lib. 8. num. 19. & Sanch. loc. cit. contra Caſtrum Palaum tom. 1. tr. 1. diſt. 2. part. 9. Diana p. 5. tr. 12. reſ. 108. & Megala contra binum num. 6. & Beia part. 1. c. 14. contra Sanctium d. 40. nu. 9. Caſt. Palaus part. 9. § 5. Diana loc. cit. Cortonus, & alij plurimi. ſed de Officio Confeſſarij alibi* [illegible] *diſſerui.*

## De obligatione ſeruandi ſigillum ſacramentale confeſſionis, & abſtinendi ab vſu notitiæ habitæ ex confeſſione ad externam gubernationem. Cap. LVIII.

1 Sacerdos culpas, earumque circumſtantias in confeſſione ſiue perfecta, ſiue imperfecta auditas ſub ſacro, & inuiolabili ſigillo tegere debet; etiamſi inuitus, & coactus pœnitentem peccata ſua enarrantem forte audierit. nam ſacramentale ſigillum oritur ex confeſſione etiam inuito Sacerdoti, & nolenti abſoluere facta, quia pœnitens abſque noua confeſſione abſolui poteſt. ſi moribundus Sacerdoti occurrens dicat, *accuſo me de furto, vel homicidio, abſolue me*: hæc eſt vera confeſſio, & ad ſigillum ſacrum obligat; etiam ſi ſacerdos non habuerit intentionem illius audiendæ. *Lugus d. 23. ſ. 2. num. 44. Diana p. 5. tr. 11. reſ. 34. contra Suarium d. 33. ſect. 2. Auerſam q. 18. ſ. 3.*

2 Non impeditur Sacerdos ſacramentali ſigillo, quominus loquatur de peccatis ante, vel poſt auditam eorum confeſſionem alia via cognitis. ſed ſolum obligatur ne ex habita notitia per confeſſionem, de illis loquatur, nec ex ea aliquam certitudinem, vel circumſtantiam addat: ne autem audientes credant ex notitia confeſſionis Sacerdotem de peccatis loqui, expedit dicere modum, quo illa nouit, vidit, vel audiuit ab alijs. & ſi vrgeret neceſſitas manifeſtandi ſcelus perniciosum Reipublicæ cognitum extra confeſſionem, non eſſet tacendum ad vitandum ſcandalum paſſiuum aliquorum falsò credentium eum loqui ex notitia per confeſſionem accepta. *D. Thom. in 4. d. 21. q. 3. art. 3. D. Bonauent. Medina, Nauar. cap. 8. nu. 15. Vaſq. q. 93. art. 4. Valen. q. 13. p. 4. Suar. d. 33. ſect. 3. num. 7. Auerſ. Pellizar. tr. 6. cap. 13. num. 17.*

3 Quamuis ſigillum ſacramentale propriè ad pœnitentis perſonam reſtringi videatur, ne vllum indicium de eius culpis præbeatur: attamen Sacerdos grauiter peccat contra naturale ſecretum, vel obligationem vitandi ſcandalum, ſi dicat religioſum illius Monaſterij, vel hominem illius Parochiæ, vel oppidi parui confeſſum fuiſſe ſibi hoc, vel illud peccatum; aut in illa ſodalitate, vel collegio abſolui quemdam a criminibus reſeruatis, loci enim famæ, & honori detrahitur, licet ſigillum non frangatur. *Nauar.*



Digitized by Google

*cap. 8. nu. 26. Henriq. Fagun. Vinald. Nugn. Syluius, Onuph. Dian. p. 1. tr. 15. r. 13. Megala p. 1. tr. 15. reſol. 13. Auerſ. q. 18. ſ. 4. contra Suar. d. 9. num. 16. Lug. d. 23. num. 63. Vaſq. Villal. Diana p. 5. t. 11. r. 35. Ledeſ. Martin. Bonac. q. 6. ſ. 5. p. 4. Filliuc. Turrian.*

4 Sub eodem ſigillo Sacramentali tenetur confeſſarius etiam Superior ſilere naturales defectus, quos pœnitentes ad explicanda ſua peccata non ſecus, ac circumſtantias peccatorum explicarunt, quia ex eorum manifeſtatione confeſſio odioſa redderetur: defectus verò, quos ipſe confeſſarius in pœnitente ex ſe deprehendit, vt prolixitas, vel difficultas loquendi, anxietas, ſcrupoloſitas, non comprehenduntur ſub ſigillo confeſſionis, ſicut nec ea, quæ non arguunt defectum, vt reuelationes diuinæ, beneficia, & virtutes pœnitentis; dignitas, nobilitas, paupertas, ſcientia. *Scotus in 4. d. 18. q. 4. Suar. d. 33. ſect. 5. Coninck. Granad. Onuphr. Bonac. q. 6. ſ. 5. p. 2. n. 10. Valent. Auerſ. Sà, Reginal. tom. 1. lib. 3. c. 4. Pellizar.*

5 Probabilius eſt Præſules, ac Superiores obligari ad celanda ſub ſigillo confeſſionis peccata reſeruata, à quibus abſoluendi poteſtatem confeſſarius pro pœnitente id rogante poſtulauit, vel quæ pœnitens ipſe Præſuli manifeſtauit, vt poſſet ab illis à confeſſario abſolui ſublata reſeruatione. Nam hæc eſt tanquam pars confeſſionis, & Præſes eſt tanquam miniſter idoneus ſacramenti; exercet enim poteſtatem clauium in ordine ad confeſſionem, cui adnexum eſt ſigillum ſacramentale. *ita contra Coninchum, Vaſq. q. 93. art. 4. d. 2. Hurtad. d. 12. d. 3. docens Villerian. 199. Suar. ſect. 4. Lug. d. 23. num. 34. Gra-nad. Præpoſ. Malder. Onuphr. Auerſa q. 18. ſ. 5.*

6 Eadem ſeruandi ſigilli ſacri obligatione tenentur illi, coram quibus pœnitens neceſſitate vrgente Sacerdoti confitetur. α huic enim ſoli, non alijs, qui ſecedere nequeunt, intendit peccata ſua confiteri; ſecus verò ſi pœnitens Sacerdoti quidem confeſſionis gratia, adſtantibus vero demiſſionis ſui cauſa peccata ſua fateatur, ita vt confeſſarius audiat ea tanquam vnus de adſtantibus. tunc notitia illa habita extra confeſſionem non clauditur ſub ſigillo. β ſi quis verò à Sacerdote confeſſionem alterius impiè reuelante aliena peccata audiuit, ea ſub ſigillo ſacro cælare. γ debet. α *Coninck. d. 9. num. 46. Lug. num. 39. Suar. d. 33. ſ. 5. nu. 12.* β *Io. Medi.* γ *Onuph. Kelliſon. Auerſ. & alij.*

7 Impietatis, ac ſacrilegij crimen committit quicunq; à confeſſario poſtulat, exigitue notitiam eorum, quæ ad confeſſionem ſacramentalem pœnitentis ſpectant, & dici non poſſunt abſque directa, vel indirecta ſigilli ſacri fractione, vt ſi quis à confeſſario exigat notitiam pecuniæ, alteriuſue rei à pœnitente ei confeſſo ſurreptæ, iniuſto titulo poſſeſſæ. Quandoquidem confeſſarius, nec verbo, nec ſigno poteſt culpam in confeſſione auditam directè, vel indirectè detegere. hoc eſt enim ſacrilegium graui pœna dignum, Idcircò rem illicitam petit, qui ab eo notitiam exigit eorum, quæ abſque ſacri ſigilli violatione dici, vel innui nequeunt, & hæc petere eſt odioſam confeſſionem reddere. cæterum confeſſarius, & quicunq; alius obligatur ad ſigillum ſacrum, vel ad Decretum Clementis Octaui prohibentis vſum notitiæ ex confeſſione,

po-

Digitized by Google

poteſt conſenſu pœnitentis cum quolibet alio loqui de rebus in confeſſione auditis, & cognitis abſque violatione ſigilli Sacramentalis. neque ad hoc neceſſe eſt, vt extra confeſſionem aliam notitiam eorum, quæ confeſſus eſt, tradat, ſed ſufficit, ſi pœnitens ſimpliciter dicat. *dico tibi extra confeſſionem, quæ in confeſſione dixi* abſque alia dictorum repetitione. ſicuti poteſt aliquis confiteri dicendo *accuſo me de omnibus peccatis meis, quæ tu extra confeſſionem noſti, vel quæ tibi narraui.* debet autem huiuſmodi licentia, ſeu conceſſio loquendi de auditis culpis in confeſſione eſſe omnino voluntaria, ac libera, ac clara, non vi, aut dolo, aut metu reuerentiali extorta, non inutilis, ſed vtilis; non ſufficit præſumpta, nec interpretatiua, nec ſub ſpe rehabilitationis. nec poteſt præcipere Superior pœnitenti, vt dicta in confeſſione extra illam reuelet; hoc enim libertati, & arbitrio pœnitentis repugnat. non eſt autem neceſſe, vt realis facultas reuelandi detur in ſcriptis, quia credendum eſt ſimplici dicto confeſſarij aſſerentis ſe habuiſſe licentiam à pœnitente, niſi contrarium appareat. Tutius tamen eſt eam in ſcriptis accipere. *ita D. Th. in 4. d. 21. q. 3. art. 2. S. Bonau. p. 2. art. 3. q. 1. Riccard. Sot. Adrian. Palud. Henriq. Henric. D. Antonin. 3. p. t. 22. §. 1. Nauar. cap. 8. num. 2. Sylu. P. Sot. Couarr. Archidiac. Cardinal. Alexand. Abbas, Felin. Aurſa q. 8. ſect. 7 Pelliz. tr. 6. cap. 13. nu 8. contra Alenſem, Scotum in 4. d. 21. q. 3. Gabrielem. Maior. Durand. Aureol. Angel. c. 1. 10. Medina quæſt. 49. de confeſſ. contra F. Pelliz. Aurſa tr. 6. c. 14. nu. 8. Graff. p. 1. deciſ. c. 24. nu 14.*

8 Poteſt, ac debet interdum confeſſarius præcipere pœnitenti, vt ipſe, vel per alium ſcelus aliquid deferat, ſeu denunciet ei, cui oportet, vt hæreticos, vel alios perniciem reipublicæ molientes, vel damnum innocentibus parantes, vel inferentes, vt manifeſtet res ablatas, vel amiſſas domino, vt confeſſarium, à quo ſollicitatus ad turpia fuit, accuſet. vt qui falſum teſtimonium tulit, illud retractet, vt ablatam alteri famam, vel rem alienam reddat, cui debet; quamuis alij hinc conjecturam facturi ſint eum iuſſu, monituue confeſſarij hæc, vel illa facere. Cæterum probabilior eſt ſententia aſſerentium illicitum eſſe confeſſario petere, & accipere à pœnitente notitiã ſocij, qui criminis particeps eſt, ad corripiendum eum, & procurandam eius emendationem, id enim confeſſionem odioſam reddit, ſacri ſigilli vim infringit, & ſacramenti inſtitutum ad alium finem detorquet, participes criminis offendit, & irritat potius, quam corripit, in ipſum pœnitentem odium concitat, denique non poteſt Superior, aut Iudex ex hac notitia, & facultate accepta à confitente ad publicam, aut iudicialem correptionem rei procedere. debet igitur confeſſarius monere pœnitentem, vt ipſe ſocium criminis fraterna charitate corripiat ſecundum præceptum Euangelicum. *ſi peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum.* ſi vero pœnitens nullum fructum emendationis ex ſua correptione ſperet; virum aliquem idoneum ad corripiendum illum adhibeat, & ſi hoc non ſufficit, rem ad Superiorem deferat iuxta illud *ſi te nõ audierit, adhibe teſtes; & ſi nec illos audierit, dic Eccleſiæ,* ſi tandem ipſe pœnitens iudicet confeſſarium ad hoc munus idoneum,



Digitized by Google

idque ſpōtè illi indicet, & cupiat adhibere ipſum, ſi te vera ſpes affulgeat medij, & emendationis, nec timeatur ſcandalum, poterit Sacerdos negotium prudenter in ſe recipere. Verum quemadmodum Confeſſarius poteſt petere, & accipere à pœnitente moribundo facultatem reuelādi ipſius debita hæredibus. k ita vt hæredes debeant credere confeſſario, & ſoluere æs alienum. k ita probabile eſt poſſe confeſſarium petere, & accipere licentiam corripiendi ſceleris ſocium à pœnitente. λ. verum res eſt periculoſæ aleæ plena. μ. *R. Auerſa q. 18. ſect. 7. ℣. Syluius q. 11. art. 2. cap. 1. Bannes, Rodriq. tom. 1. ſum. cap. 109. Lorca d. 45. num. 20. Ledeſma. P. Fay. Er. Longus p. 1. ſect. 3. art. 9. Malder. Diana p. 3. tr. 4. r. 113.* His contrarium etiam probabiliter docent λ *D. Th. D. Antonin. Capreol. Alenſ. Gabriel. Syluest. Armilla, Tabien. Sum. Piſana, Gerſon. Nau. Corduba, quos citat, & ſequitur Suar. d. 34. ſ. 4. Fagund. l. 5. de 2. præcept. k. Diana p. 5. tr. 11. r. 58. cum alijs Auerſ. loc. cit.*

9. Grauiter contra ſigillum confeſſionis peccat Sacerdos, qui ex notitia confeſſionis aliquid gerit, ex quo alij conijcere, aut ſuſpicari poſſint certum pœnitentis peccatum, aut indignitatem. μ. hoc enim eſt indirectè, & generatim factis indicare peccata in confeſſione cognita, eorumque grauitatem. ideò Sacerdos non poteſt coram alijs, qui ſiniſtram ſuſpicionem inde caperent, negare ſacramentum aliquod, vel ſubtrahere commercium illi, quem ex confeſſione agnouit indignum, aut anathema vitandum. ν nec Superiori ex tali notitia licet ſubditum ab officio amouere, vel ad aliū locum transferre cum periculo talis ſuſpicionis apud alios. Non modo enim violaret ſacrum ſigillum, ſed etiam Decretum Clementis Octaui editum ann. 1594. die 26. Maij, quod iuri naturali, & diuino innititur, habetq; vim præcepti obligantis tranſgreſſores ad lethalem culpam, vt conſtat ex verbo *Mandamus*, quod Pontifex vtitur, omneſq; & ſolos religioſorum Præſides cōplectitur non Magiſtros Nouitiorum. non videtur tamen obligare in omni euentu. ſi vſus ſcientiæ ex confeſſione acceptæ poſſit ſine periculo violationis ſigilli, & abſque pœnitentis grauamine haberi. videtur enim valdè durum Superiorem regularem, intelligentem ex confeſſione ſubditos ſibi nocte per aliquem locum exire à Monaſterio ad ſcelera aliqua committenda non poſſe id impedire ſub alio prætextu videlicet ibi aliquid ædificando, aut lignorum ſtruem erigendo. ſi alias id fieri poſſit ſine vlla aliorum ſuſpicione, vlloque pœnitentis grauamine, vt eius confeſſio fiat odioſa. conſultum tamen eſt in tali euentu petere conſenſum pœnitentis in iuſtum hunc, vel illum vſum ſcientiæ, vt omne periculum euitetur. K præterea ius poſitiuū cedit naturali iuri, vi cuius talis ſciētiæ vſus neceſſarius ſine ſigilli violatione eſſe poteſt. vt ſi quis præpoſito confiteatur ſe cum pluribus ſodalibus conſpiraſſe in eius necem, deindè ipſe, vel alius ex coniuratis poſtulet gladiū ab eodem. hic vitæ ſuæ timens negare illi gladium poteſt, ſi abſit periculum reuelandi confeſſionem. ſic Præpoſitus Regularium ſciens ex confeſſione ſubditi paratum ſibi, vel alteri venenum in vino conſecrando in Miſſa poteſt, ac debet ad vitandam propriam, vel alienam mortem, & ſacri-



Digitized by Google

legant irriuerentiam in Sacramentum ſibi ſponſolere; vel ceſſatione ſacri, vel alibi Miſſam celebrando, vel alio vino vtendo abſque violatione ſigilli. ita ſi confeſſarius à pœnitente cognoſcat in confeſſione ſibi ab eo cum alijs ſocijs paratas eſſe inſidias ad occidendum ſe in via, poteſt manere domi, vel iter mutando, declinare à loco inſidiarum aliquo honeſto prætextu. n. 9 *ita Doctores communiter, Auerſa q. 18. ſ. 8. Pelliz. tr. Manual. n. 6. cap. 13. Prapoſ. quæſt. 1. d. 7. num. 54. Lug. d. 23. num. 93. contra Gabr. in 4. d. 21. q. 1. art. 3. d. 2. n. Coninch. diſp. 9. de confeſſ. num. 68. Layman. lib. 5. tr. 6. cap. 14. num. 25. Pelliz. loc. cit. nu. 17. Sylu. Fumus, Sanch. Maior. Gabriel. Sotus, Fagund. precept. 2. Eccl. lib. 6. c. 2. num. 5.*

10 Soli Superiores Religioſi à Clemente VIII. prohibentur vti notitia habita ex confeſſione ad externum regimen non ſolum, quando ſubeſt periculū violandi ſigillum ſacramentale, ſed etiam quando talis vſus cederet in pœnitentis confuſionem, ac pudorem; non quando fiunt actiones, nec ex conſuetudine, nec ex natura ſua contrariæ ſigillo, ſed indiferentes ad varios modos operandi. quia ſacramentale ſigillum adeo ſtrictè obligat, ne pœnitentiæ Sacramentum ad animarum ſalutem inſtitutum reddatur oneroſum, atque odioſum, quale eſſet, ſi homines intelligerent ſe ex eius occaſione poſſe à Superioribus ſuis priuari officijs, atq; honoribus, tranſmitti ad alia loca, negari ſibi ſuffragia ad dignitates, & ordines, aliaq; commoda. ideò huiuſmodi actiones vitandæ ſunt, non vero illæ, quæ ex natura ſua non repugnant, neq; officiunt, confeſſionis ſigillo, neque ex conſuetudine ſunt manifeſtatiuæ confeſſionis, nec iuſtam occaſionem præbent vitandi pœnitentię ſacramentum. Ideò ſi religioſus Superior ex ſubditi confeſſione nouerit eum non eſſe Sacerdotem, poterit eum amouere ab officio confeſſarij, & ſi ſit opus, alio mittere quæſita externa cauſa magna tamen prudentia, ac circumſpectione adhibita. *Fagund. prac. 2. Eccl. lib. 6. cap. 3. num. 1. cum multis quos refert Armilla v. confeſſor. n. 7. Sanch. lib. 3. de matr. d. 16. n. 4. Bannes 2. 2. q. 33. art. 8. Richard. in 4. d. 12. n. 4. Regin. l. 3. nu. 33. Pelliz. tr. 6. c. 13.*

11 Magiſtri Nouitiorum, alijque Religioſi iure ferendi ſuffragij gaudētes ſi Nouitio, alijque Religioſo ob defectum ex confeſſione cognitum ſuffragium denegarent, quod licitè nonnulli fieri poſſe aſſerunt, non violarent Clementis VIII. decretum, ſed ſigillum ſacramentale, vt videtur, offenderent, per quod prohibetur quicquid oneroſam confeſſionem reddere, & homines ab ea auertere poteſt. tale eſſet, ſi religioſi ſibi perſuaderent ſe ob peccatorum ſuorum confeſſionē à conſequendis dignitatibus, officijs, & ordinibus arceri poſſe. *Vaſq. part. 3. tom. 4. q. 93. Portel. v. elect. Caſtellin. t. c. Sanch. Nau. in c. Sacerdos. Nugnus, Gutier. Henriq. lib. 3. cap. 23. Fagund. pr. 2. l. 6. cap. 3. nu. 1. Diana p. 2. tr. 4. r. 76. & alij. Coninch. d. 9. num. 64. Layma. nu. 22. Sanch. num. 3. Fagund. nu. 2. Pelliz. q. 5. Conſtit. Somaſch.*

12 Non peccat contra Decretum Clementis VIII. ſed contra naturale ſecretum Superior Religioſus, qui vtitur notitia accepta extra cōfeſſionem ab aliquo dicēte *dico hoc tibi ſub ſigillo confeſſionis.* quia Pontifex loquitur

ſolum de ſacramentali confeſſione, ex qua ſola oritur obligatio ſigilli, varietamen poteſt Superior notitia communi accepta extra confeſſionem, quæ etiam ex confeſſione intellexit, modo hæc illam non adiuuet, non obſtat Clementis VIII. decretum, quominus Superior poſſit vti notitia ex confeſſione ad regimen externum, ſiue pœnitentis, ſiue eorum, qui delicti participes ſunt, ſi pœnitens hanc illi facultatem concedat: quam ſi in confeſſione dedit, poſtea reuocare poteſt, quia eſt ſacramentalis notitia; huius autem vſum quandoque concedere debet, vt bono publico, vel innocentium ſaluti conſulatur. accedente conſenſu confitentis, ceſſat finis Clementini Decreti, ergo & obligatio. nam conſentienti non fit iniuria, nec ſacramento derogatur, cuius ſigillum magis obligat, quam Clementis Conſtitutio. Quin etiam confeſſarius Superior ſubdito nolenti deferre, ſiue denunciare ſibi, vel maioribus ſuperioribus extra confeſſioné alienum crimen perniciosum toti Monaſterio, vel religioni, vt remedium adhibeatur abſolutionem negare poteſt, debetque *S. Anton. Adrian. Caietan. Nauar. Sanch. Rodriq. quos ſequitur Laymann. lib. 5. tr. 6. c. 14. num. 2. Peliz. Suar. d. 33. ſ. 5. num. 7. Azor. q. 18. ſ. 7. cum aliis cit. Fagund. præcept. 2. Eccl. lib. 6. cap. 3. Pelliz. Diana part 3. t. 4. r. 76. contra Henriq. Io. à Cruce & Pelliz. Conimb.*

13. Superior Religioſus non videtur licitè vti poſſe notitia accepta ex confeſſione alicuius extranei, ſiue Regularis, ſiue Secularis ad externam gubernationem, quia Clemens VIII. in Decreto de confeſſione ſimpliciter ſine mentione ſubditorum, vel extraneorum loquitur: vbi autem lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. contrarium tamen non improbabile ſalua integritate ſigilli exiſtimo, & Clementem VIII. interdixiſſe Superioribus vſum notitiæ acceptæ ex confeſſione Religioſorum eiuſdem inſtituti, vel ſodalitatis, cuius Monaſterijs, vel Collegijs præſunt. voluit enim conſulere libertati ſubditorum Regularium, quam ſacramentalis fori ſanctitas exigit, quam etiam Claudius Aquauiua in ſimili Decreto ſuo ſpectauit. alioquin Summus Pontifex non ſolos Superiores Religioſos, ſed omnes confeſſarios etiam ſæculares interdicere debuiſſet vſu notitiæ confeſſionis, ſi mens Pontificis in illo Decreto fuiſſet cauere, ne à Sacramento pœnitentiæ homines auertantur, verum libertas confitendi peccata religioſis ſubditis non minuitur, etiamſi Superiores vtantur notitia accepta ex confeſſione exterorum. cæterum Superior videtur vti poſſe notitia hauſta ex cófeſſione ad bonum proprium, ad moderandum, & corrigendum ſe ipſum, ac faciendum, ac benefaciendum pœnitenti, ad rem ipſi valdè gratam, & vtilem faciendam, non verò ad rem ingratam ei, quod ad commodum temporale, licet vtilem quod ad bonum ſpirituale; neque ad gubernationem Nouitiorum, vel Monialium ipſi ſubiectarum; ſecus verò de Epiſcopis reſpectu Monialium ſibi ſubditarum dicendum eſt. hi enim non comprehenduntur nomine Superiorum Regularium, quos ſolos obligat Clementis VIII. Decretum, quod ad gubernationem externam Regularium, ſiue eiuſdem, ſiue alterius Ordinis; ſi fortè ſiant eius Viſitatores, vel Præfecti. quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. neque illis vti

licet

liceт ſcientia ex confeſſione imperfecta, neque ſi illam notitiam acquiſierint, vt interpretes in confeſſione, quia in his caſibus militat finis prohibitionis Pontificiæ, quæ tamen non vetat Præſides Religioſos ex tali notitia fieri prudentiores in ſuo regimine, & communi bono conſulere, inuigilare, ſicut ex officio debent. *Pelliz. Fagund. Henriq. Syluest. Sot. Ledeſm. Coninch. & alij. Sanch. l. 3. matrim. d. 6. Diana p. 5. tr. 11. reſ. 3. Lug. d. 23. ſect. 5. Granad. contr. 7. tr. 11. Auerſ. quaſt. 18. ſect. 8.*

14. Illicitus omni confeſſario eſt, & ſigillo ſacramentali repugnat vſus ſcientiæ ex confeſſione acceptæ ad faciendum aliquid moleſtum, & graue pœnitenti, quod ipſum retrahere poſſit à confeſſione, etiamſi pœnitens non deprehendat Sacerdotem vti notitia ex confeſſione. propterea non poteſt elector denegare ſuffragium ad aliquam dignitatem, honorem, vel munus ei, quem ex ſola confeſſione indignum eſſe nouit. ſi enim intelligerent homines ſibi poſſe denegari ſuffragia occaſione confeſſionis, ab hac valdè deterrerentur. & nihil magis odio haberent, quam peccatorum ſuorum confeſſionem, ſi propter hanc ſcirent ſe beneficijs, & honoribus priuari poſſe, atque ita ſe puniri ab eo, à quo abſolui volunt, & indè detrimentum pati, vnde ſalutem quærunt. hoc ſanè eſt iniuriam tam ſalutari ſacramẽto facere, ac ſigillum frangere, pœnitentem prodere. *ita Bannes 2. 2. quaſt. 23. art. 8. Armilla v. confeſſor num. 7. Onuphrius ſect. 2. q. 2. d. 2. Fauſt. de pœnit. lib. 7. cap. 45. Prepoſit. q. 11. d. 7. Sanch. lib. 3. de matrim. d. 6. Diana, Gran. Lug. Fag. Auerſ. l. c. Pelliz. contra Durand. in 4. diſt. 21. quaſt. 5. Paludan. Capreol. Hiſpal. Sot. diſt. 18. q. 4. art. 5. Alenſ. Altiſiod. Henriq. Ang. Roſel. Tabien. Suarez. Kelliſon. Mercer. Tanner. Ochagau.*

15. Caueat confeſſarius, dum à Superiore petit facultatem abſoluendi aliquem à caſibus reſeruatis, ne quid dicat, faciatque, ex quo pœnitens cognoſci queat. omnem cautelam in proponendo caſu adhibeat, ne Superior probabiliter ſuſpicari poſſit, quis ſit author. & ſi imprudenter, ne dicam crudeliter, interroget quædam ad conijciendum reum, confeſſarius ambiguis reſponſis callidè eludat, & ne minimum quidem indicium ſocij criminis prodat, nec abſoluendi facultatem petat, quando Laici, vel Clerici pro ſumptione Eucharistiæ ex inſtituto, vel deuotione confiteri ſolent, nec quando Sacerdotes ad Sacrificium peragendum pœnitentiæ ſacramento ſe expiant. nec vel leuiſſimam præbeant anſam, vndè Præſes conijciat an domi, vel foris, an recens, an iam diù, an ſemel, an ſæpiùs, an contra hoc, vel illud votum, ſiue præceptum, vel cum alijs circumſtantijs peccatum commiſſum ſit. nam ſacramentalis ſigilli fractor erit, ſi quid agat, dicatue, ex quo quis ſit pœnitens à Superiore vel minimum conijci poſſit, ſi per confeſſionem Sacerdos peccatum nouit; & ſi vero extra illam ſecretum naturale violatur. *Coninch. d. 8. dub. 4. nu. 11. Layman. tr. 6. c. 12. Hurt. d. 11. d. 16. Quintan. tr. 3. ſect. 12. ſingular.*

16. Superior Religioſus ſacramentalis ſigilli obligatione tenetur ſilere perpetuo, quis ab eo petierit facultatem, vt abſoluatur. hoc enim eſt initium confeſſionis, nec non celare debet circumſtantias, ex quibus conijci poſſit, quis ſit ille, pro quo abſoluendo fa-

Digitized by Google

facultas petita eſt. in paruo Collegio, vbi pauci ſunt, expedit, vt Superior nullus peccati abſolutionem ſibi reſeruet, & quando periculum eſt, vt cognoſcatur pęnitens, debet alicui cõfeſſario Ordinario committere facultatem generalem abſoluendi à reſeruatis. immo reſeruatio inualida eſt, quando vergit in deſtructionem, non in ædificationem, vt quando periculũ eſt detegendi pœnitentem, qui rationabili ex cauſa non vult pro ſe abſoluendo facultatem petere à Superiore. & tunc confeſſarius quilibet ex aſſignatis eum abſoluere poteſt, ac debet confeſſum *Doct. citati*.

## Additamenta varia ad ſuperiora capita. Cap. LVIII.

### *Ad Caput XXIII. De abſolutione moribundi.*

1 SI dubium ſit, an homo aliquis ſit viuus ſub conditione abſolui à peccatis poteſt: nam eſt in poſſeſſione vitæ; melior autem eſt conditio poſſidentis. verum ſi mortuus verè fuiſſet, & poſteà miraculo dubio ad dubiam vitam reuocatus fuiſſet, cenſendus foret non viuus, & tunc abſolui non poſſet. erat enim in poſſeſſione mors, antequam reſurgeret, ergo tunc pro morte iudicandum eſt. homo minus probabiliter viuus, ſi aliud non obſtet, diſpoſitionis defectu, abſolui poteſt, immo debet. in praxi enim ſequi poſſumus opinionem minus probabilem, & debemus, quando id extrema neceſſitas proximi poſtulat. Parochus quidem ex iuſtitia, alius vero ſacerdos ex charitate debet hominẽ minus probabiliter viuum abſoluere. qui enim inconfeſſus eſt in articulo mortis in extrema neceſſitate verſatur. non eſt autem certum hominem mori, cum vltimo ſenſu priuatur, ſolent enim ægroti in profunda deliquia incidere, & mortui putari, quouſque ad ſe redeant. legimus enim nonnullos, qui mortui putabantur, ſepultos poſtea è ſepulcris exiiſſe. propterea in multis diœceſibus cautum eſt, ne mortui ante vigeſimam quartam horam ab obitu ſepeliantur. Ergo ratio, quę vrget, ne tumulentur, vrgebit, vt abſolui poſſint homines, ſi aliquo modo probabile ſit eos viuere; quandoque enim mortuus creditur homo, & viuus eſt. *ita Caramuel in Theol. fundamentali tomo. 2. c. 14. nu.* 188. multo magis ergo dicẽdum eſt moribundos, qui omni ſenſu deſtituti ſunt, & nullo ſenſibili ſigno pœnitentię Sacramentũ petierunt, abſolui poſſe, modo catholicè vixerint; melius enim eſt, vt ægrotus abſolutionem, qualiſcũq; ſit, habeat, quam vt abſque vlla abſolutione decedat, vſu receptum eſt, vt milites in acie à peccatis abſoluantur etianſi abſolutionem non petierint. quidni Chriſti milites ſenſu deſtituti in agonia conſtituti. probabile enim eſt Catholicum virum nolle ſine ſacramento pœnitentiæ mori, & vnumquemq; in mortis articulo de ſua ſalute ſolicitum eſſe, & maximè eum, qui ſolitus eſt bene, & catholicè viuere, & communionem ſacram ſtatis temporibus accipere. hanc ſententiã intrinſecè probabilem confirmat multorum Doctorum authoritas, & Clementis VIII. Pontificis factum ſuperius à me relatum. *Caram. in Theol. Fund. n. 2. §. 6. n. MDCCCXLVIII. Diana p. 3. tr. 3. r. 8. Henriq. P. Faj. Homob. p. 2. tr. 7. c. 18. q. 84. Ant. de Literatis, Molfeſ. Lotherius, Maſar. Fauſtus, Sanſonius, Cordub. Bonap.*

*Mar-*

*Marchantius, Crommius contra Layman. Reginald. Bell. Turian. Pitig. Iribarne. Vaſq.*

*De opinione eligenda à Confeſſario Additamentum ad caput XXIII.*

2 Communis Doctorum ſententia eſt, cuilibet licitum eſſe ex duabus opinionibus in vtramque partem probabilibus, quæ reddunt hominem ſpeculatiuè dubium, eligere, ac ſequi alteram probabilem etiam alienam, & minus tutam (hoc eſt quæ minus remota videatur ab omni ſpecie peccati, quam altera) relicta probabiliore & tutiore, propria; modo abſit iniuria, & periculum proximi, ne is damnum patiatur. *nam in dubio tutior via eligenda eſt*. propterea miniſter ſacramentorum, in ijs, quæ ſpectant ad validitatem ipſorum, & Medicus, ac Chirurgus, & iudex cauſarũ ciuilium, ac criminalium probabiliorem, ac tutiorem partem eligere debent. Medicus ſi medicamentum certum habeat non poteſt licitè incertam medicinam ad explorandam eius vim adhibere, nec iudex ſecundum minus probabilem ſententiam relicta probabiliore cauſam iudicare, ſi detrimentum proximi inde ſequatur, quia in his nõ ſolà honeſtas actionis eſt regula operandi. Hanc ſententiam præter citatos à me doctores *capite 23. nu. 38. tenent Arriaga de actib. humanis. Amicus de regulis extrinſecis, Bardus d. 11. Baldellus lib. 4. d. 13. Buſembaum l. 1. tr. 1. c. 2. Caramuel, Excobar c. 3. Io. & Fr. Lug. Lezana, Ouiedus, & alij.*

3. Verum alij dicunt licitum eſſe ſequi minus probabilem ſententiam dummodo euidenter conſtet eam eſſe probabilem. *ita Breſſerus lib 3. cap. 5. Merula d. 3. cap. 4.* alij aiunt nos ſequi poſſe ſententiam minimè probabilitatis, *vt Paſqualigus deciſ. 18. n. 2.* Sed hoc verũ eſſe, cum aliter graue damnum euitari non poteſt, aiunt *Salas p. 2. tr. 8. d. 1. ſ. 5. Valentia d. 9. 14.* alij aiunt vſum minus probabilis ſententiæ licitum eſſe in foro conſcientiæ, non in foro iudiciali. *ita Sanch. lib. 1. c. 10. Layman l. 6. c. 5.* alij ſententiæ minus probabilis vſum non admittũt in materia ſacramentorum, *vt Filincius tr. 21. c. 4. Vaſq. d. 60. c. 3. Suar. tom. 4. d. 26. ſ. 6* alij excipiunt ſpectantia ad fidem Catholicam. *ita Bard. d. 15. §. 8. Bannes 2. 2. q. 1. art. 10. contra Spinam*, alij non habere locum hanc regulam in rebus ſpectantibus ad iuſtitiam commutatiuam, nec vbi agitur de damno, vel emolumẽto proximi, quod & nos aſſerimus. *Bard. l. c.* alij nos ſequi poſſe minus probabilem aiunt, quando ad vitandum imminens periculum prudentia exigit, vt contrariam ſententiam eligamus. *Bonac. d. 2. de peccat. q 434.* alij ſententiam minimæ probabilitatis aſſerunt ex præcepto ſequendam eſſe ad euitandam infamiam, vel aliud graue damnum, *Paſqual. deciſ. 30. alij hoc negant Sãch. de matr. l. 2. d. 36. Villalob. tr. 1. d. 1. c. 8.* alij probabiliorem ſententiam ſequendam de conſilio, & opinionem aſſerẽtium minus probabilem ſententiam eligi poſſe tantum probabilem eſſe pronunciant, *vt Sanchez l. c. alij certiſſimam vt Paſqual. d. 5. nu. 3.* alij nec de conſilio, nec de præcepto probabiliorem ſententiam ſequendam eſſe, *Caramuel in Theol. Regul. d. 6. Io. & in Theol. Fundament. nu. 1979.* aſſerens omnes opiniones probabiles æque tutas eſſe *Sanch. d. 44.* credendum eſt omnes doctores relatos veritatem, quam agnoſcebant, docuiſſe, nec voluiſſe vllum decipi, eorumque ſen-

ſententiam cum exceptionibus ſuperius allatis probabilem eſſe vtpote firmis rationibus innixam, & tantorum Doctorum ſuffragijs confirmatam aſſerimus.

4 Contraria etiam ſententia aſſerentium peccare eos, qui minus probabilem opinionem relicta probabiliore ſequuntur, probabilitate non caret, nam nemo poteſt tutò ſequi conſcientiam dubiam, dubia autem eſt, quando ex vtraque parte ſunt rationes æquales, vel quaſi æquales (verum quod eſt dubium ſpeculatiuè, poſſe fieri rationabili ex cauſa practicè certum reſpondeant oppoſitæ ſententiæ Doctores, nec peccatū eſt operari ſecundum conſcientiā practicè, & moraliter certam, etiamſi ſpeculatiuè ſit dubia) præterea idem intellectus non poteſt opinari aliquid eſſe licitum, quando probabiliores habet rationes, & cauſam exiſtimandi illud eſſe illicitum, dubitans de vniuerſali, dubitabit etiam de particulari, niſi pro particulari adſit peculiaris ratio ſaltem extrinſeca; in quo caſu idem poteſt opinari de particulari aliquid eſſe licitū, & in vniuerſali ſpeculatiuè dubitare, vt quamuis dubitem, an liceat in die feſto venari, quia ſententia minus probabilis d'licitum eſſe docet, dubitare non debeo, ſi quidem in dubijs opinionum licet ſequi partem dubiam, ſi vtroque pars, contradictionis eſt æque probabilis, vel vna probabilior altera, vt quæ fauet præcepto, & altera minus probabilis, quæ fauet libertati, & vtraq; habet ſuam probabilitatem ex ratione intrinſeca, ſi quæ eſt minus probabilis opinio ab intrinſeco, reddatur ab extrinſeco certa moraliter, nos eam amplecti poſſe nulli dubium eſt. exemplum ſit, ſi penſatis rationibus dubium ſit, an liceat die feſto opus ſeruile per horam facere, quamuis negatiua ſententia probabilior mihi videatur, & affirmatiua minus probabilis, ſi poſtea animaduertam viros religioſos, doctoſq; ac probatæ conſcientiæ famulis ſuis iubere, vt die feſto abſque neceſſitate ſeruilia per horam operentur, hoc exemplo motus poſſum eorum ſententiam, quæ ab intrinſeco minus probabilis mihi videtur, veram credere, & ſequi, & contrariam in praxi falſam exiſtimare, quia tot viri docti, ac Dei timore prædicti die feſto ſeruilia per horam fieri non iuberent, ſi hoc lethale ſcelus eſſet. plura autem ſunt, quæ opinionem aliquam intrinſecè minus probabilem, moraliter certam extrinſecè in praxi reddere poſſunt, vt authoritas Doctorum, exempla maiorum, præſumptiones, titulus poſſeſſionis, legitima conſuetudo, ſuperiorum tolerātia approbans in lege humana, regula ob vitandum maius malum, vel ob maius bonum in his, quæ vt mala vetita ſunt, & alia huiuſmodi: propterque licet in praxi ſequi opinionem minus probabilem, quę libertati fauet relicta probabiliore, quæ fauet legi. *ita Mercorus p. 3. art. 7.* neque id negant Doctores, qui probabiorem ſententiam in concurſu minus probabilis ſequendā eſſe aſſerunt, hi ſunt *S. Auguſtinus de Doctrina Chriſti l. 1. S. Antoninus p. 3. t. 3. c. 10. S. Ioannes Chriſoſtomus hom. 4. in Matth. S. Thomas de Aquino, Scotus, Antonius Merenda, Philiarcus, Paulus Freſanellus, Pegrinus, Sotus, & alij à me alias relati c. 13.*

5 Credibile eſt plures doctores ſenſiſſe eſſe peccatum ſequi minus probabilem opinionem in concurſu probabilioris, quia ante quinquaginta

annos

Digitized by Google

annos proximè præteritos hæc ſententia communis,& ab omnibus recepta erat,& ab Apoſtolorum tempore vſq; ad ſeculum decimum ſextum nullum fere contrariam ſententiam docuiſſe legimus; cum tamen innumeros fuiſſe rerum moralium doctores teſtetur *Io. Tabienſis in proemio ſummæ ſuæ, & Poſſeuinus in ſua Bibliotheca l. 3. c. 22.* ex antiquis ſummarum moralium ſcriptores pluſquam ſexaginta enumeret, neque credibile eſt innumeros ſuperiorum ſeculorum doctores Apoſtolorum temporibus, & ipſi veritatis fonti viciniores in via morum erraſſe, ſed credibile eſt eos aquam puriorem veræ doctrinæ ex viciniore fonte hauſiſſe, & maximè circa modum obſeruandi legem Dei, qui mandata ſua cuſtodiri nimis, hoc eſt exactiſſimè iuſſit *pſal.* 118. tenetur medicus charitatis lege adhibere medicinam, quam probabilius exiſtimat ægroto profuturam, ergo, & confeſſarius, qui eſt medicus animarum, debet in curandis pœnitentis ſpirituales morbis probabiliorem ſententiā ſequi. hoc etiam facere debet, vt iudex. in ferēdo enim iudicio ad euitandum damnum alterius probabiliorem ſententiam ſequi debet. oculus operantis rectè ita cautus eſſe debet, vt falli non poſſit, ſed eligens opinionem minus probabilem concurrente probabiliore non eſt ita cautus, vt falli nequeat. eius enim doctrina poteſt eſſe falſa. *Ego*, inquit D. Bernardus in Regulam S. Benedicti, *vt interior oculus vere ſimplex ſit, duo illi eſſe neceſſaria arbitror charitatem in intentione, & in intellectu veritatem*. ſed qui eligit opinionem minus probabilem relicta probabiliore, in intellectu non habet veritatem, ſed dubiū potius, quam veram ſententiam tanta diligentia inquirere debemus veritatem, quam quærere nos iubet Deus ad ſalutem animæ ſpectantem, quantam prudenter habere ſolemus in rebus ſecularibus ad noſtram vtilitatem ſpectantibus iuxta illud prou. *ſi quæſieris ſapientiam tanquam pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, intelliges timorem Domini, & ſciētiam inuenies Dei*, non eſt igitur impoſſibile habere certitudinem ſaltem moralem de honeſtate operis cuiuslibet agibilis quodcunque nobis occurrat, vel à ratione intrinſeca, vel ab extrinſeco principio, vt ab authoritate Doctorū, vel ab vſu, conſuetudine, præſcriptione, præſumptione, poſſeſſione, maiorum tolerantia, exemplo, aliiſque huiuſmodi. ſufficit indoctis ad tutā conſcientia operandum agere ſecundum conſilium proprij confeſſarij, vel parochi, vel viri prudentis, probi, ac docti, *vt ait D. Thomas quodlibet 3. art.* 8. *Mercorus p.* 1. *art.* 14. & alij cōmuniter Docti vero tutò ſe gerent in dubijs, ſi quod conuenientius exiſtimauerint, operabuntur, vel ex duobus malis minus eligent neceſſitate compulſi ſecundum illud *ex duobus malis minus eligendum eſt*, nam vt ait Ariſtoteles *minus malum reſpectu maioris mali habet rationem boni*. dictamen rationis, vt poſſit eſſe regula recta morum debet eſſe moraliter certum, & ſine formidine contrarij, alioquin non conforme rectæ rationi, ac legi æternę erit iudicium certum moraliter omnis formidinis de falſitate. expers eſt, talis non eſt opinio minus probabilis in concurſu probabilioris; nam ſola ratione medij, qua eſſe probabilis dicitur non poteſt certam reddere conſcientiam operanti contra probabiliorē ſententiam. apud rudes

do-

Digitized by Google

doctorum authoritas certitudinem facit, apud doctos ratio firma, vt Auguſtinus Epiſtola XIX. ad Hieronymum ſcribit, & refertur diſt. 9, c. *Ego ſolis*, neque omnes ſcriptores huius ſeculi admittunt vſum ſententiæ probabilis, quæ cum formidine oppoſiti coniuncta ſit. Certum certitudine logica in moralibus, eſt quod aliter ſe habere repugnat, vt adulterium eſt peccatum. probabile vero logicè eſt quod in pluribus verum eſt ſed poteſt aliquando falſum eſſe, vt ſcriptura Notarij publici facit fidem. nam & ipſe mentiri poteſt, ſiquidem omnis homo mendax. quādo igitur Doctores dicunt probabilem opinionem eſſe tutam regulam noſtræ operationis non obſtante formidine de oppoſito, quam ſemper ferè in noſtris operationibus experimur, loquuntur de probabilitate logica, quæ ſimul ſtare poteſt cum certitudine morali; & de formidine remota, quæ eſt paſſio probabilitatis logicæ. Hæc & alia, quæ breuitatis gratia omitto, probabilem hanc ſententiam reddunt.

6 Qui in peccata reſeruata incidit poteſt confiteri vigente rationabili cauſa peccata non reſeruata ſubticendo reſeruata confeſſario non habenti poteſtatē abſoluendi à reſeruatis, ſi is, qui habet facultatem, longe abſit nec niſi poſt longum tempus venturus ſit vnius autem noctis ſpatium, tempus longum cenſetur, vt quis à reſeruatis culpis indirectè abſolui poſſit ne dormitum in peccato mortali eat, difficile eſt enim contritionis actum elicere. poſſet enim nocte ab humoribus, vt à catarrho ſuffocari, & poſſet illi Euangelij dictum ſuggeri *ſtulte hac nocte repetent animam tuam* Lucæ c. 12. ita *Suar. tom. 4. diſp. 23. ſ. 5. n. 7. Granadus, Diana p. 5. tom. 15. r. 8. . Hurta 2. 2. d. 84. ſ. 7. § 190. Caramuel in Th. Fundam. p. 2. § 3. nn. 1834 contra Dianam l. c.*

7 Probabiliter aſſerit Caramuel in Theologia fundamentali Romæ edita anno MDCLVI eum, qui dubitat an aliquod peccatum commiſerit, non teneri obligatione illud confitendi, quia Tridentinum Concilium decernit ea tantum peccata mortalia neceſſariò confitenda eſſe, quorum recordamur, & conſcij ſumus; ait enim ſeſſione XIV. cap. V. ex his colligitur oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem ſui diſcuſſionem conſcientiam habent in confeſſione recenſeri, etiā occultiſſima illa ſint. Atqui illorum de quibus, quis dubitat, an commiſerit, conſcientiam non habet, conſcientia enim eſt notitia ſcientifica, tale autem non eſt dubium de peccato an commiſſum ſit. ſubdit Concilium hęc verba. *nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quam vt poſtquam quiſque diligentius ſe ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes, & latebras explorauerit, ex peccata confiteatur, quibus ſe Dominum, & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit*. Hæc Tridentinum. ergo nemo tenetur venialia, nec dubia licet grauia confiteri. dubitare enim non eſt meminiſſe. *Et ſcire eſt quodam meminiſſe*, inquit Plato. Nemo dubius, an delictum commiſerit, cogendus eſt ſententiam ſubire, ac pœnam, melior eſt conditio poſſidentis, ſuam libertatem in tali dubio negatiuo; ſed pęnitens eſt poſſeſſor libertatis ſuæ ergo immunis eſt ab obligatione confitendi peccatum dubium, propter ſuperuenientem dubitationem non eſt obligandus. ſicut

non

non tenetur pœnitens confiteri quando dubium negatiuum verſatur circa ſubſtantiã actionis peccaminoſæ præcisè, vt concedunt *Coninch. Leſſius, Præpoſitus, & alij*. ita neque tenetur, quando dubium negatiuum, eſt circa peccati commiſſi qualitatem, qui dubitãt, an votum emiſerint, vel æs alienum contraxerint non tenentur ſoluere, Ergo, qui dubitant, an peccatũ commiſerint, non tenentur illud confiteri; ſi quis dubitat, an aliquã violauerit legem, cuius violationi adnexa ſit cenſura, non tenetur ſe pro excommunicato gerere, & ſcrupuloſis conſulendum eſt, ne peccata dubia confiteantur, immo & peccata, quæ non ſunt euidenter mortifera, vt Laymanus, Dianaque cenſent. peccata dubia non ſunt materia talis, vt certo fiat ſacramentum, quia fortaſſe non eſt commiſſum peccatum mortale, de quo dubitatur, an ſit commiſſum, in homine baptizato remitti extra confeſſionem non poteſt, niſi per contritionem, cum voto conditionato cõfitendi illud, ſi cõſtaret illud commiſſum. præceptũ nullum extat de confitendo peccato dubio, an ſit patratum. pœnitens qui dubitat, an in confeſſionibus antea factis doluerit de peccatis mortalibus, non peccat grauiter, ſi non confiteatur dubium hoc peccatum omiſſionis doloris. vt patet ex dictis. qui dubitat an peccarit grauiter an leuiter poſt diligentem conſcientiæ ſuæ diſcuſſionem, poteſt credere ſe leuiter peccaſſe ſecundũ illam regulam iuris canonici xxx. in dubijs minimum eſt ſequendum, & ita credens peccatum fuiſſe leue non peccat, ſi illud non confiteatur. Tridentinum Concilium declarat ea tantũ peccata mortalia neceſſariò confitenda eſſe, quorum conſcientiam certam habemus, non vero dubiam. in dubio fauendum eſt libertati; onus confitendi limites dubitationis excedit. dubitans an votum emiſerit, vel an adfuerit ſufficiens libertas vouenti; non tenetur voto. ſic dubitans, an peccarit non tenetur obligatione confitendi peccatum, de quo dubius eſt, homo cenſendus eſt bonus, donec ratione aliqua non demonſtretur eum eſſe malum. poteſt dari dubium aliquod poſitiuum, ideſt ratio aliqua concomitans, ſed tunc ſtandum eſt pro innocentiæ poſſeſſione. qui non recordatur, ſe peccatum lethale commiſiſſe, poteſt dicere ſe illud non feciſſe. *Hæc doctiſſimus Io. Caramuel Epiſcopus Cãpaniæ in Theol. Fund. n.1901. fol. 215. Ioſeph de Ianuario p. 2. reſolutione 69. Ferrantinus in libro de ſcandalo, Antonius Cottonus v. communio n. 52. Grenadus, Syluius, Meranus, Diana p.3. tr. 4. reſol. 107. & p. 4. tr. 3. r. 45. Amicus hanc ſententiam probabiliorem cenſet d. 15. ſ. 3. no. 55. Præpoſ. q. 3. d. 3. nu. 127. Granado, Laym. lib. 1. c. 4. §. 4. nu. 37. Baſinus, Coninch, Baldel. Salas, Io. Sanchez d. 1. num. 12. Theſes Louanienſes, ac Viennenſes à Caramuele relatæ.* Verum hæc opinio quãuis ſpeculatiue probabilis ſit, ego tamen à contraria aſſerente peccata mortalia etiam dubia neceſſario confitenda eſſe, non recedendum eſſe in praxi cenſeo vt dixi tab. 2. c. & præſertim in periculo mortis, *vt Layman. l. 1. tr. 1. c. 4. §. 4. nu. 37.* in dubio enim tutior pars amplectenda eſt. Verumtamen, qui ſolum dubia peccata confitetur ſub conditione, ſi peccauit, abſoluendus eſt. *ita D. Thom. in 4. d. 17. q. 3. Palud. Recard. Sot. Nauar. Victoria, Salas, Leander.*

8 Cir-

Digitized by Google

8 Circumſtantia ſexus in pollutione patrata tactibus maris, vel fęminę, & in ſodomitico concubitu cum viro, vel fęmina explicanda eſt in confeſſione, quia mutat ſpeciem inadęquatam, licet non mutet adæquatam. Siquidem præpoſterus concubitus Petri cum Antonia differt pluſquam numero à præpoſtero coitu Petri cum Sempronio. Petrus enim non differt ſpeciæ adæquata ab Antonia, differt tamē pluſquam numero á Sempronio, ergo inadæquata ſpecie. Sexus muliebris differt ſpecie a ſexu virili, ergo coitus habitus cum perſona eiuſdem ſexus differt ſpecie à coitu habito cum perſona diuerſi ſexus. ita & pollutio viri habita, ex contactu alterius viri differt pluſquam numero à pollutione habita ex contactu feminæ, ergo differt ſpecie inadæquata ratione ſexus ſpecie diſtincti maſculus à fæmina ſecundum ſententiam Ouiedi, & aliorum differt diſtinctione intermedia, quam ſpecificam inadęquatam vocant, hanc non ſolum in Phyſicis, ſeu etiam in moralibus admittendam cenſeo, & ideò circunſtantias ſexus in peccatis venereis in confeſſione explicandas eſſe puto. *ità Io. Caram. in Theol. Fund. tr. 2 nu. 1333. contra Caietanum q. 2. de confeſſ Cottonũ v. circunſtãtia n. 17.*

9 Circunſtantias aggrauentes, vel minuentes peccatum, ſed non mutantes ſpeciem peccati non pertinere ad materiam neceſſariam confeſſionis, docent præter citatos à me doctores t. 16 *Caramuel in Th. Fund. n. 1828. Leander à S. Sacramento Baſſeus v. circunſtantia nu. 3.* propterea qui furatus eſt mille aureos ſatisfaciet obligationi confeſſionis ſi dicat *furatus ſum materiam grauem*. nam furtum mille aureorum ſpecie non differt à furto quingentorum, vel quinquaginta aureorum, ſed illud tantum hoc grauius eſt maior autem, vel minor grauitas non mutat ſpeciem, ita ſatisfacit obligationi confeſſioni, qui dicit confeſſario *omiſi partem notabilem officij diuini*, etiamſi penè totum omiſerit, maioris enim, vel minoris partis omiſſio non mutat ſpeciem, tam in omiſſione horariarum precum, quam in furto partes omnes ſunt homogeneæ. ideo ſatis eſt explicare omiſſionem, vel furtum partis notabilis, vel confiteri ſe peccaſſe mortaliter in genere omiſſionis diuinę pſalmodię, vel furti. verum in pollutione Titij habita ex contactu feminæ partes ſunt heterogeneæ initium, & finis. illud enim natura ſua poſtulat eſſe naturale, & poteſt eſſe naturale, & contra naturam, iſte vero, ita contra naturam eſt, vt non poſſit eſſe naturalis. debet igitur Titius dicere te tactibus feminæ pollutum eſſe, immo & explicare vtrum tactibus ſuis feminam ad ſeminis effuſionem excitauerit. Nec ſatisfacit, ſi dicat grauiter ſe peccaſſe contra caſtitatem cum fæmina ſoluta, quia non ſolum mollities, ſed etiam fornicatio verbis his innui poſſet, quæ ſpecie differunt, vtra autem ſit non explicatur, debet ergo confiteri ſe fornicatum eſſe, vel pollutum cum fæmina. *ita Caramuel l. c. nu. 1829. contra Turrianum.*

10 Quamuis probabile ſit peccata omnia contra naturam, inter quæ grauis eſt mollities, grauior ſodomia, grauiſſima eſt beſtialitas, eſſe eiuſdem ſpeciei infimæ, & differre ſolum materialiter, ac modaliter debent tamen diſtinctè in confeſſione explicari oportet enim pęnitentem non modo peccatorum ſpecies, ſed etiam numerum explicare, cum autem in peccatis contra

contra naturam ſint plures numero, ac modo diſtinctæ deformitates, alio enim modo peccat mollis, alio Sodomita, qui beſtialitatem committit, & duo hæc vltima reſeruari ſoleant in omni ferè diœceſi, diſtinctè à confitente exponi debent, licet ſolo numero, non ſpecie differant. *&c. ita Io. Caramuel in Theologia fundamentali to. 2. n. 1701. vbi peccata contra naturam ſpecie ſolum diſtingui probat ex ſententia D. Thomæ 2. 2. q. 154. art. 11. Filiucij, Armillæ, Tabienæ, Aſtenſis, Feliſij, Graphij, Nauarri, Dianæ p. 3. tr. 4. r. 159. & Angeli, Henriq. Fagund. Carbonis, Dominici Soto, Peſantij, Nideri, Azorij, Gerſonis, Laym. Clauaſij, Chaini, Eſcobar, Cotonij, Tamburini, Ant. Marſilij, & aliorum.*

## Examen conſcientiæ per decem præcepta Decalogi, &c. Cap. LIX.

MAximè Confeſſarijs eſt opus interrogare pœnitentes, quos peccata ſua non recordari, vel ſilere probabiliter exiſtimant, vt eadem, quantum fieri poteſt, integrè confiteantur, & ſacramenti gratiam conſequantur, ſic enim ſuppletur defectus examinis conſcientiæ, & memoriæ, quam maximè iuuat ordo interrogationum, ideò optimè agunt Confeſſarij, qui pœnitentes in longioris temporis confeſſionibus interrogant de peccatis committi ſolitis contra ſingula Decalogi Præcepta. propterea hæc verſibus à me breuiter comprehenſa ſubijcio; quia carmina facilius memoriæ mandantur. Ideo apud Græcos conſcriptę verſibus leges edebantur, vt vel à pueris facilius ediſcerentur, & obſeruarentur.

1 Præceptũ I. Vnum Deum adorabis.

*Vnius, ac trini moderãtis numinis Orbẽ*
*Sit tibi firma fides, ſpes incõcuſſa timore*
*Et charitas, hac corde Deum ſuper omnia toto (daturũ,*
*Dilige, & hunc ſpera tibi Cœlica regna*
*Si ſerues mãdata; Deũ venerẽter adora,*
*Corde precare, tibi velit indulgere dolenti*
*Te peccaſſe, tuas myſta culpaſq; fatenti,*
*Vt tibi præſtet opem magno indiſcrimine vitæ (git*
*Corporis, atq; animæ quo te tẽtator adi-*
*Diuorum ſimulacra colas, vt ſigna, Crucemque,*
*Non ſecus. ac Chriſti ſignum venerare frequenter,*
*Teq; Crucis ſigno muni, myſteria diſce,*
*Quæ docet alma fides. huic nec contraria ſenti,*
*Nec dic Hæreticos vita, referentia ſectã*
*Damnatam ne ſigna feras, nec diſputa, vt illam*
*Confutes Laicus, libros vetitoſq; tenere,*
*Aut legere, atq; typis graphicis mandare caueto.*
*Hæreticis nunquã faueas, ſed defer eodẽ*
*Cenſori fidei, ſic ſortilegoſq; magoſque,*
*Et qui ſolicitant ad turpia rite fatentes.*
*Ne tibi Iudæus, nec Turca domeſticus eſto, (require,*
*Ne pete Ditis opem, nec ab illo arcana*
*Libere ab arbitrio quæ pendent, noſcere ab aſtris.*
*Ne vẽtura velis, ne fidas Dæmonis arti,*
*Vana ſuperſtitio, cultuſq; indebitus omnis, (olim*
*Qualis ab Hebræis nunc fit, vel gentibus*
*Idoli cultus, quæ latria dicitur, abſit.*



Digitized by Google

*Ars magica, & ſortes, et diuinatio quæuis,*
*Sacrilegũ crimen, ſacrarũ qualis abuſus*
*Eſt rerum, augurium, vana obſeruantia, ſomnijs*
*Ne credas, nullumque ineas cum Dæmone pactum,*
*Sitque veneficium procul omne, bonoue, maloue*
*Fine, et amuletis, ſignis, verbiſq. profanis*
*Abſtineas, quibus ipſe queat te fallere Dæmon.*
*Reliquias ne finge ſacras, miracula falſa,*
*Ne ſacramentis demas ſancita, nec addas.*
*Quas debes, perſolue preces attentus, & orat;*
*Si cor non orat, nã fruſtra lingua labora;*
*Perpetuã terris cupias ne ducere vitam,*
*Humano auxilio diuinum præfer vbiq;*

2 Præceptum II. Non aſſumes in vanum Dei nomen.

*In vanũ ne ſume Dei venerabile nomẽ,*
*Cui debetur honos, inhonoris lædere verbis,*
*Cui benedicendum, ſcelus eſt maledicere, laudi*
*Diuina oppoſitum, Graijs blaſphemia, dictum:*
*Hæreſeoſq; ſæpe ſapit, redoletq; venenũ.*
*Ne ſis periurus, nec iures vna, ſed æqua,*
*Veraque prudenter, cum tempus poſtulat, & res.*
*Quod dare nõ poſſis, noli iurare daturũ,*
*Facturumue, Deis quod lege vetatur, & æquo,*
*Ne ficto iures animo, quod reddere non vis,*
*Nec iuramentum, nec votum obſtringit iniquum,*
*Quæ bona iuraſti, aut vouiſti reddere, redde,*
*Nec falſos teſtare Deos, ſed numen Olympi*
*Iurans vera Deo ſiquidem præſtabis honorem,*
*De meliore bono votum ſit, beneſtaque ſpondens,*
*Iudicis ad mentem iura, ſi quando neceſſe eſt; (actu,*
*Illeque iuridico, ut debet, te interroga*
*Si minus ambiguis potes hunc eludere verbis.*

3 Præcept. III. Diem feſtũ ſanctifices.

*Ne ſeruile aliquid feſtis operare diebus,*
*Nec quæ iura vetant, iubeas nec talia ſeruis.*
*Litibus abſtineas, ſileantq; forenſia iura,*
*A media ad mediã noctem produnto feſtum,*
*Vel morem ſeruato loci, qui à veſpere feſtum*
*Incipit; aſſiſtens ſacro ne mente vageris,*
*Colloquio abſtineas, verbum nec inutile dicas;*
*Cõfiteare ſemel ſaltẽ peccata quotannis*
*Culparum pœnas, & iuſſa piacula ſolue,*
*Diuinũ panem ieiunus poſcibare mandis*
*Quadraginta dies: ante hoc ieiunia ſerua, (ter,*
*Et quæcunq; iubet ſeruari Eccleſia mater*
*Sic medico contenta cibo tibi viſpera menſa,*
*Nec quintam partem cœna ſuperet modeſta,*
*Primitias ſuperis offer, decimaſq; miniſtris, (lli.*
*Quæq; Dei ſunt, redde Deo, quæ Cæſaris, i*

4 Præceptum IV. Honora patrem tuum, & Matrem tuam.

*Ne contemnas tuos, ſed amore, & honore parentes*
*Proſequere, illorũ iuſſis obtẽpera, egenis*
*Affer opem, verbis nec cõtriſtabis eoſ iis,*
*Ore nec aſperius tractes; ſis ſubditus illis*
*Teſtari non impedias in morte volẽtes*

Mox

Digitized by Google

*Mox teſtamēta obſerua, legataq; ſolue.*
*Indignè inuitis ne nube parentibus vlli,*
*Grande ſcelus proprios eſt accuſare parentes,*
*Ni maieſtatis læſa ſint crimine ſontes;*
*Religionis amor te haud linquere cogat egenos,*
*A quibus es genitus, quin clauſtra ſacrata relinque,*
*Extremè auxilium præſtes ut egentibus illis:*
*Religione prior queis te natura ligauit.*
*Maiores venerare tuos Regũq; Ducũq;*
*Atque Magiſtratus leges, præceptaque ſerua,*
*Cenſorum fidei, Paſtorum iuſſaq; ſacra,*
*Seruus hero, miteſque Duci, coniuxque marito.*
*Pareat, & populus rectori, ac legibus æquis,*
*Pupillus ſocero, præfectis, atq; magiſtris.*
*Subditus obſequio maioribus oĩbus eſto,*
*Moribus egregijs, virtutibus inſtrue natos,*
*Articulos fideiq; doce, præceptaq; legis*
*Diuinæ, æternã ſpectãt quæcunq; ſalutẽ.*
*Quæ potes, & debes, prohibe peccata tuorum,*
*Corripe, ſique nequis, famulos dimitte ſceleſtos,*
*Debita coniugij reddant ſibi mutua ſponſi,*
*Alter in alterius coniux ius corpus habeto,*
*Corripe peccantem, tempus cum poſtulat, aut res*
*Si ſpes eſt fructus, ſi peccatus ſubditus, aut par*
*Pauperibus largire ſtipem, quos vrget egeſtas,*
*Legitimã partem teſtando linq; parẽti,*
*Legitima natos nec priues parte bonorum;*
*Hos niſi priuãdi ſibi ſit iuſtiſſima cauſa.*
*Quales eſſe docent legum, iuriſq; periti,*
*Quorũ conſilijs iuſtis parere memento.*

5 Præcepto V. Non occides.

*Quæ tibi vis fieri, facias tu proximo, amare,*
*Quem veluti te ipſum debes poſt numen Olympi,*
*Quæ tibi non fieri vis, nec tu feceris vlli,*
*Nec dictis hominem, nec factis læſeris vllum.*
*Non habeas odio quemquam, ſed dilige cunctos,*
*Sit vindicta Deo, qui iuſtè crimina punit,*
*Vlciſci noli, ſi quis te læſerit vnquam,*
*Non vlli mortẽ, dãnũ, nec dedecus optes*
*Alterius lætare bonis, triſtareq; damnis,*
*Inuideas nulli, nec gaude morte tuorũ,*
*Ne verbis, factiſque vlli des criminis anſam.*
*Nullius aut famam, vel honorem læſeris vnquam*
*Conſilio, iuſſu, conſenſu, laude, recepta*
*Ne cuiquam noceas, ſed damna ferentibus obſta*
*Si potes, & debes, fures, & furta reuela.*
*Participem ſceleris ne culpa redarguat vlla,*
*Vxorẽ ne fuſte tuam, nec verbera cædas.*
*Noli irridẽdo quẽquã cõfundere dictis,*
*Diſcordeſque animos aliorum reddere rixis.*

6 Præceptum VI. Non Mœchaberis.

*Turpia ne voluas animo, Venerisque pudenda*
*Illecebras, tactus obſcænos, oſcula vita,*
*Verbaque, & illicita Veneris præludia, nutus,*
*Quæ Veneri præbere ſolẽt incẽdia vitæ.*
*Ne lege laſciuos libros, nec turpia ſcripta*
*Nec caſto ſpectes oculis inimica pudori.*
*Effuge adulterium, ſtuprum, Sodomaq; nefandum*
*Crimen, & inceſtũ, coitũ cum Dæmone, bellnis*



Digitized by Google

*Iudæis, Turcis, caſtaq; libidine vita*
*Ne frangas votum, proprium nec prodige ſemen,*
*Ne ſacro cõcumbe loco, niſi tentus ibidẽ.*
*Inuitus, coeas caſta cum coniuge raro,*
*Nec coeas affine vltro ſuã coniuge cõiux,*
*Vel quã ſacra tibi tantũ cognatio iungit*
*Debita & vxori moderatè redde petẽti*
*Inque ſitu tali, quo fœmina ſuſcipit aptè*
*Gignendæ proli, faciat nec fœtus abortũ,*
*Nullus ad illicitam venerem ſe, aliumne'lace ſſat.*
*Nec poſt facta ſtatim coeas ſponſalia, ſponſi*
*Irrita cõſument ne matrimonia, et ante,*
*Impediẽte aliquo, quã lege ſoluit uis vterq;*
*Adque duos menſes ſi religionis amore*
*Alternter flagrat, poterit ſecedere ſpõſus*
*Coniugij niſi iure ſui iam cœperit vti.*

*Ne ſacra, neue loco ſacro furare profana.*
*Ludere nequemquam cogas vi, fraude, minisue,*
*His acquiſitũ domino ſed redde priori,*
*Ludentes ambo ſubeant æquale periclũ,*
*Aptus ſit ludo, qui cũ vis ludere, iuſto;*
*Contractus nihil eſt, niſi ſit, qui contrahit, aptus*
*Conductis operis ſtipendia debita ſolue,*
*Ne ludas aleis vetitis tibi Clerice culpa*
*Nam grauis inſtabit, ſi ludas ſæpius illis.*
*Ne famã dictis nec ſcriptis læſeris vlli,*
*Redde ſed ablatam laudando, aut dicta negando.*
*Siue retractãdo, quæ ſunt cõtraria ſunto*
*Ne præbe, alterius qui famam detrahit, aures.*

7 Præceptum VII. Non furaberis.

*Effuge furta, dolos, fraudes, fœnuſque, rapinas,* (vlli
*Reſtituas ablata dolo, vel fraude, nec*
*Surripias quidquã, non ipſi naie parẽtis.*
*Fraus, vſura, dolus, dum vẽdis, emiſue, faceſcat.*
*Res, pretium, pondus, numerus, menſura ſit æqua.*
*Queis debes, decimas, et vectigalia ſolue*

8 Præcepta reliqua Decalogi.

*Falſa in iudicio ne teſtimonia dicas,*
*Et procul ore tuo mendacia qualibet abſint.*
*Alterius res, vxorem, ne quære, nec opta,*
*Nec te alijs cupias inhoneſto concupi amore.*
*Quæq; pudicitiã poſſunt corrũpere vita,*
*Impia nãq; Deus, vel deſideria dãnat,*
*Extern⁹ cõpleta actus grauioraq; reddit.*

## De facultate abſoluendi à peccatis, & Cenſuris ex priuilegijs Regularium. Cap. LX.

1 SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita cenſuit, per confirmationes priuilegiorum, quas regulares à Sede Apoſtolica poſt ſacrum Concilium, prius ab eodem concilio, ac deinde etiam ipſius congregationis decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ habeant, abſoluendi à caſibus ordinario reſeruatis, quemadmodum nec indulta abſoluendi à caſibus contentis in bulla, quæ in Cœna Domini legi conſueuit, vt pote ſublata per annuam ipſius bullæ promulgationem vires, aut robur acquiſiuiſſe ex ſequentibus priuilegiorum confirmationibus, ac proinde regulares cuiuſuis ordinis, congregationis, Societatis, & inſtituti etiã neceſſariò exprimendi, nec extra Ita-

liam

Digitized by Google

ſiam ex vi priuilegiorum, aut confirmationum eiuſmodi, quas, vel hactenus obtinuerunt, & deinceps forte obtinebunt, poſſe quemquam abſoluere ab iiſdem caſibus in Bulla Cœnę, aut ordinario loci reſeruatis, & ſi ſecus egerint, abſolutiones nullas, atque irritas fore; ab alijs vero caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſi quidem regulares habeant à Sede Apoſtolica facultatem, illam extra Italiam minimè ſublatã fuiſſe iiſdem Sacræ Congregationis Decretis hac de re editis iuſſu Clementis VIII. hanc Sacrę Congregationis ſententiam Vrbanus VIII. approbauit, iuſſitque ab omnibus, ad quos pertinet, obſeruari. Romæ die XVII. Nouembris anno MDCXXVIII. *x* per hoc decretum priuilegia Regularium, quod ad abſolutionem ſæcularium à caſibus epiſcopo reſeruatis adhuc non reuocari, aliqui aſſerunt *β*; quia non eſt ſufficienter promulgatum *γ* leges autem pontificiæ non obligant in toto orbe, niſi in omnibus prouincijs, & diœceſibus promulgentur, *δ* nec reuocatio priuilegij conceſſi ciuitati, collegio, vel religioni obligat, niſi poſtquam ipſis denunciata eſt: *ε* hæc autem reuocatio priuilegiorum ab Vrbano VIII. facta non fuit promulgata, nec denunciata Regularibus, nec eorum ſuperioribus, nec Vrbanus eo decreto reuocauit conceſſam regularibus ante Tridentinum Concilium facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis Epiſcopo, ſed tantũ priuilegia à Concilio extincta licet poſt illud cõfirmata fuerint. Talis autem poteſtas conceſſa regularibus fuit à Syxto IV. Vrbano IV. Eugenio IV. Iulio II. & à Paulo III. *ζ* Societati Ieſu, & priuilegium quo conceſſa eſt religioſis facultas abſoluendi à caſibus reſeruatis eſt inſertum iuri communi, vt conſtat ex conſtitutione Clementina *Dudum*, & extrauagante *inter cunctos*, *η* ideo neque à Tridentino Concilio, neque ab Vrbano in relato decreto abrogatum fuit, quia priuilegia incerta iuri communi non abrogantur, niſi ſpecialis mentio illorum fiat *θ* eiuſmodi facultas abſoluendi à caſibus reſeruatis ablata non eſt, quatenus ex vi iuris communis conceſſa eſt K, neq; eam facultatem Tridentinum Concilium abſtulit regularibus. *λ* ſed ſolum ſtatuit ſacerdotem carentem poteſtate ordinaria, vel delegata non poſſe abſoluere à reſeruatis *μ* At ſacra Congregatio iuſſu, & authoritate Clementis VIII. *ν* præcepit ſacerdotibus omnibus tam ſecularibus, quam regularibus per vniuerſam Italiam extra vrbem degentibus, ne quis eorum ſub prætextu priuilegiorum ab vllo ex caſibus clarè, vel dubiè in Bulla Cœnæ Domini contentis, vel alias quomodocunque Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, aut reſeruandis, nec etiam à caſibus, quos ordinarij locorum hactenus ſibi reſeruarunt, vel in poſterum ſibi reſeruabunt, abſoluere audeat &c. prætereà declarauit abſolutionem contra huiuſmodi prohibitionem eſſe nullius valoris *ξ* hoc etiam decretum Paulus V. Pontifex confirmauit anno 1617. die 9. Ianuarij, & obſeruari iuſſit ſolum intra italiam, quod ſine limitatione Gregorius XIII. cenſuerat à Regularibus obſeruandum, vt conſtat ex epiſtola in Neapolitana Catecheſi quę tamen cum ſufficienter promulgata non fuerit, non obligat vbique *π* poſſunt ergo regulares vi priuilegiorum ſibi conceſſorum abſoluere à caſibus reſeruatis à iure epiſcopis, non



Digitized by Google

vero ab iis, quæ ordinarij Antiſtites ipſi ſibi reſeruarunt, vel reſeruabunt. Vrbanus VIII. non videtur abrogaſſe priuilegia conceſſa regularibus poſt Tridentinum, quod ad poteſtatem abſoluendi à caſibus reſeruatis epiſcopo, ſed tantum cõfirmationes priuilegiorum abrogatorum à Tridentino Concilio, vel à Sacra Congregatione. Relatiuum illud (quas vel hactenus obtinuerunt) non refertur ad priuilegia, vt docet Grammatica, ſed ad confirmationes priuilegiorum, vt obſeruat Antonius Quintanaduenas, vbi pontificum indulta, &c. nouas conceſſiones priuilegiorũ poſt Tridẽtinum Concilium affert ex Bullis Pij V. anno 1567. Clementis VIII. anno 1592. quibus confirmatur poteſtas abſoluendi à reſeruatis Epiſcopo conceſſa regularibus. cæterum nomine caſuum reſeruatorum non intelligitur cenſura, niſi inter caſus enumeretur, quia non eſt caſus, ſed pœna caſus, nec prohibentur abſolui à reſeruatis regulares, ſed tantum ſeculares. *Decretum Vrbani affert Lud. à Cruce, Trullench. in Cruc. l. 1. d. reuocatio priuilegij eſt lex. Suar. de leg. c. 40. Pelliz. Salas, Bonac, Quintan. tr. 3. ſing. 158. Angel. Conrad. Medina, Miran. Serar. Sa, Tol. Victorel. Trull. Sot. lib. 1. q. 2. art. 4. L. Cruc. Azor. t. 1. l. 5. cap. 22. Bonac. Salas d. 25. 18. Emman. t. 1. q. 61. a. 3. Mir. t. 1. q. 46. art. 3. Panorm. Felin. Bonif. S. Anton. Ang. Tab. Armil. Emman. G. Lop. l. 2. tit. 18. p. 3. Gloſſ. l. heres ff. de iud. Bart. Bald. Fel. Parez. Menoch. lib. 6. de præſumpt. Sanch. t. 2. conſ. l. 7. c. 1. & alij. Barboſa in ſeſſ. 14. Trid. c. 7. vbi ait multi ſapientiſſimi Doctores indiſtinctè tenent Concilium in præſenti non derogare antiquo Regularium priuilegio, quod iuri communi inſertum habent, ratione fauoris, ſicut & ius commune, & poſſe regulares abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopo etiam poſt Tridentinum; ſicut ante illud poterant abſoluere* etiam ſi reſeruati caſus ſint per conſtitutionem Synodalem, vel per conſuetudinem ſpecialem, vel beneplacitum Epiſcopi, aut Vicarij. *Enriq. l. 6. c. 6. §. 4. M. Delrius l. 6. c. 6. ſ. 3. Suar. tom. 4. p. 3. d. 30. ſ. 2. n. 16. L. Cruc. V. iunl. c. 26. Quintan. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. Bellarm. Molf. tr. 7. c. 18. Quaranr. caſ. reſer. Villal. Trul. Lug. l. 20. ſ. 1. Quintan. tr. 3. ſ. 14. num. 1. & 5. ſ. 17. n. 1. Menoch. Sued. Cened. Pereira, Barb. Megal. c. 12. Dian. 3. p. t. 2. r. 13. Delben. d. 4. ſ. 31. Nau. Mir. Rodr. Peregr. Molf. tr. 7. c. 71. nu. 19.* in relato decreto non dicitur Regularibus intra Italiã ablatam fuiſſe poteſtatem abſoluẽdi à caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ extra Bullam Cœnæ, & Decretum Clementis VIII. editum anno MDCII. die 16. Nouembris, ergo Regulares ab illis abſoluere poſſunt vbique. qui vnum dicit aliud non negat.

2. Non improbabilis videtur ſententia quorundam aſſerentium Regulares poſſe abſoluere à caſibus occultis Bullæ Cœnæ Domini ſeculares, quia clauſula Bullæ Concilij Decretum, qua videtur derogari conceſſæ Epiſcopis à Concilio Tridentino poteſtati abſoluendi ab omnibus caſibus Pontifici Summo reſeruatis, non impedit quominus adhuc Epiſcopi vi Tridentinæ conceſſionis poſſint abſoluere ab omnibus caſibus bullæ occultis, & quidem etiam ab hæreſi occulta: ita non derogat priuilegio cõceſſo à Paulo III. Religioſis Societatis Ieſu, &

per

per communicationem religioſis aliorum ordinum, *vt omnes confeſſarij poſſint abſoluere quoſcunque Chriſti fideles ad eos vndecunque accedentes eorum confeſſionibus diligenter auditis, à quibuſcunque peccatis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & à quibuſcunque ſententijs cenſuris, & pœnis, ex illis reſultantibus, exceptis ijs quæ in bulla cœnæ reſeruantur* & præter caſus Bullæ Cœnalis Pōtifici reſeruatos Clemēs VIII. alios quinque reſeruauit, *ſcilicet violationem immunitatis eccleſiaſticæ, & clauſuræ monialium ad malum finem, & duellum, & iniectionem violentam manuum in clericos ſuadente Diabolo factam, & ſimoniam realem ſcienter contractam, atque etiam confidentiæ beneficialis*. prohibuit etiam regulares abſoluere à caſibus, quos ordinarij ſibi ſpeciatim reſeruant. Supereſt ergo Regularibus facultas abſoluendi à reliquis caſibus Pontifici reſeruatis, exceptis iis, qui in bulla cęnali continentur, & conſequenter à caſibus occultis à quibus Epiſcopi abſoluerent, & abſoluendi ab ijs poteſtatem delegare, poſſunt ex Decreto Concilij Tridentini ſeſſione 24. capitulo 6. quo conceditur epiſcopis, *in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quocumque ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſe ipſos, aut per vicarium ad id ſpecialiter deputādum in foro conſcientiæ gratis abſoluere impoſita pœnitentia ſalutari. idem & in hæreſis crimine in eodem foro eis tantum, non eorum vicarijs ſit permiſſum*, non maior apparet ratio, ob quam hęc facultas Epiſcopis conceſſa non reuocetur per bullam cœnalem, quam priuilegium à Paulo III. Pontifice regularibus conceſſum, abſoluendi à quibuſcunque peccatis, etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis &c. & priuilegium à Pio VIII. conceſſum Dominicanis, vt ſuperiores ipſorum poſſint omnia per ſe ipſos erga ſuos ſubditos, quæ poſſunt epiſcopi erga ſibi ſubditos ex conceſſione Concilij Tridentini ſeſſione XXIV. ſed per hoc priuilegium conceſſum ſibi aut communicatum ſuperiores Religioſi non obſtante derogatoria clauſula bullæ cænalis putant ſe abſoluere poſſe ſubditos à caſibus occultis bullæ, vt Porcellus, Peyrinus, & Suſa docent, ergo & Regulares ex priuilegio abſoluere poſſunt ſæculares ab iiſdem caſibus occultis, qui non reſeruantur Pontifici, quia non eſt maior ratio, cur hoc, quam illud priuilegiū abrogatum ſit. ſic facultas abſoluendi á caſibus reſeruatis à Pontifice in Bulla Cœnali ſemel in vita, & ſemel in morte conceſſa per bullam cruciatam, non auffertur cœnali conſtitutione, ergo nec poteſtas conceſſa religioſis ex priuilegio ablata eſt, conſtitutiones pontificiæ non reuocant aliquod decretum concilij generalis, niſi de illo ſpecialē & indiuiduam mentionem faciant, ſed Tridentini Concilij non fit ſpecialis, & expreſſa mentio in derogatione per Bullam cœnæ factam, ergo nec abrogatum eſt, quod ab illo conceditur, *Peregrinus, Fr. Bordonus Megalius p.1.l.1.c.13.n.17. Carena de S. Officio t.4.nu.86. Diana p. Nau. Gutt. Bann. Aragon. Sa, Rodriq. Ledeſma, Putian. Henriq. Quintan. Lorca, Granad. Paſqual. q.93. & vide ſupra cap. 27.n.1.& 2. Portel. v. Abbas nu.10. cum Souſa, Peyrinus tom.3.c.2.nu.38. Pelliz. in man. & ſi ſententiam ſuam occultet, Compend. priuil. F Ieſuit. A. Bocul. in priuil. Somaſch. Confectinus*. Contraria tamen ſententia innixa ver-



Digitized by Google

bis Bullæ, & decretis S. Congregationis, & Clementis Octaui probabilior eſt. *Megal. p. 1. l. 1. c. 13. n. 1. Caramu de S. Officio t. 4. n. 86. Peregrinus, Bordonus, Diana, & alij.*

3 Regulares non poſſunt abſoluere ex vi priuilegiorum ſuorum ſæculares à quinque caſibus à Clemente VIII. reſeruatis, ſi publici, & notorij ſint, ſi verò occulti ſint, videntur poſſe abſoluere ex dictis ſupra. Fagundes a aſſerit, occultos percuſſores clericorum tum ab Epiſcopis, tum à Regularibus priuilegia ad hoc habentibus abſolui poſſe. Si percuſſio ſit occulta, etiamſi enormis, & grauis ſit, idem conſequenter de reliquis quatuor dicere debent, cum par ſit ratio de his, ac de illo, quia regulares priuilegiati poſſunt abſoluere à caſibus occultis Pontifici reſeruatis, à quibus epiſcopi ex conceſſione Tridentini Concilij abſoluere valent. Illud autem occultum dicitur, quatenus diſtinguitur à notorio, & publico. publicum dicitur, quod in maiori parte Viciniæ, Collegij, Monaſterij, aut parocciæ notum eſt, modo in iis ſaltē adſint decem perſonæ. in communitate conſtante ex decem perſonis delictum notorium dicitur, ſi ſit notum ſex perſonis. qui percuſſit clericum coram decem hominibus, vel duodecim non eſt notorius percuſſor in magna ciuitate. idem delictum quod eſt notorium reſpectu viciniç, vel monaſterij, poteſt eſſe occultum reſpectu oppidi, vbi eſt vicinia, vel monaſterium. a *Fagund. præc. 2. Eccleſ. l. 8. c. 8. nu. 29. Rodriq. tom. 1. q. 61. art. 8. Nald. v. Cler. nu. 39. Filliuc. tr. 15. n. 106. Sanch. l. 1. Dec. c. 39. Suar. Azor. p. 1. l. 8. c. Tamb. tom. 2. d. 17. q. 6. nu. 4. Auila p. 2. c. 6. d. 2. d. 4. Nau. Spi. Pelliz. num. 69. & 78.*

4 Pauli V. & Vrbani VIII. Pontificum decreta non obſtant, quominus Regulares virtute priuilegiorum ſuorum abſoluere poſſint à caſibus pontificiæ ſedi reſeruatis, qui in Bulla cœnali non comprehenduntur, nec ſpecialiter decreto Clementis Octaui reſeruantur, vt ex verbis ipſorum colligitur ex priuilegio Pauli III. conceſſo Ieſuitis in compend. *a, Bordonus, Dardus in Bullam Cœnæ l. 3. §. 2. q. 1. n. 31. Peregrin. in comp. priuil. v. abſol. & tr. de prohibit. Pelliz. tr. 8. c. 5. ſ. 2. n. 80.*

5 Neque in Italia, neque extra Italiam poſſunt Regulares abſoluere à criminibus ſpecialiter reſeruatis ab unoquoque ordinario in propria diœceſi, a cæteris verò iure communi, vel conſuetudine reſeruatis, & ab interdictis, ac ſuſpēſionibus epiſcopo ſpecialiter reſeruatis, & à quibuſcunque ſententijs, a ſiue generalibus, ſiue ſpecialibus ab homine latis, & à pœnis Eccleſiaſticis b. & ſecundum aliquorum ſententiam à cenſuris Inquiſitorum. K Ijdem abſoluere valent à cenſuris etiam extra ſacramentum, non tamen ab excommunicationibus ordinario præſuli ſpecialiter reſeruatis abſoluunt, & ſecundum aliquos ab irregularitate x. ex delicto ſæculares liberant, quia hæc verè eſt cenſura eccleſiaſtica x. quippe quæ in pœnam delicti eſt, abſolutio à cenſuris in foro conſcientiæ prodeſſe poteſt etiam in externo tribunali, ſi de ea iudex eccleſiaſticus certior fiat; nam rata haberi poteſt ab eo vt abſolutus, ſi ſacramenta confecerit, vel miniſtrauerit, ordines exercuerit, irregularis non fiat, nec iudex poſſit amplius ferre iudicium de delicto, propter quod contracta fuit cenſura, a qua ſufficienter nouit abſolutum eſſe reum. ex pri-

ui-

Digitized by Google

uilegio Pauli III. Pontif. Sanch. lib. 6. decal. c. 15. num. 78. k Filliuc. tract. 15. num. 238. Suar. d. 29. de pœnit. ſ. 3. num. 6. & tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 2. num. 15. Nau. cap. 27. num. 262. Pellizar. cap. 3. ſubſ. 2. n. 90. K Diana de abſ. hæreſis reſ. Portellius Freitas, Acugna. Contrariam tamen ſententiam aſſerentem regulares non poſſe abſoluere à cenſuris Inquiſitorũ tenendam cenſeo, cum Bordono reſol. 3. num. 6. l Caſtr. Palaus tract. 23. d. 1. par. 14. num. 16. Cord. lib. 5. q. 43. d. 4. Sal. 22. quæſt. art. 8. Dian. par. prim. tract. 11. reſ. 27. cum alijs, Portellius part. prim. cap. 3. ex Rodriq. & Henr. Cenſet regulares ex priuilegio Sixti IV. poſſe abſoluere ſæculares ab omni irregularitate reſeruata Ordinario, m Auila Conineb. Suar. Rodriq. C. Palaus num. 18. Pouna 2. comment. 25. & alij.

6 Sacerdos Regularis valide, ac directè abſoluit à criminibus reſeruatis, etiamſi ignoret, ſe poſſe id facere virtute priuilegiorum ſuorum, cum re vera poſſit, quia abſoluens tunc habet ſaltem voluntatem generalem faciendi id, quod poteſt. ſi non valet, hoc quod ago, valeat vt valere poteſt. Abſoluere autem vi priuilegiorum ſuorum poteſt, ergo abſoluit vi illorum. Ille etiam validè abſoluit, qui credens, facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, ad annum ſibi conceſſam nondum expiraſſe, aliquem poſt elapſum annum à reſeruatis abſoluit, nõ ſecus, ac qui opinionem probabilem ſequens validè ſacramenta miniſtrat. Tunc enim Eccleſia iuriſdictionem ſupplet, ſicut in Sacerdote habente titulum coloratum communi errore eum exiſtimante legitimum confeſſarium, Portellius verſic. priuilegium.

num. 40. Bonac. d. 5. de ſacr. quæſt. 5. ſ. 2. part. 3. Leonard. Laſſ. lib. 2. cap. 29. d. 8. Henric. lib. 2. cap. 12. Sanch. ſum. lib. 1. cap. 9. num. 35. Zerola, Suar. tom. 4. d. 26. ſ. 6.

7 Regulares ex priuilegio poſſunt abſoluere ab excommunicatione à Sixto V. lata contra procurantes abortum, n quia poſſunt abſoluere ab omnibus excommunicationibus exceptis ijs, quæ comprehenduntur in Bulla Cœnæ, aut decreto Clementis VIII. vel ſpecialiter reſeruantur Ordinarijs. Huiuſmodi excommunicatio alias Pontifici, nunc Epiſcopo reſeruata eſt, qui eius abſolutionem delegare poteſt cuilibet confeſſario. Regulares autem abſoluere poſſunt à caſibus iure communi Epiſcopo reſeruatis. Mulieres proprium procurantes abortum non incidunt in excõmunicationem Sixti V. o de qua cum agitur in Pontificio diplomate, nulla mentio fit de fœminis. q Peyrin. tom. 3. conſtit. 2. Iuly II. num. 65. Diana part. 5. tract. 9. reſol. 40. Pelliz. ſubſ. 2. num. 97. & alij. p Nald. verſ. abortus num. 1. Henriq. Auila p. 2. cap. 5. d. 3. Trullench. decal. lib. 3. cap. 1. d. 3. Io. Lug. r Torreblan. Zamael. Bordon. Lezan. Trullench. Dian. p. 6. tract. 8. reſ. 47.

8 Quando pro abſolutione à caſibus Pontifici reſeruatis pœnitens Romam ire nequit, ab Epiſcopo abſolui poteſt s & à confeſſario Regulari, quando ad epiſcopum non datur acceſſus t & iuſta cauſa adeſt abſoluendi, tunc veriſimile eſt epiſcopis non inuitis id fieri. u Nau. cap. 27. n. 12. Sylu. v. Abſol. 4. num. 4. Ugol. Sanch. Auila, Gutier. Vaſq. Coninck. Bonac. Tabien. Felin. Panorm. in c. de cætero de ſent. excom. Geminian. Henriq. l. 6. c. 16.

*c.16. num.1. Duard. Reginal. lib.1.n. 14. Suar. tom.5.d.25.ſ. 1 Pelliz. l.c. 1 Diana p.5.tr.14.r.58. Gamacheus Granad. contra Suar. d.3.ſ.3.num.9.*

9 Regularis debet abſoluere pœnitentem à criminibus reſeruatis, à quibus poteſt virtute priuilegiorum; niſi habeat iuſtam cauſam denegandi, vel differendi abſolutionem; alioquin ad minus venialiter peccabit; cùm non ſine iniuria negari poſſit abſolutio ei, qui ſubiectione ſui, ac confeſſione ius ad abſolutionem acquiſiuit. Niſi fortè abſoluendus ad ſuperiorem mittatur ad cohibendam nimiam facilitatem peccandi; ſed, ſi non poſſit adduci, vt ſe ſiſtat ſuperiori, abſoluendus eſt, & ſi confeſſarius facultate caret, ex charitate quandoque debet eam à ſuperiore petere, ſi ſine graui incommodo ſuo poteſt. *Rodriq. tom.1. q.61. art.15. Miranda p.1. q.46. art.12. Lezana tom.1. c.19. n.21. Pelliz. Layma. l.5. tr.6. cap.12. & alij.*

10 Regulares non amplius poſſunt abſoluere damnatos ad triremes ab omnibus caſibus, etiam Pontifici Romano reſeruatis ex vocali conceſſione Pij IV, quia omnia oracula viuæ vocis antiquata fuerunt; poſſunt tamen abſoluere rapientes bona naufragorum imperata reſtitutione, vti & quādo fieri poterit, ex priuilegio, quod Paulus V conceſſit fratribus Minimis, vt teſtatur *Peyrinus in Compendio v. abſolutio, quod ſeculares §.2. Pelliz. num.10. & alij.*

11 Nonnulli Doctores aſſerunt, vt Peyrinus, & Lezana, Superiores Regulares poſt reuocationem oraculorū viuæ vocis abſoluere poſſe ſubditos ſibi à criminibus reſeruatis in Bulla Cœnæ, & omnia viuæ vocis oracula, & priuilegia religioſis ordinibus conceſſa à ſummis Pontificibus, quæ Gregorius XIII. Conſtitutione edita pro fratribus minimis de plenitudine poteſtatis confirmauit, & innouauit, minimè reuocata fuiſſe, quippe quæ confirmata pontificio diplomate ceſſarūt eſſe oracula viuæ vocis, & mutata natura cæperunt eſſe priuilegia ſcripta, nec amplius comprehenduntur nomine oraculorum viuæ vocis, ſed ante Gregorium XIII. Pius V. conceſſit ſuperioribus Caſinenſibus, *vt poſſint abſoluere omnes ſuos fratres tam profeſſos, quam nouitios in religione tamen perſeuerantes à quibuſcunque peccatis, cenſuris, & pœnis per eos tam ante, quam poſt ingreſſum in dictam congregationem ſeu profeſſionem contractis & in futurum contrahendis, etiamſi fuerint de caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, & comprehenſis in bulla, quæ dicitur Cœnæ Domini ſingulis annis legi conſueta, & hoc toties, quoties opus fuerit, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia.* Huiuſmodi autem priuilegia cùm ſint valde fauorabilia, & nulli detrimentum afferant, ſunt latè interpretanda, & nullo teſtimonio authentico conſtat, ea eſse reuocata, immo patet cōfirmata cum alijs fuiſſe à Gregorio XIII. anno MDLXXV. bulla incipiente *ex benigna ſedis his verbis. Omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruationes, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia etiam per modum communicationis & extenſionis inter ſe, & cum alijs ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus &c. etiam per ſolam ſignaturam etiam viuæ vocis oraculo per præfatos*

*& alios*

*& alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos conceſſa, Authoritate Apoſtolica, ac poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, & innouamus.* Huius conſtitutionis beneficium commune eſt omnibus regularibus, qui cum Minimis fratribus habent communicationem priuilegiorum. vnde priuilegia omnia iiſdem ordinibus viuæ vocis oraculo conceſſa à Summis Pontificibus, vſq; ad tempus, quo Gregorius XIII. conſtitutionem illam edidit, non fuiſſe comprehenſa in generali reuocatione oraculorum viuæ vocis colligit Peyrinus, cuius opinionem Doctiſſimi viri à me conſulti veram exiſtimant. Paulus V. priuilegia omnia Minorũ confirmauit, & innouauit, vt teſtatur *Hier. Rodriq.* ego tamen in his rebus Romanæ curiæ iudicio ſtandum eſse cenſeo, & non vnius dicto, ſed plurium atteſtationi, & eſt de Romanæ curiæ ſtylo ius faciente, acquieſcendum eſt, vt monet *Menochius tom. 4. conſ. 364. ita contra K Graff. 1. p. l. 1. c. 13. num. 34. Paſſerel. Confeſſ. Pelliz. t. 8. c. 2. ſ. 1. nu. 33. Caſarub. Dian. p. 3. tr. 2. r. 72. Sigiſm. à Bonon. Tambur. lo. Cruc. Zanard. Nald. Vecch. Mirand. q. 4. art. 20. Aſſlict. Paſqual. Quintanaduenas tr. 2 ſing. 3. nu. 5. docent Lezana qq. Reg. c. 3. n. 21. Suar. tom. 4. tr. 8. l. 2. c. 21. nu. 1. Rodr. in comp. v. 3. n. 3. Peyrin. tom. 1. priuil. conſt. 4. Sixt. IV. § 5. nu. 6. & tom. 3. c. 9. conſt. 12. Portell. v. Abb. Em. Rodriq. tom. 1. q. 20. art. 9. Vega tom. 1. c. 43. c. 1. Molſeſ. part. 1. tr. 7. c. 19. num. 29.* aſſerens, decreto Clementis VIII. & Vrbani VIII. non derogare priuilegijs Regularium, quo ad abſolutionẽ ipſorum, ſed ſolum quo ad abſolutionem ſæcularium, idque declaratum fuiſse à Sacra Congregatione conſulta Clemente VIII. *Peregr. comp. p. 1. v. abſolutio §. 1. à c. ex literis de Conſtit. num. 12.* Nihilominus ſecundum contrariam ſententiam, quæ tutiſſima eſt, à caſibus in bulla cœnæ contentis Regulares præſides abſoluere poſſunt, ſubditos ſuos legitimè impeditos, quo minus Romanum Pontificẽ adeant, cui tamen ſiſtere ſe abſoluti debebũt, poſtquam ceſſauerit impedimentum, niſi abſoluantur ex priuilegio Concilij Tridentini in capitulo *Liceat*, vel ex alijs priuilegijs religioni pro vtroque foro conceſſis. Religioſi præſides habent dignitatem, quaſi epiſcopalem, ideo vti poſſunt poteſtate abſoluendi à iure communi Epiſcopis conceſſa, *cap. de cætera 11. cap. ea noſcitur 13. cap. quod de his 26. cap. quamuis 19. & c. eos 22. de ſentent. excomm. in 6. Pelliz. n. 40. Bordon. r. 3. n. 35.*

12 Regulares à quinque caſibus Clementis VIII. decreto reſeruatis abſolui poſsunt per confeſsarios à ſuperioribus ſuis aſſignatos. Huiuſmodi enim caſuũ reſeruatio non afficit Regulares vt pœnitentes, ſed vt confeſſarios, ne abſoluant ſæculares, *ita Sacra Congreg. declarauit. Naldus v. reſeruatio n. 1. Peyrin. tom. 1. priuil. conſtit. 4. Sixt. IV. num. 16. Molſeſ. 1. p. tr. 7. c. 19. n. 29. Pelliz. tr. 8. c. 2. ſubſ. 1. num. 41.*

13 Facultas abſoluendi regulares à reſeruatis conceſsa ex priuilegijs poteſt delegari etiam alijs, ad quos non extenditur priuilegij tenor. cum enim præſides religioſi in ſubditos ſuos habeant iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, vi cuius poſſunt, quidquid non prohibetur eis, poſſunt etiam Præſides Maiores religioſorũ, vt Prouinciales, viſitatores, & pater Generalis reſtringere

gere

Digitized by Google

gere inferioribus præpoſitis facultatem abſoluendi à reſeruatis. Quia id ipſis nõ prohibetur in priuilegiis. Paulus III. conceſſit Generali præpoſito Societatis Ieſu, vt omnes gratias, conceſſiones, & indulta ſibi ab Apoſtolica Sede conceſſa poſſit per Vicarios, aut perſonas viſas ad hoc idoneas exercere; idem conceſſit Sixtus IV. ſuperioribus fratrum Minorum *Suar. tom. 4. de Relig. tract.* 8. *l.* 2. *c.* 21. *n.* 8. *&* 14. *Pelliz. num.* 51. *&* 52.

214 Quarto Superior Religioſus ſacerdoti ſimpliciter concedit facultatem audiendi confeſſiones ſubditorum, non cenſetur ideo tribuere ei poteſtatẽ abſoluendi à criminibus Summo Pontifici reſeruatis, à quibus Regulares ex vi priuilegiorum ſuorum abſoluere valent; nam ſolis prælatis religioſis poteſtas abſoluendi ab illis conceſſa eſt. Neque ſub data alicui facultate abſoluendi à criminibus, & cenſuris reſeruatis in religione comprehenditur poteſtas abſoluendi à caſibus Pontificijs, quia habent reſeruationem altioris ordinis; ideo ad abſoluendum ab iſtis opus eſt ſpeciali conceſſione, vel delegatione tantæ poteſtatis, quantam ſuperior ex priuilegijs habet, vel quanta opus eſt, ſi illam habeat. *Suarez n.* 17. *&* 18. *Pelliz. n.* 34. *ſ.* 447. Quando religioſus præſes cõcedit ſubdito religioſo peregrinanti facultatem eligendi ſibi confeſſarium ſine vlla exceptione, cenſetur etiam concedere, vt poſſit abſolui à reſeruatis peccatis in religione, ſi fortè in illa inciderit; niſi contraria conſuetudo, vel declaratio ſuperioris, vel conſtitutio religioſa obſtet; fauorabilia enim latè interpretanda, & neceſſitati ſubditi ſuccurrendum. Immo in ſola conceſſione facultatis peregrinandi tacitè includitur facultas eligẽdi confeſſarium externum, ſi opus eſt *Suar. & Pelliz. l. c. Creſcentius, & alij.* Religioſus abſolutus à reſeruatis cum onere acceptato comparendi debito tempore coram ſuperiore, grauiter peccat, niſi ſe illi ſiſtat, quando nulla cauſa excuſatur †; probabile tamen eſt, non poſſe tale onus comparendi imponi pœnitenti, quando peccato cenſura annexa non eſt ‡, idque conſtat ex communi vſu eccleſiæ, quo ſæpè datur facultas abſoluendi à reſeruatis Pontifici, cum iniuncta obligatione comparendi ratione cenſuræ, verùm, ſi in aliqua religioſa ſodalitate ſtatutum ſit, vt religioſi peregrinantes poſſint abſolui à reſeruatis ab eligendo confeſſario externo cum onere comparendi coram ſuperiore, ſic abſolutus ſe illi ſiſtere debebit, non ad confitendum, ſed ad reddendam rationem commiſſi, & ſatisfactionis ſibi imperatæ, immo & ad acceptandam aliquam aliam pœnitentiam, quam fortè ſuperior ei velit imponere, quæ tamen omnia ſigillo confeſſionis tegenda erunt, cum ſint complementum prioris confeſſionis. † *Filliuc. tr.* 7. *n.* 298. *Suar. ſ.* 5. *num.* 27 ‡ *Durand. in* 4. *d.* 17. *q.* 15. *nu.* 10. *& alij contra Nauar. c.* 9. *nu.* 1. *& c.* 26. *num.* 12. ‖ *Pellizarius num.* 64. vbi docet abſolutum indirectè à reſeruatis culpis ratione neceſſitatis celebrandi miſſã debere poſtea iterum confiteri ſuperiori, & abſolui directè ab iiſdem. *Bonac. d.* 5. *q.* 7. *p.* 5 §. 3. *nu.* 6. *Valent. Suar. Coninch d.* 8. *nu.* 13. *Reginal. & alij contra Vaſq. q.* 91. *art.* 3. *d.* 8. *n.* 5.

215 Regulares vi ſuorum priuilegiorum poſſunt à cenſuris alioqui reſeruatis abſolui extra confeſſionem, niſi aliunde hoc prohibeatur, quia abſo-



Digitized by Google

lutio non pendet à ſacramento, & ſæpe expedit, vt quis extra ſacramentum á cenſuris abſoluatur, vt ſi tunc paratus non ſit ad confeſſionem; & iuſta cauſa occurrat impertiendæ abſolutionis à cenſuris, vel ſi non vacet abſoluenti audire integram confeſſionem: non licet tamen confeſſarijs Societatis Ieſu abſoluere externos à à cenſuris extra Sacramentum pœnitentiæ; hoc enim illis præſcriptum eſt in compendio priuil. *v. abſol.* §. 11. *Sanch. l. 8. Matr. d. 15. nu. 25. & d. 16. Layman. l. 5. tr. 6. c. 10. num. 21. Coninch d. 14. Nau. c. 26. Suar. de cenſ. d. 7. ſ. 5. num. 35.*

16 Nomine Regularium, qui ex priuilegio abſolui poſſunt à cenſuris, & peccatis reſeruatis comprehēduntur tam ſuperiores, quam ſubditi, non modo profeſſi, ſed etiam conuerſi, nouitij, donati, oblati, aggregati per votū ſimplex obedientiæ obſtricti, in monaſterijs, vel collegijs degentes, & habitum regularem deferentes *r* quamquam iſti, cum non ſint religioſi, non gaudent omnibus priuilegijs concedentibus facultatem abſolutionis à reſeruatis, ſi in illis ſermo ſit de Monachis, Fratribus, ac religioſis *x* & religioſi ſuperiores ſi in crimen reſeruatum incidant, à quo ſubditos ſuos abſoluere poſſunt vi priuilegij ipſis conceſſi, aut officij ſui, poſſunt, & ipſi abſolui à tali culpa reſeruata *ȝ* niſi aliūde prohibeantur; alioquin eſſent deterioris conditionis, quàm ſubditi; ſuperior tamen aliquis ex Societate Ieſu ſi in crimen reſeruatum incidat, non poteſt abſolui, niſi cum obligatione præſentandi ſe Patri prouinciali, hic verò patri Generali, vel delegato ad hoc ab eo ſecundum moderationem in VIII. Congregatione ſtatutum can. 7 *r Suar. de rel. tr. 8. l. 2. c. 24. Comp. Ciſtercien. v. abſol. §. 1. Sanch. lib. 8. Matr. d. 3. num. 3. Diana p. 3. tract. 4. Pelliz. t. 70.*

17 Religioſi abſolui poſſunt à reſeruatis in ordine ſuo ex conceſſione legati a latere, & quidem etiam extra prouinciam illius, & poſtquam amotus eſt ab officio; modò, qui obtinuit talem facultatem, habeat domicilium in prouincia illius. *Naldus v. Legat n. 8. Molfeſ. Fr. Longus, Pelliz. n. 78.*

18 Præter priuilegia iure communi conceſſa regularibus pro abſolutione a reſeruatis extant alia duo priuilegia conceſſa Fratribus ab obſeruantia dictis. In primo datur illis facultas eligendi ſemel de eodem ordine confeſſarium, qui ab omnibus peccatis reſeruatis, & cenſuris poſſit illos, & ab irregularitatibus abſoluere, excepta irregularitate ex homicidio voluntario, & mutilatione voluntaria. Hoc priuilegium etiam complectitur peccata reſeruata in religione. in altero conceditur facultas cuilibet confeſſario, vt in articulo mortis abſoluere poſſit quemlibet religioſum ex mendicantibus, & ex ijs, qui eorum priuilegijs gaudent, ab omnibus criminibus cum omni authoritate, ac ſi tunc eſſet Summus Pontifex, & ei plenariam indulgentiam concedere. his priuilegijs per communicationem gaudent alij religioſi aliorum ordinum. *Suar. l. c. Rodriq tom. 1. q. 62. a. 6. Pelliz.*

19 Ad audiendas confeſſiones regularium ſufficit approbatio Præſidis religioſi *ȝ* præterquam in ordine ſeruatorum ex decreto Pauli V. & tempore iubilæi ad ipſum conſequendū, & reſpectu monialium ob conſtitutionem Gregorij XV. Iubilæi Indulgentia non conceditur, niſi confeſſis

facer-

Digitized by Google

ſacerdoti approbato ab ordinario loci y, quo nomine non intelligitur ſuperior religioſus. poteſt etiam Religioſus ad confeſſiones audiendas a Legato a latere Pontificis admitti. Hic eſt enim iudex ordinarius, & quaſi proprius epiſcopus regularium, quamuis exemptorum, in prouincia ipſius degentium, & poteſt cuicumque regulari cõcedere facultatem eligendi ſibi confeſſarium non admiſſum a regulari præſide, & hoc priuilegio poteſt vti perpetuo regularis, etiam extra prouinciam legati concedentis, etiam poſtquam legatus è vita, vel ex officio diſceſſit z; nam priuilegium perſonale perſonam comitatur, quocumque ſe conferr, & habet rationem gratiæ conceſſæ, quæ non expirat conceſſore mortuo, vel amoto ab officio. *a Fagund. pr. 2. l. 2. c. 2. nu. 10. Suar. d. 28. de pœnit. ſ. 4. n. 5. β Pelliz. t. 8. cap. 1. ſubſ. 1. nu. 1. γ Henriq. l. 6. c. 6. nu. 9. Suar. nu. 22. & alij communiter contra Bonac. d. 5. q. 7. p. 4. Rodriq. Valer. Fernand. Zanard. Fr. Longum, & alios penes Dianam p. 3. tr. 2. r. 21. δ. Nald. v. legat. num. 8. ε. ε. Pelliz. num. 6. ε Suar. de leg. l. 8. c. 16. nu. 10. Fillinc. tr. 7. nu. 238.*

20 Regulares ex priuilegio cum abſoluere poſſint quoſcunque accedentes, poſſunt etiam abſoluere religioſos aliorum ordinum independenter a voluntate ſuperioris Religioſorum, quos audiunt, & abſoluunt, niſi vſus huius priuilegij, quo ad religioſos aliorum ordinum ipſis interdicatur, vt Ieſuitis, re vera interdicitur, *comp. priuil. ſociet. v, abſol. §. 1. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 9. c. 2. num. 9. Pelliz. num. 16. contra Regin. l. 8. nu. 57. Henriq. l. 6. c. 16. §. 7. l. 9. Viuald.*

21 Regulares poſſunt liberè confiteri Pœnitentiarijs Summi Pontificis, ſicuti faciunt Romæ ſcientibus, nec reclamantibus Regularibus ſuperioribus, Pontifex enim, qui ſupremus eſt Regularium præſul, pœnitẽtiarijs ſuis poteſtatem abſoluendi regulares concedere cenſetur, *Reyrm. tom. 1. priuil. conſt. 2. Iulij II. num. 62. Pelliz. n. 20.*

22 Regulares exempti non poſſunt validè abſolui ab epiſcopo proprio, abſque Superioris ſui conſenſu non ſolum in caſibus, in quibus poſſunt etiam a proprio præſide abſolui, ſed etiam quando nequeunt ſuperiorem ſuum adire, a quo abſoluantur a criminibus reſeruatis. Tunc ſiquidem a quolibet confeſſario approbato abſolui poſſunt directè a non reſeruatis, indirectè a reſeruatis cum obligatione ſiſtendi ſe ſuperiori habenti facultatem abſoluendi a reſeruatis; ſi quando tamen Regularis nequeat abſolui à proprio præſide, poterit ſubijcere ſe Epiſcopo habenti poteſtatem abſoluendi ab aliquo crimine reſeruato, ab eoq; abſolui; alioquin exemptio eum faceret deterioris conditionis; neque tenetur religioſus ſuperior, ſi excommunicatus vitandus ſit petere abſolutionem ab epiſcopo, ſi ob percuſſionem ſubditi ſacerdotis, qui cum ſolus habitat domi, incidit in excommunicationem, tunc enim eligere poteſt confeſſarium extra ordinem, & ab eo abſolui a cenſura (niſi priuilegium reſtringat poteſtatẽ abſoluendi ad confeſſarios ordinis, vel ad ſuperiores) & poſtea abſoluere ſacerdotem, a quo viciſſem repercuſſus fuit. Electio enim confeſſarij non eſt actus iuriſdictionis, ſed priuilegij, quo non priuatur excommunicatus vitandus, ſi verò toleratus ſit, abſoluere prius ſuperior ſubditum ſacerdotem poteſt, deinde

ab

ab ipſo abſolui. Immo ſi nullus alius Sacerdos adſit, qui excommunicatos vitandos regulares abſoluere queat, tunc ipſemet ſuperior, & ſubditus ſe inuicē abſoluere poterunt neceſſitate legem non habente, *Suarez. cap. 23. num. 2. 4., & 5. Ceſpedes de exempt. d. 140. num. 5. Rodriq. tom. 1. queſt. 20. art. 12. Pelliz. tract. 8. cap. 2. ſ. 1. num. 21. & 24.*

23 Nouitios nondum religioſa veſte indutos, ſed breui induendos, modo iam ſæculo vale dixerint, & inter religioſos degant admiſſi pro tyrocinio, abſoluere poteſt Sacerdos à ſolo Regulari Præſide approbatus pro confeſſionibus audiendis. *Siquidem breui accingendus habetur pro accincto in fauorabilibus l. penult. ff. de milit. Teſtam. Vechius de Nouitijs d. 9. d. 1. Peyrinus tom. 3. priu. cap. 3. num. 3. Pelliz. num. 28.*

24 Superior Religioſus debet admittere ad confeſſiones ſubditorum excipiendas duos, treſue, aut plures Sacerdotes pro maiori, vel minori numero ſubditorum in monaſterijs, collegijs, ac ſimilibus domibus degentium, non pro paucis ruri ad breue tempus recreandi animi gratia commorantibus. Quia in Decreto Clementis VIII. non fit mentio de domibus ruſticis, ſed de monaſterijs, & ſimilibus, & leges, vbi de obligationibus agitur, ſtrictè interpretandæ ſunt. Si forte longè abſit ſuperior, vel mortuus, vel exauthoratus ſit, religioſus, qui ſuperioris vicem ad breue tempus, vel ad xv. dies gerit, poteſt delegare Sacerdotem ad confeſſiones ſodalium inferiorum audiendas, ita vt approbatio duret, donec reuocetur: quia tunc re vera eſt ſuperior iure communi. Superior vero in fine regiminis ſui non poteſt ſe ipſum delegare pro confeſſionibus ſodaliū ſuorum excipiēdis, cum amplius alijs non præerit, quia delegator, & delegatus debent eſſe perſonę diſtinctę, cum nemo in ſe ipſum actum iuriſdictionis exercere valeat delegatio autem eſt actus iuriſdictionis, *Clem. VIII. ann. 1593. die 26. May. Pellizar. num. 30. & 32. Bordon. reſol. 2. num. 10. lo. Lugus l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſdictione omn. iudic. Bonac. d. 5. de ſacr. queſt. 7. p. 4. §. 1. num. 16. cum alijs.*

25 Confeſſarij regulares priuilegijs gaudentes poſſunt abſoluere quemcunque ex ſuis ſodalibus, à quacunque ſuſpenſione, ſiue à iure, ſiue ab homine generaliter lata, & ſimiliter ab interdicto, vt patet ex priuilegio Pauli III. conceſſo Ieſuitis, non poſſunt tamen confeſſarij abſoluere ab irregularitate nata ex praua ordinum ſuſceptione, aut malo vſu, ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum, ex defectu natalium, ex vitio corporis, & alijs; quia hoc ſolum ſpectat, vel ad ſummum Pontificē, vel ad locorum ordinarios, vel ad Superiores regulares ſecundū modū in priuilegijs præſcriptū, poſſunt regulares priuilegiati ex conceſſione Superioris vti hac forma. Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris ſuſpenſionis, & interdicti, & diſpenſo tecum in omni irregularitate, quamquomodocunque incurriſti, & reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſiæ, vnionique, & participationi Fidelium, deinde abſoluo te à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Clem. VII. Congr. Theat. Pius V. ann. 1567. Idib. Febr.*

A. Boc-

Digitized by Google

ſacerdoti approbato ab ordinario loci y, quo nomine non intelligitur ſuperior religioſus. poteſt etiam Religioſus ad confeſſiones audiendas a Legato a latere Pontificis admitti. Hic eſt enim iudex ordinarius, & quaſi proprius epiſcopus regularium, quamuis exemptorum, in prouincia ipſius degentium, & poteſt cuicumque regulari cõcedere facultatem eligendi ſibi confeſſarium non admiſſum a regulari præſide, & hoc priuilegio poteſt vti perpetuo regularis, etiam extra prouinciam legati concedentis, etiam poſtquam legatus è vita, vel ex officio diſceſſit s; nam priuilegium perſonale perſonam comitatur, quocumque ſe confert, & habet rationem gratiæ conceſſæ, quæ non expirat conceſſore mortuo, vel amoto ab officio *a Fagund. pr. 2. l. 2. c. 2. nu. 10. Suar. d. 28. de pænit. ſ. 4. n. 5. β Pelliz. t. 8. cap. 1. ſubſ. 1. nu. 1. γ Henriq. l. 6. c. 6. nu. 9. Suar. nu. 22. & alij communiter contra Bonac. d. 5. q. 7. p. 4. Rodriq. Valer. Fernand. Zanard. Fr. Longum, & alios penes Dianam p. 3. tr. 2. r. 21. δ. Nald. v. legat. num. 8. δ. s. Pelliz. num. 6. s Suar. de leg. l. 8. c. 16. nu. 10. Fillinc. tr. 7. nu. 238.*

20 Regulares ex priuilegio cum abſoluere poſſint quoſcunque accedentes, poſſunt etiam abſoluere religioſos aliorum ordinum independenter a voluntate ſuperioris Religioſorum, quos audiunt, & abſoluunt, niſi vſus huius priuilegij, quo ad religioſos aliorum ordinum ipſis interdicatur, vt Ieſuitis, re vera interdicitur, *comp. priuil. ſociet. v, abſol. §. 1. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 9. c. 2. num. 9. Pelliz. num. 16. contra Regin. l. 8. nu. 37. Henriq. l. 6. c. 16. §. 7. l. 9. Viuald.*

21 Regulares poſſunt liberè confiteri Pœnitentiarijs Summi Pontificis, ſicuti faciunt Romæ ſcientibus, nec reclamantibus Regularibus ſuperioribus, Pontifex enim, qui ſupremus eſt Regularium præſul, pœnitẽtiarijs ſuis poteſtatem abſoluendi regulares concedere cenſetur, *Reyrin. tom. 1. priuil. conſt. 2. Iulij II. num. 62. Pelliz. n. 20.*

22 Regulares exempti non poſſunt validè abſolui ab epiſcopo proprio, abſque Superioris ſui conſenſu non ſolum in caſibus, in quibus poſſunt etiam a proprio præſide abſolui, ſed etiam quando nequeunt ſuperiorem ſuum adire, a quo abſoluantur a criminibus reſeruatis. Tunc ſiquidem a quolibet confeſſario approbato abſolui poſſunt directè a non reſeruatis, indirectè a reſeruatis cum obligatione ſiſtendi ſe ſuperiori habenti facultatem abſoluendi a reſeruatis; ſi quando tamen Regularis nequeat abſolui à proprio præſide, poterit ſubijcere ſe Epiſcopo habenti poteſtatem abſoluendi ab aliquo crimine reſeruato, ab eoq; abſolui; alioquin exemptio eum faceret deterioris conditionis; neque tenetur religioſus ſuperior, ſi excommunicatus vitandus ſit petere abſolutionem ab epiſcopo, ſi ob percuſſionem ſubditi ſacerdotis, qui cum ſolus habitat domi, incidit in excommunicationem, tunc enim eligere poteſt confeſſarium extra ordinem, & ab eo abſolui a cenſura (niſi priuilegium reſtringat poteſtatẽ abſoluendi ad confeſſarios ordinis, vel ad ſuperiores) & poſtea abſoluere ſacerdotem, a quo viciſſem repercuſſus fuit. Electio enim confeſſarij non eſt actus iuriſdictionis, ſed priuilegij, quo non priuatur excommunicatus vitandus, ſi verò toleratus ſit, abſoluere prius ſuperior ſubditum ſacerdotem poteſt, deinde

ab

Digitized by Google

ab ipſo abſolui. Immo ſi nullus alius Sacerdos adſit, qui excommunicatos vitandos regulares abſoluere queat, tunc ipſemet ſuperior, & ſubditus ſe inuicē abſoluere poterunt neceſſitate legem non habente; *Suarez. cap. 23. num. 2. 4. & 5. Ceſpedes de exempt. d. 140. num. 5. Rodriq. tom. 1. quaeſt. 20. art. 12. Pelliz. tract. 8. cap. 2. ſ. 1. num. 21. & 24.*

23 Nouitios nondum religioſa veſte indutos, ſed breui induendos, modo iam ſæculo vale dixerint, & inter religioſos degant admiſſi pro tyrocinio, abſoluere poteſt Sacerdos à ſuo Regulari Præſide approbatus pro confeſſionibus audiendis. *Siquidem breui accingendus habetur pro accincto in fauorabilibus l. penult. ff. de milit. Teſtam. Vaehius de Nouitijs d. 9. d. 15. Peyrinus tom. 3. prim. const. 3. num. 3. Pelliz. num. 28.*

24 Superior Religioſus debet admittere ad confeſſiones ſubditorum excipiendas duos, treſue, aut plures Sacerdotes pro maiori, vel minori numero ſubditorum in monaſterijs, collegijs, ac ſimilibus domibus degentium, & non pro paucis ruri ad breue tempus recreandi animi gratia commorantibus. Quia in Decreto Clementis VIII. & non fit mentio de domibus ruſticis, ſed de monaſterijs, & ſimilibus, & leges, vbi de obligationibus agitur, ſtrictè interpretandæ ſunt. Si forte longè abſit ſuperior, vel mortuus, vel exauthoratus ſit, religioſus, qui ſuperioris vicem ad breue tempus, vel ad XV. dies gerit, poteſt delegare Sacerdotem ad confeſſiones ſodalium inferiorum audiendas, & ita vt approbatio duret, donec reuocetur: quia tunc re vera eſt ſuperior iure communi. Superior vero in fine regiminis ſui non poteſt ſe ipſum delegare pro confeſſionibus ſodaliū ſuorum excipiēdis, cum amplius alijs non præerit, & quia delegator, & delegatus debent eſſe perſonę diſtinctę, cum nemo in ſe ipſum actum iuriſdictionis, & exercere valeat delegatio autem eſt, & actus iuriſdictionis, & *Clem. VIII. ann. 1593. die 26. May. & ſ Pellizar. num. 30. & 32. & Bordon. reſol. 2. num. 10. lo. Lugus & l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſdictione omn. Iudic. & Bonac. d. 5. de ſacr. quaeſt. 7. p. 4. §. 1. num. 16. cum alijs.*

25 Confeſſarij regulares priuilegijs gaudentes poſſunt abſoluere quemcunque ex ſuis ſodalibus, à quacunque ſuſpenſione, ſiue à iure, ſiue ab homine generaliter lata, & ſimiliter ab interdicto, vt patet ex priuilegio Pauli III. conceſſo Ieſuitis, non poſſunt tamen confeſſarij abſoluere ab irregularitate nata ex praua ordinum ſuſceptione, aut malo vſu, ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum, ex defectu natalium, ex vitio corporis, & alijs; quia hoc ſolum ſpectat, vel ad ſummum Pontificē, vel ad locorum ordinarios, vel ad Superiores regulares ſecundū modū in priuilegijs præſcriptū, poſſunt regulares priuilegiati ex conceſſione Superioris vti hac forma. Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris ſuſpenſionis, & interdicti, & diſpenſo tecum in omni irregularitate, quam quomodocunque incurriſti, & reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſiæ, vnionique, & participationi Fidelium, deinde abſoluo te à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Clem. VII. Congr. Theat. Pius V. ann. 1567. Idib. Febr.*

*A. Boc-*

Digitized by Google

*A. Boccol. Sixtus IV. Monachis S. Hieron.* Per horum priuilegium, omnis Regularis priuilegiatus poteſt ſemel in vita abſolui in foro conſcientiæ à confeſſario per Superiorem delegato ab irregularitate, quacunque occaſione contracta, aſt Præpoſitus Generalis Soc. Ieſu, in ſuo compendio irregularitatem ex bigamia, homicidio, membrorum obtruncatione, ſanguinis effuſione ſibi reſeruat. *Quintan. tract.* 3. *ſ.* 22. vbi ait, poſſe confeſſarium abſoluere ab irregularitate ex defectu lenitatis, quæ non cenſetur reſeruata.

26 Superior monaſterij, vel collegij Præſes, vel Rector, ſi per vnum diem naturalem domo, vel à cœnobio abſit, nec eodem die reuerſurus ſit, Vicarius, vel Protector, ſeu quiuis alius, qui Præſidis vices gerat, concedere poteſtatem abſoluendi à Caſibus reſeruatis poteſt, eſt enim tunc vere Superior, nec par eſt, vt ſubditus ſacræ confeſſionis beneficio careat, etianſi in eum diem confeſſionem diſtulerit, iure enim ſuo vſus eſt. Secus dicendum videtur, ſi Superior, vel Præpoſitus in vicino prædio recreationis, aut viſitationis gratia per vnum, aut duos dies manet, & ad Vicarium non ſpectat totum regimen domus religioſę, ſi tamen vrgeat tempus ſumendi Euchariſtiam, vel ſacrũ faciendi, poterit ſubditus abſolui à reſeruatis cum conditione, vt poſtea Superiori ſe ſiſtat, veniamque per ſe, vel per alium ab eo petat. *Peyrinus in priuil. tom.* 1. *conſt.* 4. *Sixti IX.* § 6. *Homob. Beia, Quintan. tract.* 3. *Sing.* 13. *Nald. μ abeſſe num.* 11.

27 Mortifero crimine ſe inquinat ſuperior, qui non concedit petitam licentiam abſoluendi aliquem à criminibus reſeruatis, quando maior vtilitas pœnitentis ſpectatur, & graue damnum non timetur, immo ſola verecundia pœnitentis ſufficit, vt talis facultas per alium petita concedi debeat, alioquin ſuperior exponit moraliter pœnitentem periculo committendi ſacrilegia, & laqueum damnationis aliis, & conſequenter ſibi ipſi inijcit. *Ideo peccaret Sacerdos, ſi non eſſet facilis ad præbendam licentiam alteri confitendi*, K inquit D. Thomas, quia multi adeo infirmi ſunt, vt in confeſſi mori, quam tali Sacerdoti confiteri malint. K peccat etiam inferior, ſi à petente facultatem abſoluendi aliquem à reſeruatis culpis, vicioſe exquirat, aut aliud faciat, vnde cõijcere poſſit, quis ſit pœnitens, porro, vt ait Suarius, μ Tyrannicũ & plane periculoſum eſt, ſi Superiores velint ſubditorum cõfeſſiones excipere, & iubeant, ſibi illos confiteri, vt inde hauſta notitia criminum ad externam emendationem vtantur, & peccant contra decretum Clementis Octaui, *Henriq. Panorm. Rodriq. Sylueſt. Fagund. pr. Eccl.* 3. *cap.* 9. *num.* 17. *Quintan. tract.* 3. *Sing.* 13. *num.* 5. *Coninch. Longus, Megala, Molf. to.* 7. *cap.* 21. *num.* 31. *Sot. Ang. Turrian. d.* 31. § 8. *Nauar. cap. placuit. num.* 149. *Turr. D. Thom. in quart. diſt.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 3. *Reginal. lib.* 8. *num.* 51. *Molf. tract.* 7. *cap.* 21. *num.* 42. μ *Suarez. d.* 47. *Quint. l. c.*

28 Quilibet religioſus poteſt virtute Bullæ cruciatæ, à quocunque confeſſario ſæculari, vel regulari approbato ab Ordinario loci vel, à præſide regulari ſuo abſolui ab omnibus peccatis, & cenſuris; à quibus eiuſdem Bullæ abſolui poſſunt ſæculares.

Digitized by Google

lares (exceptis caſibus reſeruatis à ſuperioribus religioſis), & votorũ commutationem accipere, aliiſque priuilegijs frui, & indulgentias conſequi, quæ bullam crucis ſumentibus generatim conceduntur α vſus enim bullæ Cruciatæ à Clemente VIII. & Vrbano Octauo ſolum interdicitur religioſis, quo ad abſolutionem a reſeruatis in eo religioſo ordine, quem quiſque profitetur, non verò quo ad alia, imo nec quo ad abſolutionem à peccatis lethalibus, quæ an ſint reſeruata, non certò conſtat α; hoc autem etſi aliquantulum relaxet religioſam diſciplinam, ad commune tamen bonum vergit, ad quod ſpectat peccatorum expiatio ex libertate confeſſionis, ne animæ præ pudore periclitentur. hæc opinio eſt probabilis, licitum eſt autem ſacramenta ſuſcipere, cum adeſt probabilis ſententia aſſerens, miniſtro iuriſdictionem adeſſe β, etiam ſi contraria opinio probabilior ſit γ; Eccleſia enim iuriſdictionem ob communem vtilitatem concedit. α *Leander à Sacram. tom. 1. tr. 5. d. 11. q. 62. Ludouicus à Cruce in Crucd. 1. c. 1. d. 12. Quintan. tr. 3. ſing. 18. Rodriq. Trullench. cum alijs contra Io. Lugum d. 20. ſ. 9. nu. 194. β Bonac. d. 2. de pecc. q. 4. p. 9. num. 16. Io. Sanct. d. 44. num. 24. Grauad. contr. 2. tr. 20. Sanch. l. 1. ſum. c. 9. num. 35. Leſſ. l. 2. cap. 29. Mald. 1. 2. q. 19. a. 5. Palaus tom. 1. d. 2. p. 5. num. 9. β. γ. Nald. Sanch. Villal. Martinez Enriq. Salas, Vaſq Dian. p. 2. de opin. r. 2. Quintan. l. c. num. 13.*

29 Sacerdos Regularis à ſuperiore admiſſus ad audiendas aliorum regularium eiuſdem domus, collegij, vel monaſterij confeſſiones habet circa pœnitentes ſodales, tantam poteſtatem, quantam quilibet confeſſarius ordinarius religioſi ordinis gaudens, iiſdem priuilegijs, quibus idem gaudet, erga externos habet, præterquam in caſibus à ſuperiore reſeruatis. ideo poteſt accedentes ad ſe virtute priuilegiorum abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris Apoſtolicæ ſedi in iure reſeruatis, vel per ſpeciales conſtitutiones, exceptis criminibus in Bulla Cœnali comprehenſis; religioſi enim non ſunt deterioris conditionis, quàm ſæculares, quos ex priuilegio ab huiuſmodi culpis, ac cenſuris in iure reſeruatis Pontifici abſoluunt α Ergo poſſunt à confeſſario ipſis aſſignato abſolui ab omnibus culpis, & cenſuris, quas eorum ſuperior, vel Pontifex in Bulla Cœnæ non reſeruauit, & ſolui obligatione aliquorum votorum non reſeruatorum, vel commutationem illorum ab eodem confeſſario accipere ſecundum facultatem, quam habent ex priuilegijs ſuis; hæc autem ampliſſima eſt. Benedictinis, Minoribus, prædicatoribus, aliiſque gaudentibus priuilegiorum communicatione. Innocentius IX, & Pius V. tantam iuriſdictionem quantam Epiſcopi habent, ad abſolutionem ſubditorum à peccatis, & cẽſuris, ſuperioribus prædicatoribus, & confeſſarijs, quibus eam commiſerint, conceſſerunt, quod ad fratres ſodales, & moniales iiſdem ſubditas, ampliorem etiam Sixtus IV. concedit in diplomate, quod *Mare Magnum* appellatur *Compend. priuil. Mendicantium v. abſolutio ordinaria, & extraord. Quintanad. tr. 3. ſing. 19. Pelliz. & alij.*

30 Moniales ſubiectæ regularibus, abſque facultate à præſule ſuo conceſſa abſolui nequeunt à caſibus in religione ſua, vel monaſterio reſeruatis,

etiamſi Bullam Crucis, vel aliud ſimile priuilegium habeant, præter quam tempore iubilæi. & idem dicendum eſt de monialibus Epiſcopo, vel Pontifici immediatè ſubiectis, quo ad caſus ipſarum reſeruatos, ad regularis diſciplinæ ſtatum pertinentes, dummodo ſint ex ijs, quos reſeruari poſſe ſtatuit Clemens VII. non debent enim alij caſus reſeruari pro monialibus, quam qui pro regularibus ex decreto Clementis VIII. reſeruabiles ſunt. Clementis, & Vrbani octaui decretis reuocata ſunt priuilegia cōceſſa Carthuſienſibus à Sixto IV & à Leone X. monialibus Sanctæ Claræ, vt bis, vel quater in anno Moniales abſolui poſſent à caſibus reſeruatis, abſque licentia imperrata à Præſule ſuo. Confeſſarij extraordinarij extra Iubilæi tempus non poſſunt abſoluere moniales à reſeruatis culpis. & ſine licentia ab Epiſcopo, vel ordinario loci conceſſa. & quam tamen illi vltrò concedere debent, quando eos ad moniales audiendas mittunt. Caſus autem pro recto totius Dicceſis regimine ab Epiſcopo reſeruati non videntur reſeruati pro monialibus ipſis etiam ſubiectis Epiſcopo, non enim par eſt, vt idem iugum ferāt ſacræ Deo virgines, quod ſæculares, nec deterioris conditionis ſunt moniales ſubiectæ Epiſcopo, quam, quæ Regularibus ſubſunt. non debent igitur pro illis reſeruari caſus, niſi ſint ex contentis in decreto Clementis VIII. niſi Sacra Congregatio Cardinalium alios caſus reſeruandos pro regulari ipſorum obſeruantia, ac regimine ſtatuerit. Cùm Epiſcopi in regimine monialium ſucceſſerint regularibus ſuperioribus, non debent alios caſus reſeruare pro monialibus, quam quas ſuperiores Regulares pro ſubditis religioſis reſeruare poſſunt. Alioquin ipſis iugum intolerabile fieret, quod ſuaue eſſe debet, nec præceptis onerandæ ſunt moniales, ſed hortandæ, vt monaſticas conſtitutiones obſeruent; hoc enim ſufficit. Cæterum moniales ordinario loci ſubiectas non poſſe à caſibus reſeruatis in diœceſi abſolui abſque facultate ab ordinario conceſſa per confeſſarios ordinarios ſæculares, niſi eas abſoluant virtute Bullæ Cruciatæ, probabile eſt, ac & confeſſarios regulares iuriſdictionem à Pontifice habentes ex priuilegijs ſuis poſſe eas abſoluere, & ab alijs caſibus reſeruatis à iure Pontificio, vel Epiſcopo & *Doctores comm. Lug. de pæn. d.* 20. *c.* 19. *Leander tom.* 1. *tr.* 5. *d.* 121. *Quintan. tr.* 5. *ſing.* 26. & *Quint. nu.* 7. & *num.* 21. *l. c.*

31 Si Epiſcopus concedat facultatem generalem abſoluendi ab omnibus peccatis, & caſibus, quamuis non addat verba illa: *etiam à caſibus per nos reſeruatis*, confeſſarius ſine alia facultate, vel ſine Bulla Crucis, aut alio priuilegio poteſt abſoluere à reſeruatis. quia lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda, qui nullum caſum excipit, omnes, quos poteſt, comprehendit *l. de pretio ff. de publ. in rem act. l. in fraudem* §. *vlt. de teſtam. mil. Riccius dec.* 419. *n.* 7. *Io. Narbina de appellat. p.* 1. *nu.* 27. *Surdi conſ.* 271. *Valaſc. conſ.* 119. *n.* 21. *Quintan. ſin.* 9. *tr.* 5.

32 Si ex conſuetudine rectè introducta ſcientibus, & non reclamantibus præſulibus Parochi in Diœceſi, confeſſarij regulares in ſua ſodalitate, vel ordine abſoluant pœnitentes à reſeruatis, valida eſt abſolutio, *Quintan. tr.* 3. *ſ.* 9. *num.* 5. *Vaſq. Nauar. c.* 27. *Bellarm. Barboſ. Suar. Lug. ſ.* 1.

LAV-

Digitized by Google

# LAVRENTII LONGI

## PARMENS. THEOL. CONG. SOM.

## DE CENSVRIS ECCLESIASTICIS,

Et de poteſtate ab illis pœnitentes abſoluendi, aduerſaria moralia ſecundæ Tabulæ addita.

### Cenſura Eccleſiaſtica quid, & quotuplex ſit. Cap. LXI.

1 CEnſura Eccleſiaſtica eſt pœna ſpiritualis ab Eccleſiaſtica poteſtate homini Chriſtiano grauis culpæ reo, ac contumaci inflicta, quæ illum aliquorum bonorum ſpiritualium, vſu ad emendationem interdicit, ac priuat. Eſſe autem in Eccleſia poteſtatem ferendi cenſuras de fide credendum eſt ex S. Mattheo cap. 18. *quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, erunt ligata, & in cœlo*. Spiritualia bona alia ſunt propria, quibus nemo inuitus priuatur; huiuſmodi ſunt diuinæ gratiæ dona, virtutes, earumque bona opera, alia vero communia, quibus homo ob culpã multari poteſt. Talia ſunt ſacrificia, ſacramenta, eccleſiæ ſuffragia, indulgentiæ, piacula, quæ ſatisfactiones pro peccatis dicuntur. His bonis homo per cenſuram priuari poteſt, vt reſipiſcat, priuari etiam externo conuictu poteſt *Sayr. de cenſur. l. 1. c. 1. num.* 10. *Satunin* 4. *d.* 22. *q.* 1. *a.* 1. *Layman. Bonac. de cenſ. q.* 1. *p.* 1. *Nau. Auila, Alterius, Fillиuc. Coninch. Megal. Raſtellius, Hurtad. A. Leonius, Suar. Floron. Valentia, Leander, & alij contra Marſilium Pataninum*.

2 Cenſuræ eccleſiaſticæ propriè tres ſunt, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum *a*; nam irregularitas, depoſitio, & degradatio cenſuræ propriè non ſunt; non enim ad emendationem delinquentis præcipuè, ac primariò inſtitutæ ſunt; quod cenſuræ proprium eſt, neque ceſſatio à diuinis propriè cenſura dicitur. non enim ſpeciali modo afficit, aut ligat eos, quorũ culpa ceſſatio à diuinis indicta eſt; ſed eſt ſimplex prohibitio, qua Eccleſiaſtici diurna officia perſoluere, ſacramenta miniſtrare, Laicos in loco ſacro ſepelire prohibentur, *β* cenſura vero veluti accidens moraleafficit, & quaſi ligat eum, in quem lata eſt. Depoſitio eſt priuatio executionis legitimæ officiorum, ac beneficiorum eccleſiaſticorum ſimpliciter, & omnino abſq; vlla ſpe reſtitutionis relicto ſolum priuilegio clericali canonis contra percuſſores clericorum *γ*, & fori eccleſiaſtici *δ*. hæc autem idem eſt,



Digitized by Google

ac degradatio verbalis. Degradatio vero actualis, ſeu realis eſt pœna eccleſiaſtica, qua clericus omni executione ordinis, & beneficij adminiſtratione, & omni priuilegio clericali ſolemniter priuatur, abſque ſpe reſtitutionis. Irregularitas eſt canonicum impedimentum ad ordinum Eccleſiaſticorum ſuſceptionem, & vſum inhabilem hominem reddens, quæ abſque culpa eſſe poteſt, neque ad emendationem inſtituta eſt; igitur, neq; depoſitio, neque degradatio, neque irregularitas cenſuræ ſunt, ſicut nec ceſſatio à Diuinis, *ex c. quærenti de verborum ſignificatione Innocentius III. Nau. c. 27. num. 1. Sayr. lib. 1. de cenſ. c. 1. num. 15. Suar. tom. 5. de cenſ. d. 1. ſ. 3. num. 2. Candid. Layman, Bonac. Filiuc. contra Bannes, Bonac. tom. 1. de cenſ. d. 1. p. 1. num. 22. Sayr. l. 5. c. 17. num. 2. Rodriq. tom. 1. q. 15. a. 2. Summ. Bul. d. 29. ſ. 1. num. 14. c. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Sylueſt. v. degradatio num. 1. 2. 3. Armilla, Bonac. l. c. q. 4. p. 1. num. 4. Doct. commun. vide infra in irregularitas. Vide Alphonſum de Leone de cenſuris.*

3 Cenſura alia eſt à iure, alia ab homine; illa à conditore canonis vniuerſaliter fertur, iſta vero à iudice contra certas perſonas nominatim, vel per generalem ſententiam irrogatur; & quamuis cenſura ab homine æquiualeat canoni, nihilominus cenſura iuris permanet, donec ius reuocetur, etiamſi legiſlator iuriſdictionem amittat, vel vitam; illius ſi quidem, neq; morte, neque exauthoratione extinguitur. Addita enim eſt legi, ſeu conſtitutioni perpetuæ, vt iniuncta illius tranſgreſſoribus pœna; cenſura vero ab homine lata morte, vel exauthoratione, ſiue depoſitione latoris extinguitur, vel abrogatione præcepti, cuius violatoribus cenſura ſtatuta eſt; vtraque tamen cenſura à iure, & homine, vbi ſemel contrahitur, perpetuo durat, niſi remittatur, ſeu tollatur. *Sayr. de cenſ. l. 1. c. 19. num. 5. & alij citati ſuperius, Gloſſ. in c. à nobis. Candid. d. 21. art. 7. d. 11. Nau. cap. 27. num. 2. Sayr. l. c. c. 4. n. 22.*

4 Cenſura excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti eſt vel latæ ſententiæ, vel ferendæ. In cenſuram latæ ſententiæ incurritur ſtatim, ac præceptum, vel lex, cuius violatoribus ea pœna conſtituta eſt, violatur. Cenſura vero ferendæ ſententiæ ſolum comminatoria eſt, nec ante iudicis ſententiam contrahitur. Tunc cenſura eſt latæ ſententiæ, quando legi, vel præcepto apponuntur particulæ, *ipſo iure, ipſo facto, latæ ſententiæ, confeſtim, eo ipſo, ſtatim, mox, illico, continuò, protinus, tunc, omnino, prorſus,* aliaue huiuſmodi verba; vel quando per verbum præſentis, vel præteriti, vel imperatiui temporis cenſura profertur; vt ſi dicatur, *qui hoc, vel illud fecerit, excommunicatur, vel excommunicatus eſt, vel anathema eſt, vel ſe excommunicatum nouerit, vel excommunicamus, anathematizamus, ſuſpendimus, ſub excommunicatione prohibemus.* Cenſura vero ferendæ ſententiæ huiuſmodi verbis ſignificatur, *qui hoc fecerit excommunicetur, ab officio ſuſpendatur, anathema ſit, interdicatur, ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur;* hæc enim verba continent præceptum alteri impoſitum, vt cenſuræ ſententiam ferat; quando *ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti* prohibetur, ne quis percutiat, vel hoc, vel illud agat, cenſura ferendæ ſententiæ eſt; item quando dicitur ex-

*excommunicabo, vel excommunicabitur, vel ſicut excommunicatus vitetur*; ſimilitudo enim excommunicationis non eſt excommunicatio; nec verba illa *ſub obteſtatione diuini iudicij, vel indignationis omnipotentis Dei, et Beatorum Apoſtolorum* cēſuram aliquam latæ ſententiæ indicant. In dubio autem an cenſura latæ, an ferendæ ſententiæ ſit, benignior interpretatio præferenda eſt, eamque ferendæ ſententiæ eſſe exiſtimandum eſt; odioſa enim reſtringenda ſunt. *ita Gloſſ. in c. quicunque, §. inhibemus v. innodatur. De regul. iuris in 6. Syluest. v. excommun. 1. num. 22. Auila p. 2. c. 2. d. 1. Caſtrus l. 2. de lege pœnal. c. 1. & 6. Aegid. d. 13. Layman. l. 1. tr. 5. cap. 2. n. 3. Bonac. tom. 1. de cenſ. q. 1. p. 1. num. 6. Candid. l. c. art. 23. d. 3. Gloſſ. in c. Solenitane v. ſub excommunicat. diſt. 63. Nau. tom. 2. concil. l. 2. de ſentent. excomm. conſ. 2. Abbas in c. Super ſpecula not. 2. Ne Clerici, vel Monachi Tabien. v. excommun. 2. n. 3. Felin. in c. veniens n. 1. de praeſcript. Sayr l. 1. de cenſ. c. 11. num. 16. Candid. l. c. n. regul. 49. in 6. Nau. c. 27. num. 12. Sanch. l. 7. de matr. d. 11. num. 2. Bonac. q. 1. p. 1. num. 4. Suar. de leg. l. 6. c. 6. Azor p. 1. l. 5. c. 6. Vgolin. Conincb. Filiuc. tr. 1. c. 1. q. 8. Hurtad. Dian. p. 4. tr. 3 r. 16.*

5 Probabilis etiam ſententia eſt excommunicationem per verba illa ſignificatam *anathema ſit* non ferendæ, ſed latæ ſententiæ eſſe; idem enim eſt, ac ſi dicatur *excommunicatus ſit*, verbum autem *ſit* præſens tempus imperatiuo modo indicat, quo plerumque lex vtitur, cuius virtus eſt non optare, ſed imperare *l. legis virtus ff. de leg. Tabiena v. excomm. 2. num. 3. verſ. 6. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 11. num. 10. Suar. tom. 5. d. 3. num. 4. Bonac. de cenſ. q. 1. p. 1. num. 5. Candid. d. 22. art. 4. d. 1. contra Nau. c. 27. num. 62. Sanchez de matr. l. 7. d. 12. num. 2. Vide Raſtellium de cenſ. q. 3. art. 2. num. 2. Giballinum, & Leandrum.*

## Poteſtas ferendi cenſuras vnde ſit, & quibus ſit. Cap. LXII.

1 Poteſtas ferendi cenſuras à Deo data eſt verbis illis Matth. 18. *Quodcunq; ligaueritis ſuper terrā, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueritis &c.* Ritus vero infligendi cenſuræ pœnam ab Eccleſia inſtitutus eſt; cenſuræ igitur inſtitutio iuris poſitiui eſt, poteſtas vero ligandi cenſuris iuris diuini eſt, eccleſiæ conceſſa à Chriſto Domino dicente Matth. 8. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus* ideo Paulus Apoſtolus ad Titum 3. ſcribens *hæreticum hominem*, inquit, *poſt primam, & ſecundam admonitionem deuita*, & D. Ioannes Epiſtola II. ait, *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nec aue ei dixeritis*. Quibus verbis præcipitur, vt hæretici euitentur, ac proinde fidelium communione, & conſortio priuentur, cum ſermo hæretici, vt cancer ſerpat; præterea iure canonico tantum communicatio in diuinis cum excommunicatis interdicta eſt, nam in Concilio Conſtantienſi decretum fuit, vt ſolum duo genera excommunicatorum euitentur, videlicet eorum, qui notorij clericorum percuſſores ſunt, & qui ſpeciatim ſeu nominatim denunciati ſunt. hoc autem concilium decernere non potuiſſet, ſi communicatio in diuinis



Digitized by Google

eum hæreticis iure diuino prohibita eſſet: obligatio igitur ſeruandi cenſuras iuris poſitiui eſt, nullaque cenſura à iure diuino impoſita eſt. *a* ita contra *Marſilium Patauinum Doctores communiter u, ß S. Matth. 18. Candid. art. 5. d. 1. & 5. γ S. Paulus ad Tit. 3. ad Timoth. 2. Suarez de cenſ. d. 1. ſ. 2. num 3. Bonac. tom. 1. de cenſ. q. 1. p. 2. Raſtel. q. 2. art. 1. Soto. in 4. d. 22. q. 1. art. 4. Azor. p. 2. l. 3. c. 48. d. 2. Suar. d. 2. ſ. 1. Vaſq. dub. in 8. Henriq. Auila, Vgol. Filiuc. tr. 11. c. 2. q. 5. Bonac. d. 1. q. 1. p. 2.*

2. Ordinariam poteſtatem ferendi cenſuras in quoſcunque Chriſtianos, vbique terrarum exiſtentes cuiuſcunque dignitatis, ac gradus ſint Summus Pontifex habet, in ſubditos vero ſuos Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ, eorumq; Vicarij; Eccleſiaſticam enim iuriſdictionem in foro exteriori habent, ac poteſtatem, qua leges condere, præcepta imponere, ſententias ferre, pœnas infligere ad Chriſtianæ diſciplinæ conſeruationem poſſunt, ac debent, vbi opus eſt. ideo omnes Eccleſiaſtici præſules, ideſt clerici in exteriori foro iuriſdictionem obtinẽtes, cenſuras ferre poſſunt *a*: item legati Summi Pontificis in ſua tantum prouincia *ß*, & Vicarius Pontificis in Vrbe tantum, non extra *ß*, Concilium generale Summi Pontificis authoritate congregatum, Capitulum prouinciale Archiepiſcopi, & diœceſanum Epiſcopi *γ*. Vicarius capituli ſede vacante ad præſcriptũ Tridentini Concilij electus, nec non Vicarius Pontificis, Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, & Abbates iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes poteſtatem ferendi cenſuras habent; item Cardinales in Eccleſijs ſuis titularibus, in ijs enim iuriſdictione quaſi epiſcopali gaudẽt, Superiores Religionum approbatarum, nam & ipſi Eccleſiaſtici Præſules ſunt, & Eccleſiaſticam iuriſdictionem in vtroque foro habent: ideo ideo cenſuris ligare poſſunt ſibi ſubditos, ſecus verò de Parochis, & Sacerdotibus ſimplicibus dicendum eſt. hi enim merum imperium, ideſt poteſtatem animaduertendi in facinoroſos homines non habent. Laici vero tam ordinaria, tum delegata poteſtate ferendi cenſuras carent. K. *a Sayr. l. 1. de cenſ. c. 6. num. 8. ex c. ab Eccleſiarum de offic. ordinar. S. Thom. in 4. d. 18. q. 2. art. 2. q. 2. Richard. ibid. art. 4. q. 1. Palud. q. 2. art. 2. Abb. in c. Sacerdos de offic. ordin. Layn. l. 1. tr. 5. c. 3. num. 1. ß c. legatos de offic. leg. in 6. Bord. r. 21. Candid. d. 24. art. 5. r. 5. Bonac. ex c. nuo nobis 5. d. offic. Vicarij γ c. graue nimis, de præbendis & Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 16. de Reform. Gloſſ. in c. licet. de offic. Vicarij, cuius idem eſt tribunal, ac Epiſcopi. C. Romano de appellat. in 6. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 5. num. 11. gloſſ. in c. veniens in v. Archidiaconorum de eo qui ord. furt. ſuſcep. Albamadi pot. Papæ p. 2. num. 147. Megal. l. 1. decut. c. 2. Bord. r. 78. num. 23. c. hic quæ de maior. & obed. Candid. l. c. Diana l. c. cũ in Eccleſijs de maior. ibid. Suar. tom. 5. d. 2. ſ. 2. Henriq. Sayr. 1. Sayr. l. 1. c. 5. num. 21. Suar. d. 12. ſ. 1. num. 2. Nau. c. 27. num. 5. Filiuc. tr. 11. 4. 5. num. 11. Henriq. l. 14. c. 24. D. Th. in 4. d. 18. q. 2. Palud. ibid. concl. 9. & 10. Loc. in 4. d. 22. q. 2. Rodriq. tom. 2. q. 59. art. 1. Nau. c. 27. num. 5. Sayr. Tolet. Graff. Bonac. Megal. Tambur. Mirand. Bord. r. 78. num. 26. Peyrinus de prælato Rel. to. 2. q. 3. c. 4. Vaſq. Filiuc. tr. 11. c. 2. Longus de cap. p. 1. ſect. 1.*

*ſect.1. art.2. Bordon.r.78. de omnibus à n.21. vſque ad n.72.*

3 Vicarius Epiſcopi nominatim excommunicati, ac denunciati cenſuras ferendi poteſtate caret; ceſſante enim Epiſcopi iuriſdictione, Vicarij etiam iuriſdictio ceſſat. idem dicendum eſt, cum Epiſcopus in hoſtium manibus captiuus detinetur, tunc enim quaſi mortuus cenſetur, donec priſtinæ libertati reſtituatur. interim vero capitulum cenſuras ferre, & alia facere poteſt. *c. ſi Epiſcopus de ſuppl. neglig. prælat. in 6. Sayr. loco citato Candid. dub.4.*

4 Vicarij Generales, prouinciales, vel locales, ac Commiſſarij Regularium, cæterique vicem ſuperiorum gerentes abſentibus ſuperioribus cēſuras ferre, iiſque contumaces ad obedientiam compeſcere poſſunt. *ita Peyrin. Bord.r.78.num. 29. Mirand. tom.2.q.11. Portellius.*

5 Fœminæ omnes, etiamſi Abbatiſſæ, cenſuras Monacharum ſint, ferre ſecundum ius commune, & de facto nequeunt, nam poteſtate iuriſdictionis in foro contentioſo, & ad ferendam cenſuram neceſſaria carent, idcirco nec præcepta ſpiritualia imponere poſſunt ſed tantū ciuilia, & œconomica, quandoquidem ordinis clericalis incapaces iure diuino ſunt. ſpiritalis autem iuriſdictio iure communi, & de facto ordinē clericalem ſupponit, & clauem ordinis *ꝑ.. a D.Th. in addit. ad 3.p.q.39.art.1. ꝑ D. Anton. p.3. tit.27. de interdicto c. 2. Sayr. l.5. de cenſ.c. 10. num. 27. Sotus in 4. d.20.q.1.art.4. Valentia tom. 3. d.7. q.16. p.3. Cand. d.22. art.6. d.5. Bord. r. 78. num.* 114. probabile eſt tamen, Abbatiſſam poſſe præcipere monialibus aliquid in virtute obedientiæ, quā illi promiſerunt, & priuare Monachas inobedientes, interdicere illis acceſſum ad chorum, ad Triclinium, & ſimiles pœnas, quæ cenſuræ non ſunt, infligere. *ita Rodriq tom. 1. q.17. art. Megal. de punit l.1.c.10.n. 3. Graff. p.1 l.4.c.5 Sayr. l.4. c.2. num.9. Fum. nu. 4. 5. Confeſſ. 1.23. c. 2. Bordon. r. 78. num.* 114.

6 Non improbabilem eorum ſententiam exiſtimo, qui mulieres iure diuino poteſtatis ordinis, & iuriſdictionis incapaces omnino non eſſe exiſtimant, ac proinde etiā eis à Summo Pontifice excommunicandi, ac ferendi cenſuras poteſtatem committi poſſe. Nam etſi mulier nec ordinis, nec iuriſdictionis clauem habet; aliquis tamen ei clauium vſus committitur, videlicet aliquis ſpiritualis iuriſdictionis vſus, non poteſt tamen Epiſcopus, nec præſul Regularis dare Abbatiſſæ poteſtatem excommunicandi *D. Th. in 4. d. 19. q. 1. art. 1. q. 3. Palud. l. c. Nau. l. 5. conſil. 1. de ſent. excomm. Suar. d. 2. de cenſ. ſ. 3. num. 7. Laym. l. cit. Vgolin. Sot. diſt. 20. q. 1. Henriq. Sayr. Præpoſitus, Ghetius, Corneius, Rodriq. Candid. l. c. LezZana, Homobonus, Armilla, Syluest Sayrus, Filiuc. Hurtado, Ruard. Bordon. r. 78. n. 114. Sanch. l. 7. c. 1. num. 17. contra Auilam, Coninch. de Sacram. d. 13. d. 3. num. 35. Lugam, Sotum. Vide Dian. p. 5. tr. 9. r. 16. & p. 8.*

7 Qui ordinariam poteſtatem ferendi cenſuras habet, eam cuiuis clerico clericalibus priuilegijs gaudenti committere poteſt, nam poteſtas ordinaria delegabilis eſt. a Laici vero à poteſtate ferendi cenſuras, & abſoluendi ab illis tum ordinaria, tum delegata repelluntur, iis enim eccleſiaſtica negotia tractare minimè fas eſt,



Digitized by Google

ſed cenſuræ ad Eccleſiaſticam poteſtatem ſeu clauem ſpectant *ex c. inter catena 15. cap. fin. de offic. ordin. c. 1. & 7. & 9. de conſecrat. Eccleſ. ita ex cap. præterea de offic. deleg. & ex communi decet Nauar. c. 27. num. 5. Couar. c. alma p. 1. § 11. num. 1. Suar. de conſ. d. 2. ſ. 3. Bord. num. 110. ex c. decernimus, de iudicijs C. iudicatum d. 89. Palud. in 4. d. 19. q. 2.*

8 Idem de clericis coniugatis, quod de laicis, dicendum eſt, niſi forte clericus vnicam, eamque virginem duxerit, & ab ea ſeceſſerit nuncupato vtrinque caſtitatis voto; nam ſi clericus cum vxore in coniugio permaneat, & habitum, ac tonſuram gerens alicui Eccleſiæ ſeruiat, quamuis canonis, & fori priuilegio gaudeat, eccleſiaſticæ tamen adminiſtrationis, ac iuriſdictionis capax non eſt, neque Vicarius ab Epiſcopo creari poteſt, etiamſi quatuor minoribus ordinibus initiatus ſit. *cap. ſane 1. iuncta Gloſſ. de clericis coniug. c. vn. de cler. coniug. in 6. C. Trident. ſeſſ. 23. c. 6. Gloſſa in cit. c. Couarr. cap. Alma p. 1. §. 11. Palud. l. c. Suar. Auila, Laym. tr. 5. c. 3. num. 1. Candid.*

9 Non modo religioſi Præſules, Generales, Prouinciales, Viſitatores, Præpoſiti, Rectores, quique ab alijs Guardiani, ab alijs Miniſtri dicuntur, ab alijs Correctores, & Superiores locales, quia iuriſdictionem externam, & internam habent, ſed etiam capitula generalia, ac prouincialia cenſuras ferre, & aliquid præcipere, vel prohibere, ſub pœna excommunicationis, & ſuſpenſionis poſſunt: quia eminenti modo continent totam poteſtatem, quæ eſt in ſingulis præpoſitis, & ſuperioribus localibus Religionis ſuæ, ſecus vero capitula localia cũ extra conuentum poteſtatem in quenquam non habeant, neque enim ſe ipſos capitulares cenſuris ligare poſſunt. *Suar. tom. 4. de relig. tr. 1. l. 2. c. 9. Cord. q. 3. c. 8. Bord. num. 43. Auila p. 2. d. 1. c. 3. Filiuc. tr. 11. c. 2. num. 3. Suar. de cenſ. l. 1. c. 6. num. 20. Lezan. ... c. 19. n. 11. Sot. l. c. Peyrin. l. 2. q. 3. c. 4. num. 4. D. Thom. ad 3. p. q. 22. Nau. man. c. 27. num. 6. Sot. Suar. Superiores locales excommunicationis gladio vti poſſunt ex c. cum in Eccleſ. de maior. & obed. c. cum ab eccleſiarum de offic. or. vbi Gloſſa, Innocent. num. 1. Nau. c. 27. num. 5. Sot. in 4. d. 22. q. 2. art. 1. Henriq. Tolet. l. 1. c. 6. num. 3. Sayr. Auila, Fagundez, Peyr. tr. 2. q. 1. c. 14. § 4. num. 66.*

10 Poteſtas ferendi cenſuras conſuetudine, & præſcriptione acquiri poteſt, annuente, immo concedente eam Summo Pontifice, vt iuriſdictiones Eccleſiaſticæ firmæ, ac certæ ſint: verum hæc poteſtas circa vnam cenſuram, & non circa aliam acquiri poteſt, non enim neceſſaria eſt inter ipſas connexio, vt, qui vnam infligit, alteram infligere poſſit. *c. Romana de ſent. excom. in 6. cap. dudum 54. de elect. c. cum contingat de foro compet. Mercerus in 3. p. de ſacr. q. 21. d. 3. Gordon. tom. 2. l. 7. q. 2. cap. 1. & DD. commun. ex c. cum olim de præſcript. Bord. r. 78. num. 6.*

11 Epiſcopus cenſuram Religioſis infligere ratione delicti, loci, rei, vel contractus exceptis caſibus à iure expreſſis nequit, niſi delegatam ſibi à Summo Pontifice peculiarem poteſtatem habeat. Religioſi enim ab Epiſcopi iuriſdictione exempti ſunt: quamuis autem Epiſcopus in Monachos exemptos iuriſdictionem non habeat, iuſtis tamen de cauſis in ſuos

ſubdi-

ſubditos ad earum monaſteria accedentes cenſuras ferre poteſt ℟ ita ex c. 1. §. in eos de priuil. in 6. & ex Mari Magno Sixti IV. §. 45. Martinus V. apud Rodr. q. tom. 2. q. 63. art. 3. Henriq. l. 7. c. 25. num. 7. L. Portel. v. epiſc. num. 5. Bariola, Azpilcu. v. epiſc. §. 3. Confeſſ. in priuileg. Villalob. Diana p. 5. tr. 9. r. 43. Bord. r. 78. num. 106. ℟ Moſcoſus tract. 26. c. 5. num. 6. Nec Prælatus nullius diœceſis, licet habeat iura Epiſcopalia, poteſt animaduertere in Regulares manentes in ſuo territorio, nec in eos cenſuras ferre in caſibus in quibus Epiſcopus poteſt, vt Pontificis delegatus, in illis enim ſubiecti ſunt vicinioribus ordinarijs à Paulo V. an. 1606. *Nald. v. Hereſis. Bord. num. 109. Gibalinus.*

12 Qui poteſtatem ferendi cenſuras habet, non poteſt ea in propria cauſa vti. Nemo enim iudex in propria cauſa eſſe permittitur ℟ poteſt tamen ſe aduerſus violentum inuaſorem cenſuræ gladio defendere. Vim enim vi repellere cuique licet, ſed tunc cenſura defenſionis rationem habet, non iudicij, neque tunc infligitur præcipuè vt vindicetur delictum, ſed vt maius malum propulſetur, ac præcaueatur, ℟ aliquando etiam per modum iudicij cenſura in propria cauſa ferri poteſt, cum cauſa adeo manifeſta eſt, & clara, vt probationis luce non indigeat ℟ *ex c. inter querelas c. 23. q. 4. Diana r. 52.* ℟ *Innocentius IV c. dilecto filio de ſent. excomm. in 6.* ℟ *Abbas ad c. cũ veniſſent de iudicijs, Mercerus in 3. p. de ſacram. q. 20. d. 4.*

13 Vicarius Epiſcopi etiamſi ſolum prima tonſura initiatus ſit, cenſuras ferre poteſt, hoc enim magis ſpectat ad poteſtatem iuriſdictionis, quam ordinis, ℟ illa ſubdiuiditur in iuriſdictionem fori conſciẽtiæ, ſeu internam, & ſacramentificam, qua ſcilicet ſacramenta confici poſſunt, quæ præter poteſtatem ordinis requirunt etiam poteſtatem iuriſdictionis, cuiuſmodi eſt iuriſdictio abſoluendi à peccatis, & cenſuris in foro ſacramentali, ad hanc neceſſarius eſt ordo ſacerdotalis, neque hæc neceſſaria eſt ad ferendas cenſuras, neq; ad abſoluendum ab illis pro foro externo. poteſtas vero iuriſdictionis, quæ vocatur externa, ſeu fori contentioſi neceſſaria eſt ad ferendas, & relaxandas cenſuras inflictas in tranſgreſſores: hæc eſt publica poteſtas eccleſiaſtica ad ius dicendum protegendo innocentes, & caſtigando nocentes ℟ hanc poteſtatem habent omnes qui Eccleſiaſtica dignitate, hoc eſt præfectura, quam prælaturam vocant, alijs præſunt, hi Præſules, ſeu Prælati dicũtur, habentq; iuriſdictionem in foro contẽtioſo ſuper ſubditos, quibus ius dicere poſſunt ſiue ex officio, ſiue ex delegatione, hanc autem poteſtatem in Eccleſia eſſe in Clypeo fidei Catholicæ, & in ſpeculo Obedientiæ ſatis, ſuperque oſtendimus. ℟ *Suarez d. 2. de cenſuris ſect. 3. num. 11. Bonacina de cenſur. d. 1. p. 2. q. 1. num. 6. cum multis alijs Bord. r. 78. nu. 5. C. tranſmiſſam de elect. Gloſſ. v. Eccleſiaſt. c. 3. de off. ordin.* ℟ *Gratian. in cap. quæ Lotarius §. in manifeſtis 2. q. 1. Panorm. in c. de multa. De preben. num. 21. Gloſſ. in c. liceat de procur. & in c. decernimus. De iudicijs C. 1. de elect.*

14 Præpoſitus Generalis, ſiue ſummus Præſul Religioſi cuiuſuis ordinis ligare poteſt cenſuris ſuis quoſcumque religioſos ſibi ſubditos, vbicunq; ſint, prouincialis vero præſul ſubditos ex ſua prouincia, & Præſides locales eos, quibus

Digitized by Google

quibus præſunt, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti pœnis mulctare poſſunt, vt reſipiſcant. ad hoc enim inſtituta *cenſura, quæ eſt ſpiritualis pœna medicinalis ab Eccleſia poteſtate impoſita in Chriſtianos ſubditos legum, vel præceptorum violatores priuans eos ſpiritualibus bonis*: nec niſi ob grauiſſimã culpã contrahitur, cum ſit pœna grauiſſima. nec pœna debet excedere culpã: ſed iuxta illud Deuteronomij 25. *pro menſura delicti erit & plagarum modus*. Hanc medicinalem pœnam inſtituit Apoſtolus illi de quo ſcripſit 1. Corinth. 5. *tradidi huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt ſaluus fiat ſpiritus eius in die Domini*. De poteſtate ferendi cenſuras intelligenda ſunt illa Chriſti verba apud Matthæum 18. *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ, ſi autem eccleſiam non audierit; ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus*. Ex his conſtat aliquem excommunicari non poſſe, niſi præmonitus fuerit, & niſi contumax, & inobediẽs permaneat, nec poteſt cenſura in Iudæos, Turcas, Ethnicos, non baptizatos ferri, in eos enim Eccleſia non habet directam iuriſdictionem, hoc innuit Doctor gentium illis verbis 1. Cor. 5. *Quid enim mihi de ijs, qui foris ſunt, iudicare? Bord. r. 78. c. Cap. non afferamus 21. 24. q. 1. c. felicis § illud de Pœnis in 6. C. quæſiuit 2. de ijs, quæ fiunt. C. cum bona de ætate c. tanta de exceſſ. prælat. Gloſ. Gloſ. c. cum bona de ætate. c. tanta de exceſſib. prælat. Hieron. relat. cap. audi 21. 11. q. 3. S. Auguſt. l. 1. retract. C. multis 18. 2. q. 1. c. 1. de ſent. excomm. in 6. Sayr. l. 4. c. 1. n. 3. Bonac. & alij commun.*

15 Vicarij ſuperiorũ religioſorum, ab ipſis conſtituti, non de iure electi præſente ſuperiore, vel abſente per breue tempus, non habent poteſtatem ferendi cenſuras niſi ſuperior, vel regularis conſtitutio hanc facultatem illis conceſſerit, non enim habent iuriſdictionem in foro contentioſo, ſed ſunt ſolum curatores, & adminiſtratores rerum, & religioſorum curam habentes: ſuperiore vero per longum tempus abſente, vt tempore quadrageſimæ, vel Comitiorum regularium poſſunt, quicquid poſſet ſuperior, ſi præſens eſſet *Sylueſt. v. prælat. num. 21 Auila p. 2. c. 3. d. 1. d. 1. Fagun. in 2. præc. eccl. l. 8. c. 4. num. 5. Peyrin. prælat. q. 3. c. 4. Barbol. Bord. r. 78. nu. 40. & r. 8. 2. num. 2. & c. præterea 5. de offic. de leg.*

16 Epiſcopus ex iuriſdictione in quibuſdam caſibus à Summo Pontifice ipſi delegata in Regulares cenſuras ferre poteſt, non vt legiſlator, ſed vt iudex, in quibus autem caſibus id poſſit, refert *Eman. Rodriq. tom. 2. q. 63. art. 21. H. Rodr. r. 63. num. 24. Quar. v. exemptio. Confect. r. 6. c. 1. Tamb. tom. 1. d. 15. q. 7.*

17 Legatus à Latere Pontificis Regulares cenſuris ligare poteſt: quia eſt iudex ordinarius etiam exemptorum, & Regularium degentium in prouincia legationi eius ſubiecta. parem poteſtatem in regulares habet Vicarius Pontificis in Vrbe & Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Regularium præpoſita in cauſis ad ſe delatis. & protector religioſi ordinis in caſibus conceſſis illi ex officio cenſuris ligare poteſt Religioſos protectioni ſuæ commiſſos. Etiam omnes prælati poſſunt declarare excommunicatos regulares eoſdem ſiue à iure, ſiue ab homine in caſibus permiſſis illis, nam huiuſmodi declaratio eſt com-

complementum cauſæ ab ipſis cæptæ, & iudicium cauſæ finiendum eſt ab illo, à quo cæptum fuit: ita Rodr. tom. 2. q. 6. 3. art. 4. *Angel. v. Legatus Roman. Peyrin. priuil. p. 1. & C. ſignificaſti 4. de elect. Card. Alban. de poteſt. Papæ, Megal. l. 1. cap. 2. Bordon. r. 73. num. 66. l. vbi cæptum ff. de iuriſd. omn. l. ſi quis poſtea ff. de iudiciis ex Gloſ. v. præuenitur c. propoſuiſti 19. de foro compet. Andr. Dominic. in c. 1. de priuil. in 6. Rodriq. Conſect. ait. 5. c. 2. Nald. v. exemptio 7. Aphor. Epiſc. v. Reg. Diana p. 5. t. 2. r. 35. Cemed. Alter. Riccius, Bagnus, Triuiſan. Henriq. l. 7. c. 25. Rodr. Praſco.*

18 Non poſſe Regulares declarari excommunicatos niſi in caſibus, in quibus hoc illis ſpecialiter permittitur, probabilius eſt v. g. ſi extremæ vnctionis, & Eucharistiæ Sacramenta miniſtrent, aut matrimonia ſolemnia faciant, abſque Parochi licentia excommunicantur in conſtitutione Clementina de priuilegiis per antequam Epiſcopus eos declaret excommunicatos, debet præcedere cognitio, & iudicium cauſæ; fieri enim poteſt, vt Regulares oſtendant ſe in excommunicationem non incidiſſe: aliqui tamen hoc neceſſarium eſſe negant, quando delictum adeo notorium eſt, vt à regularibus excuſari nequeat: ita *Peyrin. in priuil. Minim. tom. 1. conſt. 2. Sixti IV. §. 10. Zerola prax. p. 1. v. excom. Nauar. conſ. 1. v. 2. de ſent. excom. & Vgolin. de pot. Epiſc. 29 §. 10. Barboſa de pot. Epiſc. p. 3. all. 105. nu. 73. Diana l. c. & alii.*

19 Regularis excommunicatus ab Epiſcopo denunciatus abſolui non poteſt à ſuperiore ſuo Regulari, ſed ab eodem Epiſcopo iudice; hoc enim ſpectat ad complementum cauſæ; religioſus verò non excommunicatus ab homine Epiſcopo, ſed à iure, vt à Clementina conſtitutione, & ſimilibus, abſolui poteſt à ſuis ſuperioribus, vt ex eadem lege colligitur. aliqui tamen docent religioſum denunciatum ab Epiſcopo anathema poſt ſatisfactionem exhibitam parti à religioſo præſule ſuo abſolui. *Suar. tom. 4. de Rel. tr. 1. l. 25. Peyrin. tom. 1. conſtit. Iulij II. num. 28. Bordon. r. 78. n. 77.*

20 Quamuis factum ſit notorium non poteſt Epiſcopus declarare religioſum anathema, niſi prius eum citet ad dicendam cauſam, vt iuridicè cóſtet delictú ab eo & innoteſcat contumacia delinquentis, vel emendationis propoſitum, & hæc citatio rei non ſolum ad declarandum excommunicatum, ſed etiam quacunque alia cenſura, ſuſpenſione, vel interdicto innodatum declarandum neceſſaria eſt, vt moueatur iudex ſpe conuerſionis, & emendationis rei ad declarandum illum cenſuram contraxiſſe, præmittenda eſt ſententia criminis declaratoria, licet crimen ſit notorium. *Gloſ. v. conſtiterit Clem. fin. de cenſib. Imola, Decius, Felin. Nauar. Conſil. 4. de ſent. excom. num. 4. Conar. in c. Alma M. §. 2. num. 9. Dian. r. 18. Gemem. prax. c. 23. num. 16. ex c. conſuluit 14. de appell.* vbi legitur: *Multa dici notoria, quæ tamen non ſunt.* ideo opus eſt declarare, quæ verè notoria ſint; huiuſmodi denunciatio ab Epiſcopo facienda eſt in templo Maiori, ſchedula affigenda eſt valuis Eccleſiæ Maioris.

21 Declaratio cenſuræ tria efficit, primum obligat fideles ad euitandum reum cenſura affectum, vt confundatur, & redeat ad obedientiam: ſecundò illum priuat iuriſdictione tam con-

contentioſi, quam in terris, ac ſacramentalis fori, ita vt excommunicatus nullum iuriſdictionis actum validè exercere poſſit β, Tertiò reddit eundem obnoxium ſuſpicioni hæreſis, ſi per annum in excommunicatione in ſordeſcat γ vt Tridentinum Concilium decernit verbis illis ſeſſione 25. cap. 3. ſed ſi obdurato animo cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit. α *C. cura 11. q. 3. cap. peruenit 13. Cap. Paſtoralis fine 53. de appellat. c. 1. de except. in 6.* β *cap Audiuimus 4. 24. q. 1. cap. ad probandum de ſententia, & re iud. cap 1. de ſuppl. negl. in 6 cap fin de cler. excom.* γ *cap excommunicamus 11. § Qui autem de heret Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. Gloſ. v. per annum c. 2. de tempor. ordin. in 6. Bord. num. 88. Carena de S. Officio p. 2. t. 8 num. 3. Barboſa in Trid. cap 3. ſeſſ. 25. num. 42. citans multos.* Præſides Regulares poſſunt ferre cenſuras in Monachas ſibi ſubiectas; habent enim poteſtatem iuriſdictionis fori contētioſi in eaſdem, vt ex varijs ſummorum pontificum decretis conſtat. *Rodriq. tom 1 q. 12. art. 8. compend. r. 90. & 98. Confeſſ. tit. 23. c. 1. Miranda de manial. q. 5. Bord. r. 78. num. 117.*

22 Superiores regulares non poſſunt præcipere ſub pœna cenſuræ, vel prohibere ſub eadem pœna aliquid ſecundum conſtitutiones non obligātes ad culpam; cenſura enim cum ſit pœna grauiſſima non contrahitur niſi propter peccatum mortale proprium externus conſumatum, quod eſſe non poteſt in tranſgreſſione alicuius regulæ, ſtatuti, vel conſtitutionis non obligantis ad culpam, neque ſuperiores poſſunt cōdere leges, vel ſtatuta obligantia ad culpam, & efficere, quod ex ſe peccatum non eſt, ſit peccatum. *Bordonus r. 78. num. 115. Sayr. l. 1. c. 9. num. 4. D. Thom. in 4. diſt. 18. q. 2. art. 1. q.* β *Bonac. de cenſuris q. 1. p. 3. num. 2. ex cap. Nemo 99. 11. q. 3.* Superiores poſſe prohibere ſub pœna excommunicationes minoris, aliquid, quod ſit peccatum veniale docet *Faber de cenſuris in 4. d. 25. q. 1. d. 4. c. 2. num. 51.* ſed excommunicatio minor fertur ſolum à iure, non ab homine.

23 Clericus, vel Iudex excommunicationis, vel ſuſpenſionis cenſura notatus, ac nominatim denunciatus, aut notorius Clerici percuſſor ſuſpendendi, vel excommunicandi poteſtatem non habet, iuriſdictione enim priuatus eſt, neque ab Eccleſia toleratur. α ſecus vero dicendum deeo, qui excommunicationis, vel ſuſpenſionis laqueo occultè obſtrictus eſt; iuriſdictio enim, ac poteſtas ferendi cenſuras non auffertur niſi per manifeſtam iudicis ſententiam β. α *ita D. Doct. communiter Dian. r. 59.* β *Bizozerus de extram p. 2 c. 1. num. 3. & & alij commun. contra Angel. v. excommun. Ledeſmam, Gloſſ. 24. q. 1.*

24 Nemo cenſuras ferre poteſt, niſi baptiſmo luſtratus, & clericus, & viator ſit, id eſt in terris vitam mortalem degat, & iuriſdictionem, vel ordinariam, vel delegatam in exteriore foro habeat. Itaque neque Angelus purus ſpiritus, neque homo beatus, aut vitæ huius vſura defunctus eccleſiaſticæ iuriſdictionis capax eſt Eccleſia enim militans, & viſibilis per miniſtros in ea militantes, & viſibiles gubernari debet. ordo autem clericalis in eo, qui fert cenſuras iure communi requiritur: baptiſmus vero non ſolum eſt ianua ſacramentorum, ſed etiam iuriſdictio-

dictio-

dictionis Eccleſiaſticæ, cuius incapax eſt homo nondum baptizatus. *Suar. tom. 5. de cenſuris ſ. 3. num. 12. Cand. d. 22. d. 4. art. 6. Bonac. Leo, & alij.*

25 Si à Summo Pontifice, & ab Epiſcopo ſeorſim in aliquo caſu, & cauſa cenſura feratur, ſi deinde Pontificia cenſura auferatur, Epiſcopalis etiam ceſſat, vt praxis, ac conſuetudo interpretatur, & Epiſcopi reſeruatio ſublata cenſetur. *ita Graff. deciſionum p. 1. l. 1. c. 13. Bariola v. excomm. §. 13. Regucciau tit. de abſolut. q. 133. Nald. v. Epiſc. num. 8. Dian. p. 5. tr. 9. r. 70.*

25 Laicus etiam ſi religioſus ſit ſecundum ius poſitiuum cenſuras ferre non valet, ſpiritualia enim tractare non poteſt. hoc enim ad ſpiritualem iuriſdictionem ſpectat, ex conceſſa tamen eidem à Summo Pontifice poteſtate cenſuras ferre poterit; iuri enim communi Pontifex non ſubijcitur, ſecus verò de Epiſcopis dicendum, qui cum iuri cõmuni ſubditi ſint, poteſtatem ferendi cenſuras laicis, ac fœminis tribuere nequeunt & tanto minus cathecumenis, ſiue non baptizatis ea poteſtas concedi poteſt, etiam ab ipſo Summo Pontifice. Iure enim diuino, & quaſi naturali, iuriſdictionis ſpiritualis incapax eſt, cuius ianua baptiſmus eſt. *ita in c. Eccleſia S. M. de conſtitutionib. c. Tranſmiſſum de elect. Sayr. l. 1. de cenſuris c. 5. num. 15. Gloſſ. in c. Bene quidem v. Præter. Romanum d. 96. Suar. de cenſ. d. 2. ſ. 3. nu. 12. Cand. d. a. 6. d. 2. contra Hugol. Sayr. d. 2. ſ. 3. num. 12.*

26 Capitulum Sede vacante cenſuras ferre poteſt, Epiſcopo enim in iuriſdictione ſuccedit, ita etiam interdictum tam locale, quam perſonale, & ceſſationem à diuinis ſtatuere poteſt *Hurtado diſ. 4. n. 10. Dian. p. 8. tr. 4. r. 11. Syluest. Sot. Couarr. Henriq. Auila, Gloſſa c. ſi canonici de offic. ord. in 6.* Nullum tamen ius in regulares habet Capitulum; quandoquidem ſuccedit mortuo Epiſcopo in iis tantum, in quibus ius ordinarium Epiſcopus habebat, ſed iuriſdictio, quam Epiſcopus habet in quibuſdam caſibus ſupra Regulares, non eſt ordinaria, ſed delegata *Fumus, Armilla author. v. Capitulum, Barboſa ad c. 3. ſeſſionis 2. Azor. p. 2. l. 3. c. 7. Bord. r. 78.*

27 Cenſuræ in communi iure latæ contra omnes comprehendunt etiam religioſos, etiamſi de illis non fiat expreſſa mentio, ſecus verò cenſuræ ab homine, vt à Legato laterali, & ab Epiſcopo in ijs caſibus, in quibus Religioſi eidem ſubduntur, niſi ſpecialiter nominentur, cenſuræ verò contra Monachos latæ non afficiunt cæteros religioſos, qui Fratres, vel Clerici Regulares vocantur, neque appellatione fratrũ comprehenduntur Monachi. excommunicatio lata contra Monachos deferentes arma non comprehendit cæteros religioſos, nec cenſuræ latæ contra religioſos afficiunt Nouitios, quia in odioſis, nec Nouitij, nec Moniales comprehenduntur nomine religioſorum. Nec pęnæ ſtatutæ contra Abbatiſſam obnoxius eſt Abbas, ideo nec cenſuræ latæ contra moniales feriunt religioſos, niſi expreſsè nominentur h huiuſmodi verbis *Regulares vtriuſque ſexus*. Nam fœmininum non concipit maſculinum. Moniales inducentes aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittẽdum electionem ſepulturæ in ſuis eccleſijs non incidunt in excommunicationem Clementinam, cupientes §. *fin. de ſepoltura*, quia ibi ſermo eſt tantum

tum

rum de clericis. a Gloſ. v. Dicendo arg. c. 1. d. 19. Qui omnia dicit nihil excludit, l. Iulianus l. teſtatorem ff. de leg. 3. Barboſa d. 241. Ant. Monach d. 69. num. 8. Sayr. l. 1. c. 13. nu 14. ß Rodr. tom. 2. q. 59. art. 5. Comp. r. 12. num. 5. Pereg. in comp. v. excom. confeſſ. ſ. 5. Mirand. tom. 2. q. 35. art. 12. Portel. v. excom y appellatione monachorũ non veniunt fratres, neque mendicãtes, & è contrario. Gem. in c Cum ſingula de præb. n 3. Megal. l. 4. c. 2. nu. 39. Graff p. 1. l. 2. c. 24. num 16. Bord. r. 78. nu. 147. z Armil. Tabien. Sayr. l. 9. c. 13. num. 2. Rodr. tom. 1. q. 1. a. 6. comp. r. 123. num. 40. & ex c. 21. de ſent. excom. in 6. Rodr. tom. 1. q. 21. artic. 1. Bord. n Tuſcus l. concl. 353. num. 2. Bord. l. c. & l Si ita ſit ſcriptum ff. de leg. 3. Gloſ. v ceciditſs C. Clemen. 2. de ſtatu Monachorum.

28 Cenſuræ, & aliæ pœnæ in ſeculares, vel regulares ſtatutæ pro aliqua religione non extenduntur reſpectu religioſorum, ſed tantum ſecularium reſpectu extenduntur ad alios religioſos ordines per communicationem priuilegiorum. In hac enim Pontifex ſolum mentionem facit fauorũ, exemptionum, indultorum, ergo pœnalia, & odioſa non communicat, nam hæc non habent rationem priuilegij, odioſa ſunt reſtringenda Bordon. r. 78. nu. 151. Lezana tom. 2. c. 1. num. 52. Confeſſ. tit. 1. c. 5. Rodriq. tom. 1. q. 55. art. 17. Miranda tom. 2. q. 46. num. 6. Sigiſmund. de elect. d 56. num. 9. Portel. v. Commun. num. 10. Reſpectu ſecularium pœnæ extenduntur pro religione, vt illi religioſos reuereantur formidine pœnæ, ſi non virtutis amore. Sorbus v Commun. §. Notandum Lezana tom. 2. c. 1. num. 52. Bord r. 52. num. 94.

29 Religioſi non includuntur in cenſuris latis contra Clericos K exceptis illis, quæ latæ ſunt in peccantes in ſuſceptione, vel adminiſtratione ſacramenti ordinis, quia tunc nomen clerici non ſumitur pro ſtatu clericorum, ſed pro officio reſpectu ordinũ, propter quos omnis Eccleſiaſticus dicitur Clericus ratione officij non ſtatus, ideo irregularitates in clericos cõprehendunt religioſos. Cæterum in odioſis nomine clericorum non comprehenduntur K religioſi, nec clerici ſeculares ligantur cenſuris, & pœnis in religioſos latis etiam cum de ordinibus agitur. K ex c. 1. de ſepult. in 6. c. 8. de hæret. § fin. in 6 Clem 1. de priuil. Vgol. tab. 4. c. 13. num. 21. Bonac. de interdicto p. 1. num. 11. de ſuſpenſ. p. 1. § 4. Sylu. Nald. Angel. Tabien. Sayr. l. 5. c 4. num. 29. Bord. r. 78. nu. 152. Quar. 2. ordo Gloſ. verſ. Religioſi Clem. 1. de priuileg.

30 Cenſuræ latæ contra Abbates, & alios prælatos non ligant religioſos priuatos tale officium non habentes, nec cenſuræ latæ contra religioſos attingunt Superiores, Præſules, Prouinciales, vel locales. In odioſis vnũ non venit nomine alterius, ſicut in fauorabilibus. Armilla v. Abbas n. 11. Nau. conſ 3. de ſtatu Monach num. 42. Gomez q. 4. Peyrin. tom. 2. priu. ad conſt. 2. Clement VIII. num. 19. Nald. Abbas, Mandos, Bord. n. 158. Sigiſmũd. Bonon. dub. 114 Rodr. tom. q. 12. a. 1. 1. contra Bonac. q. 4. de clauſ p. 6. n. 22.

31 Monaſteriorum benefactores, procuratores, negotiorum geſtores, coloni, & alij inſeruientes ſine ſtipendio, ſeu cum ſtipendio, ſed non viuentes collegialiter cum religioſis, ab Epiſcopis poſſunt cenſuris ligari, ſi cauſam illis dederint, aut dantibus conſilium,

Digitized by Google

ſium, auxilium, vel fauorem præſtiterint. Ita in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. decretum eſt, quando ijdem ordinarijs iterum ſubiecti fuerũt. Tertiarij, & famuli perpetui commenſales religioſorum non afficiuntur cenſuris à iure latis contra religioſos; à ſuperioribus tamen regularibus poſſunt ligari cenſuris per ſtatutum, & pronunciata ab homine ſententia. Ab Epiſcopis verò in caſibus tantum in quibus illi ab Epiſcopo cenſuris multari poſſunt. *Bord. r. 78. q. 39. & 41.*

32 Qualibet cenſura ſiue ſit excõmunicatio maior, ſiue minor etiam occulta ſiue ſuſpenſio ab ordine, ſiue à iuriſdictione tantùm, ſiue à iure, ſiue ab homine, ſiue interdictum, ſiue irregularitas reddit hominem inhabilẽ ad electionem eccleſiaſticam, vt minime eligi poſſit; electio tamen eius, qui minori excommunicatione ligatus tenetur, non eſt omnino irrita, ſed reijcienda, cæterorum cenſuris ligatorum electio ipſo iure inualida eſt. *de excommunicato C. poſtulaſtis 7. de maiori, cap. fin. de Minori de cler. excom. Lauor. t. 4. c. 16. num. 81. Sigiſm. d. 65. & 66. Peyrin. de prælato q. 2. c. 5. q. 2. c. 5. cum alijs communiter De ſuſpenſione C. cum dilectus 8. de conſuet. Gloſ. in c. cum inter de elect. c. Cum bone de ætate. Lauor. tit. 4. c. 16. nu. 93. Sigiſm. d. 67. De interdicto c. cum inter 18. de elect. c. 1. poſtulatis Bordon. r. 61. num. 46. Lauor. Sigiſm. Peyr. l. c.*

## Cauſa materialis cenſuræ. Cap. LXIII.

1 Cauſa materialis cenſuræ alia eſt proxima, ſcilicet peccatum, propter quod talis pœna infligitur, alia vero remota, & hæc eſt perſona cenſuræ obnoxia. Cenſura cum ſit pœna non fertur niſi ob culpam habita ratione culpæ; quæ ſi leuis ſit, graui cenſura puniri nequit, qualis eſt excommunicatio maior, ſuſpenſio à beneficio, & officio ad longum tempus, interdictum generale in aliqua prouincia. Pœna enim proportione ad culpam metienda eſt, ſicut medicina morbo æqualis eſſe debet. Igitur cenſura grauis non niſi ob grauem, ideſt lethalem culpam, eamq; exteriorem inobedientiæ, ac contumaciæ reſpectu eccleſiæ ferri poteſt α: neq; enim ob peccatum exterius abſque contumacia, ſeu inobedientia patratum maior excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum irrogari poteſt, niſi iuridica præmonitio, ſeu prohibitio præceſſerit, β prærequiritur autem eccleſiæ præceptum, quod reus contumaciter ſpernat, ſaltem interpretatiuo contemptu γ probabilior etiam eſt ſententia Doctorum aſſerentium, ad valorem excommunicationis neceſſariam eſſe præuiam admonitionem ſub comminatione excommunicationis; neceſſe enim eſt, vt contumacia, & contemptus excommunicationis præcedat, antequam hæc contrahatur δ. α *D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 22. art. 1. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 9. n. 23. Sot. in 4. d. 22. q. 1. Vaſq. Auila, Henriq. Nau. c. 27. num. 9. Cruz de cenſ. a. 2. Suar. Filiuc. Llam. Coninch. d. 3. de cenſ. d. 8. num. 7. ex c. Certum eſt 11. q. 3. Bonac. Laym. Peyrin. tom. 2. q. 3. c. 4. num. 12.* β *ita ex communi ſent. docet. Dian. tr. 9. r. 55. p. 5. contra Caiet. in 2. 2. q. 69. art. 2. Almayn, & Cordubam* γ *Laym.* δ *Sotus l. c. a. 2. concl. 3. Molin. tr. 5. d. 22. q. 1. Suar. tom. 5.*

Digitized by Google

*tom.5. in 3.p. d.4. ſ 5. num 6. Sanchez de matr. l.9. d.32. Graff. Henriq. Sayr. Vgol. Auil. Coninch. Dian. l.c. contra Hurtad. Couar. Bonac.*

2 Neq; pro quolibet peccato mortifero etiam inobedientiæ excommunicationis telum vibrãdum, & in quenquam contorquendum eſt. Sed ſolum pro graui, & enormi ſcelere, quod aliter extingui nequeat, nam, vt ait D. Ambroſius *a cum dolore amputatur etiam, quæ putruit pars corporis, & diu tractatur; ſi poteſt ſanari medicamentis; ſi non poteſt, tunc à medico bono abſcinditur. Sic Epiſcopi affectus boni eſt, vt optet ſanare infirmos, ſerpentia auferre vlcera, adurere aliqua, non abſcindere, poſtremò, quod ſanari non poteſt, cum dolore abſcindere.* Ideo parcè admodum præſules hoc remedio vti debent. Illis enim poteſtas in ædificationem conceſſa eſt, non in deſtructionem vt monet Concilium Tridentinum *β* cenſura tamen pro quocunque graui inobedientiæ crimine lata valet. Quandoquidem materia ex parte culpæ ſufficiens adeſt *γ. α. c. Felicis de pœn in 6. Peyrin. l. c. β Trident. ſeſſ. 25 c 3. α D. Ambr. 2. de offic. c.27 Bonac. γ Vaſq. de excomm d.12. num 6. Sot in 4. d.22. Suar. Sayr Filiuc. Llam.*

3 Tripliciter autem aliquis contumax dici poteſt; primo quando vocatus ab Eccleſiaſtico iudice ſub excõmunicationis interminatione non cõparet; ſecundò quando ſe iudici ſiſtit, ſed ante iudicis ſentẽtiam non dimiſſus, neque impetrata licentia diſcedit. Tertiò cùm, licèt comparuerit, expectatæ tamen ſententiæ iudicis parere non vult *can. certum eſt 11. q.3. Auila p.2. c.5. d.1. d.6. Dian. l. c. r.55.* Non poſſunt Præſules, vel Superiores imponere excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum niſi pro re graui, vel in ſe, vel attentis circũſtantiis, & cuius transgreſſio ſit peccatum mortale. *Cap. Epiſcopi 8. & c. Nullus 41 1. q 3. Trident. Concil. ſeſſ. 25. c. 3.* vbi ait (quamuis excommunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè ſalutaris, ſobriè tamen, & magna circumſpectione exercendus eſt, cum experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem parere potiùs, quam ſalutem, quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis ad finem reuelationis, aut pro deperditis, vel ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo decernantur, & tunc non alias, quam ex re non vulgari, cauſaque diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata.) Nomine Epiſcopi venit Capitulum Sede vacante, item Legatus à Latere, & Nuntius Pontificis. *Sayr. l. 1. c 9. num. 33. Lazar. Barboſa ad c.3. Trid. ſeſſ. 25. num. 7. Bordon. r.78. num. 132.*

4 Quando cenſura aliqua lege, vel canone in facientes aliquod peccatum ſtatuta eſt, non contrahitur, niſi peccatum in genere ſuo completum ſit, actuſque conſummatus; pœnalia enim, & odioſa decreta ſtrictè interpretanda ſunt *α* propterea ſi quis ſuadente diabolo clericum percutere conetur, ſed verè non percutit, quia vel errat, vel impeditur, anathema non eſt. Et quando cenſura fertur in conſulentes, vel mandantes aliquod ſceleſtum opus, non contrahitur, quãdo opus, non ſequitur, ab eo, qui illud mandauit, vel de eo conſiliũ iniquum dedit,

ſedit, niſi cenſura ob conſilium, vel ob mandatum principaliter lata ſit, tunc enim in eam incurritur, etiamſi opus non ſequatur β. α *ex c. Perpetuæ ſanctionis de elect. in 6. Præpoſit. in 3. p. q. 1. d. 6. num. 45. Suar. de conſ. d. 4. ſ. 3. num. 4. Sanch. de matr. tom. 1. l. 3. d. 2. num. 5. Bonac.* β *Coninch. de ſacr. d. 13. d. 8. n. 75. Hurtad. diff. 13. n. 58. & 59. Dian r. 56. Bonac.*

5 Cenſura leuis, ſeu minor in reos venialis culpæ ferri, ab iiſque contrahi poteſt, vt excõmunicatio minor, quæ pro cõmunicatione in humanis cum excommunicato denunciato, vel notorio Clerici percuſſore contrahitur α hæc enim communicatio ob materiæ leuitatem venialis eſt. Idem dicendum eſt de ſuſpenſione leui, ſeu minori à beneficio, vel ab officio ad breue tempus, & de interdicto particulari ad aliquem vſum, & ad breue tempus impoſito. Sic enim leuis pœna cum leui culpa proportionem habet β. α *c. Nuper de ſententia excomm.* α. β *D. Thomas in 4. d. 18. q. 2. a. 3. & in addit. ad 3. p. q. 23. art. 3. Suar. num. 5. de cenſ d. 15. ſ. 2. num. 2. & d. 4. q. 4. num 7. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 3. Cand. d. 22. art. 7. d. 1. Faber in 4. diſt. 25. q. 1. d. 4. c. 2. num. 51.* ſed excommunicatio minor non ſolet ferri ab homine, ſed a iure ob communicationem cum vitandis in diuinis, quæ eſt mortiferum ſcelus, vel in humanis, quod veniale peccatum eſt. *Bordon. r. 78. n. 125. Dian. r. 47. de excom.*

6 Quamuis actus mentis purè internus, & omnino latens, vt peccatum, quod ſola mente commiſſum intus latet, non ſufficiat, vt feratur, vel contrahatur cenſura, quoniam de occultis Eccleſia non iudicat, nec ea punit; *nolite enim ante tempus iudicare* (inquit D. Paulus) *quouſq; veniat dominus, qui reuelabit abſcondita* α nihilominus actus internus mentis, quatenus vnitur, & dat formam actui exteriori, præcipi, & puniri pœna cenſuræ poteſt, ſic enim per actum exteriorem aliquomodo ſenſibilis eſt, & innoteſcit. Propterea Eccleſia malum animum inquiſitorum cenſura punit β nec non religioſos ſubditos, qui animo nocendi præſulibus ſuis ad principum aulas accedunt γ attentionem, vel deuotionem in perſoluendis Deo precib⁹ præcipit δ actus enim internos præcipere poteſt, qui ad externos rectè, ac debito modo præſtandos neceſſarij ſunt α *Apoſt. 1 ad Chorynth. 4. cap. Tua nos, & c. Sicut tuis de ſimonia, D. Thom. q. 91. art. 4. Syluest. v. excomm. 7. num. 4. Bonac. l. c. n. 4. Candid. l. c.* β *Clem. 1. de hæret. § Verum* γ *Syluest. v. Præcept.* δ *cap. Dolentes de celebr. miſſarum. Suar. de cenſur. d. 4. ſ. 2. num. 17. Leſſ. l. 2. c. 37. d. 11. num. 66.*

7 Actus exterior licèt per accidens occultus materia cenſuræ eſſe poteſt, nam ſuapte natura humanam cognitionem non fugit, quamuis accidat, vt in exteriori foro probari nequeat, ideo qui hæreſim formalem occultè externo ſigno, vt verbis, vel ſcriptura prodit, etiam nullo præſente, anathema eſt. *Azor. p. 1. l. 5. c. 10 d. 1. § in hac itaq; Bonac. Cand. & alij communiter.*



Digitized by Google

## Cauſa materialis remota Cenſuræ, ideſt homo Cenſuræ obnoxius. Cap. LXIV.

1 Solus, & quiuis homo viuens, rationis compos, baptizatus, certus, ſubditus, & delinquens in loco iuriſdictioni Præſulis cenſuram ferentis ſubiecto Cenſuræ Eccleſiaſticę capax eſt. Mortuus neque directè, neque in ſe ipſo cenſura affici poteſt, non enim ſubijcitur iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, quæ ſolum in homines exiſtentes ſuper terram data fuit α indirectè tamen, & impropriè mortuus excommunicari poteſt; ſi ita exigente crimine, in quo deceſſit, ad aliorum terrorem præcipiatur fidelibus, ne eccleſiaſtica eum ſepultura donent, nec ſacrificijs adiuuent, β neque verò mortuus in excommunicatione ab ea directè abſoluitur, cum in mortuos directam iuriſdictionem Eccleſia non habeat; ſed tantum indirectè eum abſoluere poteſt, quatenus facultatem fidelibus ſepeliendi mortuum, & ſacra pro ipſo ſuffragia ferendi concedere poteſt, ſicut & ipſum excommunicatum, vel interdictum ob cenſurā ab eo, dum viueret, contractam declarare γ ſic hæretici aliàs occulti poſt mortem excommunicati iuridicè pronunciantur, cum poſt mortem eorundem hæreſis detegitur δ homines verò non baptizati Eccleſiaſticis cenſuris non ſubijciuntur etiamſi Catechumeni ſint, nondum enim medicinalis eiuſmodi pœnæ capaces ſunt. ε De his enim, quæ foris ſunt, nihil ad nos. Quemadmodum neque infantes, neq; amentes, neque furioſi, qui antequam furore, vel amentia corriperentur, contumaciæ, vel inobedientiæ crimina non perpetrarūt, cēſuris obnoxij ſunt, ſecus vero ſi ante furorem contumaces peccarent, quanquam ab homine tunc potius abſoluendi ſunt, quā cenſura illaqueandi, ſi perpetuò amentes futuri exiſtimentur. ζ Infantes vero cum peccare non poſſint, cenſuræ, quę peccati pęna eſt, minime obnoxij ſunt η.

*α S. Matth. 16. Gratian. cauſa 24. q. 2. Leo l. Gelaſius, ita Nau. c. 34. nu. 32. Suar. d. 5. ſ. 1. n. 1. Sayr. l. 1. c. 8. Vaſq. l. c. Vgol. Couar. c. alma p. 1. n. 8. Coninch. Filiuc. Regin. Laym. c. 6. num. 7 Bonac. Candid. β. γ. Con. 1. relect. §. 11. Valent. tom. 4. d. 7. p. 17. Vaſq. tr. 3. d. 17. de excom. Suar. Filiuc. aliq; cit. Sot. in 4. d. 22. q. 2. Cand. δ ijdem Doctor. Sotus d. 22. q. 2. art. 2. Laym. l. c. num. 2. Nau. c. 27. nu. 13. Raſtell. q. 5. ε S. Paul. ad Corinth. 5. Syluest. v. excommun. nu. 7. Coninch. Fil. Suar. Regin. Bonac. d. 1. q. 1. p. 4. num. 6. cap. Poſtulaſti, de iudeis. Nau. ζ ita DD. commun. Suar. tom. 5. d. 5. ſ. 1. num. 17. S. Thom. Syluest. Bonac. η ita Doct. cit. Bonac. p. 4. num. 7.*

2 Aduenæ, & Peregrini cenſuris locorum, per quæ tranſeunt, nec ſubditi extra propriam diœceſim, vel in loco Epiſcopi iuriſdictioni intra diœceſim non ſubiecto, ſi præſulis ſui legibus non pareant, minimè obnoxij ſunt α verumtamen ſi ſubditus ſcelus aliquod cenſura dignum in proprio territorio, ſeu diœceſi perpetrauerit, ac deinde in aliam regionem confugerit; abſens per nuncium, vel per literas in ius vocari, & niſi pareat, fidelium communione interdici poteſt. Citatio enim in territorio proprio ipſius iudicis decernitur, licet nuncius

eandem extra territorium exequatur, hæc autem executio iudicialis non eſt, nec alienum territorium lædit, in quo cauſa non cognoſcitur, nec citatio iudicialis ibi fit. ꝥ. α *ita contra Vgolinum de cenſ. tab. 1. c. 9. Suarium d. 5. ſ. 5. num. 12. B. Pontium l. 5. c. 7. §. 2. num. 19. docet ex C. à nob. de ſententia excõm. Coninch. d. 13. d. 7. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 4. Dian. p. 3. t. 5. r. 73. ꝥ Abbas, in c. licet. n. 41. de foro compet. Boſſius de citat. num. 20 Cochier. de iuriſdict. p. 4. q. 109. num. 10. Ancharan. Laym. l. 1. tr. 4. c. 4 num. 7. vide Tuſcum l. 1. concl. 546. num. 5. Giurbam conſil. 32. num. 7.* Contraria tamen ſententia Doctorum aſſerentium ſubditum ab Epiſcopo ſuo in aliena diœceſi citari non poſſe, atque ideo neque excommunicari valde probabilis eſt. α Epiſcopus enim in alieno territorio iuriſdictionem exercere nequit, niſi priuilegium, vel conſuetudo contraria γ, qua iuriſdictio præſcribitur, habeatur. citatio autem eſt actus iuriſdictionis, & iudicij, ſiue quatenus à iudice in proprio territorio indicitur, ſiue quatenus in alieno territorio iudicis mandato denunciatur reo. Tam enim pronunciatio mandati, quam eius promulgatio ad iudicialẽ actum pertinet ꝥ. α *ex c. fin. de conſt. cap. Epiſc. 9. q. 2. ex l. finali ff de iur. omn. iud. ex Clemen. 1. de foro compet. cum Gloſſa, ibi Auila p. 2. c. 3. d. 2. d. 2. Conar. pract. qq. c. 10. num. 7. P. Barboſ. Aretin. Rebuſ. Carneualius, Nouar. Riccius p. 2. deciſ. 28. num. 11. Dian. p. 5. t. 9. r. 34. ꝥ D. Doct. cit. Taſſon. Nouar. Abbas in c. cum contingat de foro compet. Cochier γ Vgol. de cenſ. c. 27. tab. 1. §. 1. Surd. Gratian. Villalob.*

3 Verum præſules religioſi, ſiue Regulares nullo territorio circumſcriptam iuriſdictionem habent, ea que in quocunque alieno territorio vti poſſunt, & ſubditum ſuum non implorato ſecularis iudicis bracchio vbicunque capere poſſunt, & in vincula ducere. *Sayr. de cenſ. l. 1. c. 14. num. 6. Villalob. Coninch. d. 13. dub. 7. num. 6. Gordonus tom. 1. l. 7. c. 3. q. 2. Præpoſitus in 3. p. q. 1. de cenſ. d. 5. Dian. ibid.*

4 Poteſt Epiſcopus vnius diœceſis, in qua delictum commiſſum eſt, excommunicare aduenam alienæ diœceſis delicti illius reum citatione præuentam, ſi parere, ſeu comparere noluerit, immo etiam ſi inde diſceſſerit, poſtquam in ius vocatus fuit, vel ſi à proprio Epiſcopo citetur poſtulante id illius diœceſis Epiſcopo, in qua reus deliquit. quod ſi proprio paſtori ſiſtere ſe nolit, contumax ſacrorum communione interdici poteſt ab Epiſcopo territorij, in quo ſcelus commiſit. Epiſcopus autem proprius in hoc, aut ſimili caſu reum illũ citare altero Epiſcopo id requirente debet. *ita Doct. in c. fin. de foro compet. P. Corneius in 3. p. D. Th. tr. 5. de cenſ. d. 6. d. Auila p. 2. c. 3. d. 3. Hurtad. Dian. l. c. r. 36. Gloſ. v. impedire in c. præterea 2. de appellat. Lazarius, Gehnenſis c. 2. ad n. 7. Bordon. r. 78. num. 61.*

5 Si Epiſcopus excommunicationis cenſuram obnunciet ſcientibus furtum aliquod, & non reuelantibus furem, deinde poſt latam excommunicationis ſententiam alienigena, ſiue homo alterius diœceſis adueniat, qui furem illum cognoſcat, ſi eius nomen non deferat, ſeu non manifeſtet, in cenſuram latam non incidit hęc enim vires tantum habet contra eos, qui ſcientes, & non manifeſtantes furem aderant ſubditi, ſeu domicilium ibi habebant, quando cenſura lata fuit.



Digitized by Google

Quinetiam ſi alienigena ille, vel aduena in vrbe, vel territorio vbi & quando excommunicationis ſententia fertur, adſit, domicilium tamen nondum ibidem cœperit, cenſurę illi obnoxius non eſt, quia nondum ſubditus eſt, neque ratione perſonæ, nec ratione delicti, Cenſura enim non ligat niſi ſubditum ratione perſonæ, & delicti, non peregrinum, non aduenam tantum *ita Auila, & Corneius l. c. Sayr. Dian. p. 5. tr. 9. r. 36. contra Suar. & Coninch. Prapoſit. in 3. p. q. 1. de cenſ. d. 5. Hurt.*

6 Epiſcopus extra proprium territorium ſubditum ſuum excommunicare non poteſt, α iuriſdictio enim contentioſa, qualis hæc eſt, in alieno territorio exerceri nequit β, nam quod ad exercitium illius in aliena diœceſi Epiſcopus eſt veluti priuatus, & cenſura ab eo ibidem lata non ſolum illicita, ſed etiam irrita eſt, etianſi cauſa bene cognita, ac perſpecta ſit. γ *ita α ex c. Epiſcopum 9. q. 2. iuncta Gloſſa β ex c. nouit de officio delegati, & l. 2. de offic. Procenſ. Clement. vnica de foro compet. Io. Prapoſit. in 3. p. D. Th. q. 1. Paſqual. q. 167. ex cap. Animarum de conſtit. in 6.* Contraria etiam ſententia, ſi crimen propter, quod cenſura fertur, certum ſit, nec vlla cognitione, ſeu probatione indigeat, probabilis videtur *ex c. cum ſit §. fin. de appellat. & c. euidentia de accuſat. Auila de cenſ. p. 2. c. 3. d. 2. ex Nauarro, & Sylueſtro, P. Corneius in 3. p. tr. 5. de cenſ. d. 6. Diana r. 35.*

7 Subditus, qui crimen ab Epiſcopo ſuo vetitum ſub excommunicationis pœna ipſo facto ſubeunda in proprio territorio inchoauit, & inde profectus in aliena diœceſi conſummauit in cenſuram illam generali conſtitutione ſtatutam non incidit. Cenſura enim lata eſt in conſũmatores delicti, non in inceptores. Propterea ſi in aliqua diœceſi ſtuprum ſub excommunicatione prohibitum ſit, & quiſpiam virginem ibidem raptam extra territorium aſportet, ibique eam deuirginet, anathema non eſt, quamuis raptu, oſculis, & tactibus in proprio territorio ſtuprum incohauerit, vbi contra ſtupratores cenſura lata eſt, non contra incohantes ſtuprum, inde autem ſtupri tempore abeſt, α ſed quamuis hoc de cenſura verum ſit, ſecus tamen de aliis pœnis dicendum eſt. Recepta enim ſententia eſt, quando delictum in vno loco incohatum eſt, & in alio abſolutum, deliquentem vtrobique puniri poſſe β. *α Suar. de cenſ. d. 5. ſ. 4. num. 7. Gordonus tom. 2. l. 7. c. 2. §. 3. num. 34. Corneius l. c. tr. 5. d. 6. Dian. r. 33. β ex l. 1. Cod. vbi de crimine agi oportet, Gordon.*

8. Probabile eſt ſubditum Epiſcopi in alieno territorio manentem, vel iter habentem non obligari cenſuris adiunctis præcepto ſiue generali, ſiue ſpeciali Epiſcopi ſui, quandoquidem crimen in alieno territorio patratur, vbi non paretur impune ius dicenti, propterea Sacerdos rem diuinam faciens in alieno territorio contra præceptum Epiſcopi id prohibentis ſub pœna excõmunicationis, vel ſuſpenſionis, cenſuram non contrahit *ex c. vt animarum de conſtit. in 6. Coninch. Henriq. Prapoſit. in 3. p. q. 1. de cenſ. Hurt ad. Dian. r. 37.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, ſuperior enim ſubditum ſuum etiam extra territoriũ præceptis dirigere, & voluntariam iuriſdictionem abſque vi in eundem exercere poteſt. *Suar. de cenſ. d. 5. ſ. 5. Sayr. de cenſ. l. 1. c. 7. Corneius.*

9 Subditus in alieno territorio ma-

nens

Digitized by Google

nens ab Epiſcopo ſuo cenſuris affici poteſt in pœnam delicti in proprio territorio commiſſi, vt homicidij, furti, ſi ſatisfacere nolit, vt Parochus, qui oues non paſcit, ſed in aliena diœceſi manens abeſt contumaciter, *ita Hurtad. de cenſ. diſ.* 8. *num.* 34. *Auila p.* 2. *c.* 3. *d.* 2. *d.* 2. *Prapoſit. Villalob.*

10 Qui crimen aliquod ſub cenſura ab Epiſcopo ſuo vetitum fecit in loco ab ipſius iuriſdictione exempto intra territorium, vt ſi in monaſterio, ſeu collegio Religioſorum exemptorum aleis luſit, vel monetam cudit, monaſteriũ ſanctimonialium exemptarum ingreſſus eſt, vel ibi cum illis loquitur hæc vetante ſub cenſuræ pœna Epiſcopo, ab omni cenſuræ nota liber, & immunis eſt. Secus vero dicẽdum, ſi quis ad monaſterium etiam exemptum monacharum contra tale Epiſcopi decretum ſub cenſuræ pœna accedat. via enim, qua ad illud pergitur, exempta non eſt, porta vero illa ſeu veſtibulum, in quo cum illis loquitur, vel per quod monaſteriũ exemptũ quiſpiam ingreditur, Epiſcopali iuriſdictioni minime ſubeſt. *ita Henriq. l.* 13. *c.* 26. *num.* 2. *Sà v. excomm. n.* 12. *Auila p.* 2. *c.* 3. *d.* 2. *Dian. r.* 37. abſolute docent, idque probabile cenſet *Prapoſitus l. c. num.* 27. 1. *Genuenſis, Bonac. de cenſ. d.* 1. *q.* 1. *p.* 11. *Marcellus, Vulpes, Theoph. l. Raynaudus de monit. p.* 1. *c.* 1. *q.* 9. *Dian. r.* 66. Quanquam nonnulli hoc ſolum verum eſſe aſſerunt, quando locus abſolute exemptus eſt, & non ſolum quod ad perſonas, *ita ex Suar. & Coninch. docet Hurtadus diſ.* 8. *num.* 33. Cenſura igitur ab Epiſcopo lata generali decreto in accedentes ad monacharum monaſteria; eos etiam obſtringit, qui ad monaſteria ſanctimonialium Regularibus ſubiecta accedunt; acceſſus enim ad illa fit in territorio Epiſcopali iuriſdictioni ſubiecto. *ita Bonac. de cenſ. d.* 1. *q.* 1. *p.* 11. *Bariolav. Epiſcopus, §. vlt. Riccius, Diana r.* 71. *contra Genuenſem.*

11 Summus Pontifex nulli cenſuræ obnoxius eſſe poteſt. nulli enim eccleſiaſticæ poteſtati ſubiectus eſt, & prima ſedes à nemine iudicatur, & quamuis Pontifex hæreſeos cauſa ex illa deponi poſſit, non ideo tamen excommunicatur *Bellarmin. l.* 2. *de R. Pontif. c.* 30. *Cand. Bonac.*

12 Quando factum, quod lege prohibetur, ex natura ſua malum eſt, vel lex in fauorem animarum lata eſt, Cardinales à generali conſtitutione cenſuras, & pœnas imponente obligantur, etiamſi de illis ſpecialis mentio non fiat. *Ita ex Iaſone, & Gygante, Felino, & Monacho docet Sanctarellus var. tom.* 1. *q.* 2. *n.* 28. *Pariſius, Gambarus, Scortia in bullam ep.* 41. *theor.* 114. *vide Dianam p.* 5. *tr.* 2. *r.* 16. *contra Paulum de Caſtro, Vgolinum, Bonac. de leg. d.* 1. *q.* 1. *p.* 6. *Raſtellum, Candidum.*

13 Collegium, vniuerſitas, ſiue communitas non poteſt vnica ſententia excommunicari. Sic enim iure decretum eſt. *a* quoniam non omnes eiuſdem communitatis idem crimen lethale commiſiſſe cenſentur in vna eademque re. Poteſt tamen quilibet ſigillatim ob particulare crimẽ communione fidelium priuari, etianſi omnes, qui in aliquo collegio ſunt, excommunicentur. Hoc enim vetitum non eſt. Qui autem innocens eſt, non poteſt excommunicari *a cap. Romana de ſenu excomm. in* 6 *D Bonauent. in* 4. *d.* 18. *art* 5 *q.* 3 *Hurtad de excomm. diſ.* 2. *num* 7. *Vaſq. Turrian. de*



Digitized by Google

*cenſ. l. 2. d. 25. d. 1. Coninch d. 13. d. 6. num. 48. Dian. p. 5. t. 9. r. 38. Sat. in 4. d. 22. a. 2. Candid. Bord. r. 78. n. 163. Megal. l. c. c. 3. de cenſ.* excommunicationem latam contra Collegium irritam eſſe docent. *Hoſt. Ioan. Mon. Archid. Franc. apud Gloſſam v. panit. cap. Romana, Barboſa, Sayr.*

14. Cenſura lata contra facientes aliquid non comprehendit mandantes, aut conſilium dantes. Lex enim pœnalis cum ſit odioſa, ſtrictè interpretanda eſt. Nam qui aliquid mandat, vel ſuadet, verè, & propriè illud non facit. Quando autem Pontifices volunt mandantes, aut conſiliatores cenſura obſtringi, id vel expreſsè, vel implicitè ſignificant verbis, quibus cenſura fertur *vt patet ex c. vlt. de pœnis in 6. & Clem. 1. eod. tit. Auila p. 2. c. 5. d. 3. d. 2. Caiet. v. excomm. Tabiena v. excomm. 5. c. 49. Nau. c. 27. num. 51. Tolet. l. 1. c. 8. Couar. in c. Alma p. 1. §. 10. num. 15. Suar. d. 4. ſ. 3. num. 5. Sanchez de matr. l. 3. d. 49. Porcel. Finel. Alter. Vgol. Io. Henriq. Dian. r. 57. Candid. a. 13. contra Panorm. in c. Significauit, de Iudeis. Syluestr. Roſellam.* In dubio an cenſura mandantes, vel conſulentes obliget, cenſendum eſt, eos non obligari. Excommunicatio verò quæ mandantes etiam obſtringit, non comprehendit eum, qui crimen aliquod fieri iuſſit ſeu mandauit, quando ille, cui hoc mandatum eſt, alioquin idem facturus erat tanto animo, ac conatu, ac ſi id facere nunquam iuſſus eſſet. *Ita Auila l. c. Diana ibid. Sayr. l. 7. de cenſ. c. 29. Sanchez Moral. l. 1. c. 10. num. 55. Cand. d. 22. art. 15. vide.*

15. Si quis alloquatur abſq; licentia moniales exemptas, non incidit in excommunicationem latam ab Epiſcopo contra loquentes cum monialibus, abſque licentia, etiamſi in edicto Epiſcopali fiat mentio de monaſterijs exemptis. *a.* nam leges Epiſcoporum non obligant ſubditos in monaſterijs exemptis, idque colligitur ex decreto Tridentini Concilij ſeſſione xx. cap. 12. vbi ſancitum eſt, vt in Eccleſijs Regularium ſeruentur feſta indicta ab Epiſcopo, & interdicta ab ipſo impoſita, ergo ſi hoc præceptum non eſſet, nulla eſſet obligatio obſeruandi illa, vel alia ſtatuta Epiſcopalia in Eccleſijs, & Monaſterijs Regularium exemptorum, ergo nec cenſura ab Epiſcopo lata afficit eos, qui alloquuntur moniales exemptas in loco exempto, in quo delictum cõmiſſum non ſubeſt iuriſdictioni Epiſcopi, non ſecus ac ſi extra territorium Epiſcopi cõmiſſum eſſet. Locus enim exemptus quamuis ſit in territorio, comparatur loco, qui eſt extra territorium, ad quem iuriſdictio Epiſcopi alterius diœceſis non ſe extendit. Ideo ſtatutum Laicorum, in quo fit mentio Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticorum, etiamſi ſit fauorabile illis, nullius momenti eſt. Quia nulla eſt Laicis in Eccleſiaſticas perſonas, vel res, aut in Eccleſias iuriſdictio. *a. ita contra Rolandum à Valle Genuenſem, Bellochium p. 3. q. 9. n. 167. docent Bonacina tom. 2. d. 1. de leg. q. 1. p. 6. Layman l. 1. tr. 4. c. 11. Henriq. l. 13. c. 26. num. 2. Paſq. q. 167. ex cap. Eccl. S. Mariæ de conſtit. & 6. fin. de reb. Eccleſ. Abbas in cap. Clericus de foro compet. Baldus c. 132. Imola, Cardinal. Felin. Butrius, Socin. c. 71. nu. 10. l. 4. Matth. Afflict. Matheſilian. Surd. c. 301. Caualc. l. 3. deciſ. 33. Plotus, Cioffus, Suar. l. 4. contra Regem Angliæ c. 16. & de leg. l. 3. Maynar. Bertan. de Gueuar. Io. Neuiz. Albert.*

Re-

Religioſi exempti alloquendo moniales non afficiuntur cenſuris latis ab Epiſcopo contra loquentes cum monialibus, ſiue ſint exempti, ſiue non; quamuis enim prohibeantur regulares alloqui moniales conſtitutione Bonifacij Octaui confirmata à Pio V. anno MDLXVI. nulla tamen poteſtas datur Ordinarijs in Regulares tranſgreſſores illius, præterquam conſtitutione Gregorij XV. edita anno 1622. die 9. Febr. vbi hæc habentur. *ad hæc tam ſeculares, quam regulares huiuſmodi nullis priuilegijs, & exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel bonorum administrationem monaſteriorum monialium etiam regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam in hoc Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant*. poteſtas ergo puniendi, ac corrigendi Regulares loquentes abſque licentia cum monialibus delegata eſt Epiſcopis. Non vero poteſtas ferendi cenſuras in eoſdem. Cenſura ergo ab Epiſcopis lata poteſtate ordinaria non afficit Regulares exemptos, ſed tantum ſubditos Epiſcopo. *ita contra Suar. tom. 4. tr. 1. l. 1. c. 10. Rodriq. tr. 1. q. 45. Dian. p. 3. tr. 2. r. 103. Pellic. c. 5. ſ. 5. num. 104. Sayr, Tab. Duand. Graff. decõt. Barboſa de poteſtate Epiſc. p. 3. alleg. 102. num. 70. alios citans Barbacina tom. 1. q. 3. de clauſ. p. 4. Paſqual. q. 157.*

## Cenſura quomodo ferenda. Cap. LXV.

1 Cenſura quæcunque ſit, ferenda non eſt, niſi trina monitio canonica tribus vicibus facta præceſſerit α interpoſito aliquorum ſaltem duorum, aut trium dierum interuallo, niſi periculum ſit in mora, vel iuſta cauſa adſit faciendi vnam monitionẽ tantum pro tribus, vel etiam omittendi β, reus autem nominatim, & nomine iudicis ter præmonendus eſt, vt obediat γ. Cenſura enim medicinalis inobedientiæ pœna eſt, quæ adhibenda non eſt, ſi leuioribus remedijs laborans inobedientiæ morbo curari poſſit δ monitionum autem omiſſio mortiferum ſcelus eſt contra canones in graui materia ε reus verò contumax, & inobediens erga ſuperiorem dici non poteſt, niſi perſonaliter nomine ſuperioris præmoneatur ζ quod ſi hic lateat, ideoque immediatè præmoneri nequeat, monitio in loco publico, vt in templo, in choro, in foro, vel alibi facienda eſt, cui ſi ille parere nolit, cenſuræ gladio percuti poteſt η debet autem trina monitio fieri coram idoneis teſtibus, quibus probari poſſit, ſi opus fuerit θ nec non ſub comminatione cenſuræ, vt reus audita grauiſſimæ pœnæ obnunciatione ad obediendum moueatur ι neceſſe tamen non eſt, vt hæc præmonitio ex ſcripto fiat. id enim lex non iubet K & quamuis trinam hanc monitionem apud Regulares non eſſe in vſu nonnulli aſſerant λ nec neceſſariam eſſe quando Prælati ea, quæ in religioſis conſtitutionibus continentur, iubent μ hanc tamen Præſules religioſi omittere licite nequeunt ν idque colligitur ex verbis Apoſtoli ſcribẽtis ad Titum. *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita c. 3.* Verum non improbabile eſt præmonitio-

nes à Religioſis præſulibus omitti poſſe, cùm nihil ſupra, vel vltra regulam præcipiunt 1. a c. ſacro, c. contingat de ſent. excom. in 6. c. Romana c. ſtatutum eod. tit. ibid. c. indigne 12. q. 2. Sot. Nauar. c. 27. Suar. tom. 5. in 3. p. d. 5. ſ. 8. Coninch. de cenſur. d. 13. d. 9. Sayr. de cenſ. l. 1. c. 12. Cochier, Sayr. Laym. l. 1. tr. 5. c. 6. Peyrin. β Cochier. Aegid. Sayr. Suar. ſ. 9. nu. 2. ex c. conſtitutionem de ſent. excom. in 9. gl. ibi Bonac. Faber, Corneius, Diana p. 5. tr. 9. r. 19. Cand. art. 19. d. 3. Nau. c. 27. num. 11. γ Suar. Coninch. l. c. Peyrin. P. R. l. c. c. 5. Laym. δ c. cum medicinalis de ſent. excom. in 6. ε Sot. in 4. d. 22. q. 1. art. 2. Nau. c. 27. n. 8. Auila p. 2 c. 5. d. 1. ζ Henriq. l. 13. c. 17. §. 7. Couar. in c. Alma p. 1. §. 9. Suar. l. c. η Sayr. num. 12. Suar. Cochier. de conſecr. θ c. ſacro de ſent. excom. P. Gregor. l. 4. decr. tit. 16. de ſent. excom. Filius, tr. 14. c. 4. num. 101. ι ex Trid. ſeſſ. 25. c. 3. & cap. Nemo Epiſcoporum 11. q. 3. Coninch. Palud. in 4. d. 18. q. 8. λ Gabriel. ibid. q. 2. art. 2. Llamas p. 1. c. 9. μ Sylu. v. excom. 1. num. 14. Sayr. Nau. Auil. Peyrin. Dian. p. 5. tr. 9. r. 20. ν Corneius in 3. p. tr. 5. d. 5. Sayr. c. 12. num. 22. vide Fabrum in 4. d. 25. q. 1. Villalobum, Hurtad.

2 Admonitio eſt actio, qua ſuperioris authoritate monetur reus ſub pœna cenſuræ ter, vt aiunt, formaliter, vel virtualiter, coram teſtibus, vt à culpa nominatim expreſſa reſipiſcat, vel pareat. Canonica hæc præmonitio requiritur ante cenſuram ab homine infligendam pro culpa præterita, vel præſente, in qua reus contumaciter perſeuerat, vel pro ea ſatisfacere iuſſus recuſat. Si enim monitus non paret, contumax, ac cenſura dignus eſt α ad cenſuram vero iuris, aut ſententiæ cuiuſcunque pro futuro delicto contrahendam nulla præmonitio requiritur. Siquidem lex ipſa, aut præceptum generale, vel ſpeciale iudicis comminatione cenſuræ addita continuo præmonet. Præſertim ſi quid fieri ſub excommunicationis, vel ſuſpenſionis pœna iubeat β. Nihilominus ſi quis admiſſo crimine cēſuram contraxit, idque à iudice declarandum, vel denunciandum ſit, reus prius citandus eſt facta illi defendendi ſe poteſtate iure naturæ debita. γ Neque etiam iudici contra reum criminis ſub excommunicatione comminatoria, ſeu ferendæ ſententiæ vetiti iam conuictum ſine vlla præmonitione excōmunicationis fulmen, aliuſue cenſuræ telum ſtatim vibrare licet; ſi enim reus citatus, & crimen confeſſus emēdare ſe velit, & Eccleſiæ ſatisfacere, excommunicari non poteſt δ ſed potius abſoluendus eſſet, ſi quam cenſuram contraxiſſet. ε Quin etiam in notorijs niſi præmiſſa citatione, ac canonica monitione, excommunicationis ſententia ferenda non eſt. Secus vero ſi cenſura notorio crimine contracta duntaxat à iudice declaranda ſit, vel denuncianda. ζ exceſſus enim notorius examinatione non indiget, quando vero contumacia notoria eſt, canonica monitione opus non eſſe alij aiunt, η alij probabilius negant, etiamſi reus, ſe monitionibus non pariturum iurauerit θ. α ita ex c. ex parte, & c. Romana de ſent. excomm. in 6. Suar. d. 3. ſ. 8. num. 5. Tolet. l. 1. c. 9. Laym. l. 1. tr. 5. c. 6. num. 5. Cand. art. 19 d. 1. Raſtellus q. 3. a. 4. β Angel. v. excomm. 2. §. 1. Syluest. ibi γ ex c. Reprehenſibilis de appell. inn. gloſſ. v. ipſo genere. Innoc. in c. Extirpanda Suar. Coninch. Auila, Peyrin. Candid.

Sayr.

*Sayr. l. 1. c. 12. §. Qui vero de prabend. Alex de Neuo ſuper Abb. in c. excom- com. de raptor.* y *Clem. paſtoralis, §. Caterum de re iudicata. Gl. in c. pra- ſenti, v. conſtiterit de cenſ. Couar. p. 1. § 9. num. 5. Auila p. 2. c. 5. d. 1. Suar. d. 3. ſ. 10. num. 15. Nau. l. 5. conſ. 2.* & *Suar. num. 19. Couar. l. c. Caiet. v. pra- cepti tranſgreſ. §. pœn. ex c. c. Reprehen- ſibilis, Diana r. 18. Corneius, Hurtad. contra Abbatem c. Cum ſit Romana n. 28. de appell. Sanch. de matr. l. 2. d. 24. Auilam* e *ex c. Qua fronte de appell.* z *Couar. l. c. Abb. c. Neſtram 3. de iure iur. Nau. l. 5. conſ. 20. de heret. n. 5. edit. 2. And. Gail. Auila, Suar. n. 18. argum. c. De manifeſto 2. q. 1. cap. Bona de elect.* u *Llamas p. 1. c. 9. §. 23. Peyrin. in formul. l. c. cap. 5. Gl. In cap. Manifeſta l. c. Sayr.* b *Hugol. Couar. Suar. d. 3. ſ. 10. num. 8. Dian. r. 19. Corneius, & alij.*

3. Ad intrinſecam rationem, quam eſſentiam vocant, cenſuræ bina, vel trina præmonitio non pertinet, neque ad eius valorem neceſſario requiritur, cum à iure introducta ſit, vt modus accidẽtalis ad cenſuræ ſolemnitatem pertinens, ideo etiam ſi monitio omnis omittatur, cenſura valet, a à clauibus enim Eccleſiæ, & à iuriſdictione ferentis dependet; illicitè tamen abſq; præmonitione canonica fertur, & iniuſta dicitur, quia legis præſcriptum in ea ferenda violatur, p & iuris ordo, quod etiam verum eſſe nonnulli probabilius docent, quando excommunicatio à prælato non per modum iudicij, ſed defenſionis, hoc eſt defendendi iuris ſui gratia, fertur; lex enim præmonitionem ante cenſuram requirens nihil tale excipit y tametſi exceptionẽ defenſionis ergo aliqui non improbabiliter admittunt z quia tunc excommunicàtio ſine præmonitione non eſt à iudice, vt iudice, ſed vt à priuato iuris ſui defenſore. D. Paulus excõmunicauit inceſtuoſum ob peccatum præteritum, nec eum præmonuiſſe legitur 1. ad Corinth. 5. a *ita contra Victoriam, Sotum in 4. d. 22. q. 1. art. 2. Ledeſm. docent Sotus in 4. d. 22. d. 22. q. 1. art. 2. Coninch. d. 13. d. 9. num. 81. Filiuc. tom. 2. tr. 11. c. 4. n. 104. Gloſſa in c. Romana, & Panorm. in c. ſacro de ſent. excomm. Felin. in c. cum ſit Romana de Appellat. & alij apud Caietanum 2. 2. q. 69. art. 2. Cordub. M. Palatius, Almaynus, Dian. p. 5. tr. 9. r. 18. Peyrinus l. c. n. 6. Henriq. Guttier. Sayr. Couar. Suar.* p *in c. Romana de ſent. excomm. in 6. Sylu. v. excõm. Tabiena, Nau. tom. 2. Conſil. l. 5.* y *Couar. in c. Alma m. p. 1. relect. §. 9. cum alijs DD. Vaſquez d. 12. num. 15. P. Suarez d. 3. Turrian. de cenſ. l. 2. d. 18.* b *Vgolin. tab. 1. de de cenſ. l. 2. c. 18. & alij apud Couar l. c.*

4 Cenſura ferenda eſt ex ſcripto, in quo cauſa, ob quam fertur ſpeciatim exprimatur; quod quidem ſcriptum, ſi à reo intra menſem requiratur authenticum ei à ſuperiore ſubſcriptum tradi debet, alioquin cenſuræ non ſcriptæ lator in pœnã per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis Officijs interdictus erit a; propterea, qui verbis tantum abſque ſcriptura anathematis cenſuram alicui irrogant, mortifero ſcelere ſe obſtringũt b ius enim violant in graui materia ſub pœna grauis cenſuræ ſancitum, niſi neceſſitas, & iuſta aliqua cauſa eos excuſet y quanquam cenſura, abſque ſcripto illicitè prolata valet, & obligat, b quinimmo hęc conditio apud Regulares, ſiue Religioſos in vſu non eſt, & ſecundum probabilem aliquorum. ſen-

ten-

tentiam Religioſi eam ſeruare non teneantur. *a* Quibus Leo Decimus indulſit, vt abſque ſcriptura cenſuras ferre poſſint *e* in pœnam autem illam iudex minime incidit, quando aliquem ſuſpendit ab actu, qui iudici, non vero ſuſpenſo ipſi iure ſuo competit, etiamſi ſine ſcripto, & præmonitionibus ſuſpendat. Hæc enim non eſt propriè ſuſpenſio, ſed inhibitio; vt ſi Religioſus præſul ſubdito religioſo, cui fratrum ſeu ſodalium confeſſiones audiendi poteſtatem conceſſit ſolis verbis, eandem abſque ſcriptura ſuſpendat, hoc eſt eum confeſſiones audire prohibeat; immo poteſt idem prælatus ſubdito ſuo prohibere, ne ſecularium confeſſiones audiat *a* harum enim audiendarum poteſtatem Regulares à Pōtifice per Superiorem, ſiue medio Præſule ſuo habent *a* *ita in c. 1. de ſent. excomm. in 6. Suarez tom. 5. in 3. p. d. 5. ſ. 13. Sayrus de cenſ. l. 1. c. 13. Peyren. l. c. num. 9. Syluest. Candid. d. 22. art. 19. d. 3.* *ß* *Nau. c. 27. num. 8.* *ß*, *ϑ* *Auila p. 2. c. 2. d. 1. d. 3. Bordon r. 78. num. 185.* *ϑ* *Suar. l. c. Filiuc. tom. 2. tr. 11. c. 4. n. 109.* *a* *ita contra Bonac. & Nauar. docent P. Gregorius, Llamas num. 7. Syluest. v. excom. 1. nu. 14. Tolet. c. 9.* *e* *Leo X. in priuil. Mendicant. v. excom. §. 7. Rodriq. tom. 2. Reg. q. 59. art. 3. Auila l. c. c. 5. Tambur. de iure Abbat. tom. 2. d. 14. q. 1. num. 2. Dian. r. 20.* *n* *Palud. in 4. d. 18. q. 7. a. 3. concl. 10. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 8. num. 18. vide Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 8.* Probabilius tamen videtur Prælatos regulares non poſſe abſq; ſcriptis ferre cenſuras per modū ſtatuti, ſecus vero per modum particularis ſententiæ in aliquem. *ita Portel. v. excom. Villalobos Dian. r. 73.*

5 Conditiones illæ cenſuræ, vt in ſcriptis proferatur, & in ijs cauſa exprimatur, & exemplar cenſuræ petenti infra menſem tradatur *x* in illis tantum cenſuris neceſſariò ſeruādæ ſunt, quæ ab homine pro culpis præteritis feruntur, non autem in ijs, quæ pro culpis futuris ab homine, ſiue ille ſint canonis, ſiue iuris. Hæ enim ſemper iuſtæ cenſentur *ß*, & ſententia hominis pro culpis futuris conſtitutioni æquiparatur, quæ etiamſi non ſcripta ſit, valet *ϑ*. *a* *ex c. Cum medicinalis de ſent. excom.* *ß* *Cum. erit autem lex.* *ϑ* *Syluest. v. excom. 2. nu. 10. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 6. nu. 39. Suar. tom. 2. de cenſ. d. 3. ſ. 13. Candid. art. 28. d. 3.*

6 Cenſura ferri poteſt ſub conditione, atque ita lata nunquam contrahitur, niſi conditio aduenit, & impleatur, tunc enim vires ſuas poſita conditione exerit, quæ velut enſis vagina conditus ante manebat, & tunc cenſura à iudice proferri cēſetur, non tempore, quo pronunciata fuit; *a* quod ſi pendente adhuc conditione ille, in quem cenſura lata eſt, ſtatum mutet, adueniente conditione in cenſuram nihilominus incidet. ſecus verò ſi conditione pendente iudex moriatur, vel exauthoretur *ß* ſi vero ante conditionis aduentum iudex, qui poſt latam ſub conditione cenſuram excommunicationis vinculo ligatus, vel ab hoſtibus captus fuit, ab illa abſoluatur, vel ab hoſtibus liberetur, mox conditione adueniente cenſura antea ab ipſo lata valebit; non enim noua ei iuriſdictio accedit, ſed prior non impedita penes eum perſeuerat, *γ* ſed ſi conditio de futuro, omnino impertinens ſit, cenſuram ſub ea latam irritam eſſe alij aiunt *ϑ*, alij probabilius negant. Quamuis enim illicita ſit,

quia

Digitized by Google

quia abuſus eſt ſpiritualis poteſtatis, valet tamen, nam iudicis conſenſus à qualibet conditione pendere poteſt, nec apparet, quo iure actus ille irritus ſit. quanquam appellatione interpoſita, conditionalis cenſura ante conditionem impletam ſuſpendi poteſt. *ita ex c. præterea de appellat. & ex c. Romana §. caueant de ſent. excomm. in 6. Couar. in c. Alma 1. p. §. 10. nu. 6. Hugol. tab. 1. c. 2. §. 2. num. 3. Dian. p. 5. tr. 9. r. 64. Corneius p. 3. de cenſ. tr. 5. d. 4. d. 3. q. 3. & 5. Hugol. ibid. num. 2. Sayr. l. 1. c. 8. num. 13. Cand. d. 22. art. 9. d. 9. Hugol. l. c. Suar. Corneius l. c. Turrianus de cenſ. l. 1. d. 3. d. 3.*

7 Appellatio poſt ſententiam excommunicationis latam ſub conditione, ſi fiat, antequam conditio eueniat, excommunicationem illam ſuſpendit. Hæc autem appellatio fieri poteſt non ſolum intra decem dies, poſt quam lata ſententia eſt, ſed quandiu conditio nondum impleta eſt. ad excommunicationem etenim contumacia requiritur, quæ reperiatur tempore, quo conditio impletur, neque retrotrahitur ad tempus, quo ſententia cenſuræ pronunciata eſt. *Auila p. 2. c. 5. d. 5. d. 11. concl. 3. Hurtad. de excomm. diſp. 13. diſ. 4. n. 11. Gutier. l. 1. c. 4. Dian. l. c. Gloſſa in c. præterea de appell. Nau. in c. cum contingat de reſcr. pt. cauſ. 18. Suar. d. 3. ſ. 6. Corneius, Turrian. contra Abbatem in c. cap. Vgol. t. 1. c. 2. §. 6. num. 3.*

8 Si pendente conditione, ſub qua cenſura lata eſt, creditor prorogat inſcio iudice tempus ad ſoluendum à iudice ipſo ſtatutum, & poſtea debitor non ſoluat, hic in cenſuram non incidet. Prorogatio enim, ſeu ſuſpenſio cenſuræ eſt actus iuriſdictionis, qua creditor caret. terminum tamen ſolutioni aſſignatũ prorogare poteſt, quo prorogato iudex cenſuram ſuſpendere cenſetur, ne debitorem afficiat conſentiente creditore, quo inſtante ſententiam tulit. *ita Doctores, quos citat Hugolinus tab. 1. c. 20. §. 6. nu. 5. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 11. num. 20. & alij probabilius docent contra Corneium in 3. p. tr. 5. d. 4. d. 2. q. 3. Suar. d. 3. ſ. 6. num. 11. Nau. c. 27. num. 14. Sylu. v. excom. 2. num. 1. Dian. r. 65. contrarium probabiliter aſſerentes.*

9 Cenſura lata ſub diſiunctione, effectum ſuum ſortitur, vt ſi cenſuræ lator dicat *te excommunico, vel ſuſpendo*, electio enim alterutrius partis arbitrio rei relinquitur, & ſi neutram eligat, obligatur vtraque ex intentione ferentis cenſuram, ne eius ſententia incaſſum prolata ſit, & inefficax; alterutri igitur cenſuræ, quam prælegerit reus, ſubiacebit, cum hæc ſit mens iudicis eam ferentis. Sic ſententia lata à Sacerdote in foro conſcientiæ imponens piaculum, id eſt pœnitentiam pro peccatis ſub diſiunctione, valet, obligatque, vt ſi confeſſarius iubeat pœnitentem pro peccatis ieiunare, vel Pœnitentiales Pſalmos recitare; detque ei optionem, vt alterutrum faciat, vt ſi illi dicat: abſtine cras vino, & carne, vel triginta aſſes largire pauperi. Sed quamuis hæc vera ſint, grauiter tamen peccaret, qui cenſuram ſub tali diſiunctionis forma cuiquam inferret, id enim conſuetudini, & vſui Eccleſiæ repugnat. *ita Suar. de cenſ. d. 2. ſ. 2. num. 12. Alterius tom. 1. l. 3. d. 9. c. 3. Turrian. de cenſ. l. 1. d. 4. d. 1. Raſtel. Cand. d. 22. art. 17. d. 1. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 7. n. 5. Dian. r. 63.* Contrarium etiam probabile videtur, verba enim quæ nullam particularem cen-



Digitized by Google

cenſuram deſinitè ſignificant, nihil efficiunt. Nec ſententia ſine determinatione prolata ſententię nomen meretur, & diſiunctiuè prolata nec vtrãq; cenſuram infligit, nec alteram tantũ; cum non ſit maior ratio vnius, quam alterius. *ita Nau. c. 27. num. 61. Sayr. de cenſ. l. 4. c. 7. n. 3. Henriq. l. 13. c. 32. num. 4. Vaſq. in M. S. Gordonus, Syueſt. v. ſuſpenſio q. 5. n. 5. Cand art. 17. ex l. 3 C. de ſent. quæ ſine certa quantitate profertur.*

10 Cenſura ob vim, & metum lata intentione, & animo obligandi valet, ea enim, quæ metu fiunt, valida ſunt, niſi iure aliquo prohibeantur; voluntas enim coacta voluntas eſt ❧ neque intentio vi vlla humana extorqueri poteſt, nec voluntas cogi, ❧ *ex Ariſtotele 3. Ethic. c. 1. & l. ſi mulier §. ſi metu, ff. quod metus cauſa. Suar. de cenſ. d. 2. ſ. 5. num. 2. Alterius de cenſ. tom. 1. l. 3. c. 2. d. 9 Coninch. de ſacr. d. 13. d. 5. Merolla, Hurtadus, Dian. v. 69.* Contraria etiam ſententia non improbabilis videtur; nam abſolutio ab excommunicatione vi, & metu extorta irrita eſt. ❧ Ergo etiam excommunicatio metu extorta nihil valet, & cum hæc odioſa ſit, illa fauorabilis, odioſa autem reſtringenda ſint, fauorabilia verò amplianda; ſi irrita eſt abſolutio metu extorta, multo magis excommunicatio vi, metuque cogente lata. ❧ Quanquam reſponderi poteſt maiorem adeſſe rationem, cur illa, non hæc irrita iure ſtatuatur, ſæpius enim contingit abſolutionem à cenſura vi, metuque extorqueri, quàm cenſuram ❧ *cap. 1. de iis, quæ vi, metuſue cauſa fiunt, in 6.* ❧ *Sayr. l. 1. c. 16. num. 9. Hugol. tab. 1. c. 2. §. Cornelius, Cabreros de Auendagno, & alij.* Vt quis in excommunicationem incidat, non eſt neceſſe, vt adſit dolus, ſed ſufficit actio vetita à ſciente prohibitionem, & cenſuram facta, alioquin vt plurimum excommunicatio eluderetur, quæuis enim cauſa, vel leuis à dolo excuſat *l. igitur, & generaliter ff. de liber. cauſa Barth. Barbat. Anchar. Socinus, Sen. c. 131. Crauetta c. 18. Menoch. Alexand. Paſq. q. 21 contra Hoſtienſem, Bell. p. 1. Menoch. l. 2. de arb. c. 18. num. 19.*

## Cenſura iniuſta quæ, & quando. Cap. LXVI.

1 CEnſura iniuſta eſſe poteſt ex defectu rectæ intentionis, vel ordinis iure ſtatuti, vel legitimæ cauſæ A, primò quidem cum ex odio, vel inuidia, vel indignatione cenſura fertur, & tunc prauus Iudicis affectus non obſtat, quominus illa efficax, & valida ſit, & æqualitatem iuſtitiæ ſeruet. ❧ ſecundò cum non ſeruato iuris ordine ſine trina præmonitione, vel vna pro tribus, vel ſine ſcriptura, & traditione exempli cenſura lata eſt. Hæc iniuſta quidem, ſed valida eſt, non enim ab ordine iuridico, ſeu præmonitione, ſed ab Eccleſiaſticæ poteſtatis clauib. pendet ❧ demum irrita, inaniſque, nedum iniuſta cenſura eſt, cum cauſa illa, propter quam fertur, non ſubſiſtit, nemo enim maiori cenſuræ obnoxius eſt, niſi ob lethalem culpam verè commiſſam, ob peccatum verò non commiſſum, qui falſis teſtibus in iudicio conuictus eſt, cenſuræ pœna puniri nequit, nec cenſura falſę innixa cauſæ quidquam valet, ſed nullius momẽti eſt ❧ A. *D. Th.*

*in*

Digitized by Google

*in addit. ad 3. p. q. 21. art. 4. Dian. r. 27. a ex c. ſacri de ſent. excom. & c. cum medicinales eod. tit. 6. Sot. in 4. d. 22. q. 1. art. 3. β Caiet. 2. 2. q. 69. a. 1. §. Nau. tom. 2. Conſil. l. 5. Conſil. 4. Sayr. l. 1. de cenſur. c. 17. nu. 6. γ Sot. l. c. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 10. n. 4. Cand. d. 22. art. 22. d. 1. 2. 3.*

2 Quis vnquam innocens perijt? inquit Iob. 4. Non erit innocens malus, ait Salamon prou. 15. ideo qui iniuſta cenſura ex defectu cauſæ videlicet iniqua excommuuicationis, vel ſuſpenſionis, vel interdicti ſententia innocens damnatus eſt, etiamſi ſecundum adducta in iudicio, & probata nocens habeatur, tamen in conſcientiæ foro nullo cenſuræ vinculo tenetur, neque interioris fori abſolutione indiget, nec ſpiritualium bonorum communione priuatur, neque enim Eccleſia mater pijſſima innocentem à bonorum Eccleſiaſticorum participatione excludere velle cenſetur, quẽ Deus non excludit; neque ille irregularis fieret in foro animæ, nec cenſuras illas iniuſtas verè violaret, ſi diuinis officijs intereſſet, ſiue rem diuinam faceret *a* verùm coram eis, quibus ſententia cenſuræ nota eſt, innocentia vero ignota à communione fidelium, & actibus vetitis abſtinere debet, ne cenſuram contemnere videatur, neue ſcandalum alijs præbeat β & in publico obedire iudici debet ſecundum allegata, & probata rectè iudicanti, in occulto autem hac obligatione non tenetur. Cenſura enim defectu legitimæ cauſæ iniuſta quod ad Deum, & in conſcientiæ foro non obligat *a ita contra Richardum, & Durandum, & alios docent D. Thomas in 4. d. 18. q. 2. Caiet. 2. 2. q. 76. art. 4. Sot. in 4. d. 22. q. 1. art. 3. Suar. tom. 5. de cenſuris d. 4. ſ. 7. num. 22. Sayr. l. 1. c. 17. n. 17. Sylueſt. v. excom. 2. Gabriel in 4. d. 18. q. 2. art. 1. Adrian. Maior, Vaſq Turrian. β Hurtad. Prepoſit. Dian. r. 27. & 28. Cand. Guttier, Faber in 4. d. 125. q. 1. d. 4. Bordon r. 78. n. 216.*

3 Si excõmunicatio irrita, & iniuſta ſit defectu iuriſdictionis in latore cenſuræ in eum, in quem fert cenſuram, vel in eo caſu, in quo excommunicatio fertur, vel quia poſt appellationem legitimè interpoſitam fertur, vel ob alium defectum, propter quem ipſo iure irrita eſt, tunc cenſura timẽda non eſt, ſed ſcandalũ populi ignorantis eam iniuſtam, irritamque eſſe. Propterea ille, in quem iniuſta excommunicationis ſententia lata eſt, contra illam nihil operetur, donec vel innocentiam ſuam, vel cenſuræ iniuſtitiam, & inanitatem oſtendat, ac palam faciat, & iudicium ſapientium cenſuram illam irritam exiſtimãtium vulgo manifeſtet. hoc enim proximi ignorantiæ condonandum eſt, quo facto iniuſtæ ſententiæ parere non tenetur coram ſapientibus, & popularibus, quibus innocentiam ſuam, & cenſuræ iniuſtitiam, & inanitatem, ſiue nullitatem vt aiunt, ſignificauit. *ita Gabriel in 4. d. 18. q. 2. col. 2. Lud. Mexia, D. Antonin. in 3. p. tit. 24. c. 73. Guttier. Vaſq Turrian. de cenſ. l. 2. d. 20. Dian r. 26. Bord. r. 78. n. 196. contra lo Valerum.* Quando autem clare conſtat ſententiam cenſuræ inualidam eſſe, non debet is, in quem pronunciata fuit, illam timere, neque ſeruare, quoniam eadem non obligat apud Deum, neque apud Eccleſiam, quæ neminem iniuſtè ligat, & vnicuique iubet ſeruari ius illæſum. *Nau. c. 27. num. 3. Sotus in 4. d. 22. q. 1. a. 3. c. 1. Miranda tom. 2. q. 35. a. 13. Sayr.*

cum

Digitized by Google

Quin etiam ſi alienigena ille, vel aduena in vrbe, vel territorio vbi & quando excommunicationis ſententia fertur, adſit, domicilium tamen nondum ibidem cœperit, cenſuræ illi obnoxius non eſt, quia nondum ſubditus eſt, neque ratione perſonæ, nec ratione delicti, Cenſura enim non ligat niſi ſubditum ratione perſonæ, & delicti, non peregrinum, non aduenam tantum. *ita Auila, & Corneius l. c. Sayr. Dian. p. 5. tr. 9. r. 36. contra Suar. & Coninch. Præpoſit. in 3. p. q. 1. de cenſ. d. 5. Hurt.*

6 Epiſcopus extra proprium territorium ſubditum ſuum excommunicare non poteſt, α iuriſdictio enim contentioſa, qualis hæc eſt, in alieno territorio exerceri nequit β, nam quod ad exercitium illius in aliena diœceſi Epiſcopus eſt veluti priuatus, & cenſura ab eo ibidem lata non ſolum illicita, ſed etiam irrita eſt, etianſi cauſa bene cognita, ac perſpecta ſit. γ *ita α ex c. Epiſcopum 9. q. 2. iuncta Gloſſa β ex c. nouit de officio delegati, & l. 2. de offic. Procenſ. Clement. vnica de foro compet. Io. Præpoſit. in 3. p. D. Th. q. 1. Paſqual. q. 167. ex cap. Animarum de conſtit. in 6.* Contraria etiam ſententia, ſi crimen propter, quod cenſura fertur, certum ſit, nec vlla cognitione, ſeu probatione indigeat, probabilis videtur *ex c. cum ſit §. fin. de appellat. & c. euidentia de accuſat. Auila de cenſ. p. 2. c. 3. d. 2. ex Nauarro, & Syluestro, P. Corneius in 3. p. tr. 5. de cenſ. d. 6. Diana r. 35.*

7 Subditus, qui crimen ab Epiſcopo ſuo vetitum ſub excommunicationis pœna ipſo facto ſubeunda in proprio territorio inchoauit, & inde profectus in aliena diœceſi conſummauit in cenſuram illam generali conſtitutione ſtatutam non incidit. Cenſura enim lata eſt in conſūmatores delicti, non in inceptores. Propterea ſi in aliqua diœceſi ſtuprum ſub excommunicatione prohibitum ſit, & quiſpiam virginem ibidem raptam extra territorium aſportet, ibique eam deuirginet, anathema non eſt, quamuis raptu, oſculis, & tactibus in proprio territorio ſtuprum incohauerit, vbi contra ſtupratores cenſura lata eſt, non contra incohantes ſtuprum, inde autem ſtupri tempore abeſt, α ſed quamuis hoc de cenſura verum ſit, ſecus tamen de alijs pœnis dicendum eſt. Recepta enim ſententia eſt, quando delictum in vno loco incohatum eſt, & in alio abſolutum, deliquentem vtrobique puniri poſſe β. *α Suar. de cenſ. d. 5. ſ. 4. num. 7. Gordonus tom. 2. l. 7. c. 2. §. 3. num. 34. Corneius l. c. tr. 5. d. 6. Dian. r. 33. β ex l. 1. Cod. vbi de crimine agi oportet. Gordon.*

8 Probabile eſt ſubditum Epiſcopi in alieno territorio manentem, vel iter habentem non obligari cenſuris adiunctis præcepto ſiue generali, ſiue ſpeciali Epiſcopi ſui, quandoquidem crimen in alieno territorio patratur, vbi non paretur impune ius dicenti, propterea Sacerdos rem diuinam faciens in alieno territorio contra præceptum Epiſcopi id prohibentis ſub pœna excōmunicationis, vel ſuſpenſionis, cenſuram non contrahit *ex c. vt animarum de conſtit. in 6. Coninch. Henriq. Præpoſit. in 3. p. q. 1. de cenſ. Hurtad. Dian. r. 37.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, ſuperior enim ſubditum ſuum etiam extra territoriū præceptis dirigere, & voluntariam iuriſdictionem abſque vi in eundem exercere poteſt. *Suar. de cenſ. d. 5. ſ. 5. Sayr. de cenſ. l. 1. c. 7. Corneius.*

9 Subditus in alieno territorio manens



Digitized by Google

tens ab Epiſcopo ſuo cenſuris affici poteſt in pœnam delicti in proprio territorio commiſſi, vt homicidij, furti, ſi ſatisfacere nolit, vt Parochus, qui oues non paſcit, ſed in aliena diœceſi manens abeſt contumaciter, *ita Hurtad. de cenſ. diſ.* 8. *num.* 34. *Auila p.* 2. *c.* 3. *d.* 2. *d.* 2. *Prapoſit. Villalob.*

10 Qui crimen aliquod ſub cenſura ab Epiſcopo ſuo vetitum fecit in loco ab ipſius iuriſdictione exempto intra territorium, vt ſi in monaſterio, ſeu collegio Religioſorum exemptorum aleis luſit, vel monetam cudit, monaſteriū ſanctimonialium exemptarum ingreſſus eſt, vel ibi cum illis loquitur hæc vetante ſub cenſuræ pœna Epiſcopo, ab omni cenſuræ nota liber, & immunis eſt. Secus vero dicēdum, ſi quis ad monaſterium etiam exemptum monacharum contra tale Epiſcopi decretum ſub cenſuræ pœna accedat. via enim, qua ad illud pergitur, exempta non eſt, porta vero illa ſeu veſtibulum, in quo cum illis loquitur, vel per quod monaſteriū exemptū quiſpiam ingreditur, Epiſcopali iuriſdictioni minime ſubeſt. *ita Henriq. l.* 13. *c.* 26. *num.* 2. *Sà v. excomm. n.* 12. *Auila p.* 2. *c.* 3. *d.* 2. *Dian. r.* 37. abſolute docent, idque probabile cenſet *Prapoſitus l. c. num.* 27. 1. *Genuenſis, Bonac. de cenſ. d.* 1. *q.* 1. *p.* 11. *Marcellus, Vulpes, Theoph. l. Raynaudus de monit. p.* 1. *c.* 1. *q.* 9. *Dian. r.* 66. Quanquam nonnulli hoc ſolum verum eſſe aſſerunt, quando locus abſolute exemptus eſt, & non ſolum quod ad perſonas, *ita ex Suar. & Coninch. docet Hurtadus dif* 8. *num.* 33. Cenſura igitur ab Epiſcopo lata generali decreto in accedentes ad monacharum monaſteria; eos etiam obſtringit, qui ad monaſteria ſanctimonialium Regularibus ſubiecta accedunt; acceſſus enim ad illa fit in territorio Epiſcopali iuriſdictioni ſubiecto. *ita Bonac. de cenſ. d.* 1. *q.* 1. *p.* 11. *Bariolav. Epiſcopus, §. vlt. Riccius, Diana r.* 71. *contra Genuenſem.*

11 Summus Pontifex nulli cenſuræ obnoxius eſſe poteſt. nulli enim eccleſiaſticæ poteſtati ſubiectus eſt, & prima ſedes à nemine iudicatur, & quamuis Pontifex hæreſeos cauſa ex illa deponi poſſit, non ideo tamen excommunicatur *Bellarmin. l.* 2. *de R. Pontiſ. c.* 30. *Cand. Bonac.*

12 Quando factum, quod lege prohibetur, ex natura ſua malum eſt, vel lex in fauorem animarum lata eſt, Cardinales à generali conſtitutione cenſuras, & pœnas imponente obligantur, etianſi de illis ſpecialis mentio non fiat. *Ita ex Iaſone, & Gygante, Felino, & Monacho docet Sanctarellus var. tom.* 1. *q.* 2. *n.* 28. *Pariſius, Gambarus, Scortia in bullam ep.* 41. *theor.* 114. *vide Dianam p.* 5. *tr.* 2. *r.* 16. *contra Paulum de Caſtro, Vgolinum, Bonac. de leg. d.* 1. *q.* 1. *p.* 6. *Raſtellum, Candidum.*

13 Collegium, vniuerſitas, ſiue communitas non poteſt vnica ſententia excommunicari. Sic enim iure decretum eſt. a quoniam non omnes eiuſdem communitatis idem crimen lethale commiſiſſe cenſentur in vna eademque re. Poteſt tamen quilibet ſigillatim ob particulare crimē communione fidelium priuari, etianſi omnes, qui in aliquo collegio ſunt, excommunicentur. Hoc enim vetitum non eſt. Qui autem innocens eſt, non poteſt excommunicari *a cap. Romana de ſenu excomm. in* 6 *D Bonauent. in* 4. *d.* 18. *art* 5 *q.* 3 *Hurtad de excomm. diſ.* 2. *num.* 7 *Vaſq. Turrian de*



Digitized by Google

*cenſ. l. 2. d. 23. d. 2. Coninch d. 13. d. 6. num. 48. Dian. p. 5. t. 9. r. 38. Sa. in 4. d. 22. a. 2. Candid. Bord. r. 78. n. 163. Megal. l. 6. c. 3. de cenſ.* excommunicationem latam contra Collegium irritam eſſe docent. *Hoſt. Ioan. Mon. Archid. Franc. apud Gloſſam v. panit. cap. Romana, Barboſa, Sayr.*

14. Cenſura lata contra facientes aliquid non comprehendit mandantes, aut conſilium dantes. Lex enim pœnalis cum ſit odioſa, ſtrictè interpretanda eſt. Nam qui aliquid mandat, vel ſuadet, verè, & propriè illud non facit. Quando autem Pontifices volunt mandantes, aut conſiliatores cenſura obſtringi, id vel expreſsè, vel implicitè ſignificant verbis, quibus cenſura fertur *vt patet ex c. vlt. de pœnis in 6. & Clem. 1. eod. tit. Auila p. 2. c. 5. d. 3. d. 2. Caiet. v. excomm. Tabiena v. excomm. 5. c. 49. Nau. c. 27. num. 51. Tolet. l. 1. c. 8. Couar. in c. Alma p. 1. §. 10. num. 15. Suar. d. 4. ſ. 3. num. 5. Sanchez de matr. l. 3. d. 49. Porrel. Finel. Alter. Vgol. Io. Henriq. Dian. r. 57. Candid. a. 13. contra Panorm. in c. Significauit, de Iudeis. Syluest. Roſellam.* In dubio an cenſura mandantes, vel conſulentes obliget, cenſendum eſt, eos non obligari. Excommunicatio verò quæ mandantes etiam obſtringit, non comprehendit eum, qui crimen aliquod fieri iuſſit ſeu mandauit, quando ille, cui hoc mandatum eſt, alioquin idem facturus erat tanto animo, ac conatu, ac ſi id facere nunquam iuſſus eſſet. *Ita Auila l. c. Diana ibid. Sayr. l. 7. de cenſ. c. 29. Sanchez Moral. l. 1. c. 10. num. 55. Cand. d. 22. art. 15. vide.*

15. Si quis alloquatur abſq; licentia moniales exemptas, non incidit in excommunicationem latam ab Epiſcopo contra loquentes cum monialibus, abſque licentia, etiamſi in edicto Epiſcopali fiat mentio de monaſterijs exemptis. nam leges Epiſcoporum non obligant ſubditos in monaſterijs exemptis, idque colligitur ex decreto Tridentini Concilij ſeſſione xx. cap. x. vbi ſancitum eſt, vt in Eccleſijs Regularium ſeruentur feſta indicta ab Epiſcopo, & interdicta ab ipſo impoſita, ergo ſi hoc præceptum non eſſet, nulla eſſet obligatio obſeruandi illa, vel alia ſtatuta Epiſcopalia in Eccleſijs, & Monaſterijs Regularium exemptorum, ergo nec cenſura ab Epiſcopo lata afficit eos, qui alloquuntur moniales exemptas in loco exempto, in quo delictum cômiſſum non ſubeſt iuriſdictioni Epiſcopi, non ſecus ac ſi extra territorium Epiſcopi cômiſſum eſſet. Locus enim exemptus, quamuis ſit in territorio, comparatur loco, qui eſt extra territorium, ad quem iuriſdictio Epiſcopi alterius diœceſis non ſe extendit. Ideo ſtatutum Laicorum, in quo fit mentio Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticorum, etiamſi ſit fauorabile illis, nullius momenti eſt. Quia nulla eſt Laicis in Eccleſiaſticas perſonas, vel res, aut in Eccleſias iuriſdictio. *ita contra Rolandum à Valle, Genuenſem, Bellechium p. 3. q. 9. n. 167. docent Bonacina tom. 2. d. 1. de leg. q. 1. p. 6. Layman l. 1. tr. 4. c. 11. Henriq. l. 13. c. 26. num. 2. Paſq. q. 167. ex cap. Eccl. S. Mariæ de conſtit. & c. fin. de reb. Eccleſ. Abbas in cap. Clericus de foro compet. Baldus c. 132. Imola, Cardinal. Felin. Butrius, Socin. c. 71. nu. 10. l. 4. Matth. Afflict. Matheſilian. Surd. c. 301. Caualc. l. 3. deciſ. 33. Plotus, Cioffus, Suar. l. 4. contra Regem Angliæ c. 16. & de leg. l. 3. Maynar. Bertan. de Gueuar. Io. Neuiz. Alber.*

Re-

Digitized by Google

Religioſi exempti alloquendo moniales non afficiuntur cenſuris latis ab Epiſcopo contra loquentes cum monialibus, ſiue ſint exemptæ, ſiue non; quamuis enim prohibeantur regulares alloqui moniales conſtitutione Bonifacij Octaui confirmata à Pio V. anno MDLXVI. nulla tamen poteſtas datur Ordinarijs in Regulares tranſgreſſores illius, præterquam conſtitutione Gregorij XV. edita anno 1622. die 9. Febr. vbi hæc habeantur. *ad hæc tam ſæculares, quam regulares huiuſmodi nullis priuilegijs, & exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem monaſteriorum monialium etiam regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam in hoc Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant*. poteſtas ergo puniendi, ac corrigendi Regulares loquentes abſque licentia cum monialibus delegata eſt Epiſcopis. Non vero poteſtas ferendi cenſuras in eoſdem. Cenſura ergo ab Epiſcopis lata poteſtate ordinaria non afficit Regulares exemptos, ſed tantum ſubditos Epiſcopo. *ita contra Suar. tom. 4. tr. 1. l. 1. c. 10. Rodriq. tr. 1. q. 45. Dian. p. 3. tr. 2. r. 103. Pellig. c. 5. ſ. 5. num. 104. Sayr. Tab. Duard. Graff. decẽt. Barboſa de poteſtate Epiſc. p. 3. alleg. 102. num. 70 alios citans Bonacina tom. 1. q. 3. de clauſ. p. 4. Paſqual. q. 157.*

## Cenſura quomodo ferenda. Cap. LXV.

1 CEnſura quæcunque ſit, ferenda non eſt, niſi trina monitio canonica tribus vicibus facta præceſſerit α interpoſito aliquorum ſaltem duorum, aut trium dierum interuallo, niſi periculum ſit in mora, vel iuſta cauſa adſit faciendi vnam monitionẽ tantum pro tribus, vel etiam omittendi β, reus autem nominatim, & nomine iudicis ter præmonendus eſt, vt obediat γ. Cenſura enim medicinalis inobedientiæ pœna eſt, quæ adhibenda non eſt, ſi leuioribus remedijs laborans inobedientiæ morbo curari poſſit δ monitionum autem omiſſio mortiferum ſcelus eſt contra canones in graui materia ε reus verò contumax, & inobediens erga ſuperiorem dici non poteſt, niſi perſonaliter nomine ſuperioris præmoneatur ζ quod ſi hic lateat, ideoque immediatè præmoneri nequeat, monitio in loco publico, vt in templo, in choro, in foro, vel alibi facienda eſt, cui ſi ille parere nolit, cenſuræ gladio percuti poteſt η debet autem trina monitio fieri coram idoneis teſtibus, quibus probari poſſit, ſi opus fuerit θ nec non ſub comminatione cenſuræ, vt reus audita grauiſſimæ pœnæ obnunciatione ad obediendum moueatur ι neceſſe tamen non eſt, vt hæc præmonitio ex ſcripto fiat. id enim lex non iubet κ & quamuis trinam hanc monitionem apud Regulares non eſſe in vſu nonnulli aſſerant λ nec neceſſariam eſſe quando Prælati ea, quæ in religioſis conſtitutionibus continentur, iubent μ hanc tamen Præſules religioſi omittere licite nequeunt ν idque colligitur ex verbis Apoſtoli ſcribẽtis ad Titum. *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita c. 3.* Verum non improbabile eſt præmonitio-

nes à Religioſis præſulibus omitti poſſe, cùm nihil ſupra, vel vltra regulam præcipiunt α. α c. ſacro, c. contingat de ſent. excom. in 6. c. Romana c. ſtatutum eod. tit. ibid. c. indigne 12. q. 2. Sot. Nauar. c. 27. Suar. tom. 5. in 3. p. d. 5. ſ. 8. Coninch. de cenſur. d. 13. d. 9. Sayr. de cenſ. l. 1. c. 12. Cochier, Sayr. Laym. l. 1. tr. 5. c. 6. Peyrin. β Cochier. Aegid. Sayr. Suar. ſ. 9. nu. 2. ex c. conſtitutionem de ſent. excom. in 9. gl. ibi Bonac. Faber, Corneius, Diana p. 5. tr. 9. r. 19. Cand. art. 19. d. 3. Nau. c. 27. num. 11. γ Suar. Coninch. l. c. Peyrin. P. R. l. c. c. 5. Laym. δ c. cum medicinalis de ſent. excom. in 6. ε Sot. in 4. d. 22. q. 1. art. 2. Nau. c. 27. n. 8. Auila p. 2 c. 5. d. 1. ζ Henriq. l. 13. c. 17. §. 7. Couar. in c. Alma p. 1. §. 9. Suar. l. c. η Sayr. num. 12. Suar. Cochier. de conſecr. θ c. ſacro de ſent. excom. P. Gregor. l. 4. decr. tit. 16. de ſent. excom. Filius. tr. 11. c. 4. num. 101. ι ex Trid. ſeſſ. 25. c. 3. & cap. Nemo Epiſcoporum 11. q. 3. Coninch Palud. in 4. d. 18. q. 8. κ Gabriel. ibid. q. 2. art. 2. Llamas. p. 1. c. 9. μ Sylu. v. excom. 1. num. 14. Sayr. Nau. Auil. Peyrin. Dian. p. 5. tr. 9. r. 20. ν Corneius in 3. p. tr. 5. d. 5. Sayr. c. 12. num. 22. vide Fabrum in 4. d. 25. q. 1. Villalobum, Hurtad.

2 Admonitio eſt actio, qua ſuperioris authoritate monetur reus ſub pœna cenſuræ ter, vt aiunt, formaliter, vel virtualiter, coram teſtibus, vt à culpa nominatim expreſſa reſipiſcat, vel pareat. Canonica hæc præmonitio requiritur ante cenſuram ab homine infligendam pro culpa præterita, vel præſente, in qua reus contumaciter perſeuerat, vel pro ea ſatisfacere iuſſus recuſat. Si enim monitus non paret, contumax, ac cenſura dignus eſt α ad cenſuram vero iuris, aut ſententiæ cuiuſcunque pro futuro delicto contrahendam nulla præmonitio requiritur. Siquidem lex ipſa, aut præceptum generale, vel ſpeciale iudicis comminatione cenſuræ addita continuo præmonet. Præſertim ſi quid fieri ſub excommunicationis, vel ſuſpenſionis pœna iubeat β. Nihilominus ſi quis admiſſo crimine cẽſuram contraxit, idque à iudice declarandum, vel denunciandum ſit, reus prius citandus eſt facta illi defendendi ſe poteſtate iure naturæ debita. γ Neque etiam iudici contra reum criminis ſub excommunicatione comminatoria, ſeu ferendæ ſententiæ vetiti iam conuictum ſine vlla præmonitione excõmunicationis fulmen, aliuſue cenſuræ telum ſtatim vibrare licet; ſi enim reus citatus, & crimen confeſſus emẽdare ſe velit, & Eccleſiæ ſatisfacere, excommunicari non poteſt δ ſed potius abſoluendus eſſet, ſi quam cenſuram contraxiſſet. ε Quin etiam in notorijs niſi præmiſſa citatione, ac canonica monitione, excommunicationis ſententia ferenda non eſt. Secus vero ſi cenſura notorio crimine contracta duntaxat à iudice declaranda ſit, vel denuncianda. ζ exceſſus enim notorius examinatione non indiget, quando vero contumacia notoria eſt, canonica monitione opus non eſſe alij aiunt, η alij probabilius negant, etiamſi reus, ſe monitionibus non pariturum iurauerit θ. α ita ex c. ex parte, & c. Romana de ſent. excomm. in 6. Suar. d. 3. ſ. Si num. 5. Tolet. l. 1. c. 9. Laym. l. 1. tr. 5. c. 6. num. 5. Cand. art. 19 d. 1. Raſtellus q. 3. a. 4. β Angel. v. excomm. 2. §. 1. Syluest. ibi β ex c. Reprehenſibilis de appell. iun. gloſſ. v. ipſo genere. Innoc. in c. Extirpanda Suar. Coninch. Auila, Peyrin. Candid.

Sayr.

*Sayr. l. 1. c. 12. §. Qui vero de prabend. Alex de Neuo ſuper Abb. in c. excom-com. de raptor. γ Clem. paſtoralis, §. Cæterum de re iudicata. Gl. in c. præſenti, v. conſtiterit de cenſ. Couar. p. 1. § 9. num. 5. Auila p. 2. c. 5. d. 1. Suar. d. 3. ſ. 10. num. 15. Nau. l. 5. conſ. 2. δ Suar. num. 19. Couar. l. c. Caiet. v. præcepti tranſgreſ. §. pœn. ex c. c. Reprehenſibilis, Diana r. 18. Corneius, Hurtad. contra Abbatem c. Cum ſit Romana n. 28. de appell. Sanch. de matr. l. 2. d. 24. Auilam ε ex c. Quæ fronte de appell. ζ Couar. l. c. Abb. c. Noſtram 3. de iure iur. Nau. l. 5. conſ. 20. de hæret. n. 5. edit. 2. And. Gail. Auila, Suar. n. 18. argum. c. De manifeſto 2. q. 1. cap. Bona de elect. η Llamas p. 1. c. 9. §. 23. Peyrin. in formul. l. c. cap. 5. Gl. In cap. Manifeſta l. c. Sayr. θ Hugol. Couar. Suar. d. 3. ſ. 10. num. 8. Dian. r. 19. Corneius, & alij.*

3 Ad intrinſecam rationem, quam eſſentiam vocant, cenſuræ bina, vel trina præmonitio non pertinet, neque ad eius valorem neceſſario requiritur, cum à iure introducta ſit, vt modus accidẽtalis ad cenſuræ ſolemnitatem pertinens, ideo etiamſi monitio omnis omittatur, cenſura valet, ω à clauibus enim Eccleſiæ, & à iuriſdictione ferentis dependet; illicitè tamen abſq; præmonitione canonica fertur, & iniuſta dicitur, quia legis præſcriptum in ea ferenda violatur, β & iuris ordo, quod etiam verum eſſe nonnulli probabilius docent, quando excommunicatio à prælato non per modum iudicij, ſed defenſionis, hoc eſt defendendi iuris ſui gratia, fertur; lex enim præmonitionem ante cenſuram requirens nihil tale excipit γ tametſi exceptionẽ defenſionis ergo aliqui non improbabiliter admittunt ε quia tunc excommunicatio ſine præmonitione non eſt à iudice, vt iudice, ſed vt à priuato iuris ſui defenſore. D. Paulus excõmunicauit inceſtuoſum ob peccatum præteritum, nec eum præmonuiſſe legitur 1. ad Corinth. 5. α ita contra Victoriam, Sotum in 4. d. 22. q. 1. art. 2. Ledeſm. docent Sotus in 4. d. 22. d. 22. q. 1. art. 2. Coninch. d. 13. d. 9. num. 81. Filiuc. tom. 2. tr. 11. c. 4. n. 104. Gloſſa in c. Romana, & Panorm. in c. ſacro de ſent. excomm. Felin. in c. cum ſit Romana de Appellat. & alij apud Caietanum 2. 2. q. 69. art. 2. Cordub. M. Palatius, Almaynus, Dian. p. 5. tr. 9. r. 18. Peyrinus l. c. n. 6. Henriq. Guttier. Sayr. Conar. Suar. β in c. Romana de ſent. excomm. in 6. Sylu. v. excõm. Tabiena, Nau. tom. 2. Conſil. l. 5. γ Couar. in c. Alma m. p. 1. relect. §. 9. cum alijs DD. Vaſquez d. 12. num. 15. P. Suarez d. 3. Turrian. de cenſ. l. 2. d. 18. δ Vgolin. tab. 1. de de cenſ. l. 2. c. 18. & alij apud Couar l. c.

4 Cenſura ferenda eſt ex ſcripto, in quo cauſa, ob quam fertur ſpeciatim exprimatur; quod quidem ſcriptum, ſi à reo intra menſem requiratur authenticum ei à ſuperiore ſubſcriptum tradi debet, alioquin cenſuræ non ſcriptæ lator in pœnã per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis Officijs interdictus erit α; propterea, qui verbis tantum abſque ſcriptura anathematis cenſuram alicui irrogant, mortifero ſcelere ſe obſtringũt β ius enim volant in graui materia ſub pæna grauis cenſuræ ſancitum, niſi neceſſitas, & iuſta aliqua cauſa eos excuſet γ quanquam cenſura, abſque ſcripto illicitè prolata valet, & obligat, δ quinimmo hęc conditio apud Regulares, ſiue Religioſos in vſu non eſt, & ſecundum probabilem aliquorum ſenten-

ten-

tentiam Religioſi eam ſeruare non teneantur. a Quibus Leo Decimus indulſit, vt abſque ſcriptura cenſuras ferre poſſint, c in pœnam autem illam iudex minime incidit, quando aliquem ſuſpendit ab actu, qui iudici, non vero ſuſpenſo ipſi iure ſuo competit, etiamſi ſine ſcripto, & præmonitionibus ſuſpendat. Hæc enim non eſt propriè ſuſpenſio, ſed inhibitio; vt ſi Religioſus præſul ſubdito religioſo, cui fratrum ſeu ſodalium confeſſiones audiendi poteſtatem conceſſit ſolis verbis, eandem abſque ſcriptura ſuſpendat, hoc eſt eum confeſſiones audire prohibeat; immo poteſt idem prælatus ſubdito ſuo prohibere, ne ſecularium confeſſiones audiat a harum enim audiendarum poteſtatem Regulares à Pótifice per Superiorem, ſiue medio Præſule ſuo habent a ita in c. 1. de ſent. excommun. in 6. Suarez tom. 5. in 3. p. d. 3. ſ. 13. Sayrus de cenſ. l. 1. c. 13. Peyren. l. c. num. 9. Syluest. Candid. d. 22. art. 19. d. 3. b Nau. c. 27. num. 8. b, d Auila p. 2. c. 2. d. 1. d. 5. Bordon r. 78. num. 185. d Suar. l. c. Filiuc. tom. 2. tr. 11. c. 4. n. 109. e ita contra Bonac. & Nauar. docent P. Gregorius, Llamas num. 7. Syluest. v. excom. 1. nu. 14. Toler. c. 9. e Leo X. in priuil. Mendicant. v. excom. §. 7. Rodriq. tom. 2. Reg. q. 59. art. 3. Auila l. c. c. 5. Tambur. de iure Abbat. tom. 2. d. 14. q. 1. num. 2. Dian. r. 20. n Palud. in 4. d. 18. q. 7. a. 3. concl. 10. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 8. num. 18. vide Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 8. Probabilius tamen videtur Prælatos regulares non poſſe abſq; ſcriptis ferre cenſuras per modũ ſtatuti, ſecus vero per modum particularis ſententiæ in aliquem. *ita Portel. v. excom. Villalobos Dian. r. 73.*

5 Conditiones illæ cenſuræ, vt in ſcriptis proferatur, & in ijs cauſa exprimatur, & exemplar cenſuræ petenti infra menſem tradatur a in illis tantum cenſuris neceſſariò ſeruãdæ ſunt, quæ ab homine pro culpis præteritis feruntur, non autem in ijs, quæ pro culpis futuris ab homine, ſiue ille ſint canonis, ſiue iuris. Hæ enim ſemper iuſtæ cenſentur b, & ſententia hominis pro culpis futuris conſtitutioni æquiparatur, quæ etiamſi non ſcripta ſit, valet d. *a ex c. Cum medicinalis de ſent. excom. b Cum. erit autem lex. d Syluest. v. excom. 2. nu. 10. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 6. nu. 39. Suar. tom. 2. de cenſ. d. 3. ſ. 13. Candid. art. 28. d. 3.*

6 Cenſura ferri poteſt ſub conditione, atque ita lata nunquam contrahitur, niſi conditio adueniat, & impleatur, tunc enim vires ſuas poſita conditione exerit, qua velut enſis vagina conditus ante manebat, & tunc cenſura à iudice proferri cẽſetur, non tempore, quo pronunciata fuit; a quod ſi pendente adhuc conditione ille, in quem cenſura lata eſt, ſtatum mutet, adueniente conditione in cenſuram nihilominus incidet. ſecus verò ſi conditione pendente iudex moriatur, vel exauthoretur b ſi vero ante conditionis aduentum iudex, qui poſt latam ſub conditione cenſuram excommunicationis vinculo ligatus, vel ab hoſtibus captus fuit, ab illa abſoluatur, vel ab hoſtibus liberetur, mox conditione adueniente cenſura antea ab ipſo lata valebit; non enim noua ei iuriſdictio accedit, ſed prior non impedita penes eum perſeuerat, y ſed ſi conditio de futuro, omnino impertinens ſit, cenſuram ſub ea latam irritam eſſe alij aiunt a, alij probabilius negant. Quamuis enim illicita ſit,

quia

Digitized by Google

quia abuſus eſt ſpiritualis poteſtatis, valet tamen, nam iudicis conſenſus à qualibet conditione pendere poteſt, nec apparet, quo iure actus ille irritus ſit; quanquam appellatione interpoſita, conditionalis cenſura ante conditionem impletam ſuſpendi poteſt. *Ita ex c. præterea de appellat. & ex c. Romana §. cauant de ſent. excomm. in 6. Couar. in c. Alma 1. p. §. 10. nu. 6. Hugol. tab. 1. c. 2 §. 2. num. 3. Dian. p. 5. tr. 9. r. 64. Corneius p. 3. de cenſ. tr. 5. d. 4. d. 3. q. 3. & 5. Hugol. ibid. num. 2. Sayr. l. 1. c. 8 num. 13. Cand. d. 22. art. 9. d. 9. Hugol. l. c. Suar. Corneius l. c. Turrianus de cenſ. l. 1. d. 3. d. 3.*

7 Appellatio poſt ſententiam excommunicationis latam ſub conditione, ſi fiat, antequam conditio eueniat, excommunicationem illam ſuſpendit. Hæc autem appellatio fieri poteſt non ſolum intra decem dies, poſt quam lata ſententia eſt, ſed quandiu conditio nondum impleta eſt. ad excommunicationem etenim contumaciæ requiritur, quæ reperiatur tempore, quo conditio impletur, neque retrotrahitur ad tempus, quo ſententia cenſuræ pronunciata eſt. *Auila p. 2. c. 5. d. 5. d. 11. concl. 3. Hurtad. de excomm. diſp. 15. diff. 4. n. 11. Gutier. l. 1. c. 4. Dian. l. c. Gloſſa in c. præterea de appell. Nau. in c. cum contingat de reſcr. pt. cauſ. 18. Suar. d. 3. ſ. 6. Corneius, Turrian. contra Abbatem in 6. cap. Vgoli. t. 1. c. 2. §. 6. num. 3.*

8 Si pendente conditione, ſub qua cenſura lata eſt, creditor proroget inſcio iudice tempus ad ſoluendum à iudice ipſo ſtatutum, & poſtea debitor non ſoluat, hic in cenſuram non incidet. Prorogatio enim, ſeu ſuſpenſio cenſuræ eſt actus iuriſdictionis, qua creditor caret. terminum tamen ſolutioni aſſignatũ prorogare poteſt, quo prorogato iudex cenſuram ſuſpendere cenſetur, ne debitorem afficiat conſentiente creditore, quo inſtante ſententiam tulit. *Ita Doctores, quos citat Hugolinus tab. 1. c. 20. §. 6. nu. 5. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 11. num. 20. & alij probabilius docent contra Corneium in 3. p. tr. 5. d. 4. d. 2. q. 3. Suar. d. 3. ſ. 6. num. 11. Nau. c. 27. num. 14. Syluv. excom. 2. num. 1. Dian. r. 65. contrarium probabiliter aſſerentes.*

9 Cenſura lata ſub disiunctione, effectum ſuum ſortitur, vt ſi cenſura lata dicat *te excommunico, vel ſuſpendo*, electio enim alterutrius partis arbitrio rei relinquitur, & ſi neutram eligat, obligatur vtraque ex intentione ferentis cenſuram, ne eius ſententia incaſſum prolata ſit, & inefficax; alterutri igitur cenſuræ, quam præeliget reus, ſubiacebit, cum hæc ſit mens iudicis eam ferentis. Sic ſententia lata à Sacerdote in foro conſcientiæ imponens piaculum, id eſt pœnitentiam pro peccatis ſub disiunctione, valet, obligatque, vt ſi confeſſarius iubeat pœnitentem pro peccatis ieiunare, vel Pœnitentiales Pſalmos recitare; detque ei optionem, vt alterutrum faciat, vt ſi illi dicat: abſtine cras vino, & carne, vel triginta aſſes largire pauperi. Sed quamuis hæc vera ſint, grauiter tamen peccaret, qui cenſuram ſub tali disiunctionis forma cuiquam inferret, id enim conſuetudini, & vſui Eccleſiæ repugnat. *ita Suar. de cenſ. d. 2. ſ. 2. num. 12. Alterius tom. 1. l. 3. d. 9 c. 3. Turrian. de cenſ. l. 1. d. 4. d. 1. Raſtel. Cand. d. 22. art. 17. d. 1. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 7 n. 5. Dian. r. 63.* Contrarium etiam probabile videtur, verba enim quæ nullam particularem cen-

cenſuram definitè ſignificant, nihil efficiunt. Nec ſententia ſine determinatione prolata ſententię nomen meretur, & diſiunctiuè prolata nec vtrãq; cenſuram infligit, nec alteram tantũ; cum non ſit maior ratio vnius, quam alterius. *ita Nau. c. 27. num. 61. Sayr. de cenſ. l. 4. c. 7. n. 3. Henriq. l. 13. c. 32. num. 4. Vaſq. in M. S. Gordonus, Syueſt. v. ſuſpenſio q. 5. n. 5. Cand. art. 27. ex l. 3. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate profertur.*

10 Cenſura ob vim, & metum lata intentione, & animo obligandi valet, ea enim, quæ metu fiunt, valida ſunt, niſi iure aliquo prohibeantur; voluntas enim coacta voluntas eſt α neque intentio vi vlla humana extorqueri poteſt, nec voluntas cogi, α *ex Ariſtotele 3. Ethic. c. 1. & l. ſi mulier §. ſi metu, ff. quod metus cauſa. Suar. de cenſ. d. 2. ſ. 5. num. 2. Alterius de cenſ. tom. 1. l. 3. c. 2. d. 9. Coninch. de ſacr. d. 13. d. 5. Merolla, Hurtadus, Dian. r. 69.* Contraria etiam ſententia non improbabilis videtur; nam abſolutio ab excommunicatione vi, & metu extorta irrita eſt. β Ergo etiam excommunicatio metu extorta nihil valet, & cum hæc odioſa ſit, illa fauorabilis, odioſa autem reſtringenda ſint, fauorabilia verò amplianda; ſi irrita eſt abſolutio metu extorta, multo magis excommunicatio vi, metuque cogente lata. γ Quanquam reſponderi poteſt maiorem adeſſe rationem, cur illa, non hæc irrita iure ſtatuatur, ſæpius enim contingit abſolutionem à cenſura vi, metuque extorqueri, quàm cenſuram β *cap. 1. de iis, quæ vi, metuſue cauſa fiunt, in 6.* γ *Sayr. l. 1. c. 16. num. 9. Hugol. tab. 1. c. 2. §. Corneius, Cabreros de Auendagno, & alij.* Vt quis in excommunicationem incidat, non eſt neceſſe, vt adſit dolus, ſed ſufficit actio vetita à ſciente prohibitionem, & cenſuram facta, alioquin vt plurimum excommunicatio eluderetur, quæuis enim cauſa, vel leuis à dolo excuſat *l. igitur, & generaliter ff. de liber. cauſa Barth. Barbat. Anchar. Socinus, Sen. c. 131. Crauetta c. 18. Menoch. Alexand. Paſq. q. 21. contra Hoſtienſem, Bell. p. 1. Menoch. l. 2. de arb. c. 18. num. 19.*

## Cenſura iniuſta quæ, & quando. Cap. LXVI.

3 CEnſura iniuſta eſſe poteſt ex defectu rectæ intentionis, vel ordinis iure ſtatuti, vel legitimæ cauſæ A, primò quidem cum ex odio, vel inuidia, vel indignatione cenſura fertur, & tunc prauus Iudicis affectus non obſtat, quominus illa efficax, & valida ſit, & æqualitatem iuſtitiæ ſeruet. α ſecundò cum non ſeruato iuris ordine ſine trina præmonitione, vel vna pro tribus, vel ſine ſcriptura, & traditione exempli cenſura lata eſt. Hæc iniuſta quidem, ſed valida eſt, non enim ab ordine iuridico, ſeu præmonitione, ſed ab Eccleſiaſticæ poteſtatis clauib. pendet β demum irrita, inaniſque, nedum iniuſta cenſura eſt, cum cauſa illa, propter quam fertur, non ſubſiſtit, nemo enim maiori cenſuræ obnoxius eſt, niſi ob lethalem culpam verè commiſſam, ob peccatum verò non commiſſum, qui falſis teſtibus in iudicio conuictus eſt, cenſuræ pœna puniri nequit, nec cenſura falſę iniuxta cauſæ quidquam valet, ſed nullius momenti eſt γ A. *D. Th.*

in

Digitized by Google

*in addit. ad 3. p. q. 21. art. 4. Dian. r. 27. a ex c. ſacri de ſent. excom. & c. cum medicinales eod. tit. 6. Sot. in 4. d. 22. q. 1. art. 3. ß Caiet. 2. 2. q. 69. a. 1. §. Nau. tom. 2. Conſil. l. 5. Conſil. 4. Sayr. l. 1. de cenſur. c. 17. nu. 6. γ Sot. l. c. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 10. n. 4. Cand. d. 22. art. 22. d. 1. 2. 3.*

2 Quis vnquam innocens perijt? inquit Iob. 4. Non erit innocens malus, ait Salamon prou. 15. ideo qui iniuſta cenſura ex defectu cauſæ videlicet iniqua excommuuicationis, vel ſuſpenſionis, vel interdicti ſententia innocens damnatus eſt, etiamſi ſecundum adducta in iudicio, & probata nocens habeatur, tamen in conſcientiæ foro nullo cenſuræ vinculo tenetur, neque interioris fori abſolutione indiget, nec ſpiritualium bonorum communione priuatur, neque enim Eccleſia mater pijſſima innocentem à bonorum Eccleſiaſticorum participatione excludere velle cenſetur, quē Deus non excludit; neque ille irregularis fieret in foro animæ, nec cenſuras illas iniuſtas verè violaret, ſi diuinis officijs intereſſet, ſiue rem diuinam faceret *a* verùm coram eis, quibus ſententia cenſuræ nota eſt, innocentia vero ignota à communione fidelium, & actibus vetitis abſtinere debet, ne cenſuram contemnere videatur, neue ſcandalum alijs præbeat *ß* & in publico obedire iudici debet ſecundum allegata, & probata rectè iudicanti, in occulto autem hac obligatione non tenetur. Cenſura enim defectu legitimæ cauſæ iniuſta quod ad Deum, & in conſcientiæ foro non obligat *a ita contra Richardum, & Durandum, & alios docent D. Thomas in 4. d. 18. q. 2. Caiet. 2. 2. q. 76. art. 4. Sot. in 4. d. 22. q. 1. art. 3. Suar. tom. 5. de cenſuris d. 4. ſ. 7. num. 22. Sayr. l. 1. c. 17. n. 17. Sylueſt. v. excom. 2. Gabriel in 4. d. 18. q. 2. art. 1. Adrian. Maior, Vaſq Turrian. ß Hurtad. Prapoſit. Dian. r. 27. & 28. Cand. Guttier, Faber in 4. d. 125. q. 1. d. 4. Bordon r. 78. n. 216.*

3 Si excōmunicatio irrita, & iniuſta ſit defectu iuriſdictionis in latore cenſuræ in eum, in quem fert cenſuram, vel in eo caſu, in quo excommunicatio fertur, vel quia poſt appellationem legitimè interpoſitam fertur, vel ob alium defectum, propter quem ipſo iure irrita eſt, tunc cenſura timēda non eſt, ſed ſcandalū populi ignorantis eam iniuſtam, irritamque eſſe. Propterea ille, in quem iniuſta excommunicationis ſententia lata eſt, contra illam nihil operetur, donec vel innocentiam ſuam, vel cenſuræ iniuſtitiam, & inanitatem oſtendat, ac palam faciat, & iudicium ſapientium cenſuram illam irritam exiſtimātium vulgo manifeſtet. hoc enim proximi ignorantiæ condonandum eſt, quo facto iniuſtæ ſententiæ parere non tenetur coram ſapientibus, & popularibus, quibus innocentiam ſuam, & cenſuræ iniuſtitiam, & inanitatem, ſiue nullitatem vt aiunt, ſignificauit. *ita Gabriel in 4. d. 18. q. 2. col. 2. Lud. Mexia, D. Antonin. in 3. p. tit. 24. c. 73. Guttier. Vaſq Turrian. de cenſ. l. 2. d. 20. Dian r. 26. Bord. r. 78. n. 196. contra Io Valerum.* Quando autem clare conſtat ſententiam cenſuræ inualidam eſſe, non debet is, in quem pronunciata fuit, illam timere, neque ſeruare, quoniam eadem non obligat apud Deum, neque apud Eccleſiam, quæ neminem iniuſtè ligat, & vnicuique iubet ſeruari ius illæſum. *Nau. c. 27. num 3. Sotus in 4. d. 22. q 1. a. 3. c. 1. Miranda tom. 2. q. 35. a. 13. Sayr.*

cum

Digitized by Google

cum multis quos citat l. 1. c. 16. nu. 42. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 10. prop. 3. Nau. tom. 4. in cap. Cum contingat remed. 2. num. 4. Bord. r. 78. num. 197. Auila p. 5. d. 4. Vaſq. de excom. d. 11. num. 4 Qui docent iniuſtè excommunicatum non teneri ex vi cenſuræ abſtinere ab hominum conſortio, aut ſe gerere tanquam excommunicatum, modò abſit ſcandalum, & contemptus cenſuræ.

4 Qui probabiliter dubitat, an ſententia excommunicationis, alterius ve cenſuræ ab homine lata iuſta ſit, nec ne, eam ſeruare debet, ac ſe veluti cenſura illaqueatum gerere; in dubiis enim iudicis ſententiæ obtemperandum eſt. Nec ſubditi officium eſt iudicare, ſed obedire, dum iniuſtitia apertè non conſtat. Melior autem eſt in dubijs conditio poſſidentis, etiamſi hinc inde probabiles opiniones vtriq; parti faueant, ius tamen, & poteſtas ſuperioris probabili opinioni innixi præeminet, eique ſubditus abdicata propria ſentẽtia parere debet. α quanquam in pœnam excommunicationis non incidit, qui excommunicatur inualidè, & iniuſtè; in exteriori tamen foro inhabilis ad eligendum, vel, vt eligatur, reputabitur. β. α *Sotus in 4. d. 22. q. 1. art. 5. Sayr l. 1. c. 17. n 14. Bonac. tom. 1. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 10. Vaſq. d. 11. num. 23. de excom. Cand. Dian.* β *Nauar. Caiet. Turrian. de cenſ. l. 2. d 21. Villalob. Dian. r. 29.*

5 Qui dubitat, an iudex cenſuræ ſententiam in ſe tulerit, ſi poſt diligentem hac de re inquiſitionem dubius adhuc maneat, ſe tanquam cenſura ligatum gerere minimè debet, ius enim in dubio non obligat *D. Thom. quod l. 4. art. 14. Sanch. l. 1. moral. c. 10. num. 56. Cand. art. 23. d. 1.* Secùs verò dicendum, ſi ille, in quem iudex cenſuræ ſpiculum vibrauit, dubitet, an iudex intentionem feriendi ſe cenſura illa habuerit, an verò illam ad incutiẽdum terrorem ſolùm tulerit. Excommunicatio enim, aliaue cenſura à iudice prolata in dubio valere cenſetur, nemo enim dicere putatur, quæ in corde non habet *l. Labeo 7. verſ. idem Tubero ff. de ſupellect. legat Sot. l. 8. de iuſt. q. 1. art 7. Sanch. de matr. d. 15. n 9. Cand. art. 23. d. 1.*

6 Quando cenſura à iure, vel ab homine fertur in tranſgreſſuros aliquod præceptum, vel legem, vel conſtitutionem, ipſamet promulgatio legis, vel ſtatuti, vel edicti habentis adnexam cenſuram æquiualet admonitioni, vt euitetur cenſura. α ſi verò cenſura non eſt latæ ſententiæ, ſed tantùm comminatoria, non ſufficit ipſiuſmet ſtatuti, vel legis promulgatio, ſed præmonendus eſt reus, antequam à iudice cenſuræ pœna puniatur; fieri enim poteſt, vt reus obedire paratus ſit, & oſtendat ſe tantum materialiter deliquiſſe; ergo citandus eſt, vt afferat cauſam, cur non ſit à communione fidelium præſcindendus β admonitio excipitur ſolum reſpectu cenſuræ latæ ſententiæ. exceptio autem firmat regulam in caſibus non exceptis α *Sayr l. 1. c. 12. num. 6. & 19. Bonac. q. 1. de cenſ. p. 9. num. 1. Bord. r. 78. n. 168.* β *Couar in c. Alma Mater. § 9. num. 5. Caiet. v Cler. v. Præceptum, quos contra ſe citat Bonac. num. 3.* male negans, requiri monitionem, quia licèt reus nouerit legem, nondum tamen pœnam latæ ſententiæ cognouit.

7 Quando Iudex excommunicationis telum vibrare vult in aliquem iam à iure ipſo excommunicatum, ſemel

mel eundem citando præmonere debet, vt niſi reſipiſcat, eius crimen, & cõtumacia magis conſtet; iudex enim indicta cauſa, nec citata parte ad ſententiam procedere nequit r. ſic excommunicare volenti aliquem cenſura lata in participes criminis cum excommunicato, admonitione præmiſſa id faciendum eſt. Alioquin nullius momenti erit excõmunicationis ſententia s idem dicendum eſt de cenſuris ſuſpenſionis, & interdicti t ita in cauſis occurrentibus, ac tranſitorijs Iudex excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere nequit eum, quem præſentibus idoneis viris non præmonuit, ſiue iudex ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue agat ad inſtantiam partis, ſiue ex officio, ſiue ſit præpoſitus, vel ſuperior regularis. Admonitio autem canonica eſſe debet, hoc eſt ter cum aliquot dierum interuallo ç niſi neceſſitas aliud ſuadeat, vt æquiualeat vna admonitio tribus, vt cùm periculum eſt in mora. Cæterum probabile eſt cenſuram, abſque præuia monitione ipſo iure inualidam eſſe y quia non conſtat contumacia, & inobedientia ſecundum illud Matth. 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus* Eccleſiam non audire ille dicitur, qui ab ea præmonitus parere non vult. z non poteſt dici contumax, & inobediens, qui prius monitus, & citatus non fuit. r *Sayr l. 1. c. 12. num. 24. Tabien. v. excomm. 2. Bord. num. 179. contra Couar. in c. Alma Mater* s *cap. ſtatuimus 3. de ſent. excom. in 6. & c. conſtitutionem 9. eodem t.* t *cap. ſtatutum 13. eod. in 6. Sayr.* ç *ſacro 48. de ſent. excom. c. Romana 5. eod. in 6. cap. contingit 45. cap. Sacro 48. eod. c. Conſtitutionem 9. eod. in 6.* y *P. Nauar. l. 2. de Reſtit. c. 4. num. 164. Sayr. l. 1. c. 9. num. 15. Diana r. 55. de excom. cum alijs aſſerens excommunicationem non poſſe ferre contra aliquem non contumacem,* z *l. contumacia 53. de red. iud Graff. tom. 2. conſ. 1. diff. 4. de teſtam. num. 9. Victoria, Soto in 4. d. 22. q. 1. art. 2. Ledeſm p. 2. q. 23. art. 3.*

8 Aduerſus cenſuram ferendam præſens eſt effugium appellatio, vel recuſatio iudicis, vel vt inimici, vel vt ſuſpecti. hæc fit ante litis conteſtationem adducendo inimicitiæ indicia, & probabilẽ ſuſpicionis cauſam. Iudici enim recuſato aufertur iuriſdictio a verum quando delictum de quo agitur eſt notorium, recuſari Iudex non poteſt, nec appellatio valide fieri b prouocatio ad maius tribunal, hoc eſt appellatio, antequam feratur ſententia excommunicationis ſuſpenſionis, vel interdicti, facienda eſt vt ſententia cenſuræ, mox ſi pronuncietur, inualida ſit d debet autem appellatio eſſe legitima alioquin nullius momenti e eſt, vbi nullum eſt grauamen, appellationi locus non datur. Hęc enim ad depellendum grauamen conceſſa eſt f appellatio in cenſuris fit ante ſentẽtiam, quia hæc nihil poſt ſe relinquit à quo fieri poſſit appellatio, cum idem ſit ſententia, & executio, à qua non datur appellatio g admittitur vero à denunciatione cenſuræ contractæ, eiuſque effectum ſuſpendit. Ita vt excommunicatus poſt appellationem validè agat, quæ alias nullius eſſent valoris h cenſetur enim toleratus. Qui ante citationem, vel notitiam literarum miſit nuncium ad Summum Pontificem poteſt recuſare iudicem, & appellare ad ſuperiorem iudicem, ſecus autem poſt. a *ex c. 3. §. ſententias de appell. in 6.* b *cap.*

Cum

Digitized by Google

*Cum ſpeciali 61. de appell.* γ *c. Cum propoſuit 24. c. cum ſit 5. cap. peruenit 13. c. contulit 14. c. cum ſpeciali 61. de appell.* δ *cap. Adhac 37 de appell. c. præterea 40. c. Paſtoralis 53. § verum* α *dilectis §. eod.* ε *c. quamuis 10. de elect. in 6. c. directa 39. de appellat.* ζ *c. Suggeſtum 15. de appel.* η *c. Paſtor. §. verum de appel. Nauar. conſ. 6. de ſent. excom. num. 2 Bonac. q. 2. de cenſ. p. 2. pr. 3. Sà v. excom. num. 2. Graſſ. tom. 1. c. 2. num. 10. Dian. r. 30. Bord. r. 78. num 205. 208. 212.* Appellatio facta ante ſententiam cenſuræ cuiuſcunq; impedit iudicem quominus alterius procedat in cauſa, eamq; deuoluit ad ſuperioris tribunal. Appellatio vero facta contra ſententiam excommunicationis iam latam eam non ſuſpendit, nec eius impedit effectum, ſed cauſam deuoluit ad ſuperiorem, cui iudicandum eſt de grauamine appellantis *ex c. Paſtoralis §. verum de appell. c. per tuas de ſent. excom. c. ad reprimendum de offic. ord. Megal. de cenſ. l. 3. c. 2. num. 6. Nau. conſ. 56. num. 5. Marian. Socin. in cap. Sacro de ſent. excom. num. 125. & 126. Sayr l. 1. c. 16. num. 25. Bord. num. 214.* Appellatio autem legitima ſubſequẽtem ſententiam ſuſpenſionis, & interdicti non ſuſpendit, quod ad ea, quæ animam tangunt. cuiuſmodi ſunt ingreſſus Eccleſiæ, & exercitium Diuinorum Officiorum, ſed ſuſpendit eandem ſententiam, quod ad cætera, quę proximè animam non attingunt hæc ſunt beneficium, præceptio fructuum, vſus vocis actiuæ, ac paſſiuæ, ac Pontificalium, & alia huiuſmodi. *ita ex c. 15. cui 20. de ſent. excomm. in 6.* vbi hæc leguntur, (*ſane ſicut excommunicatio, ſic ab officio, vel ab ingreſſu Eccleſia lata ſuſpenſio aut ipſius effectus per appellationem ſequentem minimè ſuſpenduntur*) *Nau. conſil. 6. de appel. Coninch. d. 4. d. 4. nu. 29. Auila Hurtad. Albertus quos citat, & ſequitur Dian. reſ. 16. de ſuſpenſ.*

## Cenſura excommunicationis. Cap. LXVII.

β EXcommunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua aliquis Chriſtianus ab Eccleſiæ communione ſeparatur, & participatione ſacramentorum præſertim Euchariſtiæ, quę per antonomaſiam communio appellatur, interdicitur, & communibus eccleſiæ ſuffragijs priuatur. α duplex autem eſt excommunicatio, alia maior quæ pluribus, alia minor, quæ paucioribus bonis priuat. Maior excommunicatio, quæ anathema, β mucro, & gladius Epiſcopi γ ferrea virga, & mors δ iure appellatur cenſurarum maxima eſt, quæ ſacra, & ciuili communione hominem ſibi obnoxium priuat ε minor vero excommunicatio à ſola ſacramentorum receptione excludit ζ hæc aliquando ob veniale peccatum, illa non niſi ob mortiferum ſcelus contrahitur. η quanquam nomine excommunicationis ſimpliciter prolato, abſque reſtrictione excommunicatio maior intelligitur θ niſi ex adiunctis aliud colligi debeat, videlicet ea ſolum prohiberi paſſiuum ſacramentorum vſum ι vel ſolam Euchariſtiæ præceptionem K α *ita Nau. c. 27. num. 1. Vaſq tom. 4. in 3. p. de excomm. d. 1. Suar. tom 5. d 7 ſ. 1. Valent. tom. 4. d 7. q 17. Fil. tr. 12. c. 2. q. 3. Vgol.* α *Bonac. Laym. l. 1. tr. 5 p. 2.*



Digitized by Google

§. 1. *Filiuc.* ℘ *ex 1. Corinth. 16. Guiliſarius 23. q. 4. S. Hieron.* ſ. c. 16. γ *c. viſis 16. q. 2. quoniam in pleriſq. de officio ordinarij ... de iud. δ. c. per venerabilem* ε *Suar. Vaſq. Val. Fil. Bonac. ... c. 2. de except. & c. vlt. de cler. excom. ex c. vlt. de ſent. excom.* ζ *ita D. D. cit.* θ *l. non aliter ſſ. de l. 3. Fol. l. 1. c. 5. Suar. d. 8. ſ. 3. num. 3. Conar. c. Alma. Fil. Coninck.* ι *ex c. cum excomm. 11. q. 3.* κ *ex c. Sacerdotes d. 2. de conſecr.* λ *ex c. qui vero. 11. q. 3. c. deprecor ... 17. q. 4.*

2 Triplex eſt fidelium communicatio interna, externa, & media, ſeu mixta. Communicatione interna, quæ fit per fidem, & charitatem, per quam fideles inter ſe, & cum Chriſto myſticè copulantur α, priuari nemo poteſt, de hac Dauid dixiſſe videtur *particeps ego ſum omnium timentium te* β, caritate enim, & fide ſpoliari inuitus nemo poteſt. Neque Eccleſia excommunicatum priuat fructu precum, ſeu orationum, & ſatisfactionum, ſiue piaculorum, quæ ab alijs fidelibus priuatim, & nomine proprio pro ipſo offeruntur Deo. Externa vero communicatio politica eſt, & in fidelium conuictu, & colloquio, & commercijs conſiſtit, hanc Eccleſia excommunicato interdicit; præterquam in caſibus iure, & neceſſitatis ratione exceptis, cum enim Eccleſia reſpublica perfectiſſima ſit, & ad ſupernaturalem finem tendat, inobedientes ſubditos à reliquorum fidelium conſortio ſeparare debet, ne alios inficiant, ne morbida facta pecus totum corrumpat ouile γ. Media, ſiue externa cõmunicatio eſt, quæ in exterioribus actionibus, vel ceremonijs conſiſtens interiorem γ ac ſpiritualem fructum ex propria inſtitutione continet. Ad hanc pertinent ſacramẽtorum ſuſceptio, & miniſtratio, eccleſiæ ſuffragia, quæ in ſacrificio, alijſque publicis officijs, & ſupplicationibus, ac comprecationibus ad Deum pro vniuerſis fidelibus funduntur, nec non ſatisfactiones Chriſti, & ſanctorum, quæ per indulgentias fidelibus iuſtis applicantur: hiſce omnibus bonis excommunicatus ab Eccleſia priuatur tãquam membrum à myſtico Chriſti corpore præciſum, ac mortuum propterea ait D. Auguſtinus, *nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari à corpore Chriſti, tunc enim non vegetatur ſpiritu eius* δ *Eccleſia enim bonorum horum ſpiritualium vel domina, vel ſapiens adminiſtratrix eſt*, ideo ea indignis denegare poteſt, vt reſipiſcant, & obediant, ac ſalui fiant. Interim dum Eccleſiam non audiunt, tanquam ethnici, & publicani habendi ſunt ε immo vt Sathanæ mancipia, omnis enim Chriſtianus, qui à Sacerdotibus excommunicatur Sathanæ traditur, quia extra Eccleſiam diabolus eſt, ſicut in Eccleſia Chriſtus ζ. Quamobrem Apoſtolus ſe quoſdam Sathanæ tradidiſſe ait, quos excommunicauit η.

α *Apoſt ad Rom. 12. 1. ad Corinth. 12. ad Epheſ. 4* β *Pſalm. 118.* γ *Nau. c. 27. num. 36. Conar. c. Alma p. 1. §. 6. Sylueſt. v. excomm. 1. nu. 2. Auila p. 2. c. 6. d. 4.* δ *S. Auguſt. lib. de correptione c. 15. c. cum non ab homine de ſent. excomm. S. Bonauent. in 4. d. 18. q. 1.* ε *S. Auguſt. tract. 27. in S. Ioan. c. 6. Suar. d. 9. ſ. 2. Nau. Vaſq. Val. Filiuc. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 1. & 2.* ζ *Gratian. cauſa 11. q. 3. Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 1. Bellar. l. 3. de Eccleſia milit. c. 6.* η *ad Corinth. 5. 1. ad Timoth. 1.*



Digitized by Google

## Excommunicationis maioris effectus. Cap. LXVII.

1 EXcommunicatio maior priuat excommunicatum primo ſacramentorum vſu, ſiue adminiſtratione. II. Nec non eorundem adminiſtratione, ſiue paſſiuo vſu. III. Communibus Eccleſiæ ſuffragijs, ſatisfactionibus Chriſti, & ſanctorum, ſiue indulgentijs. IV. Diuinis Officijs, idest ſacris functionibus, quæ ab Eccleſia publicè, ac ſolemniter fiunt. V. Eccleſiaſticorum beneficiorum fructu, & habilitate ad conſequendum beneficia. VI. priuat etiam omnis vſu ſpiritualis iuriſdictionis, exercitij; actiuæ, & paſſiuæ. VII. Communicatione forenſi, & iudiciali cum alijs fidelibus: nimirũ impedit, quominus excommunicatus Iudicis, Tabellionis, Aduocati, actoris, teſtis officia fungi poſſit. VIII. Pontificio reſcripto ab excommunicato impetrato irritum reddit; quapropter eiuſmodi reſcriptis abſolutio inſeri ſolet ad reſcripti effectum conſequendum. IX. Mortuum excommunicatum ante abſolutionem Eccleſiaſtico funere, & ſepultura priuat. X. Communicantem cum excommunicato non tolerato exceptis caſibus à iure conceſſis, minori excommunicationi, & interdum maiori cenſuræ obnoxium reddit. XI. Excommunicatum omni ciuili communicatione, conuerſatione, & commercio cum fidelibus priuat, non nullis caſibus iure, vel neceſſitatis ratione exceptis. [illegible] c. cum illorum c. ſi quem, de ſent. excomm. c. vlt. de cler. excommun. [illegible] ex c. ſignificauit, c. nuper, c. reſponſo de ſent. excomm. [illegible] Almain [illegible] c. [illegible] 11. q. 3. [illegible] Gregor. l. 1. [illegible] c. 29. & D. D. in q. de 18. [illegible] à nobis, & c. fuerit de ſent. excomm. [illegible] Syluest. [illegible] 13. [illegible] Abbas & alij in c. Paſtoralis, §. [illegible] de appell. [illegible] c. paſtoralis, & c. vlt. de cler. excom. [illegible] 24. q. 1. & c. ſi [illegible] de offic. delegati [illegible] Clem. [illegible] rum [illegible] c. ſi aliquando, c. ſi quem de ſent. excomm. & c. ſi [illegible] & c. ad [illegible] 11. q. 3. [illegible] Suar. d. 15. ſ. 2. num. 12. [illegible] c. decernimus de ſent. excom. in 6. c. [illegible] dum de ſent. & re iudic. Auila c. 6. d. 7. d. 1. [illegible] de reſcriptis in 6. Nau. l. 5. conſil. 23. [illegible] c. ſacris de ſepult. [illegible] c. ſi [illegible] de ſent. excomm. [illegible] de ſent. excommun. in 6. c. placuit, & alijs 11. q. 3. [illegible] Layman. [illegible] Bondan. c. 78. num. 8. [illegible]

### Primus excommunicationis maioris effectus.

2 ACtiua ſacramentorum participatione, & ſacrificij oblatione priuatur excommunicatus denunciatus, qui vitandus appellatur, & ideo mortali ſcelere ſe obſtringit, ſi ſacramentum miniſtret, aut conficiat; in re enim graui delinquit. Excuſatur tamen, ſi inuincibili ignorantia laborans, vel naturali incogitantia, ſiue inaduertentia [illegible], vel vi, aut metu coactus, vel in mortis articulo abſque contemptu cenſuræ, aut religionis ſacramenta miniſtret, aut conficiat, modo ſcandalum inde non ſequatur, nec religioni

ligioni omnia inſeruiunt, & ſacramentum valide conficere, ac miniſtrari poſſit. Irritum enim, ſeu inualida ſacramenti adminiſtratio nullo metu excuſari poteſt. 3. ignoto ſacerdos excommunicatus non toleratus ſit aliquo loco, poteſt in alio euitandæ infamiæ, vel ſcandali, vel grauis damni cauſa, vbi eius excommunicatio ignoratur, ſacramenta miniſtrare, quia etiam ſacerdos excommunicatus, aut notorius Clerici percuſſor, ſi confeſſarium non habeat, a quo abſoluatur, imminente probabili mortis periculo Euchariſtiæ ſacramentum ſibi ipſi miniſtrare poteſt, ſi alius miniſter deſit, immo, & rem diuinam facere, hoc enim ſacramentum valde vtile eſt, à quo cum tanto ſuo detrimento illo abſtinere non tenetur, præſertim ſi ſacerdos ille peccatorum ſuorum attritionem tantum habeat, quam contritionem putet; Illud enim ſacramentum illi cauſa ſalutis eſſet. Propterea audiendi non ſunt, qui aſſerunt, excommunicatum non toleratum non poſſe miniſtrare Euchariſtiam moribundo, ſi pœnitentiæ ſacramentum receperit. non improbabilem tamen hanc opinionem alij exiſtimant. c. [illegible] *latores de clerico excommun. miniſtrante, & c. ſi celebrat ibidem. & c. Apoſtolicæ. de cler. excomm. miniſtr. Maior. de ſacram. in 3. p. q. 2. a. 4. d. 5. Gutier, Raymundus, Præpoſitus, in 3. p. q.* [illegible] *de excomm. d. 8. Fab.* [illegible] *Præpoſ. Cornejo in 3. p. tr. 5. d. 10. §. 1. d. 1. contra* [illegible] *Auilam de cenſ. p. 2. c. 6. d. 3. d. 3. Palaus* [illegible] *Coninckus* [illegible] *Diana p. 5. tr. 7. r. 83. & 96. Fab. in 4. d. 25. d. 4. c. 4.* Qui aſſerit excommunicatum etiam vitandum in neceſſitate miniſtrare poſſe ſacramenta ad ſalutem neceſſaria, vt baptiſmum, & pœnitentiæ ſacramentum, & tunc ne leuiter quidem peccare. Quod quidem verum eſt, *Turrian. l. 2. d. 10. d. 13. Lug.*

5. Sacerdos excommunicatus etiam non toleratus valide offert ſacrificium miſſæ, eiuſque fructum ex opere operato, cui voluerit, applicare poteſt, modo, hic, cui illud applicatur, eiuſdem capax ſit. Hæc enim ille in perſona Chriſti facit poteſtate ab ipſo domino accepta. *Coninch. de ſacram. de ſacram. d. 14. d. 5. n. 35. Dian. ibid.*

4. Sacerdos excommunicatus toleratus ſacramenta conficere, ac conferre licitè poteſt, quoties grauis ipſius neceſſitas, aut notabilis proximi vtilitas id exigit, & ſi parochus ſit, deficiente alio ſacerdote, qui ſubſtitui poſſit, rem diuinam die feſto facere poteſt, ſi rogetur, ſeu requiratur, vt ſubditi ſacrum die feſto audiant; ſubditi autem ius ſuum petendo non peccant, & ſacerdos rogatus ſi ſacrum tunc operetur, non peccat. Secus verò, ſi vltro id faciat, vt ſi ille ſacerdos non rogatus ſe ad miniſtranda ſacramenta obtulerit, grauiter peccat. Sed ſi poſtea factus pœnitens alijs petentibus ſacramenta conferat, quibus ſe non obtulit, non peccat, cum enim alij vitare non teneantur etiam in ſacramentis, non peccant contra cenſuram petendo ſacramenta, nec inducendo ad ea miniſtranda, neque excommunicatus in eo peccat, quod, iuxta qualitatem actionis, quæ ab eo petitur, conuerſetur cum alijs eandem petentibus. & non ſolum parochus excommunicatus poteſt rogatus abſque peccato præbere Euchariſtiam parochiano ſuo petenti, ſed etiam alius ſacerdos toleratus excommunicatus, ſi requiratur, ſacramentum miniſtrare poteſt, ſi alius miniſter deſit, immo



Digitized by Google

etiam ſi alius ſacerdos adſit, id fieri poſſe nõnulli probabiliter exiſtimãt *extrauag. ad euitanda* ... *hæc omnia Præpoſitus in 3. p. q. 2. d. 8. n. 44. Filiuc. tr. 12. c. 3. num. 72. Sotus id parocho concedit in 4. diſt. 1. q. 6. art. 6.*

5 Quamuis in articulo mortis excommunicatus etiam vitandus ſacramenta Baptiſmi; Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ licitè conferre poſſit, reliqua tamen ſacramenta ab excommunicato denunciato nec licitè peti, nec miniſtrari poſſunt, niſi grauiſſima neceſſitas vrgeat. Qualis eſſet ſi moribundus nec pœnitentiæ, neque Euchariſtiæ ſacramẽtum recipere poſſet, cum nullum pœnitentiæ, ſeu contritionis ſignum dederit; tunc enim probabilius eſt, ſacramentum extremæ vnctionis illi miniſtrari poſſe; vt, ſi forte moribundus ille attritus ſit, fiat contritus. Epiſcopus etiam excommunicatus, qui ſolus in aliqua remota prouincia eſſet, vbi maxima ſacerdotum penuria eſſet, aliquos ordinibus initiare licitè poſſet; multo magis Parochus excommunicatus aſſiſtere poteſt matrimonio moribundi ducentis vxorem, quæ antè illi concubina fuerat; hoc enim vel moribundi ſaluti, vel filiorum temporali commodo neceſſarium eſt; neque Parochus Sacramenti huius magni verè miniſter eſt. *ita Corneius in 3. p. tract. 5. §. 1. d. 4. Dian. l. c. Fr. Lugo.*

6 Parochus excommunicatus denunciatus non modo valide, ſed etiam licitè matrimonio aſſiſtit, & poteſtatem alteri aſſiſtendi matrimonio concedere licitè poteſt, cum vtilitas, ac neceſſitas contrahentium ita poſtulat. Qui abſque eo, vel abſque eius licentia matrimonium contrahere nequeunt, nec ipſi contrahentes corã illo peccant, iure enim ſeo vitantur, aſſiſtentia autem Parochi non eſt actus ordinis, cum ipſe non ſit miniſter Sacramenti Matrimonij, neque eſt actus iuriſdictionis, ſed tantum neceſſaria eſt, vt matrimonio authoritatem præſtet, neque conceſſio licẽtiæ aſſiſtendi matrimonio eſt actus iuriſdictionis, ſed tantum deſignatio ſpectatoris matrimonij, qui de eo teſtificari poſſit. Ea autem eſt actus authoritatis à Tridentino Cõcilio annexæ officio Parochi. Si tamẽ Parochus ab Epiſcopo, vel ab alio iudice eidem prohibitus ſit matrimonio aſſiſtere, vel licentiam illi aſſiſtendi alteri conferre, ſi id faciat, quamuis peccet, validè tamen efficit; per ſimplicem enim prohibitionem ea poteſtate priuari non poteſt, quandiu Parochus manet, præterquam à Summo Pontifice, aut à generali Concilio; ab his enim poteſtatem Parochus accipit, quamuis ad nutum à Parochi officio amoueri poſſit. *ita contra Auilam p. 2. c. 6. d. 3. d. 1. concl. 5. & alios docet Suarez, Sanchez, Vaſquez, quos ſequitur Pontius de Matr. l. 5. cap. 17. §. vnico Coninch. de Sacr. d. 27. d. 2. n. 24. Hurtadus, Raynaudus, Corneius, Dian. r. 78. ... Sanch. Hurtad. d. 5. de matr. d. 8. nu. 27 Dian. r. 79. contra Pontium ... ita contra Ledeſmam, & Coninchum, docet Sanchez, Pontius, Henriq. Rebell. Hurtadus, & Sanchez l. 3. de matr. d. 1. & alij.*

7 Qui excommunicationis gladio à fidelium communione præciſi ſunt, ſi matrimonium contrahant, duplici ſcelere ſe obſtringunt; primò, quia illud conferunt; ipſi enim contrahentes huius ſacramenti miniſtri ſunt, ſecundò, quod cum excõmunicati ſint, ſacramentum illud recipiant. Verùm ca-

Digitized by Google

canones vetantes ſacramenta miniſtrari ab excommunicato, de clerico tantum agunt *Præpoſit. in 3. p. q. 2. de excomm. d. 8. num. 51. Dia. r. 85.*

8 Qui dubitat, an in cenſuram excommunicationis inciderit, ſi ſacramenta miniſtret, non fit irregularis, ſi poſtea ſe excommunicatum nõ fuiſſe agnoſcat, quod verum eſt, etiamſi ille ſe anathema eſſe putauerit. Pænis enim eccleſiaſticis nemo obnoxius fit per actum tantum exiſtimatum, non re ipſa perfectum; ſi verò poſtea ſe excõmunicatum fuiſſe deprehendat, & miniſtrans cum tali dubitatione mortale peccatum commiſit, irregularis eſt, vt cum diligenter non inquiſierit, an verè excommunicatus eſſet, neque quominus id faceret, neceſſitate impeditus fuerit, culpæ, & pœnæ iure conſtitutæ reus eſt; ſi autem poſt adhibitam diligentiam in veritate inquirenda adhuc dubius manſerit, videndum eſt, an ad cautelam abſolui potuerit, ſi enim potuit, nec abſolutionem curauit, culpæ, & pænæ ſe obligat, ſi autem ſacerdotis copiam non habuit, à quo abſolueretur, & rationabili cauſa, ac neceſſitate prudentis viri arbitrio penſanda compulſus dubitatione illa practicè depoſita rem diuinam celebrauerit, aliudue huiuſmodi fecerit, à culpa, & pœna immunis eſt, non enim ſe periculo expoſuit. At in dubijs tutior pars eligenda eſt, videlicet cum altera pars non eſt practicè tuta, alioquin in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, vt in propoſito caſu, ità *Mercer. de ſacram. in 3. par. q. 21. d. 5. Dia. p. 5. tr. 9. r. 95.*

9 Sacerdos nominatim excommunicatus à culpis venialibus abſoluere non valet; iuriſdictio enim etiam reſpectu venialium eccleſiaſtica eſt, qua excommunicatus priuatus eſt, ità *Præpoſitus in 3. p. q. 2. d. 8. num. 49. Raynaudus, Auila*, contraria etiam ſententia probabilis eſt *Vaſquez in 3. par. tom. 4. q. 93. art. 1. Dia. r. 84.*

10 A ſacerdote licèt excõmunicato baptiſmi adminiſtratio, ſi neceſſitas poſtulet, petenda eſt, etiamſi alij adſint, qui baptizare neceſſitatis tempore poſſint. Quando enim pluribus priuilegium idem conceditur, tunc ius commune inter ipſos ſeruandum eſt, α ſed iure communi baptizandi munus ſolis ſacerdotibus conuenit ratione conſecrationis eorundem β igitur, etiamſi in extremæ neceſſitatis caſu omnes baptizare poſſint, ordo tamen inter eos iure communi ſtatutus ſeruandus eſt, etiamſi aliquis ex illis excommunicatus ſit, & ſacerdoti præſenti licet excommunicato tunc baptizandi munus incumbit, ità ex α *l. aſſiduis. Cod. qui potiores in pignore habeantur.* β *cap. Diaconos d. 93. c. conſtat, Corneius in 3. p. tr. 5. de excomm. §. 1. d. 2. q. 4. Dia. r. 87. contra Suarium, & alios.*

11 Si quis minori excommunicatione obſtrictus, eccleſiaſtica ſacramenta conferat, venialiter peccat, vt ex pontificio canone conſtat; minus decenter enim illa miniſtrat; ſiquidem præcepto commercium cum excommunicato interdicenti non obedit, & deformi cenſuræ nota non caret, tum quia ſacramentum adminiſtrare prohibetur *ex c. vlt. de cler. excom. Soto in 4 diſt. 22. q. 2. art. 3. Couar. & alij contra Adrianum, & Durandum*, & *Sahagum* putantes illum peccare mortaliter, & contra *Suarium, Tannerum, Valerum, Moſcoſum, Dianam* aſſerentes, eum nec peccare quidem venialiter, vel peccare tãtum

per accidens, cum ſimul confertur, & recipitur ſacramentum, vt in ordinum ſacrorum collatione accidit.

## Priuatio participationis paſſiuæ Sacramentorum.

12 NOn ſolum excommunicatus denunciatus, & notorius clerici percuſſor, ſed etiam excommunicatus occultus, & toleratus ſacramenta recipere licitè nequit, niſi inuincibilis ignorantia, vel vrgens neceſſitas eum excuſet. aliquādo enim excommunicatus ſacramenta ſine peccato ſuſcipere poteſt, vt cum inuincibili ignorantia huius prohibitionis laborat, quæ ignorantia iuris dicitur, vel ſi quis ſe excommunicatum eſſe ignoret, vel non animaduertat, & hæc ignorantia facti excuſat excommunicatum ſacramēta ſuſcipientem, quemadmodum etiam neceſſitas. Vt ſi vitandi cauſa infamiam, vel ſcandalum, vel damnum, vt periculum mortis culpiam ſacramenta ſuſcipere neceſſe ſit, ità *Filiucius to. 1. tr. 12. c. 3. num. 56. Prepoſit. tom. 1. tr. 12. c. 56. Mercer. de ſacram. in 3. p. q. 21. d. 1. Dia. r. 81.*

13 Si quiſpiam excommunicatus ſe à peccatis abſolui non poſſe ſciat, priuſquam ab excommunicatione abſoluatur, & nihilominus ab illis priuſquam ab iſta abſolui velit, vel malitioſè ſileat, ſe cenſura excommunicationis illaqueatum, lethali ſcelere ſe obſtringit, & abſolutio obtenta irrita eſt. Integritas enim ad ſacramēti ſubſtantiam neceſſaria confeſſioni deeſt. Si verò excommunicatus ignorantia inuincibili laboret, vel neceſſitate vrgente excuſetur, pænitentiæ ſacramentum verè recipit. Nam per excōmunicationem nihil ſacramenti ſubſtantiæ adimitur, nec iuriſdictio aliorum in excommunicatum auſertur, nec ipſe ſacramenti incapax eſt, cum cenſura vinculum tantummodo ſit, cui præceptum adnexum eſt ſacramentorum perceptionem excommunicato interdicens, eamque illicitam reddens, non inualidam. Si qua igitur cauſa à peccato percipientem ſacramenta excuſet, valida, ac vtilis eſt ſacramenti pænitentiæ receptio, ità *Sayrus tom. 1. l. 2. cap. 2. num. 3. Suarez. d. 10. ſ. 7. num. 9. cum alijs, Valentia tom. 4. d. 7. q. 17. p. 2. Raymundus, Prepoſitus, Mercerus, Filiuc. tom. 1. tr. 12. c. 3. num. 58. Dia. r. 82. Caiet. v. abſol. impedimenta. Nau. c. 9. num. 4. Medina, Auila, Layma. Coninch. contra Sotum.*

14 Qui excommunicatis vitandis ſacramenta miniſtrant, in pænam generatim latam propter communicationem in ſacris cum excommunicatis ſolum incidunt. Hæc autem pœna eſt excommunicatio minor, & interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ α: addit tamen Pontifex, eum, qui cum excōmunicato communicauerit, incidere in eandem excommunicationem, ſed hoc verum eſt tantùm, cum clericus excommunicatus ſpontè, & ſcienter ad officia admittitur, eorumque particeps fit, β ſi toleratus non ſit, ſed vitandus γ. α *cap. Epiſcoporum de priuileg. in 6.* β *cap. ſignificaſti de ſententia excomm. gloſſ. ad c. ſtatuimus de ſent. excom. in 6. Caietan. in ſumma. v. excomm. c. 58.* γ *extrauag. ad vitanda. Sylueſter. Filiuc. & Diana ibid. Mercerus de ſacram. in 3. p q. 21. d. 4.*

Bonacina

Digitized by Google

*Bonacina d. 2. q. 2. p. 2. §. 2. Nau. c. 27. num. 93. Gambarus. Caiet. v. excomm. Auila, Coninch. d. 14. num. 33.*

15 Itaq. clerici qui ſcienter, & ſpõte aliquem à Pontifice nominatim excommunicatum, aut ſaltem denunciatum ad diuina admittunt, eorumq. participes faciunt, in excommunicationem maiorem Põtifici reſeruatam incidunt *ex c. ſignificauit de ſenten. excom. & Clement. 3. eod. tit. Caiet. v. excomm. c. 58. Laym. c. 2. num. 1.*

16 Sacerdos qui excommunicato tolerato ſacramenta miniſtrat, non peccat contra cenſuram, ſed contra ius naturale, ac diuinum, niſi fortè is, cui adminiſtrat, peccator occultus ſit, & ſacramentum publicè petat, α vel ſe abſolutum eſſe dicat, & fide dignus ſit. Tunc enim illi ſacerdos credere, & ſacramentum adminiſtrare licitè poteſt, β quod etiam verum eſt, quando ipſe excommunicatus illud petendo non peccat, vt qui neceſſitate compellitur γ α *Vaſq. de excõm. d. 2. ad fin. Suarez d. 10. ſ. 2. nu. 12. Filiuc. num. 65. Bonac. d. 2. q. 10. p. 2. §. 2.* β γ *Nau. c. 27. nu. 36. Fil. & Suar. Bonac.*

17 Sacerdos verò excommunicatis vitandis ſacramenta miniſtrans ex vi cẽſuræ lethale ſcelus committit, nam cum illis communicat, quod Eccleſia prohibet, quod dicendum eſt, quamſi illi excommunicatos ſe eſſe ignorent, ac propterea culpam nullam ſacramenti ſuſceptione commereant *c. ſignificaſti de ſententia excom. ità DD. communiter apud Bonac. l. c. p. 2. §. 2. num. 5.*

18 Etiamſi quis excommunicationis ſuæ conſcius ſacramenta illicitè ſuſcipiat, ea nihilominus quoad ſubſtantiam validè ſuſcipit. Natura enim, ac virtus ſacramentorum ex Chriſti inſtitutione dependens eccleſiaſtico iure impediri non poteſt. Excipe tamen pænitentiæ ſacramentum, quod ſaltem indirectè inualidum redditur ex indiſpoſitione pænitentis, qui ſe excommunicatum eſſe ſciens, nullaq. neceſſitate coactus, ſacramentum pænitentiæ ſacrilegè petit; ſacramenta verò cætera validè, quod ad ſubſtantiam, non verò quod ad effectum, ideſt gratiam, ſuſcipiuntur, quoties debita forma, & materia cum intentione miniſtri, & ſuſcipientis adeſt, multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta valent *Nau. c. 9. num. 5. Suar. de cenſ. d. 12. ſ. 3. num. 7. Vgol. Vaſq. Henriq. Auila, Filiuc. tr. 12. c. 3. q. 3. Regin. l. 32. num. 4. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. num. 1. Bonac. l. c. p. 2. num. 1. §. 1.*

## Tertius excommunicationis effectus.

19 QVisquis excommunicatus eſt communibus Eccleſiæ ſuffragijs, quæ ex publicis miniſtrorum officijs, & ſacrificijs percipere fideles ſolent, priuatur, nec non ſatisfactionum fructu, quas Pontifex ex cõmuni Eccleſiæ theſauro per indulgentias fidelibus elargitur. Horum enim bonorum domina, aut ſaltem diſpenſatrix Eccleſia eſt, eaque indignis, ac contumacibus denegare poteſt ob maius bonum tum publicum, tum ipſorummet peccatorum, vt reſipiſcant. *Nihil enim ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari à corpore Chriſti, tunc enim non vegetatur ſpiritu eius*, vt ait *Auguſtinus tract. 27. in Ioan. c. 6. Suar. l. c. ſect. 2. num. 17. Auila, Valent.*

lent. Vaſq. Bonac. Laym.

2 Probabilior eorum ſententia eſt, qui aſſerunt, pro excommunicatis toleratis publicas preces, & ſacrificia offerri poſſe, atque adeò illis prodeſſe, ſi ſpecialiter, & expreſsè, vel implicitè pro illis offerantur; ſecùs verò, ſi ſolum generaliter, & indefinitè fiant. Siquidem Conſtantienſe Concilium nobis concedit poteſtatem communicandi cum ipſis diuina officia, & ſub hac communicatione non interdicta comprehendit etiam applicationem ſuffragiorum; hæc enim conceſſio cum ſit fauorabilis, latè interpretanda eſt, quantum verba patiuntur. Prætereà Eccleſia pro excommunicatis toleratis publicè preces, & ſacrificia, ſiue oblationes admittit, recipitq. pro ipſis, vel ab ipſis factas, & quidem non fictè permittit, vt pro iiſdem publicæ preces, & ſacrificia fiant Nau. c. 27. num. 36. Henriq. l. 13. c. 11. n. 3. Megala in 3. p. l. 2. c. 2. Hurtad. de excom. d. 4. num. 10. Conincb. de ſacram. d. 14. d. 6. num. 4. Dia. tract. 9. r. 74. p. 5. Contrariam ſententiam minus probabilem alij tuentur. Concilium enim Conſtantienſe quamuis externam communicationem in diuinis officijs, & in ciuilibus illis concedat; attamen ſe nihil eos releuare velle, nec ſuffragium eis præbere dicit, ac proinde internam communicationem, ſiue ſuffragiorum participationem eiſdem nec directè, nec indirectè concedit Sot. in 4. d. 22. q. 1. art. 4. Suar. de cenſ. d. 9. ſect. 2. n. 17. Filiuc. tr. 12. c. 2. num. 40. Vaſq. dub. 2. Auila p. 2. c. 6. d. 9. Gordonus, Mercerus, & alij.

3 Qui ab excommunicatione, qua obſtrictus manet, nondum abſolutus eſt, nec toleratur, communibus Eccleſiæ ſuffragijs priuatur, nec pro eo miſſæ ſacrificium offerri poteſt, quamuis pænitentia ductus reſipuerit, ac per cōtritionem peccatorum ſuorum veniam à Deo impetrarit; per ſolam enim interiorem pœnitētiam cenſura non aufertur. alioquin poſteà abſolutione opus non eſſet, quod à veritate alienum eſt. Sæpe enim culpa à Deo dimiſſa ſupereſt pæna, donec etiam iudicio Eccleſiæ auferatur, vt homines Eccleſiæ cenſuram vereantur, ac formident, ità Sotus in 4. d. 22. q. 1. art. 1. Suar. d. 9. ſ. 3. num. 2. Filiuc. nu. 45. Vaſq. d. 2. & 11. Hugolin tab. 2. c. 9. §. 1. num. 4. Layman l. 2. tr. 5. p. 2. c. 2. Turrianus, Conincb. Cornelius, Præpoſitus, Hurtadus, Mercerus, Adrianus, Alanus, Dia. r. 75. Gordon. Dian. r. 75. & 76. Contraria etiam ſententia probabilis docet, Eccleſiæ ſuffragia, & ſacrificia pro excommunicatis non toleratis per peccatorum deteſtationem Deo reconciliatis, nondum tamen ab Eccleſia abſolutis licitè offerri poſſe. non enim amplius cōtumax eſt, nec inobediens; ſublata autem contumacia, & inobedientia, etiam excommunicatio in foro conſcientiæ, & apud Deum tollitur, ità Nau. c. 27. num. 36. Couar. in c. alma p. 1. §. 6. num. 4. concluſ. 9. Sayr. de cenſ. l. 2. c. 3. num. 5. Auila, p. 2. c. 6. d. 4. d. 2. cap. 1. Megalius, Phil. Faber. de cenſ. in 4. d. 25. d. 4. cap. 4. d. 151.

4 Valdè etiam probabile eſt, quod Diana pro certo aſſerit, communia Eccleſiæ ſuffragia pro eo offerri, ſeu applicari poſſe, qui in gratia Dei, occulta tamen excōmunicatione obſtrictus ex hac vita deceſſit. Si quidem in eo caſu abſolutio à cenſura abſque defuncti infamia impetrari nequit, vt pluri-

Digitized by Google

plurimum accidit. Canones autem de eo, cuius excommunicatio publica, & nota eſt, loquuntur *Suar. d. 7. ſ. 1. num. 7. Præpoſit. in 3. p. q. 2. de excomm. d. 5. num. 37. Dian. reſ. 75. tr. 9. p. 5.*

5 Sacerdos in miſſæ ſacrificio tanquam perſona priuata pro quolibet excommunicato orare poteſt; quamuis enim tunc publicus Eccleſiæ miniſter ſit; perſonam tamen priuatam non ita exuit, vt nomine proprio pro quocumque velit, orare non poſſit. Quinimmo eaſdem preces, & orationes communes, & ſuffragia, quæ nomine Eccleſiæ pro fidelibus non excommunicatis offert, poteſt ſimul nomine ſuo pro aliquo excommunicato per ſolum mentis actum, non nominando illum exterius offerre intentione priuata, ſic in alijs miſſæ partibus occultè, & ſecretò pro anathemate etiam vitando Deum precari poteſt. Immo totam piam illam operationẽ, quà rem ſacram peragit, nomine ſuo priuatim pro eodem excommunicato, & meritum ſuum offerre minimè prohibetur; α præterea priuatas preces, & alia pia opera priuatim pro excommunicatis offerre licet, modo nõ offerantur Eccleſiæ nomine, atque vt ab Eccleſiæ miniſtris, hæc enim propriè non eſt communicatio in bonis ſpiritualibus, aut actus amicitiæ, ſeu beneuolentiæ, ſed eſt actus miſericordiæ, & ſpiritualis eleemoſynæ, quam priuatim homo ex bonis proprijs, vel excommunicato exhibere licitè poteſt. Neque verò priuata ſuffragia offerri pro excommunicatis Eccleſia prohibet, β α ità contra *Medinam l. 1. c. 11. §. 1. Auilam, Ledeſmam docent Nau. c. 27. num. 18. Sot. in 4. d. 22. q. 1. a. 1. Suar. d. 9. l. 1. num. 4. Henriq. l. 13. c. 12. nu. 3. Bonac. d. 2. q. 2. p. 1. Hurtad. d. 3. de excom. d. 6. num. 15. Gordon. tom. 2. l. 7. q. 8. c. 1. §. 1. Dia. r. 77. Corneius, Vaſq. Vgol. t. 2. c. 9. Turrianus l. 2. d. 9. d. 2.* qui ſolum negat ſacerdotem in publicis orationibus pro excõmunicato orare poſſe, β *Durand. in 4. d. 15. q. 3. Gabriel. q. 2. d. 1. Richard. a. 7. Corneius Mercer. Dia. ibid. & alij communiter contra Phil. Fabrum.*

6 Si Imperator, Rex, Antiſtes, ſeu Epiſcopus à fidelium communione anathematis gladio præciſi ſint, in orationibus publicis, & in canone miſſæ minimè nominandi ſunt; quæ enim in publicis orationibus exprimũtur, Eccleſiæ nomine fieri videntur *Sotus l. 6. Sayr. l. 2. c. 4. num. 4. Suar. d. 9. ſ. 5. num. 5. Auil. Vaſq. Bonac.*

7 Excommunicatus etiam toleratus, ſi ſacramentum aliquod ſcienter ſuſcipiat adhoc nulla neceſſitate coactus, læthali ſcelere ſe obſtringit, quoniam Eccleſiaſticam legem excõmunicatis ſacramenta ſuſcipere prohibentem violat; α verùm in nullam pœnam iure ſtatutam incidit, ſi excepto ordinis ſacramento, cuius ſuſceptio in excommunicatione irregularitatis notam inurit, alia ſacramenta excommunicatus ſuſcipiat; nullam enim pænam in excommunicatum ſuſceptorem aliorum ſacramentorum excepto ordine iura ſtatuunt β α *Nau. cap. 27. num. 18. Sayr. lib. 2. cap. 1. Suar. d. 10. ſ. 1. num. 1. Henriq. l. 13. cap. 7. Vgol. Bonacin. quæſt. 2. part. 1. num. 4.* β *Suar. l. c. Henriq. Valent. Rodriq. Auil. Vgol. & alij.*

Quartus

Digitized by Google

# Quartus effectus excommunicationis.

1 EXcommunicatus diuina officia celebrare, ideſt ſacras functiones, quæ ab Eccleſia publicè, ac ſolemniter fiunt, peragere, vt rem diuinam, & huiuſmodi alia facere, iiſque intereſſe Eccleſiaſtica lege prohibetur, a propterea, ſi dum miſſæ ſacrificium celebratur, excommunicatus denunciatus, ſeu vitandus Eccleſiam ingrediatur, admonendus eſt, vt diſcedat, quod ſi exire iuſſus non paruerit, in nouam excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam incidit, b tunc autem ſi commodè fieri poſſit, per laicos expellendus, etiamſi Regularis, vel ſacerdos ſit; qui inde eijcitur. Quod ſi laici non adſint, neque accerſiri poſſint à clericis eijciendus eſt. c quod ſi expelli nequeat, ſacerdotem ab altari diſcedere oportet, niſi canonem miſſæ inceperit, d aut ſaltem verba illa proximè antecedentia conſecrationem: *Qui pridiè, quam pateretur*, quibus iam cæptis ſacrificium omitti nō poſſe, probabilius exiſtimo, quanquam cæteri excepto ſacerdote, & miniſtro altaris, quem hierodulum Græci vocant, recedere debent quandoquidem cum excommunicato non tolerato in ſacris officijs communicare prohibentur. Sacerdos autem vſq. ad calicis hauſtum perficere debet, tum iterum monitus excōmunicatus vt egrediatur, ſi abire nolit ipſe quoq. ſacerdos ab ara diſcedere debet, & reliqua miſſæ in ſacriſtia peragere. e Quin etiam tutum eſt poſt inceptum canonem ante conſecrationem ab altari diſcedere, f quanquam alij contrarium non improbabiliter docent; g Verùm hæc de ſacrificio miſſæ ſolùm reſpectu eius altaris, cui excommunicatus aſſiſtere temerè audet, intelligenda ſunt; interim enim nihil obſtat, quominus in alijs altaribus coram fidelibus res diuina peragatur, h non. enim miſſam coram excommunicato vitando audiunt, alioquin mortale ſcelus committerent, nam cum eo in diuinis communicarent, a ex c. ſignificauit, c nuper, c. reſponſo de ſent. excom. c. alma eod. in 6. b ex Clement. Grauis de ſent. excomm. c ex cap. veniens de ſent. excom. d Sylu. v. excom. 5. num. 3. e Laym l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 6. f Auila p. 2. c. 6. §. 9. d. 8. Suar. d. 12. ſ. 1. num. 11. g Suar. l. c. Dian. r. 92. h Suar. l. c. Laym. 16. vid. Turrian. l. 2. d. 11. d. 1.

2 Excommunicatus diuinis officijs, & miſſæ ſacrificio aſſiſtens nullo idcircò pœnæ obnoxius eſt, nulla enim pœna in excommunicatum id facientem iure ſtatuta eſt, non irregularitas; hæc enim aſſiſtentia non eſt actus ordinis; non excommunicatio minor, quia hæc ſolum infideles cum excommunicato communicantes ſtatuta eſt, non verò in ipſummet anathema. a & in eos, qui ad diuina officia excommunicatum admittunt, eadem pœna minoris excommunicationis ſancita eſt, b nec non interdicti, ſi admittens ſit epiſcopus, c a, b Corneius in 3. p. de ſacr. d. 10. §. 4. d. 2. & 3. Dian. reſol. 95. Leon. & alij.

3 Excommunicatus, qui rei diuinæ feſtis diebus non intereſt, Eccleſiæ præceptum non violat, etiamſi abſolutionem ab excommunicatione petere negligat. Lex enim, quo ſacro miſſæ ſacrificio feſtis diebus intereſſe iube-

Digitized by Google

iubetur, ad quærendam abſolutionem à cenſura non impellit. Sic debitor, qui ob æs alienum in carcerem detruſus manet, etſi non ſoluendo, quod poteſt, ac debet, iuſtitiam violet, nihilominus, ſi vinculis impeditus ſacrificio miſſæ non interſit, nullã ideò culpam committere cenſetur, at annuæ tamen confeſſionis, & ſacræ communionis lege excommunicatus immunis non eſt, quando abſolutionem à cenſura impetrare facilè poteſt, horum enim præceptorum obſeruatio magni momenti eſt, *ità Suar. in 3. p. tom. 5. d. 88. ſ. 6. Coninch. de ſacr. d. 14. d. 7. num. 56. Auila de cenſ. p. 2. c. 6. d. 4. Sayr. de cenſ. l. 2. c. 3. num. 24. Nauar. c. 22. num. 5. Henriq. Hurtad. Dian. p. 4. tr. 4. n. 57. contra Nugnum in 3. p. tom. 1. q. 83. art. 6.*

4 Excommunicatus ſacerdos, aut diaconus ſi horarium, ac canonicum officium priuatim perſoluens verba illa proferat *Dominus vobiſcum*, nullũ peccatum committit, non ſecus, ac quando dicit, *adoremus Dominum*, *venite exultemus Domino*, *iubilemus Deo ſalutari noſtro*; vt enim hæc, ità illa verba, vt priuata perſona pronunciat, ac ſine contemptu, ideo ne leuiter quidem peccat, neque irregularitatem, quæ pœna grauiſſima eſt, graui culpæ debita, contrahit, *ità contrà Nauarrum de orat. c. 7. num. 6. Maiolum, Suarium docet Auila de cenſ. p. 2. d. 5. d. 2. num. 3. Hurtadus de excom. d. 5. dif. 2. num. 3. vide Præpoſitum in 3. p. d. 9. num. 56. Villalob. Filiuc. tr. 12. c. 4. num. 93. Coninch. de ſacr. d. 14. d. 7. num. 54. Henriq. Corneius, Mercer. Laym. l. 2. tr. 5. p. 2. c. 2. num. 6. Raynaud. Gordon. Dia. p. 5. tr. 9. r. 93.*

5 Excommunicatus horarum canonicarum penſum, vel officium B. Virginis cum aliquo priuatè perſoluens venialis culpæ labe ſe inficit, leuiter enim ratione communicationis delinquit vterque, *ità contra Nauarrum c. 27. num. 36. docent Suar. d. 12. ſ. 2. num. 18. Henriq. l. 13. c. 7. num. 2. Coninch. de ſacr. d. 14. d. 7. num. 55. Couar. in c. alma §. 53. num. 8. Præpoſ. Gordon. Turrian. Mercer. Corneio, Dia. Megal. Bonac. Vgol. Auil. & alij.*

6 Excommunicatus ſiue aliquam religionem profeſſus publicè ſit, ſiue ſacris ordinibus initiatus, ſiue beneficium Eccleſiaſticum poſſideat, horarium officium perſoluere priuatim debet; non enim par eſt, vt quiſpiam reus ex delicto ſuo commodum reportet, neque excommunicatio obligationem aufert, idem de irregulari, ſuſpenſo, vel degradato dicendum eſt *Nauar. de horis can. num. 16. Regin. l. 32. nu. 20. Coninch. d. 14. d. 7. n. 53. Filiuc. tr. 12. c. 4. q. 4. Sayr. l. 2. c. 3. Suar. Bonac. de cenſ. d. 2. q. 2. p. 3. §. 2.*

7 Nomine diuinorum officiorum à quibus excommunicatus arcetur, intelliguntur miſſæ ſacrificium, canonicæ, & horariæ preces, quæ in choro recitantur. Comprecatio ſolemnis, ſiue oratio, ſeu ſupplicatio publica, benedictio candelarum, aut olearum, aliæque huiuſmodi cæremoniæ, quæ ſolemniter ex Chriſti, vel Eccleſiæ inſtitutione fiunt, vel quæ ſunt propriæ ordinis clericalis, qualis eſt cantus ſolemnis epiſtolæ, vel Euangelij *Suar. d. 12. ſ. 2. Filiuc. tr. 12. c. 4. Bonac. l. c. num. 2.*

8 Excommunicatus non omnium rerum ſacrarum vſu interdicitur; non modò enim diuinum officium priuatim recitare poteſt, ſed etiam tẽplum ingredi, ibique priuatim, ac ſeparatim ad Deum preces fundere, & in

vno

Digitized by Google

vno ſacello, dum alij in alio fundendis precibus vacant, ſolus orare non prohibetur. Sic enim orationis communis particeps non eſt, hoc eſt in ea nõ communicat, α immo in eodem ſacello, aut cubiculo priuatim orare poteſt, in quo alij ſimiliter priuatim orant. Inter eos enim non eſt communio, quorum precatio communis non eſt, vt cum ſalutationis Angelicę ſignum ære campano datur ad priuatam orationem ſingulis priuatim angelicam ſalutationem recitantibus, ipſe etiam excommunicatus ibidem priuatim eandem, aliaſque preces recitare poteſt, β denique in eadem Eccleſia cum alijs palam concionem audire eidem licet γ excommunicato enim non prohibentur, quæ ad ipſius emendationem, & ſalutem ſpectant. Item more laicorum menſæ benedicere, ſe crucis ſigno præmunire, ſacram Euchariſtiam adorare, eamque comitari poteſt, dum ad infirmos defertur, modo pſalmi, vel hymni communiter non recitentur. In hiſce enim nulla eſt cõmunicatio ε piarum etiam imaginum, reliquiarum, aliarumque rerum huiuſmodi vſus excommunicato conceditur ad priuatam eiuſdem deuotionem, priuatumque Dei, Diuorumq. cultum. ε Quod autem Tertullianus ait ζ excõmunicatos à limine, & omni tecto Eccleſiæ ſummoueri, intelligendũ eſt hoc tempore ſacri, aut diuinorum officiorum, η quo tempore illis intereſſe prohibetur excommunicatus. Eccleſiam tamen ingredi, perq. eam tranſire poteſt commodioris itineris, vel alicuius vocandi gratia, dum ibidem diuina officia perſoluuntur; tranſeundo genua flectere, priuatim orare θ aqua luſtrali, ſeu benedicta ſe aſpergere, & vti; nulla enim eccleſiaſtica lege priuatus aquæ benedictæ vſus excõmunicatis interdicitur; quãquam communibus Eccleſiæ ſuffragijs priuantur. Et pœnæ reſtringendæ ſunt ι contrariam etiam ſententiam non improbabilem exiſtimo, cùm luſtralis, benedictaue aqua inter ſacramentalia, quæ ex meritis Eccleſiæ vim habent, recenſeatur, excommunicatus verò in Eccleſiæ meritis, & ſuffragijs partem non habeat, Κ verùm etiamſi ſecundum hanc ſententiam aqua benedicta illi ex meritis Eccleſiæ nullam gratiam conferat, non peccat tamen, qui ea priuatim, & bona fide in excommunicatione vtitur; nullam enim legem violat, & per accidens ſaltem, vel indirectè alios aquæ benedictæ effectus conſequi poteſt; quos illius excommunicatio non impedit. Eiectus autem dicitur, & eijci excommunicatus ab Eccleſia formali, id eſt à cœtu, & participatione fidelium, non autem à materiali templo λ. α *ita contra gloſſam in c. 1. diſt. 21. Hoſtienſem in ſumma num. 17. v. ſed nunquid de ſent. excom. docent Abbas ſibi contrarius c. 1. num. 9. de vita, & honeſt. cleric. Nau. c. 27. num. 17. Couarru. in c. alma p. 1. § 3. numer. 7. Caiet. v. excom. Suar d. 12. ſ. 2. num. 19. Sayr. l. 2. c. 3. num. 9. Henriq. l. 13. cap. 12. Bonac. Dia. p. 5. tr. 9. r. 84.* β *Caiet. ibid. Dian.* γ *Sayr. Nau. Suar. Fil. Vgol. Henr. Regin. Coninch. Raynaud. de monit. p. 2. c. 2. num. 21.* δ *Henriq. & Sayr. l. c. Bonac.* ε *Vgol. tab. 1. c. 13. § 14. Hurtad. Suar.* ζ *de pudicitia c. 4 & 14.* η *Palud. in 4. d. 18. q. 4. & 6. Caiet. l. c.* θ *Palud. q. 6. a. 1. Innocen. c. nuper de ſent. excom. Angel. v. excom. 8. Gordon. Coninch. Megala. Turrian. Dia. r. 84.* ι *Filiuc. n. 103.*

Turrian.

Digitized by Google

*Turrian. l. 2. d. 11. d. 3. Gordon. Hurtad. Dia. & Vgol. c. 15. §. 14. num. 6. Suar. d. 12. ſ. 3 nu. 8. Nau. Conar. Henr. Auil. Sayr. & Filiuc. Coninch. Nau. Suar. Bonac. q. 2. p. 3. §. 1. num. 8.*

9 Licet etiam excommunicato tolerato concionari, quando ab alijs de hoc rogatur, ac petitur; id enim excommunicato fauorabile non eſt, ſed alijs, quibus excommunicatum toleratum vitare neceſſe non eſt, ſi verò ille non rogatus vltro concionetur, peccat quidem, ſed irregularitatem non contrahit; non enim ordinem exercet, nam concionandi munus laico committi poteſt, & ab eo non vt à miniſtro Eccleſiæ exercetur *Suar ſ. 2. n. 4. Nau. nu. 163 c. 27. Filiuc. Bonacin. num. 11. Hurtad. d. 5. diſ. 2.*

10 Sacerdos rem diuinam faciens miniſtro excommunicato non denuntiato vti poteſt, ſi alium non habeat, quem adhibere valeat, & ſacri faciundi neceſſitas vrgeat, vel grauis cauſa; non enim neceſſe eſt, vt hierodulus, ſeu qui inſeruit ſacrificanti in gratia Dei ſit, neque Eccleſia in tali euentu cenſetur prohibere, quominus excommunicatus toleratus ſacrificio miſſæ inſeruiat; ſecus verò de vitando anathematе dicendum eſt, niſi grauiſſima forte neceſſitas cogat *Corneius in 3. p. tr. 5. de excom. d. 10. §. 4. Suar. d. 12. ſ. 1. Turrian. l. 2. de excom. d. 12. d. 1. Dian. r. 91.*

11 Excommunicato non licet orare Deum, diuoſque in templo, vel coram altari, vel imagine animo lucrandi indulgentiam conceſſam ibi factam in conſecratione, aut benedictione templi, altaris; neque enim quidquam ex ijs conſequetur. Communibus . Eccleſiæ bonis, ſuffragijs, & theſauro, ad quem indulgentiæ ſpectant, excõmunicatus priuatur *Suar. de indulg. d. 52. ſ. 2. & de cenſ. d. 12. ſ. 3. Vgol. tab. 2. Bonac. G. Hurtad. contra Henriq. Filiuc. Nau. & alij.*

## Quintus excommunicationis effectus, id eſt priuatio beneficiorum Eccleſiaſticorum, & inhabilitas ad ea conſequenda, eorumq. fructus. Cap LXVIII.

1 Excommunicatio maior non priuat beneficijs ante ipſam legitimè obtentis, id enim nulla lege ſtatutum eſt, ſed irritam reddit præſentationem excommunicati ab beneficium, eiuſque collationem ipſi factam, etiamſi ipſe ignorans ſe excommunicatum eſſe, beneficium acceperit; quamuis enim ignorantia à culpa receptionis, & conſequenter à pena ſeruet immunem, ratum tamen non facit, quod irritum erat, etiam ſi poſtea excommunicatus abſoluatur. Hæc autem de excommunicato, etiam tolerato intelligenda ſunt, cui extrauagans conſtitutio ad euitanda ſcandala nihil fauet, faueret autem, ſi habilis ad beneficia eſſet, ità ex communi Doctorum ſententia docet *Hurtad. d. 6. diſ. 1. Bonac. q. 5. p. 4. ex c. poſtulaſtis, de cler. excom. Nau. c. 27. n. 21. Suar. tom 5. d. 13. ſ. 1. Sayr. Henriq. Vgolin. Coninch. Filiuc. Reginald. Vaſq. contra Rice Sà Leſſ. apud Poirinum q. 2. c. 5. de prælat.*

2 Excommunicatus beneficium tituli clericalis ante contractam cenſuræ notam ſibi collatum acceptare, ac

ac poſſidere iure ſuo poteſt; ſola enim electio, ſeu præſentatio ad beneficiũ, eiuſque collatio in excommunicatum iure irrita eſt, non verò eiuſdem acceptatio, ità *Sayr. l. 2. c. 5. nu. 11. Vaſq. in 3. p. tom. 4. d. 6. num. 9. Henriq. Bonac. Auila de cenſ. p. 2. c. 6. d. 5. Alteriuus. Leſſ. Tolet. Præpoſ. Turrian. Azor. Rota. Dia. p. 4. tr. 4. r. 56. Vgol. Gom. Pariſ. Filiuc. Conar. l. 3. var. c. 16. n. 4. Ricciul. Campanil. Garc. contra Laymannum, Raynaudum, Peyrin. Hurtadum, Coninch. & alios plurim.*

3 Si quis tempore, quo excommunicatus erat, ad obtinendum beneficium præſentatus, & electus eſt, deinde à cenſura abſolutus oblatum ſibi beneficium acceptauit, durante adhuc præſentatoris, & electorum voluntate, rata, ac firma electio, atque acceptatio manet, quippe quæ permanente eadem voluntate electorum confirmatur *Henriq. l. 13. c. 23. nu. 1. Bonac. de cenſ. d. 2. q. 2. p. 4. §. 1. n. 10. Couar. & alij apud Sanchium de matr. tom. 3. l. 8. d. 7. Dian. par. 4. tr. 4. r. 56. contra Leſſium l. 2. c. 34. Coninch. Sanchium*, qui hanc ſententiam noſtram probabilem exiſtimant, vide *Azor. p. 2. l. 6. cap. 7. q. 9. Vaſq. Filiuc. Garc. Ricciul. Auil. Henriq. Campanil. Peirin. tom. 2. q. 2. c. 5. num. 8.* Si quis occulto cenſuræ vinculo obſtrictus ſit, id cum periculo infamiæ, vel ſcandali palam facere non debet, ſed oblatum ſibi beneficium interim acceptare poteſt, deinde abſolutionem, ac diſpenſationem quamprimum occultè petere *Suar. de cenſ. d. 13. ſ. 1. nu. 11. Dia. r. 56. Bonac. Reginald. l. 32. num. 49. Garc. de benef. p. 7. c. 13. Henriq. Azor. p. 2. l. 6. c. 7. Peirin. de præl. q. 2. cap. 5.* Excommunicatio minor electionem beneficiarij irritam non reddit, ſed potius irritandam, & abolendam ità *Præpoſ. in 3. par. q. 2. d. 3. num. 16. Dia. p. 5. tr. 9. r. 3.*

4 Nomine beneficij, ad quod excommunicatus inhabilis eſt, intelligitur quodcumq. beneficium eccleſiaſticum, ſiue cum animarum cura, ſiue abſque illa, ſiue ex maioribus, vt epiſcopatus, ſiue ex minoribus, vt parochia, ſacerdotium; penſio autem quæcumque illa ſit, beneficij nomine non comprehenditur; ſiquidem nulla ea eſt ius perpetuum percipiendi fructus; excommunicatus igitur penſionis incapax non eſt, ità *Auila de cenſ. p. 2. c. 6. d. 5. d. 5. concl. 2. Hurtadus de excom. d. 6. diff. 3. num. 64. Præpoſ. in 3. p. q. 2. de excom. d. 3. num. 64. Dian. p. 4. tr. 4. r. 55.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, quæ excommunicatum penſionum incapacem eſſe aſſerit, quia priuilegiorum eſt incapax *Suar. l. c. num. 9. Fil. tr. 12. c. 5. q. 4. Reginald. tom. 2. l. 32. tr. 4. cap. 7. num. 34. Leſſ. l. 2. c. 34. Sayr. de cenſ. l. 2. c. 5. Vaſq. Turrian. Villal. Henriq. Alter. & alij plurimi.*

5 Beneficiarius, qui culpa ſua à communione fidelium, & cœtu excluſus eſt, iure percipiendi fructus, reditus, diſtributiones ex beneficio non priuatur, ſi cætera officio ſuo ipſe ſatisfaciat, vel per vicarium; fructuum enim perceptio à fidelium communione penitus diuerſa eſt, alteraque ſine altera ſtare poteſt. Nec conſtitutio *Paſtoralis de appellatione* obſtat, quæ aſſeritur ſacros prouentus illi meritò ſubtrahi, cui Eccleſiæ communio denegatur; ibi enim quæſtio eſt, an non obſtante poſt cenſuram appellatione, Eccleſiaſticis prouentibus ad tempus ſpoliari poſſit, qui fidelium communione priuatus ad ſuperiorem iudicẽ

appella-

Digitized by Google

appellauit. Supponitur ergo beneficiatiam vi censuræ beneficij reditibus non priuari, *ita Præpoſitus in 3. part. D. Tho. q. 2. de excom. d. 11. num. 68. Sanchez de matrim. tr. 1. l. 3. d. 51. n. 22. Coninck. de ſacram. d. 14. d. 93. V aſq. de benef. c. 3. Nau. de reſt. l. 2. c. 2. Auil. Dia. p. 4. tr. 4. r. 54. contra Toletum, Filiu. Sayr. Henriq. Garſiam, Reginal. Molinam, Couar. l. 3. var. c. 13. nu. 8. Alter. & alios, vide Bonacinam d. 2. q. 2. par. 4. §. 2.*

7 Adde, quod etiamſi ex vi, & rigore iuris excommunicatus abſque noua iudicis ſententia, beneficij ſui fructibus priuatus eſſet, nihilominus conſuetudine non priuatur; ius enim illud, ſi eſſet, iamdudum contraria conſuetudo abrogaſſet, *ita Gaſp. Hurtad. d. 6. de excom. diff. 5.*

8 Qui beneficium excommunicato non tolerato confert, mortale ſcelus committit, communicat enim cum excommunicato, & obnoxius fit pœnæ ſuſpenſionis à collatione beneficiorum à iudice eidem infligendæ, eaque beneficij collatio inanis, & irrita eſſet ex *cap. poſtulaſtis 7. de cler. excom.*

9 Excommunicatus verò beneficium iuridicè acceptando, quamuis grauiter peccet, & acceptatio illa nihil valeat, nullam tamen in pœnam incidit; nulla enim pœna in illum à lege ſtatuta eſt. Qui ob iniuſtam ſibi iniuſtè excommunicationis notam à fidelium conſortio, & à choro iniuſtè cogitur, nec officio ſuo fungi poteſt, diſtributiones, & fructus beneficij percipere poſſe videtur; pœna enim ab eo, qui non deliquit, ſubeunda non videtur, & nemoque abſque culpa pœnam, incommodum, & damnum pati debet. Propterea, qui iniuſtè excommunicatus fuit, poſtquam cenſuram iniuſtam eſſe conſtiterit, repetere poterit diſtributiones ſibi debitas, quæ tempore iniuſtæ cenſuræ alijs canonicis choro aſſiſtentibus datæ fuerunt, nec non beneficij ſui fructus iniuſtè ſibi ſubtractos ab eo repetere iure ſuo poteſt, qui eos tenet, nec dum bona fide cõſumpſit, vel ſi eos conſumpſit, factus eſt ex ipſis ditior, ſi verò, qui eos conſumpſit, ex illis locupletior non eſt factus, a tempore fructus à iudice repetendi, ab eoque reſtituendi ſunt, qui non ſeruato iuris ordine, aut mala fide beneficiarium iniuſtè excommunicationis gladio percuſſit, ſecus verò, ſi bona fide, ſeruatoque iuris ordine id fecit *arg. c. ſicut dignum de homicidio, Auila d. 1. concl. 1 P. Nau. Henriq. l. 13. c. 13. num. 4. Sa. v. benef. Molina, Filiu. Bonac. p. 4. §. 2. num. 5.*

10 Probabilius eſt, excommunicatum non aſſiſtentem choro non poſſe percipere diſtributiones choriſtis dari ſolitas, & fructus beneficij, ſi per ipſum non ſtet, quin abſoluatur, & quin interſit choro, niſi forte illi abſolutio iniuſtè denegetur, quamdiu enim quis in excommunicatione permanet, à choro iuſtè excluditur, iuſtè priuatur diſtributionibus chori, *ita Suar. d. 13. ſ. 2. Bonac. cum alijs p. 5. §. 2.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, quia legitimè impeditus eſt, quominus choro interſit, *ita P. Nau. Vgolin. tab. 2. c. 12. Henriq. Sayr. l. c. cit. num. 29. Sa. Bonac. §. 2. num. 7.*

11 Excommunicatus in cenſura per annum perſeuerans in ſuſpicionem de hæreſi incidit, & contra ipſum tamquam de hæreſi ſuſpectum fidei cenſores inquirere poſſunt, & & ſi huiuſmodi excommunicatus clericus beneficiarius ſit, beneficio eccleſiaſtico, quod poſſidet, priuari per iudicis

cis ſententiam poteſt *b*, *a* ita Trident. ſeſſ. 25. c. 3. Suar. l. c. Vgol. l. c. & c. 2. c. 24. §. 3. Henriq. l. 13. c. 4. Filiuc. tr. 12. c. 9. q. 4. Sayrus, Bonac. q. 2. p. vlt. & Doctores communis. *b* contra Innocentium, & alios in c. cum bona de atat. & qualit. Fariſellus, Bord. r. 78. num. 89. Carena p. 2. t. 8. num. 3.

## Sextus effectus excommunicationis, ideſt priuatio ſpiritualis iuriſdictionis, vociſque actiuæ, & paſſiuæ. Cap. LXIX.

1 COmmunis Doctorum ſententia eſt, excommunicationis maioris cenſuram priuare generaliter omni vſu iuriſdictionis Eccleſiaſticæ propriæ; *a* propterea excommunicatus legem condere, præcipere, iudicium tum in foro exteriori, tum in interiori ferre, vel exercere, ius commune relaxare, hoc eſt diſpenſare, iuriſdictionem exercere, vel delegare, indulgentias concedere, Eccleſiaſtici muneris exercendi poteſtatem alicui facere non poteſt, ac prohibetur. Et, ſi ſecus faciat, veniali, vel mortifero ſcelere ſe obſtringit pro grauitate, vel leuitate materiæ, quæ vt plurimum grauis eſt. Nec ſolum excommunicatus non toleratus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ actum illicitè exercet, ſed etiam toleratus non vitandus, quando non prouocatus à fidelibus id vltrò facit; ſecus verò, ſi rogatus id agat; ex vna enim parte actus iuriſdictionis à tolerato anathemate exerciti validi ſunt. *b* Geſta verò ab excommunicato vitando irrita ſunt. Quoties ex officio tanquam iuriſdictionis propriæ, excepta electione Summi Pontificis, à Cardinalibus excommunicatis facta, *y* excommunicatus enim non toleratus vſu iuriſdictionis propriæ priuatur ab Eccleſia, quæ tamen irrita non vult eſſe ea, quæ ille ex iuriſdictionis non propriæ vſu facit, vt cum matrimonio aſſiſtit, vel aſſiſtendi illi poteſtatem alij ſacerdoti concedit, etiamſi parochus, vel ſacerdos, cui hanc facultatem præbet, ſit excommunicatus vitandus. Quemadmodum etiam excommunicatus vitandus matrimoniũ validè contrahere poteſt; hic enim eſt actus particularis contrahentis, nõ iuriſdictionis. Facta autem ab excõmunicato vitando tanquam à priuata perſona valent excepto teſtamento excommunicati, ob hæreſin, vel Cardinalium percuſſionem, *b* nam hic naturalem agendi poteſtatem non amittit, & validè facere poteſt, quæ iure naturali fieri valent, vt matrimonium, quamuis mortale peccat cum committat, ſi in excommunicatione manens matrimonium ineat abſque neceſſitate; valet etiam venditio, emptio, teſtamentum, profeſſio ab excõmunicato facta, etiamſi hæc ſine neceſſitate fieri abſq. culpa nequeant, *e*

*a* ex c. audiuimus 24. q. 1. & ex c. ad probandam 24. de ſent & re iudic. & c. is, cui 12. de offic. deleg. in 6. & ex c. 1. de off. vicarij in 6. & c. de ſupplend. defect. prel. ita DD. comm. Bonac *b* Hurtad. d. 7. d. 1. de excom. *y* Clem. c. ne Romani de elect. in 6. *s* Nauar. c. 27. num. 36. Auila 2 p. d. 6. c. 6. d. 6. Coninch d. 14. d. 10 num. 10. & alij ex c. Fælicis in 6. Bonac. d. 2. q. 2. p. 5. num. 1. *e* Sayr c. 9. Couar. de ſponſ. p. 2. c. 6. nu. 3. Auila l. c. Bonac. & alij.

2 Excommunicatus vitandus, ſi ad locum, vbi eiuſdem excommunicatio neſciatur, ſe transferat, iudicem offi-

officium aſſumere, ac validè exercere poteſt; & collatio, vel electio ab eo facta valet, *ità Leſſius l.2. cap.29. d.7. Suar.d.13.ſ.2. num.16. Prapoſit. Dia.*

3 Acta iudicis ſecularis, qui nominatim excommunicatus, ac vitandus eſt, irrita ſunt, vt conſenſus, & conſuetudo Eccleſiæ docet, & ſubditi abſoluuntur ab obligatione obediendi ſuperioribus excommunicatis, *ita ex c. penu t. & vlt. 15. q. 16. Suar. Prapoſ. in 3. p. q. 2. Hurtad. d. 8. de excom. d. 2. ex c. Præſident. de Hæreticis in 6. Turrian. Dian. Mald. contra Victoriam in ſumm. num. 16. & alij.*

4 Acta excommunicati tolerati, & non vitandi, etiamſi ad iuriſdictionẽ propriam ſpectent, valida ſunt, niſi oppoſita exceptione repellantur. Huiuſmodi ſunt excõmunicatio, & quæuis iudicialis ſententia, item iuriſdictionis delegatio, Eccleſiaſtici beneficij collatio, electio præſentatio, & his ſimilia, quamuis excommunicatus toleratus in iuriſdictionis actus ſpontè ſe ingerens grauiter peccet; Ex vna enim parte cùm Eccleſia ſinat excommunicatum a ſe toleratum officio ſuo fungi, & iuriſdictionis actus exercere, ſignum eſt, huiuſmodi excommunicatum iuriſdictione ſpoliatum non eſſe, & conſequenter acta ipſius rata haberi, & eſſe; ſiquidem multa incõmoda, & ſcandala oriri neceſſe eſt, ſi eorum, qui ab Eccleſia tolerantur, acta tanquam irrita reſcindi debeant; ex altera verò parte, cùm nihil in ipſorum fauorem in Conſtantienſi Concilio ſancitum ſit, & nemo cum illis inuitus cõmunicare debeat, Peccant excommunicati iuriſdictionem vltrò actu exercentes, oppoſitaque exceptione repelli poſſunt, quamobrem, ſi excommunicatus me coram iudice citet, poſſum contra ipſum excipere hac conditione, vt intra octo dies ſpeciem excõmunicationis, authoremq. legitimè oſtendam, ac euidenter probem, ità *Nau. c. 27. num. 21. Auila l.c. d. 3. Henriq. l. 13. c. 8. Suar. d. 14. ſ. 1. nu. 8. Filiuc. c. 6. q. 2. Coninch d. 14. d. 10. num. 89. Regin. l. 31. nu. 29. Vgol. Bonac. Laym. Guttier. Leſſ. Hurtad. ex c. ad euitanda ſcand. & ex c. exceptionem de except. & c. 1. eodem in 6.*

5 Si plures canonici electores ſint, quorum aliqui excommunicatione impediantur, quominus eligant, aliorum ſuffragia valebunt, & electo ius tribuent, ſi ipſorum numerus ad electionem ſufficiat, vt ſi certus, ac definitus numerus non requiratur, ſed maioris partis, vel omnium habilium conſenſus ſatis ſit ad electionem; vtile enim per inutile vitiari non debet *ex reg. 37. in 6. & arg. c. vn. Ne ſede vacante in 6. Suar. d. 13. ſ. 2. Sayr. l.c. c. 6. Henriq. l. 13. c. 7. num. 2. Vgol. Aegid. Filiuc. Laym. Bonac.*

6 Iudicem excommunicatum, ſed toleratum, cuius acta valida ſunt, ſi iudicium exerceat, vel ſententiam ferat, venialiter tantum peccare probabile eſt; iudiciariæ enim poteſtatis vſu à Concilio non priuatur, ſed actu illo tanquam communicatione quadam humana interdicitur, non vt actu iuriſdictionis, ità *Caiet. v. excom. Nau. c. 29. n. 18. P. Ledeſma de excom. dub. 9. Diana r. 131. Leſſius l. 2. c. 29. d. 7. n. 59. Henriq. Layman. l. 2. tr. 5. p. 2. c. 3.* qui hanc ſententiam probabilem cenſent.

7 Valde etiam probabile eſt, iudicem illum iudicando grauiter peccare, hic enim actus excommunicatum ſupra cæteros fideles, à quibus putridi inſtar membri ille præciſus eſt, valdè dedecet, & excommunicati ſtatui re-

pugnat, ità *Coninch. de ſacr. d. 14. d. 14. num. 148. Laym. Leſſ. & alij.*

8 Quamquam iudex excõmunicatus toleratus iuriſdictionem validè exerceat, eius tamen iudicium quis declinare poteſt, obijciendo ei excõmunicationem; quamuis enim fideles cum eo conuerſari poſſint, non tamen neceſſariò debent, nec ei obedire. Nec propterea quiſpiam ei obedire nolens ab eodem excommunicationis pœna multari poteſt. Obedientia enim excommunicato non debetur. Pontifex enim præcipit ne ſubditi obediant dominis excommunicatis, ità *ex Concil. Conſtantienſ. Præpoſ. in 3. p. q. 2. can. vlt. & penult. 15. q. 6. Hurtad. d. 8. d. 2.*

Nulla cenſura impedit, vel irritam reddit optionem beneficij, ſed canonicus excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus licitè, ac validè beneficiũ, vel præbendam optare poteſt. Eum enim vtilitas propria excuſat, nec vllo iure irrita redditur optio, quia non eſt actus electionis, præſentationis, vel collationis beneficij, ſed eſt acceptio melioris beneficij, ſiue electio, & fit ſine nouo titulo, qui non acquiritur per optionem, ità *Moneta cap. 4. q. 2. Gauantus v. canonicatuum optionis. 11. Sayr. l. 2. c. 6. num. 13. Vgol. t. 2. de cenſ. c. 13. §. 2. num. 13. Rebuff. Bonac. de excom. q. 2. p. 4. § 1. Gonzal. gloſ. 34. q. 8. Bordon. r. 65. num. 36.*

9 Qui maioris excommunicationis vinculo obſtrictus vitandus eſt, beneficium, vel dignitatem Eccleſiaſticam nemini conferre, nec quemquam ad illud, vel hanc eligere poteſt; vtrumq; enim ad eccleſiaſticam iuriſdictionẽ ſpectat, qua ille priuatus eſt; & propterea electio beneficiarij, ſeu beneficij collatio ab illo facta non modo illicita, ſed irrita eſt, ſiue ille ſolus, ſiue cum alijs non excommunicatis, quorum ſuffragia abſque ſuffragio excommunicati non ſufficiunt, eligat, vel beneficium conferat; alij enim habiles ad hoc ipſum habilem non reddunt, quemadmodum ipſe illos inhabiles ad electionem non efficit; quæ quidem valida eſt, ſi eorum ſuffragia abſque excommunicato ſufficiant. Et hoc verum eſt, etiam quando excommunicatus ad electionem à capitulo admittitur, illam enim hæc admiſſio non vitiat, *ex c. vnico de ſede vacante in 6. & ex c. quia diuerſitatem 5. de conceſſ. præbendæ, & ex cap. [illegible] 18. de exceſſ. prælat. & ex c. cum inter 16. de elect. ita DD. communiter. Hurtad. diſ. 3. Caſtellin. Sayr. Auila. Riccius. Filiuc. Couar. in c. alma p. 1. Suar. tom. 5. Peyrin. tom. 2. q. 2 c. 5. et alij. [illegible] ita contra Auilam, Sayr. Nauar. Sigiſm. Suar. d. 14. ſ. 2. & plur. canoniſtas docent Henriq. lib. 13. cap. 7. Aegid. d. 10. Hurtad. & alios.*

10 Præſentatio quoque ad beneficium facta à laico, vel à clerico, vt laico patrono excommunicato non modo illicita, ſed irrita, inaniſque eſt, ius enim ad beneficium conſequendũ conferre nequit, quod præſentationis proprium eſt. Nam excommunicatus cum à corpore Eccleſiæ præciſus ſit, ius ad beneficium, quod membris Eccleſiæ commune bonum eſt, nec licitè, nec validè conferre poteſt, cum nemo det, quod non habet, *ita ex c. cum autem, de iure patron. ita DD. comm. Filiuc. tr. 12. c. 6. num. 152.*

11 Si patronus excommunicatus, etiam vitandus aliquem epiſcopo præſentet, iſque præſentationem ſuſcipiat, quam vt inualidam repellere poteſt, & conſenſu ſuo ratam, ac validã facere, ſi ſecundum patroni voluntatem

tem præſentatum inſtituat, venialiter ſaltem peccat, ſi ſine neceſſitate cum excommunicato patrono ità communicet; attamen inſtitutio valet, ac iuſta eſt (quia nullo iure poſitiuo irritatur, & fit ſine iniuria patroni) dummodo Epiſcopum præſentationis vitium non latuerit. Si enim præſentationem legitimam eſſe putauit, inſtitutionem factam reſcindere poteſt, cui error, ſiue dolus cauſā dedit *Suar. d.14.ſ.2. num.14. Aegid.d.10.d.4. Laym.c.3.num.13. Filiuc. Hurtad. d.7.d.3. contra Vaſq.d.5. Couarr. in c. alma mater p.1.§.7.*

12 Homo anathema, hoc eſt maiori excommunicatione laqueatus ad eccleſiaſticam dignitatem eligi non poteſt; quod ſi eligatur, electio iure ipſo irrita, inaniſque eſt, α ſiue ille excommunicatus ſit à iure, ſiue ab homine, ſiue per generalem, ſiue per ſpecialem ſententiam, ſiue ea ſit publica, ſiue occulta, ſiue ab excōmunicato, & electoribus ſciatur, ſiue ab vtriſque ignoretur, ſiue excommunicatus ſit denunciatus, ſiue non. Iura enim, quæ ad Eccleſiaſticas dignitates excommunicatum inhabilem eſſe decernunt, vniuerſaliter, & abſque exceptione loquuntur, β atque ita accipienda ſunt; iura autem omnia, quæ de collatione loquuntur, de electione etiam intelliguntur, vtrobique enim eadem ratio militat, γ & hæc non modo excommunicatum ad recipiendas dignitates eccleſiaſticas, quibus animarum cura adnexa eſt, ſed etiam ad eas, quæ ab animarum cura immunes ſunt, inhabilem reddunt; excommunicatus enim omni eccleſiaſtica communicatione priuatus eſt, aſſumptio verò ad quamlibet eccleſiaſticam dignitatem magna communicatio eccleſiaſtica eſt; δ & hæc de quolibet munere eccleſiaſtico vera ſunt; propterea excommunicatus eligi, vel creari non poteſt religioſorum præſul, ſiue antiſtes Generalis, ſiue Prouincialis, ſiue Definitor, ſiue Diſcretus ε; α *ità Suar. diſp.13. num 10. in 3.p.ſ.1. Barboſa in c. poſtulaſtis de cler. excōmun. Garc. P. Greg. Lambert. Azor. Parſ. Couar. Camp. Miran. Regin. Henriq. Leſſ. Sigiſm. Auil. Comit. Nau. Sa, Ric. Borgaſ. Tol. Filiuc. Caſtel. Palud. Bonac. Anton. Sot. Rebuf. Vaſq. Rodr. Baiſ. Peyrin. ex cap. conſtitut. de appell. & c. Nos in hominem 9. q. 2. c. poſtulaſt. de cler. exc. c. cum ſecundum de preb. c. vlt.* β *Couar. in c. alma p.1 §.7. num 1. 2. Ricciul. de iure perſon. l.4. c.6. Barboſ. ibid. cum multis, Vaſq. Auil. Regin. Sigiſm.* γ *Sayr. de cenſ. l.2. c.5. num. 35 Leſſ. l.2. c.34. d.22. Azor. Filiuc. Sigſm. Suar.* δ *Couar. Regin. Ricciul. Barb. Filiuc. tr 12. c.5. num.117. Henriq. l.13. Panorm.* ε *Peyrin de Pral. r.9. c.5.*

13 Probabilius eſt, electionem, quã ad dignitatem eccleſiaſticam excommunicatus probabiliter ignorans excommunicationem ſuam electus eſt, irritam, & inualidam eſſe; quàmuis enim ignorantia inuincibilis excuſet à culpa, & quandoque etiam à pœna, acta tamen, quæ irrita ab eccleſia decernuntur, ignorantia valida nō reddit *ità Couar. l.c. num. 3. v 10. Suar. l.c. Sayr. c 5 num.7. Leſſ Peyrin q 1. 1. c. 5.* qui contrariam ſententiam improbabilem cenſet. Contrarium etiam alij non improbabiliter docent, talem ſcilicet electionem valere, *Nau. in cap. fratres de pœnit. d.5. Riccius tom. 1. deciſ. 184. & Sa, v. excom Leſſ. & alij.*

14 Ei, qui dignitatem eccleſiaſticā, dum excommunicatione teneretur,



Digitized by Google

obtinuit, eandem neque poſtquam abſolutus eſt, retinere licet, ſed noua electio fieri, ac dignitas iterum conferri debet, vel ei diſpenſari. Electio enim excommunicati irrita, vt pote incapacis, per ſubſequentem abſolutionem non conualeſcit, non firmatur, ſed irrita manet, nam neque titulum coloratum excommunicatus acquirit, nedum verum; hoc autem etiã in foro cõſcientiæ verum eſt, *a* quãquam occultam excõmunicationem ſuam electus prodere neceſſariò non debet cum periculo ſcandali, vel infamiæ, niſi aliter excuſare ſe poſſit, quominus dignitatem acceptet. Verùm illam interim acceptare poteſt, & diſpenſatiõnem quamprimum procurare *b* à Summo Pontifice, *c* vel ab epiſcopo proprio *d* concedendam, ab illo quidem, ſi ſolus Pontifex, ab hoc verò, ſi etiam epiſcopus eam dignitatem conferre poſſit. Huiuſmodi enim diſpenſatio eſt virtualis collatio dignitatis, vel beneficij; omnis autem diſpenſatio non reſeruata Pontifici ſũmo ab epiſcopo cõcedi poteſt, *e* vel à proprio antiſtite, vel prælato etiam religioſo, quando electio excommunicati irrita ad ipſum ſolum prælatum reuoluitur ab eodẽ tantũ facienda, *f*

*a ita Suar. in 3. p. tom. 5. d. 13. ſ. 1. Riccïul. l. 4. c. 6. Sayr. Regin. Barb. Panorm. in c. poſtul. de cler. excom. Peyrin. q. 2. c. 5. num. 6. b Reginald. l. 32. nu. 49. Garc. p. 7. c. 13. Azor. p. 2. l. 6. c. 7. q. 2. Henriq. Suar. Dia. c Suar. ibid. n. 34. Barb. in c. poſtul. Ricciul. l. 4. cap. 12. d Couar. in cap. alma p. 1. § 7. Regin. Ricciul. Sayr. Gar. e Innoc. in cap. dilectus de temp. ordin. f Suar. Portel. v. officia ordin*

15 Excommunicatus dignitatem ſibi collatam, antequam in excommunicationem incideret, validè acceptat. Id enim nulla lege vetitum eſt, neque iura de collatione, & electione loquentia ad acceptationem extendenda ſunt; *a* non licet tamen illi, antequam ab excommunicatione abſoluatur, niſi neceſſitate cogatur, vel impediatur abſolutio collatæ ſibi dignitatis poſſeſſionem acquirere (nã hæc poſſeſſio ſine communicatione illi interdicta *b* eſſe non poteſt) verũ ante abſolutionem, quàmuis illicitè, validè tamen poſſeſſionem accipit, cuius receptio in facto non iure conſiſtit, *c* neque grauiter, nec fortè venialiter acceptando illam peccat, dum illam acceptat pro illo ſtatu, in quo à cenſura abſolutus erit *d*, *a ita Azor. p. 2. l. 6. c. 7. q. 9. Vaſq. Filiuc. tr. 12. c. 5. num. 121. Garc. Suar. Henriq. Auila, Campanil. Peyrin. Dian. b cap. cum excomm. 11. q. 3. c Azor. Garc. & ita Peyrin. & alij.*

16 Siquis excommunicatus à ſummo Pontifice ad aliquam dignitatem eligatur motu proprio, electio irrita erit, ſi Pontifex eius excommunicationem ignoret, *a* ſecùs verò, ſi illum excommunicatum eſſe ſciat; tunc n. ſciens tacitè illum abſoluere ad illum duntaxat effectum, vel diſpenſare cenſetur. *b* Quinimmò conſueuit Pontifex in qualibet beneficij, vel gratiæ, vel indulti, vel iuris conceſſione verba illa addere, *toque abſoluentes, & c. c* ad cuius imitationem ſolent religioſi in comitijs capitularibus ante quamcunque canonicam electionem abſolutionem à quibuſcunque cenſuris præmittere ad hoc tantum, vt quæcunque ibidem peraguntur, rata, ac firma ſint, quæ quidem abſolutio nihil prodeſt ei, qui abſens eligitur, *d*

*a ità Ricciul. l. 4. c. 6. num. 6. Barboſ. in c. poſtul.*

Digitized by Google

c. poſtul. de cler. excom. num. 6. *b* *Sayr.* & *Henriq. Couar. l. c. Auila de cenſ. p. 2. c. 6. d. 5. d. 2. Peyrin. l. c. contra Pariſ. l. 4. q. 5. de Reſign.* *y* *idem D.* & *Ricc. p. 3. r. 119 Nau. c. 27. n. 273. Garſ.* *z* *Nau. c. 26. num. 14. Sylu. v. abſol. 3. num. 9. Henriq. l. 13. c. 29.*

17 Siquis inapis, & irritæ excommunicationis cenſura notatus, vel valide quidem excommunicatus, ſed triennalis poſſeſſor, vel poſt validam appellationem excommunicatus ad aliquam dignitatem eligatur, electio valet, ità *Ricciul. c. 13. l. c. Barboſ. nu. 19. 20. 23. Suar. tom. 5. in 3. p. d. 13. ſ. 1. Sayr. de cenſ. l. c. c. 5. Regin. l. 32. n. 47. Garſ. p. 7. c. 13. num. 13.*

18 Excommunicatus non priuatur ipſo facto dignitate ante excommunicationem legitimè obtenta; id enim in iure ſtatutum non eſt, immo in eo contrarium ſupponitur, vt probat *Suar. l. c. num. 1. Garſ. ibid.*

19 Quamquam electio facta ab excommunicato vitando, non tolerato, qualis eſt qui nominatim denunciatus, vel publicus clerici percuſſor, ipſo iure irrita, ac nullius momenti eſt, vt alibi oſtendimus, nihilominus electio ab excommunicato tolerato facta valet; *a* non enim in fauorem eligentis, ſed electi, & Eccleſiæ, ad quam hic eligitur, cedit; & hoc verum eſt, etiamſi electus ab excommunicato huius excommunicationem nouerit, *b* immo etiamſi elector ſit notorius excommunicatus, non tamen nominatim denunciatus, nec notorius percuſſor clerici. Quod ſi huiuſmodi excommunicatus beneficium, vel dignitatem rogatus alicui conferat, non peccat, cum id in commodum Eccleſiæ faciat requiſitus; ſecus verò, ſi ſe ad eligendum cum alijs ſponte intromittat. Exercendo enim iuriſdictionis ſuſpenſę actus ſibi interdictos grauiter peccat. Qui autem cum eo electionis ſuffragia ferunt, à culpa immunes ſunt; ille enim ab his vitandus nõ eſt, *a* *Suar. ibid. Auila l. c. d. 6. d. 3. Sigiſmund. de elect. d. 66. nu. 6. Peyrin. tom. 2. q. 2. c. 5.* *b* *Sayr. l. 2. de cenſ. c. 6. num. 6. Sigiſm. Couar. Suar.* & *alijs.*

20 Qui excommunicatum toleratum ad eccleſiaſticam dignitatem eligit, grauiter peccat; perſonam enim inhabilem, & incapacem eius dignitatis eligit, quod eſt intrinſecè malum; *a* propterea actiua voce priuari tamdiu debet, donec veniam à ſuperiore ſuo conſequi mereatur, vt puniatur in eo, in quo peccare temerè auſus eſt; *b* immo quicunque excommunicatum, ſeu indignum ſcienter eligit, ſtatim pro illa vice eligendi poteſtate priuatur, & per triennium ab officijs ſuſpenſus manet, vt ſacri canones ſtatuunt; *y* qui verò ignorans illum excommunicatum eſſe eligit, in nullam pœnam incidit; *z* pæna autem ſtatuta in canone *cum in cunctis* vigorem ſuum retinet aduerſus eligentes ſcienter excommunicatum, vel quemcunq. alium indignum; *e* quanquam in electione Superiorum Regularium locum amplius non habet. *a* *ita Suar. de cenſ. d. 13. ſ. 1. num. 26. Peyrin. l. c. num. 15.* *b* *ex c. poſtulaſtis de cler. excom.* *y* *cap. cum in cunctis §. fin.* & *c. cũ Vintonienſis de elect.* *z* *Panorm. in c. poſtulaſtis de cler. excomm. nu. 3. vid. Suar. l. c. num. 34* & *27.* qui putat pœnam ſtatutam in *cap. poſtulaſtis poſt extrau. ad euitanda* infligi non poſſe, niſi ei, qui excommunicatum denunciatum, vel notorium clerici percuſſorem ſcienter eligeret, *e* *idem Suar.* & *Peyrin. l. c.* *ſ* *cap. ſi compromiſſa-*



Digitized by Google

rius & huiuſmodi de elect. in 6. Gloſſa ibidem, & gloſſa in c. quanquam v. ſecus eod. tit. Sigiſm. de elect. d. 67. num. 4. Barboſ. in c. cum in cunctis, §. Cler. num. 35. Alter. tom. 2. d. 15. c. 1. [illegible]

21. Si quis electorum per ſacramentalem confeſſionem nouit aliquem eſſe excommunicatum, vel indignum aliqua dignitate, vel beneficio, quem alias dignum exiſtimaret, cui ſuffragari alias deberet, ſuffragium ſuum in electione tum per occulta, tum per publica ſuffragia denegare licitè non poteſt, nec debet. Fugiendum enim eſt quicquid pœnitentiæ ſacramentum onerolum, atque odioſum reddere poteſt. Sed nihil magis odioſum illud hominibus reddere poteſt, quàm ſi intelligant, ſibi ex notitia per confeſſionem ſuam accepta denegari poſſe ſuffragia ad communes honores, & dignitates, & officia, atque à ſuperioribus ſuis priuari poſſe officijs, dignitatibus, beneficijs, atque ad alia loca tranſmutti poſſe. Præterea vſus notitiæ ex ſacramentali confeſſione acceptæ extra confeſſionem lædit honorē, religionem, & ſigillum ſacramenti, & pœnitentis famam ſaltem generaliter; & periculum eſt, ne authores criminum pœnitentes agnoſcantur, ac confeſſionis rubore ſuffundantur, & ne ob id à cōfeſſionis ſacramento homines retrahantur. Idcircò Clemens Octauus in decreto de caſuum reſeruatione anno MDXCIV. præcipit, vt tam ſuperiores pro tempore exiſtentes, quàm confeſſarij, qui poſtea ad ſuperioris gradum fuerint promoti, caueant diligentiſſimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur; hoc autem de re grauiſſima decretum, ac præceptum abſque ſacrilega culpa violari nequit; & cæterum prætextu pœnitentis proximi ſaluti nemo vllo modo conſulere debet, quàm quod eam periclitari ſcit. Igitur qui in confeſſione, & foro ſcit aliquem excommunicatum, ac contumacem eſſe, ei in confeſſionis ſacramento conſulere, ac monere debet, vt ab electione illa, munere, vel dignitate abſtineat; & Quiſquis autem quempiam ex confeſſione excommunicatum indignum eſſe ſcit, cumque ſecretò, vel palàm eligit, non peccat, neque vlli pœnæ ob id obnoxius fit, dum leges enim pœnas in aliquid ſcienter facientes ſtatuunt, de ſcientia communi, & humana intelligendæ ſunt. ita contra Nau. in c. humanæ aures q. 1. num. 5. & 6. Regin. in prax. l. 3. num. 53. Tamburin. Ochagau. Fagund. Peyrin. doctm Suar. in 3. p. tom. 4. d. 33. ſ. 7. num. 4. Valent. tom. 4. d. 7. q. 15. p. 5. Sanch. de matr. to. 1. l. 3. d. 16. Ramez in 2. 2. q. 33. a. 8. Prapoſ. Granat. Fauſt. Muſcoſ. Fagund. Onophr. Dia. p. 5. tr. 11. r. 3. D. Tho. in 4. d. 21. q. 3. a. 1. q. 1. Rodriq. tom. 2. 9. reg. 53. a. 4. ita contra Nau. docent Suar. Reginald. Sanche. & alij.

22. Si quis electorum occultè, & ſolus ſacramentalem extra confeſſionem quempiam excommunicatum, indignumque dignitate, ac munere electo pro comperto habet, ei nullo modo ſuffragari in electione, quæ per vota ſecreta fit, licitè poteſt; occulta enim electio ſecundùm occultam ſcientiam fieri, ac moderari debet; ſi vero electio publica fit, nec cauſa aliqua ſufficiat, vt ſuffragium eidem denegetur, excōmunicatum illum eligere debet; alioquin peccatoris occulti infamia, vel ſcandalum inde ſequatur, nec eſt eſt, cui dans cauſam grauiter peccat, ita Suar. tom. 4. p. 3. d. 23. ſ. 1. num. 31.

Bonac.

*Bonac. de cenſ. d. 2. q. 2. §. 1. num. 13. Regin. de prol.*

23 Vicarius generalis Epiſcopi excommunicati, vitandi, vel ſuſpenſi, vel interdicti, iuriſdictionem, quam ab ipſo epiſcopo ante cenſuram ab eodem contractam accepit, exercere non poteſt, itaque nec confeſſarios approbare, nec ſacramenta adminiſtrandi, poteſtatem concedere, nec beneficia cõferre, nec ſententias ferre, durante præſulis ſui excommunicatione valet, Vnum enim, idemque eſt Epiſcopi, & Vicarij generalis tribunal, neque ab hoc ad illum datur prouocatio, ſeu appellatio; quapropter ſuſpenſa per cenſuras, vel extincta per mortem Epiſcopi authoritate, ſuſpenditur etiam, vel extinguitur Vicarij authoritas, quàmuis res antea incepta eſſet, niſi Vicarius generalis aliunde iuriſdictionem obtineat, ità *Sayr. l. 1. c. 5. nu. 37. Suar. tom. 5. d. 15. ſ. 1. num. 4. Regin. l. 1. numer. 47. Filiuc. c. 6. q. 2. Sanch. l. 3. de matr. d. 30. Vgol. Coninch. Bonac. Auila, & c. Romana, de officio vicarij in 6. Hurtad. d. 7. d. 2. contra Sylueſtrum v. abſol. 2. q. 6. v. abſolutio 2. q. 6.*

24 Sacerdos qui ab Epiſcopo poteſtatem abſoluendi, vel adminiſtrandi ſacramenta obtinuit, eadem vti poteſt etiam poſtquam epiſcopus denunciatus eſt excommunicatus. Sicut enim poteſtas iſta conceſſa non extinguitur per mortem concedentis, ità neque propter lapſum concedentis in excõmunicationem ceſſat, ità *Sayrus l. c. 4. 11. num. 11. Sot. d. 18. q. 4. a. 3. Auila 2. p. c. 6. d. 6. d. 4. Bonac. d. 2. q. 2. p. 5. §. 2. num. 13. Hurtad. d. 7. d. 2. nu. 6. contra Guttierez.* Iura namque ceſſare iubent iuriſdictionem delegatam fori contentioſi morte delegantis cauſa integra, non incepta.

25 Qui crimen aliquod ſub excommunicationis pœna prohibitum tunc committit, quando iam lator illius, cenſuræ in excommunicationem incidit, & iam denunciatus fuit anathema, cenſuræ notam non contrahit; cenſura enim ſub conditione lata tunc vires ſuas exerit, & afficit delinquentem, quando delictum ſub tali pœna vetitũ perpetratur, non ſecus, ac ſi tunc promulgaretur; ſed quando crimen illud committitur, iudex eum excommunicatus ſit, & conſequenter iuriſdictione priuatus, vel officio, excommunicandi poteſtatem non habet. Nec delicti eo tempore patrati reus in excõmunicationem incidit, poſtquam iudici poteſtas, & iuriſdictionis vſus reſtitutus fuit. Non enim firmatur tractu temporis, quod ab initio non ſubſiſtit. Secus verò res ſe habet, ſi poſtquam cenſuræ lator ab excommunicatione abſolutus eſt, delictum ſub cenſuræ pœna vetitum committatur. Sententia enim iudicis per excommunicationem ab ipſo contractam ante ſolum ſuſpenſa, poſtquam iudex à cenſura abſolutus eſt, priſtinum robur obtinet, & afficit delinquentem ablato ſuſpenſionis impedimento. Secus etiam dicendum eſt, ſi iudex ille poſt latam excommunicationis ſentẽtiam in cenſuram lapſus, officio, aut iuriſdictione priuatus fuit; tunc enim ſententia iudicis pendens à futuro delicto extincta non afficit delinquentem eo tempore, quo iudex denuo electus eſt, & ad idem officium, ſeu iuriſdictionis gradum rurſus euectus eſt, ità *Suar. tom. 5. d. 3. ſ. 4. Vgol. tab. 1. c. 2. §. 2. Filiuc. tr. 11. c. 3. q. 9. num. 70. Bonac. & alij communiter.*

26 Iuriſdictio delegata ab excommuni-



Digitized by Google

municato non tolerato irrita, inaniſq; eſt; eius enim delegatio eſt actus iuriſdictionis, proindè ea nec validè, nec licitè quiſquam vti poteſt. Quin etiam iuriſdictio eccleſiaſtica exterior, ſeu in foro contentioſo delegata ante excommunicationem delegantis ſuſpenditur, cùm deleganti excommunicatio maior non tolerata ſupervenit, ſi res, vel cauſa adhuc integra, ſeu nondum incepta ſit ab eo, cui iuriſdictio delegata eſt, quæ etiam morte delegantis ceſſat cauſa nondum incepta *ex c. relatum* 17. *& ex c. grati* 20. *& ex c. licet* 30. *de officio deleganti, Hurtad. & alij.*

27 Excommunicatus non modò toleratus, vt omnes Doctores aſſerunt, poſt Conſtantienſe Concilium, ſed etiam vitandus beneficium alicui reſignare poteſt, Reſignatio enim ex parte excommunicati non eſt actus iuriſdictionis, nec electio, nec præſentatio, nec iuris collatio, ſed propriæ voluntatis ſignificatio, ſecundùm quam ſuperior iuriſdictionis actum facit, ita *Bonac. d. 2. q. 2. p. 5. § 2. num. 7. & ego contra Suar. d. 14. ſ. 2. num. 35. Conar. Filiuc. q. 9. num.* 163.

28 Declaratus publicè excommunicatus ab Epiſcopo Placentino, ſi ſe Cremonam, vel Laudam conferat, non eſt vitandus à Cremonenſibus, vel Laudenſibus; Illi enim non ſubſunt Epiſcopo Placentino iubenti illum vitari; huius enim iuriſdictio non extendit ſe extra fines territorij Placentini, neque vſu receptum eſt, vt excommunicatorum nomina ad vicinos Epiſcopos tranſmittantur, vt denuncientur. Verùm, qui à Summo Pontifice, vel ab eius delegato declaratus eſt anathema, vbiq; terrarum vitandus eſt; omnes enim Pontifici ſunt ſubditi, ſemper autem vitandus eſt excommunicatus, donec conſtet eum abſolutū eſſe, *c. ſicut nobis de ſent. excommun. Bord. r. 78. num.* 160.

29 Superior religioſus, licet excommunicatus ſit, poteſt concedere ſubdito licentiam ſuſcipiendi ordines, eumque dimittere ad Epiſcopum, qui eundem ordinibus initiet; nam conceſſio huiuſmodi non eſt actus iuriſdictionis, ſed ſuperioritatis; quâ non eſt priuatus per excommunicationem, & ſic Parochus, qui ob excommunicationis cenſuram vitandus eſt, poteſt alteri concedere licentiam aſſiſtendi matrimonio, inſtar teſtis. Hæc n. conceſſio non eſt actus iuriſdictionis, & ille adhuc parochus eſt, ſic ſuperior manet præſes religionis etiam vitandus, nec amittit ſuam præfecturā, ſeu ſuperioritatem, ac poteſtatem gubernandi domum, ac regendi ſubditos, nec ſubditi ab eius poteſtate eximuntur per excommunicationem, & ergò ab eo poſſunt dimitti ad ſuſcipiendos Ordines, ſicut ad aliquod aliud, ad quod recipiendum non eſt neceſſaria iuriſdictio in receptore, ſed tantum aptitudo, ſiue habilitas; propterea religioſus ille, qui ab excommunicato præſide ſuo dimiſſus ordinibus initiatur, non incidit in pœnas ſtatutas contra eos, qui abſque licentia legitima ad ordines promoti ſunt, & ita *Bordonus r. 67. nu. 24. & 25. contra Tambur tom. 2. d. 2. q. 28. Barboſam, Piaſe. & Sanch. l. 5. c. 4. num. 78. & l. 3. d. 11. num. 7. & Bonac. de excom. p. 6. § 2. numer. 16. Sotus, Vaſquez, Auila, & alij.*

Septimus

# Septimus excommunicationis maioris effectus eſt priuatio communicationis ciuilis, forenſis, & iudicialis. Cap. LXX.

1 EXcommunicatio maior quacũque communicatione per modum commercij cum fidelibus priuat; atque ideò ab omni actu pertinente ad iudicium forenſe, tum eccleſiaſticum, tum profanum repellit; adeo vt excommunicatus ab exercitatione cuiuſcunque actus in iudicio poſſit obiecta excommunicatione in quacũque litis parte repelli, & amoueri; propterea excommunicato vitando non licet iudicare, agere, procurare; aduocati, & tabellionis munera obire; ità Doctores comm. ex c. decernimus 8. de ſent. excom. & c. 1. de exception. in 6. & c. veniens 38. de teſtib. & cap. vltimo, ac penultimo 15. q. 6.

2 Excommunicato præter cauſam propriam excommunicationis in qua admittendus eſt, vt probare poſſit, ſi velit, ſe excommunicatum non eſſe, vel ſe abſoluendum eſſe, non licet agere cauſam, ſiue per ſe, ſiue per aliũ in iudicio, ſiue eccleſiaſtico, ſiue ciuili, ſed exceptione excommunicationis in quacunque parte litis repelli poteſt; immo, etiamſi nihil ei obijciatur, excommunicatus non toleratus à iudice ex officio reijciendus eſt. Non enim poteſt cum alio communicare; non tamen tenetur excommunicatum toleratum quamuis Doctorem reijcere, niſi ad petitionem partis excõmunicationem ſufficienter probantis, illum enim vitare neceſſe non eſt. Verum quamuis excommunicato nõ tolerato actio in iudicio interdicta, & illicita ſit; actus tamen ipſius ante repulſam rata, ac valida ſunt, ita vt cauſa vlterius procedere poſſit, ſi ab excommunicatione abſoluatur, & non grauiter peccat excommunicatus, ſi in iudicio ius ſuum petat, donec vel per exceptionem, vel à iudice per officium repellatur, ſi quod iuſtum eſt, abſque vi, aut fraude poſtulet, ex c. per tuas 40. de ſent. excom. & ex c. decernimus red. ſit. & c. 1. de except. in 6. & extrau. 2. de except. Henriq. d. 3. d. 3. Nau. c. 27. num. 23. Sayr. l. 2. c. 7. Filliuc. tr. 12. c. 17. Henriq. Coninck. Bonac. Homed. Dia. r. 110.

3 Excommunicatus appellare poteſt à ſententia contra ſe lata, ſicut etiam poteſt obijcere excommunicationem accuſatori, teſti, alijſque ad iudicium concurrentibus, modò infrà octo dies eoſdem excommunicatos eſſe oſtendat; alioquin expenſas ſoluere debet, ità Suar. d. 16. ſ. 4. Filliuc. q. 5. Sayr. cap. 7. num. 3. Vgol. Auila, Henriq. l. c. & alij.

4 Excommunicatus non poteſt alium conuenire, vel reconuenire in iudicio. Ipſe verò ab alio conueniri poteſt. Nam æquum non eſt, vt commodum ex delicto ſuo reportet; tunc autem per ſe ipſum, nedum per procuratorem reſpondere poteſt. Non enim ei denegandum eſt, quod iure communi cuilibet reo conceditur, alioquin ſi per procuratorem duntaxat reſpondere cogeretur, non ipſe, ſed procurator conueniri diceretur; ita ex c. decernimus, & ex c. cum inter, & c. vlt. de except. Sayr. Suar. ſ. 4.

Digitized by Google

*ſ. 4. num. 6. Fil. q. 5. num. 181. Coninch. Bonac. q. 2. p. 7. num. 8. Prepoſit. Dian. r. 111 contra Auilam, Vgolinum, Hurtad. Turrian. & alios.*

5 Non licet excommunicato vitando tabellionis munus exercere, etiamſi à partibus ſcientibus eundem eſſe excommunicatum rogetur. Nam Stephanus Pontifex decreuit, vt *nullus Anathematizatorum ſuſcipiatur, nec à quoquam credantur, quæ ab eis dicuntur, vel conſcribuntur,* a quæ lege ſatis declarantur irrita, ac nullius momenti ad faciendam fidem acta Tabellionis excommunicati, cum illis nemo credere debeat; β propterea grauiter peccat Tabellio excommunicatus publicum inſtrumentum conſcribens, ſi vitandus ſit, cum omni fidelium communione priuatus ſit; ſi verò toleratus ſit, graui culpa ſe obſtringit, ſi vltrò ſe ingerat; ſed ſi rogatus munere ſuo fungatur, non peccabit. Licet enim aliis cum ipſo agere, & illi cum aliis tunc ſecum agentibus, γ & quamquam eius acta in exteriori, ſeu iudiciali foro, vt inualida reijci poſſunt, nihilominus firmitatem contractibus in foro conſcientiæ addunt, quando conſenſu partium ſcientium excommunicationem non ignorantium admittitur; δ immo in iudiciali foro, ſi non reijciantur, valida, ac rata habentur, vt valent excommunicati actoris acta iudicialia, niſi reijciantur. ε non licet tamen excommunicato tabellioni ſtipendium ſaltem ordinarium accipere pro inſtrumento vt potè inualido, iure canonico ζ. *a c. cum nullus anathem. 3. q. 4. Eder. β Henriq. Auila, Coninch. Dian. p. 5. tr. 9. r. 61. Hurtad. γ Filiuc. tom. 1. tr. 12. c. 7. num. 186. Dian. δ ε Suarez d. 16. ſ. 5. num. 4. ε Prepoſit. Turrian. Hurtad. & alij.*

6 Non licet excommunicato teſtificari in iudicio, neq. extra iudicium, a præterquam in cauſa fidei, β & matrimonij, nam illi communicatio interdicta eſt, ideò nec admitti licitè poteſt ad teſtificandum, quando non toleratur, ſeu quando denunciatus eſt excommunicatus. Immo lege decretum eſt, vt iudices ſeculares per cenſuras eccleſiaſticas excommunicatos repellant. γ Verum, & ad dicendum teſtimonium excommunicatum admittatur, nulla lex teſtimonium eius irritum eſſe iubet, δ Ex hoc verum eſt, non modò, quando in iudiciis, ſed etiam quando in teſtamentis, & contractibus extra iudicia excommunicatus teſtis admittitur; & ſi toleratus rogatus teſtimonium dicat, licitum, ac validum eſt ipſius teſtimonium, ε alioquin ſi non rogatus quiſpiam excommunicatus teſtimonium ferat, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, veniale ſaltem culpam committit. Teſtificatio enim eſt tantùm communicatio humana, ζ quæ excommunicato vetita eſt; non peccat tamen ſi in cauſa hæreſis, η vel matrimonij teſtis ſit, θ quandoquidem hoc lege non prohibetur, *a ex c. decernimus 8. de ſent. excom. in 6. & ex c. veniens 3. de teſtib. c. nullus 3. q. 4. Vaſq. Hurtad. Bonac. Suar. ſ. 6. Vgol. Suar. Filiuc. q. 7. n. 187. β ex c. in fidei fauorem. in 6. Sanchez de matr. l. 3. d. 41. num. 9. γ c. decernimus 16. δ Henriq. l. 13. c. 7. num. 5. Say. tom. 1. l. 2. c. 8. num. 2. & 4. ε Suar. Prepoſ. Turrian. Filiuc. tom. 1. tr. 11. c. 7. num. 187. ζ Filiuc. Dian. tr. 13. η Sanch. de matr. l. 3. d. 41. num. 5. Auila, Coninch. & alij.*

7 Excommunicatus non poteſt licitè alicui cauſæ patrocinari, ſiue aduocati

uocati officio fungi, niſi toleratus ſit, & à fidelibus ad hoc poſcatur; ſi vitādus ſit, admittere eum non licet. Verū ſi à iudice admittatur, nec excommunicatio obijciatur, ſuſcepta, acta ab eo patrocinia valent, ac ſtipendium meretur; ſecus verò poſtquam obiectâ excommunicatione aduocatus repulſus eſt; idem neque procurator, ſeu curator, neque tutor eſſe poteſt; illicitum enim eſt illi publicum officium habere, ac cum fidelibus communicare; permittitur tamen excommunicato, ut ſe defendat in iudicio; eius, qui ante excommunicationem procurator inſtitutus eſt, acta valent, quandiu à iudice non repellitur. Quin etiam ea valere probabilius eſt, etiamſi, dum excommunicatus erat, inſtitutus eſt procurator, & matrimonium contractum per procuratorem excommunicatum valet; probabile eſt etiam, contractus per tutorem excommunicatum factos valere. Nullum enim jus illos irritos reddit, & geſta actoris, & rei valida ſunt, ergo etiam geſta excommunicati procuratoris, & aduocati valida ſunt, niſi repellantur, DD. hic commun. Suar. ſ. 8. Bonac. Hurtad. Dian. r. 114. Villalobi. Auila. Cornelius in 3. p. tr. 5. Faber. Turrian. Prapoſit. Dian. r. 114. Filliuc. Prapoſit. tr. 5. p. q. 2. Suarez. Cornelius, Bonac. d. 2. q. 2. p. 7. num. 13.

## Octauus Excommunicationis effectus.

Excommunicatio maior Pontificia reſcripta ab excommunicato impetrata irrita reddit, & proceſſus eorum illorum ſuper alia ſententia, quam ſuper excommunicationis, vel appellationis cauſa, niſi reſcripta una cum abſolutione ab excommunicatione ad conſequendum illorum effectum dentur, vt in reſcriptis fieri conſueuit. Hac tamen conditione, quod excommunicatus per annū in excommunicatione non inſorduerit; immo nec per quatuor menſes in iudicio caſibus in regula Cancellariæ contentis, quam Toletus, & Nauarrus referunt. Quamquam, ſi quis per annum ob cauſam excuſatione dignā in excommunicatione permanſerit, abſolutionis, ac reſcripti, ac priuilegij apoſtolici capax videtur, vbi contumacia ceſſat, pœna etiam rigor ceſſat. Probabile quā eſt reſcripta excommunicato tolerato abſolutè conceſſa, firma, ac rata manere; enim etiam eorum ſummus Pontifex ſubeſſe minime cogitur, ex c. 11 de reſcriptis in 6. Regula Cancellariæ de inſordeſcentibus. Tol. l. 1. c. 13. Nau. tom. 1. conſil. l. 5. de ſent. excom. ex c. 21. de conſtitutionibus. Suar. d. 16. ſ. 1. Sayr. l. 2. c. 10. Ugol. Couar. Nau. Filliuc. tr. 12. c. 9. q. 5. Bonac. Hurtad. d. 10. diſ. 1.

Quod autem dictum eſt de reſcriptis à ſummo Pontifice conceſſis, extendendum non eſt ad reſcripta prælatorum inferiorum, non enim reſcripta ſimpliciter dicuntur, ſed reſcripta ſuperiorum Principum, nec tamen ſecularium. Et in canone primo de reſcriptis ſermo eſt de literis, & reſcriptis Apoſtolicis non de literis epiſcoporum, aliorumue prælatorum, nec principum ſecularium. Suar. l. c. Filliuc. tr. 12. c. 9. numero 111. Bonac. Hurtad. contra Nauarrum, & alij.

Nouus

## Nonus effectus excommunicationis maioris priuatio Eccleſiaſticæ Sepulturæ.

10 SI excommunicatus ante obtentam abſolutionem ex hac vita decedat, eccleſiaſtica ſepultura priuatur, ac conſequenter eccleſiaſtico comitatu ad ſepulturam fieri ſolito. a per eccleſiaſticam autem ſepulturam intelligitur humatio, ſeu ſepultura in loco ſacro, etiam in cœmeterio, b immo etiam in quocunque loco ad id deſtinato, & etiam in loco, in quo miſſa dici conſueuit, quamuis nulla benedictione ante inaugurato; c neque enim mortuus in excommunicatione fidelium communionis particeps eſſe debet, quatenus eandem perſonam repræſentat; d Propterea ſepelientes anathema in loco ſacro grauiter peccant, etiamſi excommunicatus contritionis, ſeu pœnitentiæ ſigna dederit, e quanquam ſi ea ſigna dedit, poteſt etiam poſt mortem ab excommunicatione abſolui ab eo ſolo, a quo ſciens extra neceſſitatem extremam abſolui poterat, f & poſt abſolutionem in loco ſacro ſepeliri, & pijs Eccleſiæ ſuffragijs foui, & ſi ante abſolutionem mortuus, ac ſepultus eſt, quàm primum abſoluendus eſt, ne eius oſſa exhumentur. g h a ex c. *ſacris de ſepulturis, & ex Clem.* 1. b *Vgol. Suar. Reginald. Coninch. Filiuc. Bonacina, Hurtad.* c *Suar. d.* 12. *ſ.* 4. d *Tolet. Auil. Henriq. Sayr. Reginald. l.* 32. *num.* 16. e *ita DD. citati.* f *exc. à nobis* 28. *& ex c. ſacris* 38. *de ſent. excommun. Hurtad.* g *Sayr. Vgol. Filiuc. Bonac. & alij.*

11 Qui excommunicati vitandi cadauer in loco ſacro proprijs manibus ſciens illius excommunicationem ſepelit, a vel ſepeliri iubet, b anathema eſt, nec ab excommunicatione hac abſolui poteſt, antequam ad arbitrium Epiſcopi ſatisfecerit; in eandem cenſuram incidunt, qui interdictos, vel vſurarios notorios ſcientes proprijs manibus Eccleſiaſticæ ſepulturæ donant, qui verò excommunicati vitandi cadauer ad ſepulturam comitantur, pſalmos pro defuncto cantant, vel recitant, vel qui lumina, funalia, & crucem deferunt, vel qui ignorantes eius excommunicationem illum in loco ſacro tumulant cenſuræ illi obnoxij non ſunt, neque illi, qui excommunicatum toleratum in Eccleſia, vel cœmeterio ſepeliunt, excommunicatione illa afficiuntur. y a *Clement.* 1. *de ſepulturis Auila, Vgol. Sayr. Filiuc. Hurt. Laym.* b *Suar. ſ.* 4. *Coninch. num.* 68. *Vgol. Bonac. contra Auilam,* y *ita DD. communit. contra Caietanum.*

12 Cadauer excommunicati vitandi, qui nulla pœnitentiæ ſigna in morte dedit, ſi in loco ſacro ſepultum fuit, exhumandum eſt, & inde in profanũ locum proijciendum, ſi ab alijs cadaueribus diſcerni, ac dignoſci poſſit, & locus ſacer violatus aſperſione aquæ benedictæ luſtrandus, ſeu recõciliandus eſt; alioquin nullum in eo ſepeliri, nec diuina officia ibidem celebrari fas eſt. Si verò excommunicati corpus ab alijs dignoſci nequeat, relinquendum ibidẽ; locus verò recõciliandus, ità *in cap. ſacris de ſepulturis, & c. conſuluiſti* 7. *de conſecratione Eccleſiæ, Hurtad. & alij DD.*

Decimus

Digitized by Google

# Decimus excommunicationis maioris effectus. Cap. LXXI.

1 EXcommunicatio maior priuat excommunicatum omni cõmunicatione fidelium Chriſtianorum per modum conuerſationis, commercij, & ſocietatis, a non autem à conſortio infidelium eundem ſeparat. b Propterea excommunicatus etiam toleratus communicando, ſeu participando ſpontè cum fidelibus in actionibus humanis, vt plurimum veniale peccatum facit. Hæc enim communicatio materia leuis vt plurimum videtur contra obligationem cenſuræ, c excommunicatus verò toleratus, quãdo non ſpontè, ſed inuitatus, vel accerſitus cum fidelibus cõuerſatur, vel commercium habet, non peccat; alioquin fideles ipſi peccarent adducendo excommunicatum ad id, quod abſque peccato præſtare non poſſit; d ſed certum eſt poſt Conſtantienſis Cõcilij decretum fideles communicare abſque vlla culpa poſſe cum excommunicatis toleratis; e ſecus verò cũ vitandis, quos vt putrida, ac peſtifera membra à corpore Eccleſiæ præciſa vitare oportet; alioquin qui cum ipſis communicat, etiam extra territorium, in quo hæc cenſuræ nota illi inuſta eſt, peccat venialiter, vt plurimum, f & in minorem excommunicationem incidit, g aliquando etiam mortale ſcelus committit, vt quando cum excommunicato criminis criminoſi participem ſe facit, dum eius contumaciam fouet, ac protegit, ſciens illum ob tale crimen excommunicatum eſſe vitandum. Grauiter enim cooperans ad illius crimen in maiorem excommunicationem incidit; h agentes.n. & conſentientes pari pœna puniuntur. eadem etiam excommunicatione ligatur epiſcopus participans in crimine criminoſo cum reo à ſe excommunicato; Epiſcopus enim ius commune ſeruare debet, ac cogi poteſt; ſecus verò de ſummo Pontifice dicendum eſt, qui iuri communi ſecundum vim coactiuam non ſubeſt i,

a *ex c. penult. de ſententia excom. ex c. excommunicatus, ex c. cum excomm. ex c. quẽ communicauerit, ex c. ad menſam 11. q. 3. ex c. illud 5. de cler. excom & extrau. ad euitanda ſcandala.* b *Suar. d. 15. ſ. 1. num. 11. Sayr. l. 2. c. 11. n. 35. Coninch. Filiuc. tr. 13. c. 5. numer. 83. Bonac. Vgol.* c *Suar. Henriq. l. 13. c. 9. Auila, Bonac. d. 2. q. 2. p. 6. §. 1. contra Filiuc.* d *Victoria Ledeſma, Sanch. Filiuc. contra Auilam, Syluest. Vaſq. Caiet.* e *extrau. ad euitanda ſcandala,* f *Sayr. Filiuc. & alij cõm.* g *ex c. ſi concub. de ſent. excom. ex c. ſtatuimus de ſent. excom. in 6. c. placuit, & alij 11. q. 3.* h *Nau. cap. 27. num. 112. Caiet. v. excomm. cap. 57. Auil. Henr. Sayr. l. 2. c. 11. numer. 6. Vgol. Fil. Regin. Bonac. q. 2. p. 6. nu. 6.* i *Suar. Vaſq. Auil. Filiuc. tr. 12. c. 9. num. 224. contra gloſſam in c. ſtatuimus de ſent. excomm.*

2 Illicita, ac vetita eſt communicatio cum excommunicatis in actionibus hoc carmine indicatis,

*Os, orare, vale, cõmunio mẽſa negatur.*

quorum verborum ſenſus eſt. Per particulam, *Os*, prohibetur oſculum pacis, amplexus, & his ſimilia amicitiæ ſigna, miſſio muneris, & receptio illius, confabulatio, vel collocutio, ſiue per litteras, ſiue per nutus, ſiue per nuncios, ſiue per alia ſigna, immò

etiam

Digitized by Google

etiam auditio illius, α Per verbum *Orare*, prohibetur communicatio cũ anathemate in recitando, aut cantando diuinum officium ſimul, aut alternis, in audiendo idem ſacrum, & ſimul orando Deum cõprecatione communi. β Per verbum *Vale*, ſignificatur, ac prohibetur omnis honorifica ſalutatio, quæ verbis, vel litteris fit honorem indicantibus. Ea verò ſalutatio, quæ verbis deprecatorijs, vel ad emendationem excommunicati directus fit, licita eſt γ externa reuerentiæ ſigna, vt capitis apertio, & alia, quæ, vrbanitatis cauſa fiunt abſque verbis, vt venienti aſſurgere, loco cedere, non prohibita probabiliter cenſentur, ſi ſine animo ſalutandi exhibeantur, δ quanquam nonnulli cõtrarium etiam probabiliter doceant; non negant tamen huiuſmodi reuerentiæ ſigna à peccato, & minori excommunicatione excuſari, quando inconſideratè, vel ad euitanda ſcandala fiunt, non ad exhibendum honorem anathemati; ε Probabile etiam eſt, nemini prohiberi, quo minus excommunicatum ſalutantem ſe reſalutet, ζ hæc enim debiti ſolutio eſt, quæ vel inimico debetur, neq illicitum videtur Epiſcopo, Prætori, Magiſtratui excommunicato caput detegere, vel aſſurgere propter conſuetudinem, vel vtilitatem, vel damni periculum η, α β *Nau. Sayr. l. 13. c. 7. Filiuc. c. 5. numer. 84. Regin. Auila, Syluest. Bonac. Hurtad.* γ *Suar. d. 5. ſ. 4. Fil. Regin. Vgol. Henriq.* δ *Angelus, Sayrus, Auil. Graff.* ε *Vaſq. de excom. d. 8. Suar. Regin. Vgol. Bonac. q. 2. p. 4. §. 1.* ζ *Coninch. Prapoſ. Filiuc. tr. 13. c. 5. nu. 84. Io. Franc. Suar. l. 6. v. excom. Reginaldus tom. 2. l. 31. d. 1. Ioannes Sc. Dia. p. 5. tr. 9. r. 116. contra Nauar. Tolet. Auil. Hurtad. Gordon.* η *Suar. Filiuc. Bonac. vide Mercer. Fabrũ, Layman. l. 1. tr. 5. p. 2.*

3 Particula illa *Communio*, ſignificat vetitam eſſe, atque adeo illicitam quamcunque cooperationem, ſeu ſocietatem cum excommunicato in negotijs gerendis, in habitatione, in exercitio, contractu, & comitatu, nam vi cenſuræ huius, qua nulla maior eſt, omnis humana communicatio cum anathemate prohibetur; α propterea non licet dormire cum excommunicato in eodem lecto, neque contractum cum eodem inire, nec mutuam illi operam in re aliqua gerenda præſtare, vt in ædificando pariete, neque mortuum anathema abluere, pollincire, cui enim communicatio viuo denegata eſt, eidem & mortuo deneganda eſt. Quamquam licet cadauer excommunicati in profano loco ſepelire, ne fætore aerem corrumpat. Verùm, quamuis illicitus ſit contractus cum excommunicato vitando, nihilominus valet, & alter contrahentium contra excommunicatum agere poteſt, excommunicatus verò donec abſoluatur cõtra alterum agere nequit β, α *ex c. vlt. de pœnis in 6. & ex c. vlt. de ſent. excomm & ex c. ſignificaſti 6. de eo qui duxit, & c. inter dilectos 8. de donat. ita DD. commun.* β *Vgol. tab. 2. c. 20. Sylu. v. excom. Vaſq. Sayr. l. 2. c. 13. Filiuc. Coninch. Regin. Henr. Bonac. & alij.*

4 Excommunicato teſtamentum facere non licet, & omnes ad illud conuenientes peccant, teſtamentum tamen ab excommunicato factum valet, ſicut & codicillus, niſi teſtator propter hæreſim, vel Cardinalium percuſſionem excommunicatus ſit. Bona enim ſua alijs relinquere non eſt actus iuriſdictionis, ſed quædam ciuilis

ſis communicatio illicita quidem, ſed valida; α Quod ſi excommunicatus toleratus teſtamentum condere velit, atque ob id peccet, tamen poſſunt alij, vt Notarius, & teſtes illi adeſſe; β Quinimmo poteſt, qui ſe hæredem fore ſperat, teſtatorem ad teſtandum inducere; id enim non in fauorem excommunicati; ſed ob propriam vtilitatem facit; cum excommunicato autem vitando non licet communicare, præterquam hæredi inſtituendo, à quo vocati teſtes vna cum notario excuſari poſſunt, γ neque teſtamentum irritum eſt, ſi excommunicatus inſtituatur hæres, excommunicatio enim non priuat excommunicatum rerum propriarum, & multo minus alienarũ acquiſitione δ, α Sayr. l. 2. c. 9. Suar. d. 15. ſ. 9. Filiuc. tr. 12. c. 8. Coninch. Bonac. Dia. r. 119. & alij. β γ Filiuc. c. 8. num. 207. Hurtad. δ ita contra Syluestrũ, Armillam, Angel. Tabien. Hoſtienſem, & alios docent Filiuc. l. c. Faber. Mercer. Dia. l. c. & alij.

5 Excommunicatus nominatim denunciatus, vel notorius clerici percuſſor in loco, vbi delictum eius occultum eſt, in publico vitari non debet, ſed tantum in occulto ab eo, qui eius crimen, & cenſuram nouit. Cum enim in Conſtantienſi Concilio nihil decretum ſit circa modum vitandi excommunicatum publicè, an occultè, iuri antiquo obtemperandum eſt, quo ſtatutum eſt, vt excommunicati *ſcilicet denunciati*, publicè vitentur, ſi eorum excommunicatio notoria ſit publicè; α immo non improbabile eſt, eum neque occultè vitandum eſſe, vbi eiuſdem excommunicatio β notoria non eſt, α *ita ex l. præterea in fin. c. de appellat. Syluester. v. excom. Armill. Sanch. ſum. tom. 1. l. 2. c. 11. num. 20. Auila, Laym. Vaſq. Henriq. & alij contra Bonaſinam.* β *Præpoſ. 3. p. q. 2. d. 16. numer. 114. Auila ex parte quoad notorium clerici percuſſorem, Diana abſolutè r. 134. Laym. l. 2. tr. 5. p. 2. c. 5. Leo, Geſuald.*

6 *Menſa*, hoc eſt participatio cõmunis cibi, & potus excommunicato vetita eſt, ſiue ſocialis comeſtio, ſiue in vna formaliter menſa, ſiue in pluribus menſis in eadem æde materialibus fiat, ſiue iidem cibi omnibus, ſiue vnicuique proprium obſonium apponatur. Ideo Regulares vitandi non poſſunt admitti ad communem menſam, *Sayr. l. 2. c. 13. num. 15. Filiuc. tr. 13. num. 88. Bonac. p. 6. §. 2. nu. 6. Diana r. 121. Regin. Suar. Pelliz. tr. 8. c. 2. ſ. 1. num. 70.* Si in aliquo hoſpitio ſit menſa mediocris longitudinis, & in vna parte illius comedat excommunicatus vitandus, in alia alius non excommunicatus eodem tempore nullam facientes inuicem ſocietatem, non cenſentur communicare in menſa; ideo nec peccant, c̃otra *cap. excommunicatos, & c. nuper de ſent. excommun. & c. ad menſam 11. q. 3. Reginald. Henriq. l. 13. c. 7. §. 3. Diana l. c. Pell. num. 71.* in eodem etiam, & communi loco in diuerſis lectis dormire poſſunt non vitandi cum excommunicatis vitandis, non tamen in eodem lecto, quod ſolum prohibetur, *Suar. ſ. 1. num. 8. Pelliz. num. 72. & alij.*

De

## De Suſpenſione. Cap. LXXII.

1 SVſpenſio eſt cenſura eccleſiaſtica, qua clericus ſecularis, vel regularis ob aliquam culpam à iure, vel ab homine à beneficiorum, officiorum, ordinum, vel eccleſiaſticæ iuriſdictionis executione omnino, vel ex parte perpetuo, vel ad tempus arcetur, & verè ſuſpenſio nihil eſt, niſi prohibitio. Suſpenſio triplex eſt, alia officij, & beneficij ſimul, alia officij tantum, vel partis eius alia beneficij, vel rei ad illud pertinentis, a nomine officij indicantur ordo, & iuriſdictio. cui officium ſuſpenditur, vtrũq. exercere prohibetur, b ideo ſacramenta adminiſtrare nequit, niſi neceſſitas cogat, ſicuti quando id etiam excõmunicatus facere poteſt, vt metu mortis, vel ſcandali, & vt neceſſitati proximi ſuccurrat in mortis periculo, vel articulo cũ legem neceſſitas ignorat, neque in tali caſu neceſſitate diſciplinæ Eccleſiaſticæ rigor locum habet, nam, quæ pro illa inſtituta ſunt, non vrgent in detrimentum animarum, a *ex c. tuarum de priuileg. gloſſ. in clem. cupientes, de pœniten.* b *gloſſ. in cap. cum dilectus de conſuetud. Diana p 5. tr. 3. r. 81. Io. Præpoſitus in 3. p. q. 1. de ſacr. extr. unct. dub. 6. contra Suar. d. 44. ſ. 2. num. 6. Ochag. q. 10. num. 3.*

2 Beneficij ſuſpenſione prohibetur fructuum perceptio, & temporariam adminiſtratio. Non ius beneficij cõferendi, eligendi, confirmandi, a neque penſio collata titulo clericali, b quando canonis author vult ſuſpẽdere ius eligendi, hoc ſolet claris verbis dicere, c nec ſuſpenſione beneficij effectus eſt incapax noui beneficij, d ſic ſuſpenſus ab officio nouum beneficium obtinere poteſt, e non modo validè, ſed etiam licitè, f nec beneficij fructibus priuatur. Verum eos poteſt percipere adminiſtrando ſpectantia ad beneficium promptus, quãtum ei conceditur, officio ſatisfacere, g Horaria preces recitando, & ad alia eccleſiaſtica munera obeunda vicarium ſubſtituendo, h nam qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur; & hoc verum eſt, etiam ſi ſuſpẽſio ab officio ſit perpetua; quãquam ſi crimen graue eſt, beneficium quoq. reo adimendum eſt. i Suſpenſus beneficio, non eſt ſuſpenſus officio, ſed huic ſatisfacere, & conuenientem officio iuriſdictionem, vel adminiſtrationem exercere, & quia ſumus in odioſis, ad clericum ſuſpenſum non eſt transferendum K, a *Gordon to. 2. l. 7. q. 14. c. 7. Hurtad. de ſuſp. diff. 4 n. 9. Carneio Suar. d. 25. ſ. 2. n. 12. Auil p. 3. Layman. l. 1. tr. 5. par. 3. Mercer.* b *Megalius in 3. p. l. 5. c. 1. q. 1. nu 4. Dia. p. 5. tr. 10. r. 5. Alterius tom. 2. d. 5. c. 1. contra Suarum d. 27. ſ. 1 nu. 15. Filiuc. tract. 17. c. 3. num. 43.* c *vt in cap. cum in cunctis §. vltim. de elect. Faber. in 4. d. 25 q. 1 d. 6. cap. 1. Diana r. 8. contra Toletum l. 1. c. 43. Sayr. l. 4. c. 6. num 7. Nauar. c. 27. num 6 Henriq Io. Præpoſit. in 3. p q. 3.* d *Diana l. c Sanch.* e *de matr. l 3. d. 51. num. 12.* f *contra Aulam p. 3. d. 2. d. 10 Coninch d. 15. d. 2. num. 7. exc. vel non eſt compos 14. de temp. ord.* g *Gloſs. in c latores, de cler. excom miniſtr. Sanch l. c* h *ita contra Couar Syluest. Henriq qui docent ex cap. tuarum de purg canon Dia. p. 5. t. 10. r. 1 Laym. Vgol. t. 46. Tanner.*

Villalob.

Digitized by Google

*Fill. Sa. Riliut. Gord. Megal. Reginal. Turrian. Hurtad. Cornejo, Suar. l. 4. t. 5. Auila, Prapoſ. Nauar. & Abbas in c. cum dilectus nu. 20. de elect. Doct. comm.* K *Acugna in decr. p. 1. d. 71. c. 3. num. 3. Diana p. 5. t. 10. r. 7. contra Coninch. d. 15. d. 2. num. 7. Suar. Laym. Mercer. in 3. p. q. 24. d. 2.*

3 Quiſquis excõmunicare poteſt, etiam ſuſpendere poteſt, ſoli autem ecclesiaſtici cenſuræ ſuſpenſionis obnoxij ſunt. Hæc tanti momenti eſt, vt ſiquis ea neglecta, vel contempta, vel per ignorantiam craſſam ſuſpenſo officio fungatur, ſtatim irregularis fiat à ſolo Põtifice abſoluendus, etiãſi ab epiſcopo illi ſuſpenſio in dicta fuerit; non enim poteſt epiſcopus irregularitatem auferre ob violatam ſuſpenſionem à ſe irrogatam, quamuis ſuſpenſum abſoluere valeat, a ſiquis tamen ſuſpenſionem, qua ſacramenta ſuſcipere prohibetur, violet, non fit irregularis, quamuis grauiter peccet, a *ita Maiolus, Scolenſis c. 15. Glianeſ. & Doct. commun. ex cap. ſi celebret. de cler. excommunic.*

4 Epiſcopi generali ſententia interdicti, ac ſuſpenſionis non cõprehenduntur, niſi expreſſa eorum mentio fiat, & hoc priuilegio ſicut, & alijs huiuſmodi gaudent epiſcopi electi, ac confirmati. Nec modo ſingulares perſonæ, ſed etiam communitas, collegium, capitulum, ideſt canonicorũ cœtus ſuſpenſione, & interdicto ligari nõ poteſt. Si tamen in capitulũ ſimpliciter ſuſpenſionis ſententia feratur, ad ſingulos canonicos priuatim non extenditur. Vox enim capituli pro collectione, vel congregatione ſumitur *Laym. & alij communiter.*

5 Suſpenſus ſolum ab ordine non priuatur iure eligendi. Hoc enim pertinet ad iuriſdictionem, & ſine ordine conſiſtere poteſt, vt in monialibus a ſuſpenſus ab ordine ſuperiore non impeditus, quominus inferiorem ordinem ſuſcipiat, vel exerceat. Quoniam qui prohibet maius, non intendit prohibere minus, ideo ſuſpenſus ab epiſcopali ordine, non interdicitur ſacerdotalibus functionibus. Qui prohibetur vti pontificalibus, directè prohibetur vti baculo, & pallio, & conſequenter ea facere, quæ abſque illis fieri non ſolent, vt ordinis, & confirmationis ſacramenta conferre, eccleſias, altaria, aut virgines conſecrare. Eſt tamen licet abſque pontificalibus celebrare, vel confeſſiones excipere, aut forenſem iuriſdictionem exercere, a *Layman. l. c. tr. 5. p. 3. c. 1. num. 6. Sayr. l. 4. c. 4. num. 14. Filliuc. tr. 17. c. 2. n. 27. Diana p. 5. t. 10. r. 4.* vbi aſſerit epiſcopum ſuſpenſum ab ordin. epiſcopali celebrantem ſacrificium in pontificalib. non fieri irregularem *Prapoſit. in 3. p. q. 3. d. 2. num. 13. contra Doctores citatos à Riccio p. 4. d. 30.*

6 Qui ſuſpenſione prohibetur ordines minores conferre, vel confirmare; non impeditur quominus ordines maiores conferat, vel conſecret, quãuis enim hæc illis maiora ſint, non tamen connexa ſunt cum ipſis. Qui prohibitus eſt ſacramenta miniſtrare, licitè poteſt ſacrificium miſſæ operari; hoc enim ſub miniſterio ſacramentorum non comprehenditur *Prapoſ. in 3. p. q. 3. dub. 2. num. 18. Dia. p. 5. t. 10. r. 6. Coninch. d. 15. d. 2. num. 10. Layman. Suar. d. 26. ſ. 4. num. 11. contra Henriq. l. 13. c. 42. num. 2. Sayr. Hugol. t. 4. c. 6. Amb. Toletum l. 1. c. 43.*

7 Præſul inferior Pontifice non poteſt ſuſpendere effectus excommunicationis, ita vt abſtentus, hoc eſt ana-

 thema

Digitized by Google

thema abſque culpa, vel irregularitate ſacrum peragat, poteſt vero effectũ ſuſpenſionis, vel interdicti tam localis, quam perſonalis ſuſpendere. Cenſura enim non ligat vltra intentionem iudicis *c. veniens 2. et c. teſtib. Henriq. l. 13. c. 47. num. 1. Couar. c. alma mat. p. 2. § 2. Nau. c. 27. num. 169. Sayr. l. 4. c. 10. Bonac. de cenſ. d. 3. q. 6. p. 1. & alij contra Vgolinum tab. 1. cap. 9. §. 11. num. 9. & alios.*

8 Suſpenſio lata cum expreſſione alicuius particularis effectus extenditur ſolum ad illum, & ad connexa cũ illo. Cenſura enim non operatur aliter, ac ſignificant verba, quibus lata eſt. Ideo ſuſpenſione pontificalium non impeditur iuriſdictionis vſus, quẽ nec ordinis ſuſpenſio includit, nec primam tonſuram, quia hæc non eſt ordo *Nau. c. 27. num. 160. Henriq. l. 13. c. 32. Vgol. tab. 4. c. 6. § 4. Bonac. p. 12.*

9 Cui interdicitur vſus ordinis inferioris, cẽſetur etiam interdictus vſus ordinis ſuperioris, niſi ſuſpenſio reſtringatur ad inferiorem tantum ordinem. Cui non licet, quod minus eſt, non debet licere, quod eſt maius, & ſuperior ordo eſt adnexus neceſſario minori, non minor ſuperiori, ideo qui prohibetur conferre minores ordines, nec maiores conferre licitè poteſt, *& c. cap. cum illorũ de ſent. excom. & Tolet. l. 1. c. 43. Sayr. c. 2. num. 12. Vgol. t. 4. c. 6 § 6. Henriq. l. 13. c. 32. Syluest. Bonac. & alij apud Sayrum c. 3. n. 3. & 12.*

10 Suſpenſus ab officio ſimpliciter ſine vlla limitatione non modo officio ordinis, verum etiam iuriſdictionis fungi prohibetur, quia vſus ordinis, & iuriſdictionis conceditur ratione officij ſimpliciter prolati, *Auila, Tolet. l. 1. c. 43. n. 6. Syluester. v. ſuſpenſio Suar. d. 26. ſ. 1. Bon. d. 3. q. 6. p. 3. & alij.*

11 Suſpenſio lata ſub diſiunctione vt aliquis, vel ab officio, vel à beneficio abſtineat, valet. Non enim eſt negandum pænitentiam à confeſſario imponi poſſe pænitenti hac ratione, vt alterutrum ex duobus piaculis præſtet pænitens. Iudex etiam obligare poteſt ſceleris reum, vt, vel aliquot verbera ferat, vel certam pecuniam ſoluat, vel ex duabus pænis hanc, vel illam patiatur *Hurtad. de ſuſp. diff. 4. num. 11. Dian. p. 5. t. 10. r. 13. cõtra Henriq. l. 13. cap. 22. num. 4. Regin. tom. 2. l. 32. t. 2. cap. 9. num. 21.*

12 Valet etiam ſuſpenſio in aliquẽ delinquentem his verbis lata, *ſit ſuſpenſus*, priuatque officio ordinis, ac iuriſdictionis, id eſt poteſtate eccleſiaſtica, ac beneficio, quemadmodũ ſi dicatur, ſit excommunicatus, vel anathema, valet excommunicatio, & maior eſt, ſi iuſta de cauſa feratur, ac abſolute ſuſpenſus non ſacramenta conficere, nec adminiſtrare poteſt, immo neque ordines recipere, quia ordo recipitur ad exercendas actiones ordinis *Bizozerus de ſuſp. cap. 1. nu. 13. Mercerus in 3. p. q. 24. dub. 1. Gordon. tom. 2. l. 7. q. 14. c. 1. num. 7. Dian. p. 5. t. 10. r. 14. Syluest. v. ſuſpenſio.*

13 Non poteſt aliquis innocens abſque culpa ſuſpenſionis pæna mulctari, niſi quando totum collegium, cuius ille pars eſt, ſuſpenditur. Tunc enim ſufficit culpa aliena plurium, vel ſuperioris; quandoquidem ſuſpenſio non priuat bonis pertinentibus ad animam eius, cui cenſura hæc irrogatur, *vt c. ſi ſententia de ſent. excom. in 6. D. Thom. in 4. d. 18. q. 2. art. 3. q. 2. Syluest. v. ſuſp. num. 4. Corneius in 3 p. tr. 5. d. 3. d. 2. q. 1. Dian. p. 5. tr. 10. r. 22. Tarrian. l. 4. d. 41. cõtra Caietanum v. ſuſpenſio, Nau. c. 27. Suar. d. 18. ſ. 4.*

14 Suſ-

Digitized by Google

14 Suſpenſionis cenſura affectus, ſi ipſa vel neglecta, vel contempta, vel per craſſam ignorantiam ordinis ſuſpenſum officium, vel miniſterium exerceat, ſtatim irregularis fit, à ſolo Pontifice maximo abſoluendus, a etiamſi ab epiſcopo illata ſuſpenſionis pœna fuerit, & lethali ſcelere ſe obſtringit, niſi materiæ paruitate excuſetur; ſi verò vtatur beneficio, vel iuriſdictione ſuſpenſa, peccat quidē, ſed non contrahit irregularitatem, b ſicut nec ille, quem culpa lethalis non afficit. Qui ſuſpenſione minoris ordinis tenetur, ſi ad maiorem ordinē aſcendat, non fit irregularis; Nō enim exercet ordinem, à quo directè, vel indirectè ſuſpenſus eſt, c nec huiuſmodi irregularitas legibus vllis ſtatuta eſt, *a ita cap. 1. cum medicinalis de ſent. excom. in 6. c. 1. de ſent. & re iud. in 6. §. ſi quis epiſc. in conſilio, & c. ſi quis epiſc. damn. 15. q. 3. b Suar. d. 26. ſ. 1. num. 6. Diana par. 5. t. 10. r. 21. Tanner. Fernandez contra Maiolum c Gerneus tr. 5. d. 4. d. 3. q. 2. Dian. r. 5. Suar. d. 42. ſ. 3. num. 3. Sayr. l. 4. c. 16. nu. 22. Glian. Henriq. contra Nauar. l. 1. conſ. 2. nu. 2. Couar. c. alma p. 2. §. 3.*

15 Epiſcopus priuatus vſu pontificalium ſi his in ſacrificio peragendo vtatur, non fit irregularis; non enim ſubſtantia ſacrificij, ſed circumſtantiæ, id eſt ſolemnitate pontificali vti prohibetur. a Qui concionandi munere interdictus nihilominus concionatur, vel qui ſacramenta ſuſcipere prohibitus ea ſuſcipit, b non fit irregularis, quia concionari, vel ſacramenta ſuſcipere non eſt actus ordinis, ſic clericus ſuſpenſus à diuinis officijs, ſi illis tanquam laicus aſſiſtat, non incidit in irregularitatem, c & poteſt percipere fructus, qui dantur præſentibus diuinis officijs, *d Aula p. 7. d. 9. ſ. 2. d. 2. Diana p. 4. tr. 2. r. 92. & p. 5. tr. 10. r. 4. Couar. in Clem. p. 1. §. 1. num. 1. Syluest. v. ſuſpenſio q. 5. & alij a Prepoſit. 3. p. q. 3. de ſuſp. d. 2. num. 13. contra DD quos citat Riccius p. 4. d. 30. e Tanner. to. 4. d. 6. q. 10. d. 7. num. 137. Dian. p. 5. tr. 10. r. 10. Syluest. Armilla. Henriq. Medina contra Nauarrum c. 27. num. 163. Valent. Maiolum, & alios, b Bonac. d. 3. p. 4. num. 6. Dian. r. 26. Maiolus lib. 3. de irreg. c. 19. n. 16. perperam citatus à Bonacina pro contraria ſent. c Fillius tom. ſum. 17. c. 2. num 33. Dian. r. 12. Bonac. d. 3. q. 6. p. 5. Sayr. c. 6. num. 11. Aula contra Syluest. q. 5. & alios apud Sayr.*

16 Quamdiu aliquis per ſuſpenſionem priuatur fructibus beneficij, conuertendi illi ſunt in vtilitatem eccleſiæ, diſtributiones vero eo tempore, quo clericus eas non lucratur, a ſecus vero dicēdum de fructibus bonorum patrimonialium; nam hæc non ſunt beneficium Eccleſiaſticum, licèt ſuccedant loco beneficij, neque ad arbitrium alienari poſſunt, *a c. ſi quis deinceps 17. q. 4. Sayr. c. 6. num. 16. Bonac. d. 3. q. 6. p. 3. Vgolin. tab. 4. c. 8. §. 7.*

17 Qui iniuſta ſuſpenſione impeditur, quominus officium perſoluat, recipere interim poteſt diſtributiones, ſi antea chorum frequentare conſueuit, nemo enim abſque culpa pœnam pati debet *Felin. in c. Apoſtolica de exceptionib. nu. 13. Sayr. l. 4. c. 6. n. 18. Bonac. d. 3. q. 6. p. 2. num. 17.*

18 Actus iuriſdictionis à ſuſpenſo denunciato exerciti irriti ſunt, ſecus ſi ille occultus ſit; nam tunc defectum ſupplet eccleſia, quemadmodum in excōmunicatione accidit: Actus vero ordinis à ſuſpenſo facti ſunt validi excepta abſolutione ſacramentali, quæ



Digitized by Google

eſt etiam iuriſdictionis actus, quam ſi non toleratus ſit, inualidè exercet, verum ſi eſt toleratus validè abſoluit, *Victoria de clauib. numer. 227. Suarez d. 26. ſ. 2. num. 2. Diana p. 5. t. 10. r. 32. Caietan. in 3. p. q. 82. art. 9. Nau. c. 8. num. 7. Lud. Cruc. d. 1. c. 2. d. 19. contra Sotum in 4. d. 22. q. 1. a. 5. c. 2.*

19 Prohibitus adminiſtrare eccleſiam in temporalibus, ac ſpiritualibus non impeditur, quominus ordines exerceat, vel factum faciat, irregularitas ſolum contrahitur exercendo ordinem ſuſpenſum, non verò iuriſdictionem, vel adminiſtrationem *Sylueſt. q. 5. Sayr. c. 7. num. 6. Henriq. l. 13. c. 32. num. 4. Bonac. d. 5. q. 6. p. 2.* prohibitus percipere ſacramenta, grauiter peccat, ſi & participiat; violat enim prohibitionem in re graui, non irregularitatem incurrit; hæc enim ſolum contrahitur vtendo ordine, cuius vſus alicui interdicitur, vel ſuſpẽditur *Nau. num. 163. Sayr. l. 4. c. 7. num. 8. Bonac. d. 3. q. 6. p. 2. & alij.*

20 Nemo tenetur poſt denunciationem vitare ſuſpenſum palam exercentem actiones, quas exercere prohibetur, modò non cooperetur delicto, vel peccato, ob quod ſuſpenſionis cenſura multatus eſt, vel niſi illum ad communicãdum ſecum in diuinis eidem vetitis abſque neceſſitate inducat. ideò ſi interdictus ingreſſu Eccleſiæ templum intret, non debeo exire, immò aſſiſtere poſſum facienti rem diuinam, qui ordinem exercere ſuſpenſione prohibitus eſt; non licet tamen ei in vetitum cooperari. Eccleſia enim iubet nos vitare excommunicatum denunciatum, non verò ſuſpenſum. nam ſuſpenſio ex ſe non reſpicit communionem cum fidelibus, ſicut excommunicatio *Suar. d. 34. ſ. 3. n. 4. Coninc. diſp. 2. dub. 1. Sayr. l. 4. c. 1. n. num. 6. Nauar. c. 27. num. 163. Prapoſit. Diana p. 5. t. 10. r. 20. Auila 3. p. d. 4. d. 2. Henriq. l. 13. de excom. c. 51. §. 5. contra Bonac. & Megal. 3. p. l. 5. c. 3.*

21 Superiores regularium non ſolum maiores, ſed etiam locorum præſides ſuſpenſionis cenſuram ab homine, & à iure dictam ſtatutis, & conſtitutionibus ferre poſſunt: in eos enim eccleſiaſticam iuriſdictionem fori cõtentioſi habent *Rodriq. tom. 2. q. 59. art. 1. Nau. c. 27. numer. 5. Sayr. l. 1. c. 6. num. 13. Tolet. l. 1. c. 7. numer. 6. Graſ. Bonac. Tamb. Peirinus, Miranda, Pelliz. ar. Bordon. r. 98. num. 12.* Religioſi non afficiuntur ſuſpenſionibus, nec alijs cenſuris contra clericos latis; quia religioſi ſecundum cõmunem loquendi modum non vocantur clerici. Tres enim ordines in Clemẽtina prima conſtitutione de priuilegijs diſtinguuntur ſcilicet clerici, religioſi, & laici, nec clericorum nomine veniunt religioſi in odioſis, nec clerici obnoxij ſunt pœnis contra religioſos ſtatutis. Excipio tamen generales ſuſpenſiones, & interdicta communia; his enim non modo clerici, ſed etiam religioſi obligatur *Vgol. tab. 4. c. 11. §. 2. Sayr. l. 4. c. 13. num. 22. Alter. tom. 2. d. 17. c. 2. Bonac. d. 13. q. 8. & alij contra Nauarr. Suar. & alios.*

## Suſpenſionis duratio, & ceſſatio. Cap. LXXIII.

1 SVſpenſio lata ad certum tempus duratura, elapſo eo tempore ceſſat abſque abſolutione. Sic ſi lata ſit ſub conditione huiuſmodi *donec ſatisfe-*

Digitized by Google

*ſatisfeceris*, ſtatim poſt ſatisfactionem ceſſat ex ſe, a nemine abſoluente, ſed ſola voluntate etiam tacita ſuperioris ceſſat, quæ ex verbis illis, vt plurimum innoteſcit *ſuſpendo te à beneficio, vel ab officio, donec ſatisfeceris*; contrà verò excommunicatio certa formula abſolutionis aufertur, p qui per menſem ſuſpenſionis pœna multatur, non poteſt intra menſis ſpatium illud exercere, a quo ſuſpenditur incipiendo à die, quo lata eſt ſuſpenſio; nam ſtatim afficit; y dictum autem illud: dies termini non computatur in termino, intelligitur de ijs, quæ non trahunt ſecũ ſtatim executionem. Itaque ſi quis die tertio menſis ſuſpenſionis pœna menſem duratura affectus eſt, debet vſque ad tertium diem proximè ſequentis menſis ſuſpenſionem ſeruare, ſiue primus conſtet 30. ſiue 31. ſiue 28. & poſtremus dies debet integrè ſeruari; d quamquam in aliquibus actionibus ſufficit, ſi dies, vel annus ſit incohatus, vt ad ſacros ordines ſuſcipiendos, ad matrimonium contrahendum; in aliquibus verò ſufficit tẽpus moraliter cõpletum; ſi verò ſimpliciter aliquis ſuſpẽſionis pœna multetur abſque temporis determinatione, cenſura durat, donec à ſuperiore auferatur, vel donec ipſe voluerit, qui eam tulit, e probabiliter dicendum videtur, ſuſpenſionem latam propter contumaciam, hac ceſſante, euaneſcere, & reſipiſcentem abſque abſolutione ab ea liberari, f quia ſacris legibus decretum eſt, ſolam excommunicationem abſque abſolutione non auferri per reſipiſcentiam, n denique cum ad abſoluendum excommunicatum, vel interdictum iura exigunt cautionem iuratoriam; nullã de abſolutione à ſuſpenſione mentionem faciunt; i tutius tamen eſt abſolutionem petere, poſita contumacia, & ſatisfactione oblata, g per appellationẽ ſequentem, ſuſpẽſio omnis ſuſpenditur excepta ſuſpenſione officij, & ingreſſus K eccleſiæ, a *Suar. d.26.ſ.1.num.13. & d.27 ſ.1.numer.3.* b *c. ſi ſeruetur 7. q. 3.* ibi: *quouſque epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam, & c. à nobis* ibi, *abſolutionis etiam formam, Anguianus de leg. 2. contr. 3. nu. 48. Laym. l.1.tr.5 p 3.c.4. Hurtad. diff. 12. Bonac. de cenſ. d.3.p.vlt. Diana p.5.tr.10.r.24. Portel. v. ſuſpenſio, Vega contra Suar. d.29.ſ.2.nu.14. Alter. Gordon. Fillius tr.17.c.4.num.72. Ripam* y *cap. paſtoralis* § *verũ de appell. Vgol tab.4.c.15. §.3. Sayr.c.8.num. 2. Bonacina, Tabiena 4.c.15.num. 2. Glian.num. 16. & alij,* d e *Bonac.d.3.q.6.p 3.* g *Megal. in 3.p.l.5.c.2.q 1. Diana l.c.r.25. Couar. in epit decret p.2.c.6.numer.15. Sayr. de cenſ. l.4.cap 17. contra Suar. Laym. Turrian. Gordon. Portel. Mercer. Faber.* g *ex literis de conſtit. & can. presbiter 2. q. 5. cum deſideres de ſent. excom.* h *c. qua fronte.* g *Laym. l.1.tr.5.p.3.c.4.num.2.* K *Hurtadus de cenſuras diff.25 num.110. & ex cap. 15. vni de ſent. excom. in 6. Dian. p. 5. t.10.r.17. contra Turrianum l 4. diſp. 42.d.2. Fabr. in 4. ſent.* Non poteſt epiſcopus ſuſpendere cenſuram ſuam niſi eam penitus tollat, ideo ſuſpenſio ſuſpenſionis, vel interdicti ab epiſcopo facta interpoſita appellatione irrita redditur *Alterius de Cenſuris tom. 2. d. 3. c. 2. Diana p. 5. tom. 10. num. 17. Bonacina d. 3 p. 1. num 4.*

2 Ceſſat cenſura per abſolutionem quam vel lator cenſuræ, vel ſuperior eiuſdem impertiri poteſt, niſi à iure lata Summo Pontifici reſeruata ſit;

tunc enim, niſi delictum occultum ſit, à ſolo Romano Pontifice auferri poteſt; ſi verò crimen ſit occultum, poteſt ab epiſcopo cenſura tolli, λ ab eodem etiam ſuſpenſio publica, nemini reſeruata abſolui poteſt; μ eadem enim ratio pro ſuſpenſione militat, ac pro excommunicatione; non poteſt autem parochus, vel ſimplex confeſſarius abſoluere à ſuſpenſione; quia iuriſdictione in foro exteriore carent; ſecus de excommunicatione dicendum eſt; quia hæc abſolutionem à peccatis impedit, ν quanquam Præpoſitus docet, ſimplicem confeſſarium poſſe ab ea abſoluere, ſi π retinet rationem cenſuræ λ *Trident. ſeſſ. 24. c. 6.* μ *cap. nuper de ſent. excom.* ν *Hurtadus de ſuſp. diff. 12. num. 31.* π *Prepoſ. q. 3. dub. 4. nu. 31.* *Diana p. 5. t. 10. r. 23.* π *Layman. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 4 num. 2. Auila p. 3. d. 6. d. 1. c. 3. & 4. Corneio in 3. p. tr. 5. d. 5. Filiuc. Hurtad. d. 12. num. 31. Prepoſit. contra Suar. d. 29. ſ. 2. num. 2. Fabrum, Turrianum, & alios.*

3 Clericus ſuſpenſus ratione ordinis male ſuſcepti ob defectum tituli abſolui ab epiſcopo ſuo poteſt, α & à quolibet confeſſario vi bullæ cruciatæ, β & Regularis virtute priuilegiorum, quibus gaudet, à ſuo ſuperiore ſimiliter γ abſolutionem conſequi poteſt, per bullam Crucis conceditur facultas abſoluendi à quauis ſuſpenſione, α *Guttieres qq. can. l. 1. cap. 26. num. 21.* β *Medina tab. 1. c. 11. §. 8. Henriq. l. 7. c. 13. num. 3. Diana p. 4. tr. 4. r. 115. Ledeſma tom. 1. cap. 7. d. 1. Garzia, Hurtad. d. 12. num. 33.*

## Suſpenſiones contra Clericos ſtatutæ. Cap. LXXIV.

1 Clericus vtens vetitis veſtibus incidit in ſuſpenſionem, α niſi forrè occultè domi, vel ſub conceſſis veſtibus illas geſtet, vel doctoratus cauſa, vel in nuptiarum celebritate vetitum amictum induat; β nonnulli tamen hanc ſuſpenſionem vſu abrogatam eſſe γ probabiliter exiſtimant, α *c. de vita, & hon. cler. Clem. 2. eod. Corneio in 3. p. tr. 5. d. 4. Mercer. in 3. p. q. 14. d. 7. Turrian. Nauar. c. 27. num. 157.* β *Auila p. 3. d. 5. d. 8. Bern. Diaz. c. 75. Nau. Henriq. l. 13. c. 39.* γ *Henriq. l. 13. c. 39. numer. 3. Dian. p. 5. tom. 10. r. 51.*

2 Clerici concubinatu, vel ſcortatione notoria in ſuſpenſionem incidunt reſeruatam epiſcopo; α quanquam abſolutionem ab illa obtinendã eſſe à Pontifice Couarruias cenſet; β quàmuis clerici concubinarij notorij non ſint ipſo iure per Tridentinum Concilium ſuſpenſi, γ Cardinales tamen eiuſdem Concilij interpretes declararunt, huiuſmodi clericos ipſo iure hodie ſuſpenſos eſſe, vt olim iure veteri, ſiue notorij ſint iure, ſiue facto, δ notorius iure eſt, qui confitetur in iudicio, vel conuincitur criminis. Notorius facto eſt, cum crimen ita populo manifeſtum eſt, vt nullo poſſit tergiuerſatione celari. Cõcubinarius eſt, qui domi fœminam habet ad venerem tanquam cum vxore ſedandam; fornicator verò, ſiue ſcortator eſt, qui huc, illuc modò cum vna, modo cum alia fœmina ſcortatum vadit. vterque, ſi notorius crimen committat, & clericus ſit, ſuſpenſionis cẽſura notatur; non enim decet, eos offerre mane filium virginis in templis, qui nocte filium Veneris in cubiculis agitarunt,

& iis

& ijs labijs oſculari filium virginis, quibus oſculati ſunt labia meretricis, digni, quibus dicat Chriſtus, quod Iudæ prodenti ſe oſculo dixit: *Sic Filium hominis tradis*, e non deſunt tamen, qui ſuſpenſionem ſtatutam in clericos concubinatus notorij reos cõſuetudine abrogatam eſſe aſſerunt, nec conſtare ex textu, an ſit latæ ſententiæ, ſ ita u *Nau c.29.numer.76. Glian. ex c. vlt. de cohab. cler. & fem. c. ſi quis ſunt d.81.q.8. & cap. ſacerdos d.50.* ſ *Couar. in c. ſi furioſus p.1.§.1. num.5.* r *Concil. Trident. ſeſſ.25.c.14. de reform.* ſ *Sacra Congr. Glian. v. clericus, Nauar. l c.* ſ *S. Hieronym. Innoc III. S. Auguſt Alex. Ludouiſius* ſ *Suarez ſ.4.num.10. Sot. Corneio 3.p. t.5.d.4. Medin Guttier. Auila p.3.d.5. Dian. p.5.tr 10.r.49.* eandem ſuſpenſionem contrahunt etiam clerici minoribus initiati, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi concubinarij, vel fornicarij notorij *S. Anton. 3. par. tit. 27. Syluest. Nauar.* idem *D. Gregor.* ait: *qui poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita careat, vt ad altaris miniſterium non accedat*.

3 In ſuſpenſionem ab ordine ſuſcepto reſeruatam Summo Pontifici incidunt primò clerici ſuſcipientes ordines ab epiſcopo, quem ſciunt renunciaſſe epiſcopatui, a vel excommunicatum vitandum, vel ſuſpenſũ, vel interdictum citandum eſſe, depoſitum, degradu deiectum, hæreticum, ſchiſmaticum, denunciatũ. Secundo, ſ qui plures ordines ſacros eodem die naturali ſuſcipiunt, vel die vno fictione canonica, videlicet recipiendo vnum ordinem ſacrum die ſabbati, & alium mane diei ſequentis y cõtinuato ieiunio; tertiò qui promouentur per ſaltum, ſuſcipiuntque ordinem ſuperiorem antequam initiati ſint inferiore, ſi in eo miniſtrent, a hæc eſt ſuſpenſio ordinis ſuperioris, donec inferior ſuſcipiatur, illa verò priuat vſu ordinis ſecundò eodem die ſuſcepti, in primo tamen, & ſecundo caſu ſi ignorantia adſit, epiſcopus à ſuſpẽſione abſoluere poteſt. Cæterum ſuſpenſus propter ordines ante ætatẽ ſuſceptos poteſt exercere ordines alios ritè ſuſceptos; ſuſpenſio enim impedit ſolum vſum ordinis malè ſuſcepti, e *ex gloſſa c. conſultationi de temp. ord.* a *cap.1. de ordin. ab epiſc. qui renunt. S. Antonin. 3. par. tit. 27. de ſuſpenſ. c.4. Palud. in 4.d.25.q.1.art.3. Viuald. de ſuſp. num.127.* hæc cenſura non eſt irregularitas; quia non priuat vſu omnium ordinum, ſed tantum malè ſuſcepti, *Auila Lud. à S. Ioan.* ſ *Tabiena, Armil. num.78. Auil. p.3. d.5.d.8.* y *c. literas de temp. ordin. Nau. c.25. num.71. Turrianus lib.5. d.4.* ſ *Suar. d.31. de cenſ. ſ.1.n.41 Sayr l.4.c.14 Ludou. c. ſolicitudo d.52. & cap vnicum de cler. promoto, Trid. Concil ſeſſ.23.c.14.* ſ *Henriq. Auil. Scortia epit.39. Theor.109. Dia. p.5. t.10.r.35. contra Villalobum*.

4 Simili ſuſpenſione Pontifici reſeruata afficiuntur clerici in Vrbe Roma commorantes, qui ſine licentia vicarij vrbani in ſcriptis fidem facientis de eorum ſufficientia, & ſcientia examine probata ſacros ordines extra vrbem ſuſcipiunt, etiamſi à præſulibus ſuis ordinarijs habeant facultatẽ ſuſcipiendi ordines. Quod ſi ob id ſuſpenſi ſuſceptos exercuerint ordines, irregulares euadent; ita enim decretum fuit à Paulo V. Pontifice, dum eſſet Cardinalis vicarius Clementis Octaui anno ſalutis 1603.

5 Qui poſt contractum matrimonium etiam nondum conſummatum ſacrum ordinem ſuſcipit, per ſuſpenſionem ſummo Pontifici reſeruatam interdicitur vſu ſuſcepti ordinis, & ſuperiorum ſuſceptione, nec non officio, ac beneficio, ſi tamen Religionẽ ingrediatur, poteſt ab epiſcopo abſolui *extrau. de voto, & vot. redd. 50. nu. 22. Præpoſit. in 3 p q. 3. Dian. p. 5 tr. 10. r. 59. extrau.* antiqua ſuſpenſio autem huiuſmodi durat etiam poſt mortem vxoris, vt patet ex textu; hæc ſuſpenſio non ligaret ignorantes, aut bona fide initiatos ordinibus, ſed præſumentes.

6. Vltramontani, qui abſque epiſcopi ſui, vel Summi Pontificis conceſſione ordinibus in Italia initiantur, in ſuſpenſionem Pontifici reſeruatam incidunt, *cap. de temp. ordin. in 6.*

7 Idem dicendum de eo, qui fictitiam tutelam præferens ordinibus initiatur vtendo aliquo dolo, vel fraude, vt, ſi cum epiſcopo paciſcatur, ac iuret, vel firmiter promittat, ſe non petiturum beneficium, vel aliquid aliud, quo ali poſſit, vel ab aliquo patrimonium accipit cum pacto reddẽdi illud poſt ordinum ſuſceptionem, ſi ob eam hoc præcipuè faciat, & à Pontifice ſolo abſolui poteſt *cap. de ſumma, & cap. pro tuas eod.*

8 Qui ficto titulo patrimonij impetratis litteris dimiſſorijs falſis ordines ſacros ſuſcipit, duplicis ſuſpenſionis laqueo ſe obſtringit; ſecus, ſi abſq; dolo, vel fraude, vel deceptione ſinat aliquis, ſe ab Epiſcopo ſacris initiari, vel ſi petat ordines fatendo, ſe carere patrimonio, & ordines ſuſcipiat; nec modo clerici ſeculares, ſed etiam religioſi, vel ſeculares in communi religioſorum more viuentes nõ profeſſi in ſuſpenſionem incidunt, exceptis Ieſuitis, ſi ordines ſacros ſuſcipiant abſque vero patrimonio, idem dicendum de regulari, qui ſciens profeſſionem ſuam irritam eſſe, ordinatur; turpis enim vita eſt in clerico mendicitas, quæ miſeria ſumma cenſetur, quandoquidem etiam viros nobiles cõtemptui obnoxios reddit, vt q; canit Iuuenalis.

*Nil habet infelix paupertas durius in ſe*
*Quàm, quod ridiculos homines facit.*

In Deuteronomio 10. ſcriptũ legimus: *Mendicus non erit inter vos.* Clericos autem ſummo honore dignos dedecet ob paupertatem contemptibiles reddi. Ideo Vrbanus VIII. Pontifex anno ſalutis 1624. die 11. Nouembris perpetuæ ſuſpenſionis pœnam abſque ſpe veniæ, quam diſpenſationem vocant, ab Apoſtolica ſede impetrandæ conſtituit in eos, qui cum falſis, fictiſuè, aut fiduciarijs patrimonij titulis ſcienter ſe ad ſacros ordines promoueri fecerint, eoſque maioribus etiam pœnis ad arbitrium Romani Pontificis infligendis obnoxios declarauit. Fiduciarius titulus ille dicitur, quem quis aſſignat alicui extorta priùs promiſſione reſtituendi bona poſt ordinationẽ. Tridentinum Concilium antiquorum canonum pœnas cõtra ſuſcipientes abſque titulo ordines innouauit, quibus ab ordinum executione arcebatur, qui abſolutè, ideſt, abſque titulo ordinatus eſſet, & Pius V. anno 1568. die 12. Nouembris eandem ſuſpenſionis pœnam, quam in ſæculares clericos abſque titulo initiatos Tridentinum Concilium reſtituit, ad religioſos ante profeſſionem ſacris ordinibus abſque titulo inauguratos extendit, ipſoſque inhabiles ad exercendos ordines reddidit, & exercentibus irregu-

irregularitatis pænam ſuperaddidit, *e* iiſdem etiam pænis ſubiectos eſſe religioſos, qui irritam profeſſionem fecerunt, Cardinales Tridentini Concilij interpretes iure declararunt; quia carent titulo, & dimiſſorijs literis legitimi præſulis. *x* Patriarchis verò, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui religioſos ante validam profeſſionem ad ſacros ordines admiſerint, collationem ordinum per annum interdixit, non amplius igitur probabilis eſt opinio negantium clericum ordinatum ſine vero titulo, ac patrocinio ſuſpenſione affici, quoties nullum init pactum cũ ordinante, vel præſentante nihil petendi. *a Medina l.1.c.11. Meſcoſus Maiol.l.4.c.25. Suar.d.31.ſ.1.n.35. Graff.l.2.c.97. Alt.to.2.d.10.c.3. Sãch. de matr.l.6.d.33. Filliuc.tr.17.cap.5. Nau.c.27.num.158. Bonac.tom.3.d.3.q.1.p.5. Geſuald. Coninck in 3.p.tr.5. Reginald Mercer. Hurtad. Gordon. cũ alijs contra Coninckum, Turrianum, Auil. Villal. Henriq.l.3.c.37.n.2. Dia.p.5.t.10.r.50. Marsillum, Guttier. Sa, Auilam, Tol. Quar. & alios apud Garziam, Barboſam alleg. 2027. b extrau. 74. Rom. Pont. Pius V. extrau. de Sede Apoſt. Greg. XIII. Dia. dub. reg. tr.2.r.113. Suar.d.31.ſ.1.nu.33. Quar. v. ordo, Maiol.l.4. de irreg.c.15. contra Tol. & Sayrum*, docentes Clericos ſeculares non ligari eadẽ ſuſpenſione *Ludouiſi v exo. neminem diſt.70. x Trident. ſeſſ.21.c.2. e l. ſeius ſaturni ad Treb. & l. dotem de collat bonor. z Sacra Congr. Garzias de ben.2.p.c.5. Nau. de reg. com.4. num.72. Sanch. v Bonac. tom.3. d.3. q.1.p.8.*

9 Ideo qui ordine ſubdiaconi abſq; vero titulo inſignitus fuit, & poſt obtentam ſuſpenſionis veniam, ſiue abſolutionem Diaconatum, aut ſacerdotium ſine nouo titulo ſuſcipit, iterũ ſuſpenſione eiuſdem generis afficitur; *b* item, qui ordinatur ad titulum beneficij, quod actu non poſſidet, *e* vel inualidè poſſidet, K. nam, qui ordinatur ſine titulo verò, ac præſente, ac valido, ſuſpenſione canonica multatur. Probabiliter tamen aliqui docent, eum, qui initiatur ordinibus ad titulum beneficij ſibi cõceſſi, ſed nondum poſſeſſione occupati, quæ tamen vt certa tenetur, nulla ſuſpenſione ligari; *v* Quamuis enim Concilium prohibeat, beneficiarium admitti ad ſacros ordines ante pacificam poſſeſſionem, nulla tamen pænam imponit, ſed tantùm antiquis legibus ſtatutas pænas innouat, quibus nulla pæna ſancita fuit in beneficiarios ſuſcipientes ordinem ſacrum ante captam beneficij poſſeſſionem; ſecus dicendum eſt de illo, qui conductoriam perpetuam obtinuit cum futura ſucceſſione; hic enim beneficium nõ poſſidet, ideo, ſi ordines ſacros ſine alio titulo accipiat, cenſuram ſuſpenſionis non effugit, *u* niſi in conſtitutione coadiutoriæ aſſignata ſit coadiutori certa pars ſufficiens ad ſuſtentationem; *m* Titulus, ad quem aliquis ordinari poteſt abſque ſuſpenſione, triplex eſt, nimirum beneficij eccleſiaſtici, patrimonij, & profeſſionis Religioſæ, *e* nomine patrimonij intelliguntur bona arte, vel hæreditate, vel vera donatione acquiſita, bona frugifera, vel penſio annua ex re frugifera, non bona mobilia, quæ fructus reddere non ſolent, & facilè pereunt, vel abſumuntur. Qui ad titulum patrimonij ordinibus initiatur ære alieno ita grauatus, vt ſoluto debito non ſuperſit, vnde ſufficienter ali poſſit, ſuſpenſionis pæna multatur, ſi patrimonium illud ſit

hypo-

Digitized by Google

hypothecæ pro debito ſubiectum; nõ eſt enim legitimus titulus; nam poſito onere hypothecæ, non poteſt inde ſufficienter ali ordinatus, ſi exigenti creditori debitum ſoluat. Nec Tridentinum Concilium prohibens alienationem patrimonij, ad cuius titulum quis ordinatus eſt, adimit obligationẽ antea contractam, vel ius quæſitum alteri minuit, g qui poſt ſuſceptum ordinem ſacrum ad titulum patrimonij ſibi ante donat illud renunciat, vel retrodonat donatori, vel alteri, aut victum non petit ab eo, qui titulum ſibi aſſignauerat, non incidit in ſuſpenſionis laqueum, etiamſi poſt renunciatum, vel retrodonatum patrimonium ad ſuperiores ordines aſcendat; adhuc enim ad titulum ordinatur, quia retrodonatio illa irrita eſt ex decreto Concilij Tridentini o dicentis, titulum illum abſque conceſſione epiſcopi nullateuus alienari, aut extingui, aut remitti poſſe. Nec ſuſpẽſionis cenſura afficitur is, cui aſſignatum fuit patrimonium cum pacto, aut iuramento reſtituendi illud donatori, vel non fruendi bonis donatis, vel nihil petendi, modò illud non reſtituat ante ſacrorũ ordinum ſuſceptionem, quos cum verò titulo accepit, cum aſſignatio valida fuerit. r Dominiũ enim translatum eſt in donatarium; cæterum titulus, ad quem quis ordinatur, debet eſſe perpetuus reſpectu clerici, vt ex Tridentino Decreto cõſtat; quamquam probabile eſt, patrimonium poſt ſuſceptos ordines, obtẽto beneficio ſufficiente ad cl rici ſuſtentationem, abſque conceſſione epiſcopi alienari poſſe. e vt ex Tridentino decreto colligitur, vbi prohibetur clericus patrimonium, ad cuius titulum ordinatus eſt, alienare abſque conceſſione epiſcopi, donec beneficium obtineat, aut aliunde habeat vnde viuere poſſit. t *ita Sacr. Congr. teſte Fornar. de ord. c. 8. Suar. l. c. n. 39. Alter l. c. c. 3. Quaran. v ordo Henr. Bonac. d. 3. q. 1. p 8.* K v *Ledeſ. l. c. Sayr. l 4. c. 14. nu. 19 Garzias, Cened. Barb r. in ſeſſ. 21. c. 2 Bon. & alij apud Garz.* v *DD. c. a Garz num. 132. Ledeſm. & alij.* a *Trident ſeſſ. 21. c. 2. Flamin Pariſ. de reſign. l. 2. q 6. num. 8. Garz. Bonac.* o g *Trid. ſeſſ. 21. c. 3. Nau. conſ. 18. de temp. ord.* o *Trid. ſ. 21. c. 2. Nau. conſ. 25. Henr. l. 13. c. 37. nu. 2. Auila 3. p. d. 5 d. 5. Quaran. Garz. Molina tom. 2 t. 2. d. 238. Gratian. diſcept. c. 159. Bon p. 8. num. 7. contra Sanch l. 6. de matr. d. 32. numer. 8. & alios.* r *Tolet. l. 1. c. 49. Auil. Garz. nu. 61. Bonac. cum alij contra Sanch. Suar. nu. 37. Bon. nu. 23.* e *Conc. Trid. l. c. Garz. Menoch. Gratian. Barb. in ſeſſ. 21. c. 2. cũ alijs contra Ceredum pract. l. 1. q. 11. num. 9. & alios.*

10 Addo nullam ſuſpenſionis cenſuram in iure latam fuiſſe contra eum, qui poſt ſuſceptos ordines patrimonium, vel rei, vel fundi ſibi donati poſſeſſionem renunciat, vel donat; atque ideo probabile eſt, eum, qui hoc facit, nulla ſuſpenſionis pæna multari, quamuis grauiſſimo ſcelere ſe obſtringat, neque indiget abſolutione ſuſpenſionis; quia ad titulum verè legitimum ordinatus eſt, nec valida eſt renunciatio, vel donatio beneficij, vel patrimonij poſt ordinum ſuſceptionem, vel antequam dimiſſorias literas, vel ordines ille acciperet, quanquam in hoc poſteriori euentu tutius eſt abſolutionem ſuſpenſionis petere, quia in dubium vocari poteſt valor renunciationis *Dia p. 5. tr. 10 r. 55. & 57. Turrian. de cenſ. l. 5. d 46. d. 1.*

Gordonus

*Gordonus to. 2. l. 7. q. 15. c. 12. § 6. n. 24.* Nec ſuſpenſionis pœna afficitur qui ære alieno obſtrictus ordinatur ad titulum patrimonij conſtituti in bonis hypothecæ non ſubiectis; quandoquidem illorum dominus eſt, & ius habet fructus percipiendi; idem dicendum eſt de eo, qui ordinatur ad titulum bonorum ſibi donatorum, etiamſi ære alieno detineatur, vel ad titulum religionis; quando religioſa ſodalitas eum ſic ordinatum alere tenetur, vt ſocietas Ieſu, in qua trium votorum ſimplicium nuncupatio ex priuilegio concesſo à Gregorio XIII. Pontifice pro titulo ſufficit; poteſt etiam aliquis ordinari ad titulũ beneficij non ſufficientis ad alimenta præſtanda. Quando patrimonium habet, quod beneficij cenſus defectũ ſupplet, & certum eſt, nec reditus pro titulo aſſignati ab aliorum voluntate pendent, id colligitur ex illo Tridentini Concilij decreto, quo ſtatutum eſt, poſſe aliquem ad titulum patrimonij, vel penſionis ſacris ordinibus initiari, ſi te vera conſtet, ipſum poſſidere patrimonium, vel penſionem; redditus autem incerti non poſſidentur; nec ſufficit titulus eleemoſinæ, vel anniuerſariorum, vel ſtipendij ex proprio labore, & induſtria, vt ex muſica, ex pictura, aliaue licita arte prouenientis; hi enim reditus incerti ſunt, *ita Nau. conſil. 18. de temp ordin: Suar d. 4 ſ. 3. numer. 25. Garz. 2. p. c. 5. num. 39. Pariſius l. c. q. 6 num. 12. Bonac. d. 3. q 1. p. 9. 10. 3. Genuenſis, & alij apud Garziam, Fornar. de ord. c. 8. num. 8 Regin. l. 3. num. 34. Sayr. l. 4 c. 12. Em Rodr. to. 3. q. 23. Garz. Aug Barboſa in ſeſſ 21. Suar. ſ. 1. num. 38. Bonac. Sacra Congreg. Quaran. v. ordo. Bonac. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. DD. Garz. num. 111.*

11 Iuriſconſultus, aut Theologiæ Doctor non poteſt licitè abſque ſufficiente patrimonio, vel beneficio ad ſacros ordines promoueri ſub titulo literarij gradus, vel magiſterij, vel doctoris; quãquam ſi Doctor Theologus, vel Iuriſconſultus ex aliquo opulento Collegio perpetuum ſtipendium, & emolumentum ad alimenta ſufficiens haberet, nec periculum eſſet, ne illo priuaretur, ſecundum probabilem nonnullorum ſententiam abſque alio titulo ſacris ordinibus initiari licitè poſſet; neque in ſuſpenſionis pœnam incideret ille, qui ſine titulo, ſed cum ſola fideiuſſione ab aliquo diuite facta præſtandi perpetuò alimenta, ordinibus conſecraretur. Satisfieret enim menti legiſlatoris, & fini legis, qui ſemper ſpectãdus eſt; mens, & anima legis eſt ratio, hæc vbi locũ habet, & legis diſpoſitio ibi ſeruatur, non poteſt tamen quiſquam hoc tempore ad titulum alieni beneficij, aut ſtipendij ab Epiſcopo ſibi ex Epiſcopali mẽſa aſſignandi ordinari, quia ex beneficiarij, & epiſcopi vita incerta penderent ordinati alimenta, ideo nec certa, nec perpetua eſſent, nec pro titulo ad ſuſcipiendos ordines neceſſario ſufficit Vicaria, vt aiunt temporaria penſio, & beneficium quotidianum, quod manuale vocant, non perpetuum. Secùs de Vicaria perpetua penſione dicendum eſt; hæc enim legitimo titulo æquari poteſt, *ita Barboſa in ſeſſ. 21. c. 2. num. 3. alleg. 19. num. 72. Sa. v. ordo. nu. 27. Glian, Campanil. rubr 4. num. 6. Garſias de benef. p. 2. c. 5. num. 13. Bonac d. 3. q. 1. p. 9. Sacra Congreg. Cardinal. contra Maur. Alzedum, Cordubam q. 36. Henriq. l. 13. c. 37. & l. 10. c. 17. Gonzal. in reg. Cancell.*

Digitized by Google

*Cancell.* 8. *gloſſa* 4. *Moſcoſum, Dian. p.* 4. *tr.* 4. *r.* 50. α *Grilenzonius cõſil.* 14. *Diana p.* 5. *tr.* 10. *r.* 48. *ex l. nominis tui, ff. de verb. ſignif. Pariſius vol* 3. *conſil.* 16. *nu* 20. 21. & 22. † *Garzias num* 93. *Bonac. l. c num.* 18. ω *ex c. Conſtitutus, c. Michael de filijs presbit. c. poſtulaſti de reſcript. Ita Bern. Diaz. pract. c.* 18. *numer* 8. *Garſias l. c. Alter. to.* 2. *d.* 10. *ſ.* 3. *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſſ.* 3. §. 3. *Pariſ. de reſign. Bon. num.* 24.

12 Quicũque ſuſcipit ordines ante legitimam ætatem, in pænam ſuſpenſionis impedientis ordinum executionem incidit ſpectáto iure nouo, hoc eſt decreto Pij II. α non vero antiquo iure, β modò tamen ordinem aliquẽ ſacrum mala fide, & cum lethali culpa ſuſcipiat; ſecùs, ſi cum bona fide ordinis ſacramentum ſumat pûtans ſe legitimam ætatem habere, aut ignorans legem ſub pæna ſuſpenſionis vetantem ordines ante legitimam ætatẽ ſuſcipi; nulla enim cenſura afficitur ſuſcipiens ordines minores, cuiuſcumque ſit ætatis, nec abſque læthali culpa grauis pęna, qualis eſt ſuſpenſio, cõtrahitur, γ nec irregularitas exercendo ordines bona fide ante legitimã ætatem ſuſceptos: immo probabile eſt, eum, qui ſic initiatus eſt, inculpabiliter poſſe, poſtquam legitima ætas aduenerit, exercere ordines ante tempus ſuſceptos, ſecus ſi culpabiliter. Quamuis ſi bona fide ordinibus vteretur credens, id ſibi licere ob cõpletam ætatem, non fieret irregularis. δ Carere enim præſumptione, ſine qua irregularitatis pæna non contrahitur, vt ex verbis Pontificiæ Conſtitutionis colligitur. Verum qui cognito ætatis ſuæ defectu ſacris ordinibus conuenientes functiones exercet, lęthali ſcelere ſe obſtringit, etiamſi illos bona fide ſuſceperit; ε qui vero mala fide eoſdem ſuſcepit, & contra legem ſcienter exercet, irregulareſcit. Ad primam tonſuram ſuſcipiendam ſeptennium requiritur, ad minores ordines quęlibet ætas ſeptennio maior ſufficit ab arbitrium epiſcopi. ζ Ad ſubdiaconatum vigintiduo anni inchoati, ad diaconatum viginti tres incepti, ad presbyteratum vigintiquinque, etiãſi per medium tantum diem inchoati, ſufficiunt, vt ex Tridentino Concilio Doctores communiter ſentiunt, & vſus probat, η ad epiſcopatum trigeſimus annus completus exigitur, θ nec dies biſſextus, ſiue intercalaris, qui quarto quoque anno interſeritur, vt anni ratio cum ſolis curſu conueniat, computandus eſt in ætate, quam iura præſcribunt ad ordinum ſuſceptionem, ι annus enim legitimus eſt ſpatium dierum CCCLXV. quod vox νειλος, Nili nomen quotannis Aegyptum irrigantis numerat, nec plures dies habet annus probationis Religioſæ, hoc eſt Nouitiatus, vel annus ſuſpenſionis Eccleſiaſticæ, κ quando quis per annum ſuſpenditur. Cæterum ſuſpenſio ordinis ante legitimũ tempus ſuſcepti non impedit executionem aliorum ordinum debito tempore ſuſceptorum. Ideò quidam initiatus diaconatu ante ætatem illum tantum exercere prohibetur, nulla facta mentione ſubdiaconatus; λ poteſt autem huiuſmodi ſuſpenſione ligatus abſolui ab epiſcopo, vel ab alio ſubſtituto, vel delegato, etiam manente irregularitate cõtracta ob exercitium ante ætatem ſuſcepti, quæ irregularitas adhuc impedit quominus ordo ille ante ætatem legitimam exerceatur; Nec enim ab epiſcopo huiuſmodi irregularitas auferri poteſt, μ ſed

ſed adueniente legitima ætate ceſſat; *f* qui verò nondum abſolutus ab illa ſuſpenſione ordinis ante ætatem legitimam ſuſcepti eundem exercuerit, à ſolo Pontifice abſolui poteſt. Secus dicendum eſt de eo, qui ante legitimã ætatem in epiſcopum conſecratus eſt; quia epiſcopatus non eſt ordo, vt probabilior Doctorum ſententia aſſerit; & Pius II. loquitur de ſuſcipientibus ordines ante legitimam ætatem; *g* hæc non ab hominis conceptione, ſed à natiuitate computanda eſt, *o* natalis dies dicitur non ſolum, quo quis naſcitur, ſed etiam, quo quis ſecto matris vtero educitur, *a* *Pius II. in bulla incip. Cum ex ſacrorum ord.* *b* *S. Antonin. Conar. Nau. c. 25. num. 70. Suar. d. 31. ſ. 2. numer. 25. Alter. tom. 2. d. 10. c. 1. Diaz. Bonac. d. 3. q. 1. cõtra aliquos apud Salzedũ Diaz. c. 26.* *y* *d* *Nau. c. 27. num. 155. Suar. l. c. Alt. Diana p. 5. tr. 10. r. 34.* *e* *Nauar. Sayr. Tol. Vgol. Suar. tom. 5. d. 31. ſ. 1. num. 23. Garzias 2. p. c. 5. num. 51. Bonac. l. c.* *f* *c. nullus de temp. ord. infans eſt, qui non compleuit ſeptennium, l. ſi infanti, §. vlt. & l. pen. et c. de iur. delib. S. f. Oddo de reſtitut. in integr. p. 1. q. 2. art. 9.* *u* *Trid. ſeſſ. 23. c. 11. & 12. Doct. comm.* *l* *c. cum in cunctis de elect.* *K* *Sylueſt. V. aetas q. 3. & V. religio 5. q. 10. Henr. l. 10. c. 19. M. Fornarius de ord. c. 3. num. 4. Suar. Bonac. de cenſ. d. 3. p. 3. num. 5. cum aliis;* *&* *c. vel non eſt compos de temp. ord.* *μ* *Sacra Congregat. Card. Garzias nu. 52. Bonac.* *v* *Nau. Tol. Vgol. Bonac. l. c.* *g* *Suar. num. 29. Alter. l. c.* *o* *Couar. 4. decr. 2. p. c. 8. § 2. Mandoſ. de ætate c. 1. numer. 25. Sanch. moral. l. 4. c. 35. Bonac. contra Oddum.*

13 Probabilior eſt ſententia aſſerẽtium eos, qui per ſaltum ordines ſuſcipiunt, in ſuſpenſionem ordinis maioris ſuſcepti incidere; nam in capitulo vnico de clerico per ſaltum promoto indicatur, ſubdiaconum, qui per ſaltum promotus fuit ad ſacerdotium, non poſſe diaconatum antea prætermiſſum ſuſcipere abſque iuris relaxatione, quam diſpenſationem vocant, nec poſteà eundem diaconatu ante omiſſo initiatum ſacerdotij per ſaltum ſuſcepti officio fungi abſque venia, ac miſericordia Antiſtitis poſſe, & Tridentinum Concilium concedit epiſcopo facultatem abſoluendi promotos per ſaltum, ergo hi ſuſpenſionis vinculo obſtricti tenentur, donec abſoluantur. *a* Contraria tamen ſententia aſſerentium, eos, qui ſuperiorem ordinem inferiore omiſſo ſuſcipiunt, nõ eſſe à iure ipſo ſuſpenſos, ſed ſuſpendendos, hoc eſt executione ſuſcepti ordinis per ſaltum interdicendos eſſe, non improbabilis videtur; quia nullo decreto ſuſpenſionis ſententiam in huiuſmodi ordinum ſaltatores latam fuiſſe conſtat, neque aliud ex allatis locis colligitur, quàm illis illicitum eſſe ſaltu ſuſceptum ordinem exercere, vel ad ſuperiorem aſcendere antequam prætermiſſum ordinem ſuſceperint, alioquin eos grauiter peccare non tamen irregulares fieri ſuſcipiendo omiſſum ordinem, & exercendo ſuſceptum; *g* at vtrumque facere ex conceſſione indulgentiis epiſcopi poſſunt, quamuis publicè deliquerint, ita vt delictum celari nequeat, modò ſuſcepti ordinis miniſterium contra conſcientiæ dictamen non exercuerint; *y* & ſi Bullam Cruciatam habeant, à quocumque ſacerdote abſolui à ſuſpenſione ſecũdum priorem ſententiam contracta; *d* probabile tamen eſt, poſſe epiſcopum abſoluere

eos,

Digitized by Google

eos, qui publicè, & ſcienter ante impetratā abſolutionem in male ſuſcepto ordine miniſtrarunt, a longè alia ratio eſt de epiſcopatu, quem ante ſacerdotalem ordinem ſuſcipere nemo poteſt; nam vnus idem eſt ſacerdotij, & epiſcopi caracter, qui per epiſcopalem conſecrationem ad peculiares functiones epiſcopi proprias, maioremque iuriſdictionem extenditur; ideo, qui ſacerdotio caret, epiſcopus conſecrari nequit, verum qui ad ſacerdotium, omiſſis alijs ordinibus, promotus eſt, epiſcopus conſecrari poteſt; ſacerdotalis enim ordo reliquos virtute continet; & caracter epiſcopalis idem eſt, ac ſacerdotalis magis extenſus, & ſic per ſaltum factus ex ſacerdote epiſcopus omnes ordines conferre poteſt, exceptis ijs, quibus ipſe initiatus non eſt, neque ſuſpenſionis vinculo obſtrictus eſt; quia nulla in hoc euentu ſuſpenſio iure ſtatuta legitur. Denique promotus per ſaltum exercere poteſt ordines antea ritè ſuſceptos, quia nullum iuris decretum ei obſtat, regulariter autem, qui ſe ſacerdotali inſignitum ordine oſtendit, ritè promotus ad illum cenſendus eſt. Vir enim diligens non creditur deliquiſſe; K porro ſecundum ſententiam communiorem aſſerentium, promotos ad ordines per ſaltum ſuſpenſos eſſe, hos epiſcopus abſoluere valet, quoties ordinati in ſuſcepto per ſaltum ordine, vel in omiſſo culpabiliter non miniſtrauerint cum tali culpa; quia cenſura, quæ eſt pœna grauis, non infligitur, niſi in reum grauis culpæ, ei autem, cui epiſcopus concedit facultatem ſuſcipiendi ordinem præter omiſſum, permittitur etiam exercitium ordinis per ſaltum ſuſcepti, vt ex capite vnico de cle-

rico promoto conſtat ex c. ſolicitudo d. 52. ex c. vnico de cler. prom. Concil. Trident. ſeſſ. 23. c. 14. a Nau. c. 27. num. 242. Sot. in 4. d. 25. q. 1. art. 3. Salb. ſed. Rodr. Suar. d. 31. ſ. 1. nu. 35. Alter. Fillius. tr. 17. c. 6. q. 8. Barboſa, Geſual. p. 2. tr. 17. Hoſtien. Panorm. Tab. l. 1. c. 50. num. 17. Valentia, Maiol. Sayr. Zer. Philiar. Seb. Medic. M. Led. Corneio, Viuald. Henriq. contra Archid. in c. ſolic. diſt. 52. Turrecr. Innoc. in c. ſi celebr. de cler. Armil. Tab. Geminian. Dian. p. 5. tr. 6. r. 2. Prapoſ. Diaz. c. 24. num. 1. Acugnam in decret. Gratian. Tol. l. 1. c. 50. num. 17. Panor. Gloſſ. c. paſt. de ſacr. Dia. p. 5. t. 10. n. 27. Granad. Dia. Acugna l. c. contra Suar. Barb. Maiol. Sayr. Filiuc. Hom. Ricc. Bonac. quorum ſententia eſt probabilis, Maiol. l. 4. c. 12. & alij DD. citandi contra Abb. Hoſtien. in c. vnic. de cler. prom. Barboſa, & alios, Syluest. v. ordo, Alberic. Suar. Henriq. Alter. Filiuc. Bonac. d. 3. q. 1. p. 2. Suar. Fil. & alij contra Sylu. v. irreg. q. 11. Suar. Hom. l. 1. c. 6. num. 4. Alt. Campanil. Barboſ. Bonac. contra Maiol. Nau. c. 27. num. 242. K Abb. in cap. niſi num. 3. de praeb. Innoc. Peregr. Salſ. Diaz. Bonac. contra Alter. c. 55.

14. In ſuſpenſionem ab ordine recepto epiſcopo reſeruatam incidunt, qui recipiunt ordinem ſacrum ſine legitima facultate, vel ſine literis dimiſſorijs ordinarij ſui præſulis, vel ante legitimam ætatem, vel extra tempora à iure ſtatuta, vel ſimoniam pro ordinis ſuſceptione committunt, vel dimiſſorias literas per ſimoniam obtinent, & qui ſciens ſe excommunicatum ſuſcipit ordinem; Hic, ſi ſæcularis ſit, a ſuſcepti ordinis vſu in perpetuum priuandus eſt; & omni

omni ſpe abſolutionis; ſi vero religioſus ſit, ſuſcepti ordinis, & officij vſu carebit, donec ab epiſcopo abſoluatur. Quod ſi ignoranter id fecit, ſecularis à ſolo Pontifice, religioſus à ſuo ſuperiore poſt iniunctam, & peractam regularem pœnitentiam abſoluendus eſt, ſi tamen ignorantia inculpabilis fuerit, excuſabit eum, ne ſuſpenſionem, neue irregularitatem contrahat. In eandem ſuſpenſionem incidit, qui ordinis ſuſpenſione affectus, vel interdictus ordinem ſuſcipit. Suſpenſio contracta ob ordines ſuſceptos ante legitimam ætatem durat, etiam ſi ætas legitima adueniat, quia abſque limitatione ſtatuta eſt, ſi culpabiliter ordines ſuſcepti ſint, α β *Auila p. 3. diſp. 5. dub. 7. Pius II. in bulla cum ex ſacrorum, Suarez. d. 31. ſ. 1. n. 14. Quarantu. v. ordo. Sayr. l. 4. c. 13. n. 15. Ludouiſ. Trident. ſeſſ. 23. c. 8.* γ *Pius II. & c. pen. & c. per tuas de ſimon. & extrau. 2. Pij II. de ſimon. Sylu. et alij Sũm. v. ſimonia d. 25. 22 q. 100. Suar. d. 31. de cenſ. ſ. 3. nu. 31.* δ *Nau. conſil. 67. de ſimonia,* ε *c. cum illorum de ſent. excom. Suarez. d. 31. ſ. 1. num. 59. Comar. in c. alma p. p. §. 6. nu. 6. Ludou.* ζ *Corneio in 3. p. tr. 5. d. 4. c. 3. Rodriq. r. 106. nu. 14. Henriq. Bonac. d. 3. q. 1. p. 1. contra Cordubam caſ. 144. Sotum in 4. ſent. diſt. 25. q. 1. a. 2. Medinam inſtit. li. 1. c. 11.*

15 Qui antequam abſoluatur à ſuſpenſione contracta ob ſuſceptionem ordinis ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſorijs proprij epiſcopi, vel extra tempora, miniſtrauerit in ſuſceptis ordinibus, à ſolo Pontifice à ſuſpenſione abſolui poteſt, ad cõtrahendam cenſuram hanc requiritur dolus, ſeu præſumptio, tum in ſuſceptione, tum in vſu ordinis ſuſcepti ante tẽpus *Auila d. 17. Dia. p. 5. tr. 10. r. 34.*

16 Licet quandoque ab alieno, ſed viciniore epiſcopo ordines ſuſcipere abſq; dimiſſorijs literis proprij epiſcopi vt cum hic ſuſpenſione illaqueatus eſt ob adminiſtratum exteris ſacramentum ordinis non habentibus literas dimiſſorias proprij antiſtitis, vel quando proprius antiſtes cenſetur id ratum habere, vel habuiſſe, quod aliquis ex ſuis ſubditis ab externo antiſtite initietur. Non ſufficit tamen rati habitio futura, immo epiſcopus ordines cõferens in aliena diœceſi ſub ſpe ratihibitionis non ligatur ſuſpenſione tertio quando aliquis familiaris per triennium alicui epiſcopo præſenti, & habenti diœceſim, non autem abſenti, vel titulari *Auila dub. 7. §. dico 5. Gliam Reginald. to. 2. l. 32. c. 4. ſ. 3. Diana par. 3. tr. 4. num. 191. & par. 5. tract. 10 r. 38.*

17 Æquum eſt ordinationes quatuor anni tẽporibus ſub quatuor Euangelijs haberi ab epiſcopis, vt pro primitijs temporum offerantur Deo primitiæ hominum, & vt clerici quatuor anni tempora æmulentur, vere virtutibus floreant, æſtate bonorum operũ fructibus afferant; Autumno metant, vel colligant; Hyeme collectos fructus conſeruent, vt eis cum domino fruantur. Sabato fiunt ordinationes, quia dies hæc ſacra eſt Spiritui Sãcto, cuius dona in ordinibus ſuſcipiuntur. Vnica ſuſpenſionis cenſura afficitur, qui à proprio etiam epiſcopo in aliena diœceſi ſine licentia conceſſa ab loci præſule ordines recipit, duplici verò ſuſpenſione illaqueatur, qui abſque dimiſſorijs literis proprij antiſtitis ab alio epiſcopo in aliena diœceſi abſque licentia localis præſulis ordines accipit *C. Trid. ſeſſ. 8. c. 5. Suar. d. 3. ſ. 1. n. 21.*

18 Si

Digitized by Google

18 Si quis ignoranter promittat epiſcopo, ſe alimenta ab eo non petiturum, & abſque titulo ordinibus initietur, ſuſpenſione ſuſceptorum ordinum multatur, donec à ſummo Pontifice abſoluatur quod ad forum externum, in quo deliquiſſe cenſetur *Suar. d.31.ſ.1. num.34. Coninch. d.16. d.5. num.37. Hurtad. Gordon. Diana r.54. t.10 part.5.*

19 Si quis ab epiſcopo excommunicato vitando ignoranter ſuſcipit ordines, non incurrit in ſuſpenſionis pœnam, α quia iura non clarè loquuntur, & poſſunt explicari de ignorantia culpabili; ſi enim ignorantia inculpabilis interueniat, nulla erit ſuſpenſio, metus etiam cadens in conſtantem virum excuſat ſuſcipientem ordines ab excommunicato antiſtite β, ita α β *Turrian. l.5. d.46. d.2. Diana r.39. contra Suar. Filliuc. Bonac.*

20 Clericus pædicationis, quam ſodomiticam dicunt, occultè reus ſuſpenſionis cenſura nō afficitur ratione enormitatis, & grauitatis criminis; nam ſuſpenſio, ſicut irregularitas non contrahitur ex delicto, quantumuis enormi, præter homicidium, niſi ſit notorium, & pariat infamiam, ita *Henriq. l.3. c.38. num.1. Diana p.1. tr.17. r.21. & 69. ex c. ex tenore de temp. ordin. & ex c. fin. eod. tit. contra Couaruuiam in Clem. ſi furioſus p.1. §.2. num.6. & alios quos refert Coren.*

21 Beneficiarij, vel Eccleſiæ alicuius præfecti, qui eadem Eccleſiam, vel beneficium Eccleſiaſticum ære alieno grauant, vel alicui literas, aut ſigilla concedunt, quibus Eccleſia obligari poſſit, adminiſtratione ſpiritualium, ac temporalium rerum interdicuntur per ſuſpenſionem reſeruatā epiſcopo *c. de ſolutione Angelus v. ſuſpenſio n.10. Sylu. nu.6. Suar. d.31. de cenſ. ſ.3. num.2.*

22 Religioſus abſtentus, hoc eſt anathema ex clerici percuſſione, ſi ordines recipiat abſque contemptu eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt ſi neſciat excommunicationem impedimentum eſſe contra ordinis ſuſceptionem, non incidit in ſuſpenſionis pœnam, quamuis ignorantia ſit craſſa, vel ſupina, α idem dicendum de eo, qui durante matrimonio ſuſcipit ordines credens, coniugem ſuam obijſſe; ſuſpenſionis enim pœna nonniſi in præſumentes ſtatuta eſt; at nulla hic præſumptio, ſed ignorantia, quæ vel craſſa, & ſupina eundem excuſat β, α *Prepoſit. in 3. p. q.3. de ſuſp. d.ſ 39.* β *Diana p.5. tr.10. r.58. & 59. Prepoſ. q.3.*

23 Ordinati cum dimiſſorijs literis Capituli ſedis vacantis infra annum ſuſpenſione ligantur, vt ex decreto Tridentini Concilij ſeſſione VII. capitulo X. conſtat, γ poteſt autem Capitulum ſedis vacantis concedere epiſcopo extero poteſtatem conferendi ordinis ſacramentum ſuis ſubditis, δ nec non concedere facultatem ſuſcipiendi ordines ante elapſum annum vacationis ſedis obtinenti poteſtatem à ſummo Pontifice ſuſcipiendi ordines à quocunque antiſtite Catholico cum licentia cōcedenda ab ordinario præſule, ε poteſt etiam teſtimoniales literas de idoneitate alicui ſede vacāte concedere, ζ nec non dimiſſorias literas ei dare, qui à laico patrono ad beneficium eccleſiaſticum iurſpatronatus ipſius præſentatus, ſine exhibitus eſt, vt illud obtineat, γ ita γ *Turrian. de cenſ. l.5. d.46. d. ult. Diana l.c. r.46.* δ *Piaſecius in praxi epiſc. p.1. c.1. a.2. Henriq. l.10. c.22. nu.1. Quaranta* ε ζ *Barboſa de pot. epiſc. p.2. alleg.7. num.14.*

*num. 14. & num. 16.* Garzias p. 5. c. 7. num. 93. Molfeſ. tom. 1. tr. 6. c. 7. num. 50. Dian. r. 56.*

24 Si quis ordines ſuſcipiat non ſeruatis temporum interſtitijs abſque epiſcopi conceſſione, grauiter quidem peccat contra Tridentini Concilij decretum, nulla tamen ſuſpenſionis pœna afficitur; cum nulla in iure ſuſpenſio violatoribus interſtitiorum ſtatuta maneat. Quæ enim à Syxto V. Pontifice impoſita fuerat ſuſpenſio, à Clemente VIII. abrogata poſtea fuit; quapropter nec ſuſpenſione multatur, qui ad ſubdiaconatum nondum elapſo anno à minori ordine ſuſcepto tranſit abſque pontificio, vel epiſcopali indulto. In minorum ordinum adminiſtratione nulla requiruntur interſtitia, ſed omnes vno, eodemque die ab Epiſcopo conferri poſſunt. Ab... etiam, quando tonſuram, & minores ordines conferre poteſt, interſtitiorum legem relaxare valet, ſicut etiam quando cum dimiſſorijs literis ... ad accipiẽdos ordines ab epiſcopo mittit, qui tunc eoſdẽ minimè examinare debet, ita *Trident. ſeſſ. 23. c. 11. contra Portellium v. ſuſpenſio docet Suarez perperam ab eo citatus ab eo de cenſ. d. 31. ſ. 1. num. 4. Geſualdus, Riccius par. 3. collect. 576. Alter. ... d. 10. c. 4. Barboſa de pot. epiſc. p. 2. alleg. 19. Filliuc. tr. 17. c. 5. num. 6. Diana p. 5. t. 10. r. 40. Campan. rubr. 12. c. 13. num. 43. Barboſa de pot. epiſc. p. 2. alleg. 18. num. 3. Miranda to. 1. q. 38. a. 7. c. 3. Villal. to. 1. tr. 11. diſ. 12. nu. 4. Nauar. conſ. 14. nu. 1. Barboſa in collect. Doct. in Conc. Trident. ſeſſion. 23. cap. 10. numer. 5.* 25 annus moraliter, non mathematicè acceptus inter vnius, & alterius ordinis ſuſceptionem intercedere debet, qualis à pentecoſte ad pentecoſtem ſequentis anni, vel à temporibus quadrageſimæ ad tempora ſequentis quadrageſimæ ſecundum Eccleſiæ morem cõputatur. epiſcopus ſubditum ſibi ab interſtitiorum lege eximere poteſt, quanquam interſtitia inter minores ordines, & ſubdiaconatum, & inter diaconatum, & ſacerdotium ſeruare debet, niſi neceſſitas, & vtilitas ſimul Eccleſiæ aliud ſuadeat, cætera interſtitia ſoli arbitrio epiſcopi committit Tridentinum Cõcilium, prout neceſſitas, vel vtilitas eccleſiæ expoſcet, relaxanda. Leuior cauſa ad hæc, quam ad illa remittenda requiritur. eadem facultas Capitulo ſede vacante, vel eius Vicario eſt; ſuccedit enim in ordinaria epiſcopi iuriſdictione, niſi prohibeatur; cenſetur autem epiſcopus cũ interſtitiorum lege ſoluere, quem ad ſacros ordines admittit, vel cui dimiſſorias literas concedit, quando ſcit ordinandum tempus nondum complevisse, & tamen nullam de interſtitijs mentionem facit; Non enim credendum eſt, epiſcopum delinquere velle. Religioſi etiam ex cauſa à ſuperioribus ſuis ſignificata poſſunt ab epiſcopo interſtitionem lege ſolui; non enim deterioris ſunt conditionis, quàm cæteri ſacrorum ordinum candidati; immo illis ordines extra tempora à iure ſtatuta ſuſcipere conceſſum eſt, quod ſecularibus non licet, *Quaranta, Barboſa, Fornar. de ord. c. 3. nu. 4. aſſerens, ita à Sacro Cardinalium cœtu declaratum fuiſſe, Sorb. Bonac. to. 3. d. 3. p. 4. Geſualdus Bonon. p. 2. tr. 17. c. 1. Vgol. Trid. ſeſſ. 23. c. 13. Bonac. l. c. contra Nauar. conſ. 12. num. 2. & Alter. C. Graſſus de effectu in prælud. num. 339. Quaranta*



Digitized by Google

*Ricc. Barb.* π *Menoch. de arbitr. c. 563. num. 10. Maiol. l. 3. c. 24. Salſed. apud Diaz. Barboſ. Auila, Alt. Sayr. Suar. Vgol. & alij Bonac.* ρ *Sacra Congr. Henr. Barb Quar. Bonacin.* σ *Dian. de dubijs regul r. 31. Glian. v. ord.*

25 Si quis recipiat minores ordines extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel ſine literis dimiſſorijs non incidit in ſuſpenſionem latam in bulla Pij II. latam anno MCDI. In bulla enim loquitur Pontifex tantum de ſuſcipientibus ordines ſacros extra tempora, vel ante legitimam ætatem, aut ſine dimiſſorijs, vel cum fictis, ſeu falſis literis. Nec iure antiquo ſtatuta fuit vlla ſuſpenſionis pæna ſuſcipientibus minores ordines extra tempora, vel ſine dimiſſorijs, vel ante ætatem. Qui autem maiores ſuſcipiunt, ſtatim ſuſpenſione ligantur, α & priuantur ordinum executione, quamdiu pro [illegible] ipſorum antiſtiti videbitur, &, ſi antequam obtineant veniam ab epiſcopo, ordines illos exerceant, fiunt irregulares ex decreto Pij II. β confirmato à Pio V. ab ea tamen ſuſpenſione poteſt epiſcopus abſoluere. Nã Clemens VIII reſeruationem ipſius à Syxto factam abrogauit; γ Superior Religioſus ſubditos ſibi religioſos ab huiuſmodi ſuſpenſione, & irregularitate ob eam contracta abſoluere poteſt, δ ita α *Trident. Conc. ſ. 23. c. 11. Riccius p. 4. dec. 93. num. 6. Nau. in man. c. 25. num. 70. & c. 27. n. 242. Miranda to. 1. q. 39. a. 7. Henriq. l. 10. c. 12. num. 2. Zerola, Tolet l. 1. cap. 49. Campanil. Dia. r. 30. Alterius p. 2. d. 10. c. 4. Barboſa de pot. epiſc p. 2. alleg. 28. Bonac. to. 3. d. 3. q. 1. p. 5.* β *Scortia epiſt. 39. theor. 109. & alij,* γ *Suar. d. 31. ſ. 1. numer. 32. Hurtad. diſ. 13. num. 36. Auila p. 3. d. 5. d. 7. contra Guttier. quæſt. can. l. 1. c. 26.* [illegible] *Portel. in dub. reg. v. ord ſuſp. num. 1*[?]*. Rodr. r. 106. nu. 16. Henriq. l. 14. c. 2*[?] *num. 3. Beſa p. 4. c. 37. Dia. r. 3*[illegible]

26 Si quis ſuſpenſus ob ordines ante legitimam ætatem ſuſceptos Epiſtolam, & Euangelium in eadem miſſa canat, non fit irregularis, quia actiones non cenſentur fieri poſt ordinationem perfectam ſubdiaconi, vel diaconi, quæ tamdiu durat, quandiu miſſa ipſa in qua fit, ε ſic ſacerdos in ordinatione ſua contrahens ſuſpenſionem [illegible] tam non fit irregularis con[illegible] ſimul cum epiſcopo ord[illegible] ordinatio nondum compl[illegible] ε *Aegidius Dian. Suar. d*[illegible] *ninch. Mercerus contra* [illegible] *ſuſp. 13. num. 36.*

27 Si quis prætermiſſis [illegible] minoribus ſubdiaconatum [illegible] grauiſſimè quidem peccat [illegible] ordines ſuſcipere debet [illegible] ſuſpẽſionis vinculo ob[illegible] in iure nulla extat ſuſp[illegible] eos qui omiſſis minoribus [illegible] ſacros tranſeunt, ſed in eos [illegible] omiſſo ordine ſubdiaconi [illegible] ſuſcipiunt, vel, omiſſo dia[illegible] presbyteri ordinantur, ita ex [illegible] *tudo diſt. 52. & c. unico de cl*[illegible] *moto per ſaltum, Portel. in re*[illegible] *caſus 41. q. 2. num. 3. Dian.* [illegible] *tentiam probabilem cenſet tr*[illegible] *part. 5.*

28 Qui non ſolum cum ignorantia inculpabili, ſed etiã culpabili, [illegible] ordines ante legitimam ætatem [illegible] tempora ſuſcipit, non incidit in ſuſpenſionem ſtatutam à Pio II α neque ſacrum faciendo irregularis fit; Ideo poſtquam ille, qui ante ætatem legitimam initiatus ordinibus fuit, bona fide, vel ignoranter poſtquam ad legiti-

mam

nam ætatem peruenerit, poteſt ordines illos abſque peccato, & violatione cenſuræ exercere, β Immo poſt pœnitentiam actam pro ſuſpenſione contracta ob dolum adhibitum in ſuſceptione ordinis, ſi quis bona fide ordinem eundem exerceat, non fit irregularis, quia vbi dolus, & præſumptio abeſt, non contrahitur irregularitas, vt ex verbo illo, *præſumpſerint*, vtitur in diplomate Pontifex, con[illegible] ita ſ *extrau. cum ſacrorum* [illegible] *qui refert Nau. cap. 27. ſumma num. 25.* ρ *Portel. p. tract 4. r. 192. Suareſ. in 3 par. q. c. de ord. Hurtad.* [illegible] *Coninch. Dia. r. 51. contra Riccium, Fuſcum, Bonac.* γ *Auila p. 3.* [illegible] *d. 7. Nau. c. 27. num 156.*

29 Qui propter munera ab amico data, vel promiſſa inſcius eorundem ordinibus initiatus eſt, ſi poſtea factũ cognouerit, & ratum habeat, non incidit in ſuſpenſionem, vel irregularitatem, quamuis grauiter peccet prauum alterius factum approbando; ignorantia enim illum excuſat, ne cenſuram contrahat, nec ratihabitio comparatur mandato in pœnis, niſi in iure id expreſſum ſit, nec aliena ſimonia impedit, quominus ordines verè accipiantur, atque accepti exerceantur *Bonacina d. 3. p. 1. § 1 num 9 Henriq.* [illegible] *c. 37. nu. 2. Dia p. 5 t. 10. r 56. contra Auilam p. 3 d 5. q 9. c. 2. ex D. Thoma 2. 2. q 100. a. vlt. ad. 3.*

30 Sacerdos aſſiſtens matrimonio clandeſtino poſt Tridentinum Concilium non incidit in ſuſpẽſionem triennalem ſtatutam in capitulo vltimo de clandeſtina deſpõſatione; Hæc enim pœna in mitiorem, & arbitrariam pœnam ab epiſcopo infligendam mutata eſt; ceſſare enim antiquam pœnam, cum noua lege recentiore ſtatuitur, valde rationi conuenit, K ſi fortè tamen contrariæ ſententiæ adhæreas, dicendum eſt, ſacerdotem illum non eſſe ſuſpenſum beneficio, ſed officio tantum *ex c. vlt. § finali de cland. deſponſ.* λ *ita* K *Sanch. tom. 1. l. 3. d. 38. num. 4. Hurtad. de matr. d. 5. dif. 17. nu. 55. Dia. p. 5. t. 10. 33. contra Coninck. d. 27. d. 10 num. 84. Alterium, Barboſ. Maiolum, Ledeſmam,* λ *Alter. to. 2. d. 11. c. 5. Barboſa de poteſt. epiſc. par. 2. allegat. 32. num. 165.*

31 In officij, ac beneficij ſuſpenſionem incidunt clerici fœneratores hoc eſt vſurarij, ſi moniti non reſipiſcant; μ officium etiam exercere prohibentur, donec ad arbitrium epiſcopi ſatisfecerint clerici, qui ab vſurario oblationem accipiunt inter ſacrificium, vel extra illud. ν dummodo ſit vſurarius nominatim denũciatus, item qui vſurarium eccleſiaſticæ ſepulturæ tradunt, ξ non ſolutis ab eo vſuris, quas potuit ſoluere in vita ſaltem vicinus morti, ſed in lethali peccato ob illicita fœnora obijt in ſuſpenſionem, & excommunicationem epiſcopo reſeruatam incidit; π fœnus dictum eſt à fœtu, & quaſi de fœtura quadam pecuniæ parientis, atque increſcentis *Gellius l. 16 cap. 12. ex cap. præterea extrau. de vſur. Raym. Gian.* ξ *c quia in omnibus de vſuris, Suar. de cenſ. d. 31. ſ. 2. num. 10.*

## Suſpenſiones aliæ in Abbates, & in Epiſcopos. Cap. LXXV.

1 ABbates nõ incidunt in ſuſpenſionis cenſuram ſi conferant tonſuram, vel minores ordines alijs, quam ſubditis regularibus, α nec ſi nouitios ordinent, β nec ſi concedant literas dimiſſorias nouitio ad ſuſcipiendos ordines; γ nam Tridentinum Concilium tantum imponit ſuſpenſionem cõcedentibus dimiſſorias, ſiue ſint Abbates, ſiue Capitula Cathedralis Eccleſiæ intra annum à vacatione ſedis epiſcopalis, non verò ordinantibus. Ideò Abbates, ſi nouitios ad minores ordines promoueant, non peccant; δ præterea cum regulares ex ſpeciali priuilegio ſibi conceſſo valeant concedere ſuas dimiſſorias literas ad quencumque epiſcopum; nihil prohibet quominus eaſdem nouitijs ſuis concedere valeant, vt à quocunq; epiſcopo initiari poſſint, α *ita contra Sayrum de cenſ. l. 4. c. 14. num. 5. docet Bonac. tom. 3. d. 3. q. 1. p. 11. numer. 4. Dian. par. 5. t. 10. r. 42.* β *Sayr. l. c. Henriq. l. 13. c. 38. num. 2.* β. δ *Suar. de relig. tom. 4. tr. 8. l. 2. c. 29. Gloſſa in c. Abbates v. conſolauerint de priuil. in 6. & aly contra Maiolum l. 4. cap. 2. num. 11.* γ *ita Sanch. in Dec. tom. 2. l. 6. c. 10. Io. Baptiſta Tiberius è Soc. Ieſu Theologus, ac I. C. olim magiſter meus in Parmẽſi Academia anno 1620 in inſtitutione ordinand. c. 7. q. 50. Barbos. Vecchius in praxi d. 51. q. 8. nu. 3. Tamb. de iure Abbat. tom. 2. d. 2. q. 7. num. 2. Dia. r. 43. & aly contra Bonac. d. 3. p. vlt. num. 13.* aſſerentem, Abbatem non ligari ſuſpenſione, ſi cõcedat nouitio literas dimiſſorias ad primam tonſuram, ſecus ſi clericis nouitijs concedat eas ad ordines ſuſcipiendos; Concilium enim ſtatuit ſuſpenſionis pœnam aduerſus eos, qui concedunt dimiſſorias clericis ſecularibus.

2 Epiſcopus miniſtrans ordinis ſacramẽtum extero ſubdito alterius epiſcopi nõ habenti dimiſſorias, credens epiſcopum illius id ratum habere, non incidit in ſuſpẽſionẽ. Sicut D. Epiphanius qui hoc modo nonnullis ſacramentum ordinis miniſtrauit in diœceſi D. Ioannis Chryſoſtomi; ε ſufficit enim ratihabitio de præſenti, vel præterito expreſſa ſigno aliquo exteriori, non vero de futuro, ne ſuſpenſio contrahatur, tum ab eo, qui confert ordines, tum ab eo qui eoſdem recipit; ζ ſi autem epiſcopus habet licentiam ordinandi in aliena diœceſi ſubditos epiſcopo illius territorij, proprios etiã ſubditos ibidem ordinibus initiare poteſt, η quod ſi ſubditis ſibi in aliena diœceſi abſque licentia epiſcopi diœceſani primam tonſuram abſque vſu pontificalium conferat, non incidit in ſuſpenſionem, nec peccat; ſi vero alienos ſubditos tonſura inſigniat, grauiter peccabit, ſed non obſtringetur ſuſpenſione canonica, ι quam Tridentinum Concilium imponit conferentibus ordines; nam tonſura non eſt ordo. ε *Reginald. tom. 2. l. 32. tr. 2. c. 24. ſ. 3. num 69. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. c. 8. nu. 36. Gloſſa in c. Lugdun. q. 92. D. Thom. in 4. d. 25. Maiol. l. 4. c. 2. num. 7. Dia. r. 38. contra Turrian. de cenſ. l. 5. d. 46. d. 1. Bonac. tom. 3. d. 3. q. 1. Pariſium, Mundoſium, Rebuffum, & Auila de cenſ. p. 3. d. 5. du. 7. § 2. contra Sanchium opuſc.*

*epiſc. l. 7. c. 1. d. 20. num. 13.* ‡ *Turrian. d. 5. d. 46. Dia. n. 45.* ‡ *Tolet. l. 1. c. 49. num. 4. Azor. tom. 2. l. 3. c. 48. q. 5. Fernar. de ord. c. 5. §. num. 4. Molſeſ. tom. 1. tr. 2. c. 2. num. 15. Henriq. l. 3. c. 6. & alij contra Campanil. Barboſam. Alter. Rebuff.*

3 Probabile eſt epiſcopum cenſura obſtrictum eo tempore, quo epiſcopatum ſuſcipit, non obligari ſuſpenſione. ita docent, qui aſſerunt epiſcopatum non eſſe ordinem, K Hi autem epiſcopi nomine intelligunt etiã maiores omnes epiſcopo excepto Romano Pontifice, *cap. clerus, §. ordo epiſcoporum d. 21. Sot. l. 10. q. 1. a. 2. Ledeſ. D. Antonin. 3. p tit. 14. cap. 16. Syluest. v. ordo q. 1. d. 3. Ferrar. l. 4. c. 76. Tab. v. epiſc. Benac. d. 13 p. 5. §. 1. nu. 12. contra Sanch. Palac. Nau. c. 22. num. 18. Valent. tom. 4. d. 9. q. 1. Coninch. Sa, Granad. Prepoſ. Vaſq. to. 3. d. 240. c. 3. Forn. cap. 1. aſſerentes epiſc. eſſe ordinem.*

4 In ſuſpenſionem ſummo Pontifici reſeruatam incidunt. Primo epiſcopi qui ſcienter conſecrantur ab hæreticis, ſchiſmaticis excommunicatis, ſuſpenſis, & interdictis vitandis hoc eſt non toleratis. a Secundo fratres ex ordine prædicatorio promoti ad epiſcopatum, ſi conſecrentur antequã libros, & alia quæcunque habent promotionis tempore non reſignent. a Tertio qui prætextu cuiuſcunque priuilegij in aliena diœceſi abſque facultate ibi conceſſa ab epiſcopo diœceſano pontificalia exercent, vel ſi conceſſa eiſdem pontificalia in alios exercent, quam in ſubditos eidem diœceſano antiſtiti, ac ſi ibi exercent, y IV. qui cum titulares epiſcopi ſint, in loco etiam nulli diœceſi ſubiecto conferunt ordines alicui non habenti dimiſſorias literas, etiam ſi tales epiſcopi ex priuilegio poteſtatem habeant initiandi ordinibus quoſcunq. ad ſe accedentes, a V. Epiſcopi, qui conferunt ordines, etiam in propria diœceſi exteris carentibus teſtimonio proprij antiſtitis eorundem probitatem, ac mores commendantis, etiam ſi accedant cum literis dimiſſorijs, vel cum alio generali, vel ſpeciali reſcripto, vel priuilegio, a VI. initiantes prima tonſura aliquem, vel infantem, vel illiteratum nollentem religioſum inſtitutum amplecti, vel coniugatum, niſi is nondũ conſummato matrimonio Religionẽ ingredi velit, a VII. ſi eodem die, vel duobus diebus continuato ieiunio cõferunt duos ordines ſacros, vel prætextu cuiuſcunque priuilegij, nam omnia priuilegia etiam Regulariũ ad duos ordines ſacros eodem die conferendos à Tridentino Concilio ſublata ſunt, a VIII. ſi epiſcopus ordinis ſacramentum alicui carenti beneficio, vel patrimonio miniſtret hoc pacto, vt ordinatus alimenta ab ordinante non requirat, a vel ſi accepta pecunia, pretio, vel præmio alicui, vel primam tonſuram ſimoniacè conferat, pontificalium vſu ſuſpenſo ingreſſu eccleſiæ interdicitur, a IX. Epiſcopus qui diligenter non examinauit aliquem antequam eligat ad animarum regimen, & quod ad mores, & doctrinam eligendi, prohibetur confirmare primum eiuſdem ſucceſſorem, & beneficij fructus percipere, K X. Epiſcopi, & alij præſules, qui bona eccleſiarum ſibi commiſſarum hominibus è populo, ſeu laicis ſubijciunt ſine conſenſu Capituli, & abſq. facultate à Summo Pontifice impetrata, niſi id faciant modo, & temporibus, quibus iure id conceſſum eſt inci-



Digitized by Google

duntur in ſuſpenſionem officij, & admi-niſtrationis rerum temporalium Eccleſiæ grauatæ; atque hæc ſuſpenſio Pontifici reſeruatur, ſi iſti nullum in his ſuperiorem habeant, x XI. Epiſcopi, & alij præſules, qui bona dignitatum, & præfecturarum, quas perſonatus, vel prioratus vocant, vel quarumcunque Eccleſiarum vacantium, & ad ipſorũ curam, ſeu prouiſionem ſpectantium, atq; interdicto ingreſſus Eccleſiæ, & ſi ſtatim afficiuntur pertinaci animo perſeuerauerint, priuantur adminiſtratione Eccleſiæ ſuæ in rebus ſpiritualibus, & temporarijs, & à Pontifice ſolo abſolui poſſunt, ſi illi ſoli ſubſunt, z XII. Epiſcopi commiſſarij cauſa alienandi bona Eccleſię ſi gratia, timore, vel ſordido alio affectu moti in detrimentum Eccleſiæ abutantur poteſtate ſibi conceſſa, in ſuſpenſionem officij ad annum Pontifici reſeruatam incurrunt, y XIII. Epiſcopi, & quicunque alij beneficiorum collatores, ſiue ſinguli, ſiue plures ſimul admittant ad reſignationes beneficiorum eccleſiaſticorum cõtra præſcriptum Pij V. incidunt in ſuſpenſionem collationis, vel inſtitutionis beneficiorum reſeruatam pontifici, ſi illi collator immediatè ſubſit. g XIV. Epiſcopus ſi domos ſuas locet, vel alio nomine concedat exteris, vel aduenis ad exercenda illicita fænora, vel ſi eoſdem ad fænerandum in terris ſuis habitare permittat, incidit in ſuſpenſionem officij, ac beneficij ſimul, & ſi ſoli proximè pontifici ſubſit, ab eodem tantum abſolui poteſt, c XV. Antiſtes, qui odij, gratiæ, vel amoris, vel lucri, vel commodi temporarij cauſa contra iuſtitiam, & conſcientiæ ſuæ dictamen inquiſitione, & iudicio aduerſus hæreſim non proceſſerit, vbi procedendum fuerit, vel hæreſis crimen, vel impedimentum Sanctæ Inquiſitionis alicui impoſuerit, trienali ſuſpenſione officij mulctatur, à qua non niſi à Summo Pontifice ſi ei proximè ſubſit, abſoluendus eſt, a XVI. Epiſcopi, & alij præſules, qui curant, vt clerici capiantur, & in carceres ſecularium Dominorum iuſſu detrudantur, vt beneficia renuncient, vel citati vel inius vocati ad Apoſtolicã ſedem ire nequeant, per triennium priuantur iure percipiendi fructus Eccleſiarum ſuarum, & ſi proximè ſubſint Pontifici, ab eo tantum abſolui poſſunt, ç XVII. Epiſcopi, & Regulares præſules, qui ab Apoſtolica ſede præſulatuũ ſuorum confirmationem recipiunt, vel ab ea ad præſulatus promouentur, ſi abſque literis authenticis Pontificiæ ſedis adminiſtrationem Eccleſiarum ſuarum accipiant iure adminiſtrandi fructus earundem priuantur, & ſi ſub pontificis poteſtate proximè ſint, ab eo tãtum abſoluendi ſunt, e XVIII. In ſuſpenſionis cenſuram pontifici reſeruatam incidunt epiſcopi remittentes incendiarijs pœnam ſtatutam in *Can. peſſimam 23. quæſt. 8.* ſ XIX. Item Antiſtes concubinarius, qui prouinciali Synodo admonitus non reſipiſcit, & concubinam non ejicit. XX. Qui non ſeruant conſtitutionem Ioannis XXII. Pontificis, quod ad perceptionem fructuum primi, vel ſecundi anni Epiſcopatus ſui non relicta portione ſucceſſori modo præſcripto in ea extrauagante 2. de electione x pontificalium vſu interdicitur, donec reſtituat. XXI. Epiſcopus ordinis ſacramentum miniſtrans non habenti ſufficiens beneficium, vel patrimonium religioſo, vel canonico, vel clerico intra clauſtra religioſorum more viuenti,

Digitized by Google

viuenti, ſed non profeſſo, exceptis religioſis Societatis Ieſu, priuatur facultate, ac iure conferendi tales ordines per annum, quo elapſo ceſſat ſuſpenſio, † XXII. Epiſcopi, & Cardinales promulgantes, ac concedentes populo indicem Caſuum, Gratiarum, & Indulgentiarum, quo vti poſſint, quicunque certum pretium ſoluerint, priuantur iure percipiendi fructus Eccleſiarum ſuarum; quod eis ſolus Pōtifex relaxare poteſt, ω XXIII. Epiſcopi, qui non viſitauerint limina Apoſtolorum ſecundum Conſtitutionem Syxti V. priuantur iure adminiſtrandi tam ſpiritualia, quam temporalia bona Eccleſiarum ſuarum, nec nō percipiendi fructus beneficiorum, & interdicuntur ingreſſu Eccleſiæ, a a ſoluſque Pontifex eos abſoluere poteſt. XXIV. Epiſcopus conferens alicui electo in Epiſcopum confirmationem, & cōſecrationem epiſcopalem, poſtquàm ad ſedem Apoſtolicam appellatum eſt, etiamſi partes ab appellatione receſſerint, niſi prius adhibita diligentia conſtiterit nullam fraudem, vel prauitatem in eo negotio interceſſiſſe, incidit in ſuſpenſionem reſeruatam ſummo Pontifici, qua prohibetur confirmare, & conſecrare Epiſcopos per annum, β β XXV. Epiſcopi, vel Abbates bona Eccleſiarum monaſteriorum, piorumue locorum quorumlibet inconſulto Romano Pontifice alienantes, interdicto ſtatim afficiuntur ad ſex menſes duraturo, quibus elapſis ſuſpenſione regiminis Eccleſiæ, vel monaſterij, cui præſunt, puniuntur, γ γ hanc tamen conſtitutionem moribus vtentium minimè receptam eſſe *Syluester dicit. v. alienatio. nu. 15.* ſed locorum conſuetudinem conſulendam eſſe ſecurius docent *Nau. c. 27.*

*nu. 149. Sayr. l. 3. c. 32. num. 22. Suar. d. 23. ſ. 6. num. 3. Ludouiſius qui Gregorius XV. in Catalogo.* α *c. 1. & 2. de ſchiſm. c. gratia 1. q. 1. Maiol. l. 4. c. 22. Suar. d. 31. ſ. 1. num. 35. Glian.* β *priuil. Clem. 4. S. Antonin. 3 p. tit. 27. c. 4. col. 6.* γ *C. Trident. ſ. 6. c. 5. Tol. Lib. 1. c. 48.* δ *C. Trident. ſeſſ. 14. c. 2.* ε *C. Trid. ſ. 23. c. 8. Suar. Sayr. c. 12. num. 13. Tol. num. 4.* ζ *c. fin. de temp. ord. num. 6. Sayr. l. 4. c. 12. numer. 18. Suar. d. 31. ſ. 5. nu. 1. Lud.* η *c. liter. de temp. ord. Trident. ſ. 23. c. 15. Doct. c. Lud.* θ *cap. penult. de ſimonia,* ι *Syxt. V. in bulla Sanctum, & ſalutare, Sayr. numer. 32.* κ *cap. nihil de elect. Ang. ſuſp. 1. num. 7. Sayr. numer. 35.* λ *c. hoc conſultiſſimo de reb. Eccl. non alien. in 6. Suar. d. 31. ſ. 1. numer. 9.* μ *c. exigit de cenſ. in 6. Suar. num. 12. Sayr. num. 37.* ν *extrau. 2. Pauli 2. Suar. d. 22. ſ. 6. num. 3.* ξ *Pius V. in bulla 58. Quanta. Sayr. nu. 55. Ludou.* ο *c. 1. de vſuris in 6. Ang. v. ſuſp. c. 22. Sylu. q. 6. c. 22. Tab. num. 7. cap. 22. Henriq. l. 13. c. 38. §. 3. Sayr. nu. 48. Suar. d. 31. ſ. 5. num. 13.* π *Clem. 1. §. verum de hæreticis Ang. Tab. Suar. Sayr. Nau. num. 100.* ρ *Clem. 2. de pœnis Gloſſa, & Pan. ibid. Suar. d. 31. ſ. 5. num. 17.* σ *extr. 1. de elect. Suar. num. 223. Lud. nu. 18.* τ *c. peſſimam 23. q. 8. Sayr. nu. 44. Lud. 19.* φ *Conc. Trident. ſ. 25. c. 14. Auila 3. p. d. 2. c. 2. Suar. num. 24.* χ *extrau. 2. Ioan. 22. Suar. num. 22. S. Ant. Sylu. Ang. Nau.* † *Pius V. in bulla incip. Romanus Pontif. Greg. XIII. in B. inc. ex ſedis Apoſt. Nau. num. 158. H. Sorbus in comp. v. ordines, Sayr. numer. 21.* ω *Bulla 99. Pij V. Viuald. de ſuſp. 128. Sayr. n. 53.* a a *Syxti V. in B. Romanus Pont. Lud. Sayr.* β β *cap. prouida de elect. in 6. Suar. num. 8.* γ γ *extr. Ambitioſæ de reb.*



Digitized by Google

*rib. Eccl. non alien. Sylueſt. Nauar.*

XXVI. Epiſcopus qui ſacerdotali ordine indignum initiat, à collatione ordinis per annum arcetur, & ſi ad beneficium Eccleſiaſticũ ſacerdotem indignum admittat, beneficiorum collatione priuatur, quanquã nonnulli has duas ſuſpenſiones ferendæ ſententiæ, non latæ eſſe dicunt, & ſi inuito, vel reclamanti primam tonſuram cõferre præſumpſerit per annum operari ſacrum iure prohibetur, & ſi ferat cenſuras non ſeruata forma præſcripta, ſuſpenſionis pœna mulctatur, & *ita & ex c. ſi qui epiſcopi 1. q. 1. & Trident. c. 5. ſeſſ. 7. Suar. dup 40. de cenſ. ſ. 8. num. 5. & Ludouiſius c. 1. in fine de ſuſp. & cap. epiſcopus, qui inuitum d. 74. & cap. pri. de ſentent excomm.* Illud animo ſæpe reuoluant epiſcopi, quod D. Petrus Apoſtolus D. Leoni I. Pontifici maximo ad Diui eiuſdem ſepulcrum vigilanti, & oranti per quadraginta dies apparens dixit: *Oraui pro te, & dimiſſa ſunt tibi omnia peccata tua, præterquam impoſitionis manuum. Hoc ſolum abs te requiretur, ſiue bene, ſiue male fortaſſe egeris*, quæ verba non poſſunt de culpa intelligi. quandoquidem, vt canit ille:

> *Larga Dei pietas veniam non dimidiabit,*
> *Aut nihil, aut totum te lachrymante dabit;*

ſed intelligenda ſunt de pœna, quam daturus fuiſſet S. Leo pro peccatis illorum, qui ab eodem ad ſacros ordines indignè promoti fuiſſent, & ad eccleſiaſticos ordines immeritò erecti, contra præſcriptum Apoſtoli ad Timoth. *Manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Sophronius in Prato Spirit. c. 149. to. 6. anno 461. Cæſar Baronius in Annal.

Huc ſpectat illud D. Chryſoſtomi homilia 3. in acta Apoſt. dicentes: Non arbitror inter epiſcopos multos eſſe, qui ſalui fiant, ſed multos, qui pereant qui ſæpe non damnantur pro proprijs peccatis, ſed alienis, quæ non curauerunt. Indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo; & cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magiſtrumque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. & Nihil magis officit Eccleſiæ, quam quod indigni ad eccleſiaſticas dignitates admittantur, & & ijs qui ſeipſos regere neſciunt, aliorum regimen committatur; & dominabundis eccleſiæ gubernaculum. Hæc de re olim conqueſtus Leo ſiet Miramur, inquit, tantum apud vos per occaſionem tẽporis impacati, aut ambientium præſumptionem, vt indignis quibuslibet, & longè extra ſacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium, & gubernatio eccleſiæ crederetur; Non enim hoc eſt conſulere populo; ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen; integritas enim præſidentium ſalus eſt populorum; alioquin iudicium æternum eos & manet.

> *Sanctius eſt paucos certa virtute miniſtros,*
> *Quam multos prauos in templis eſſe miniſtros.*

Si dignum eligere omiſſo digniori ex genere ſuo peccatum mortale eſt, vt docet D. Thomas; & quanto deteſtabilius eſt, indignum ad eccleſiaſtica beneficia promouere, paſtor, & præſul inutilis, aut negligens non ſolum non eligendus, ſed remouendus eſt. & Ars artium eſt regimen animarum, inquit Diuus Gregorius, polleat virtutibus, & coactus accedat, ad animarũ curam ex approbatis, quem

magis

magis conſiderata ætate moribus, ſcientia, prudentia idoneum putabit eligat epiſcopus, vt Tridentinum Concilium decernit *ſeſſ. 24. c. 18* a *cap fin. 49. diſt.* longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur eccleſiæ, *c. in ſacerdotib. 61. diſt.* b *c. nihil de elect.* y *cap. miramur 61. diſt.* & *D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. artic. 3.* e *de off. iuſt. 1. Greg. in paſt.*

*Sacra parans Domino vir prudens, caſtus, honeſtus,*
*Ad ſacra, quæ ſpectant munera, cuncta ſcias.*

Qui epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat, non opes præter neceſſarias, clamante D. Bernardo ad beneficiarios eccleſiaſticos. Epiſt. 1. ad Fulcum. *Quicquid præter neceſſarium victum, & ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Et quod vni dico, omnibus dico.* Facultates Eccleſiæ in quatuor partes ſunt partiendæ, ita ut prima Pontifici, altera clero, tertia Templo, quarta pauperibus cedat *Sylu Papa in Concilio Niceno cap. 5.* nonnullæ aliæ ſuſpenſiones præter relatas contra epiſcopos à Doctoribus referuntur, ſed iamdiu antiquatæ, vel in vſu non ſunt, vel à Concilijs Prouincialibus ſtatutæ non vbique obligant, qualis eſt ſuſpenſio lata contra epiſcopum conſecratum ſine conſilio, & præſentia Metropolitani, q vel cõtra Archiepiſcopum non ordinatum, vel conſecratum, n ab omnibus ſuffraganeis, t *cap. epiſc. diſt. 65.* u *cap. Archiep. diſt. 66. Ludouiſius de ſuſp. epiſc. Sayr. l. 4. c. 22. numer. 10. & 11.* Conciliorum Prouincialium ſunt ſuſp. *c. fin. diſt. 18. c. nullus d. 55. c. fin. d. 58. cap. epiſc. d. 73. c. quicquid d. 1. q. 2.* Cenſuras ſuſpẽſionum Clemens VIII. ſuſtulit in bulla, quæ incipit: Romanum Pontificem. *Quaranta v. ordo, & alij.*

## Suſpenſiones in Iure ſtatutæ contra Religioſos. Cap. LXXVI.

1 Religioſus Apoſtata, qui in apoſtaſia perſeuerans aliquem ſacrum ordinem ſuſcipit, eiuſdem ſuſcepti vſu interdicitur, a donec à ſummo Pontifice, ad quem ſolum ſpectat huius ſuſpenſionis abſolutio, veniam conſequatur; non impeditur tamen quominus ordines ritè ſuſceptos ante apoſtaſiam exerceat poſt impetratam abſolutionem, & ſi ad religioſam ſuã ſodalitatem redierit, & à ſuſpenſione male ſuſcepti ordinis abſolutus fuerit, ad alios ordines promoueri poterit, b ſecus verò, niſi fuerit abſolutus à cenſura ſuſpenſionis. In hanc non incidit, qui à ſtrictiore ad laxiorem Religionem conuolauit, ibique ſacro ordine initiatus eſt; c Hic enim non eſt ſimpliciter apoſtata; & ſummus Pontifex monachum, qui ad monachos nigros transfugerat, ibique ſacerdotali ordine initiatus fuerat, ſacerdotio liberè fungi permittendum cẽſuit.

2 Apoſtata ille dicitur, qui à monaſterio recedit animo nõ redeundi, ſed excutiendi à ſe iugum obedientiæ. Fugitiuus verò dicitur, qui egreditur, receditque è monaſterio non animo recedendi à Religione, ſed ob metum præſulis, vel ſuperioris, e Fugitiuus non incidit in pœnas conſtitutas in Apoſtatas, de quibus hic ſermo eſt,



Digitized by Google

*n β cap. hi qui diſt. 50. & conſultatio- ni de apoſtatis, s. Antonin. 3. p. t. 27. c. 4. Vgol. c. 36. §. 4. Maiol. l. 5. c. 3. Henriq. l. 13. cap. 40. Bonac. Geſuald. contra Sanctarel. Sanch. γ Sayr. l. 4. c. 13. num. 16. Sanch. Alter. Azor p. 1. l. 12. c. 17. Leſſ. l. 2. c. 41. Sanctar. de apoſt. c. 3. d. 1. Bon. & alij, Gloſſ in c. conſult. contra Sylueſt. Nauar. Caiet. Maiol. Suar. Filliuc. δ c. ex part. ε Valent. 2. 2. d. 1. q. 12. Leſſ. l. 2. cap 41. d. 15. Azor. Arrag. Canch. Suar.*

2 Eiecti poſt profeſſionem à Religione ob demerita tanquam incorrigibiles, perpetua ſuſpenſione ordinũ tenentur, à qua ſolus Pontifex eos abſoluere poteſt; ſi tamen reſipiſcant, & peracta pænitentia iterum à religioſa ſodalitate, vel priore, à qua eiecti fuerunt, vel ab alia recipiantur, licitè poterunt ſuſceptos ritè ordines exercere *Decretum Sacr. Congreg. ex mandato Vrbani VIII. die 21. Sept. Bonac. to. 3. d. 3. q. 8. par. 12. Geſuald.* quomodo eiectus poſſit aliam Religioſam ſodalitatem ingredi, docet *Bonac. Rodr. tom. 1. q. 30. a. 21. Nau. conſ. 78. Sorb. Leſſ. Sanct. & alij.*

3 Superiores Religioſi non obſeruantes decreta Sacræ Congregationis contra Apoſtatas actiuæ, & paſſiuæ vocis ſuffragio priuantur. præſides, vel ſuperiores religionum Mendicantium admittentes aliquem ad profeſſionem votorum ante completum annum probationis ab ingreſſu in religionem priuantur poteſtate recipiendi alios in religionem, & profeſſio illa irrita eſt, eadem pœna ad religioſos non mendicantes extenditur ex decreto Bonifacij VIII. in *c. conſtitutionem, de elect. in 6. Suar. Bonac. tom. 1. p. 5. Alter. to. 2. d. 17. Geſuald. s. Ant. 3. p. t. 27. Tab. Nau. c. 27. num. 157. Sayr. l. 4. cap. 13. Suar. d. 31. ſ. 6. Lud.* eidē pœnę ſubijciuntur regulares vtriuſque ſexus admittentes ad regularem profeſſionem aliquem ante completum annum tyrocinij, quod nouitiatum appellant, & quicunq. illi ſuffragium ad hoc præſtant.

4 Religioſi ante ſolemnem votorũ nuncupationem ſi ſacros ordines ſuſcipiant, ſuſpenſione ordinum ſuſceptorum multantur ex lege à Pio V. Pontifice lata anno Christiano 1568. die 13. Septembris, qua religioſos etiã inualidè profeſſos, qui ſacris initiantur, comprehendi, Cardinalium cœtus declarauit; Hi enim titulo legitimo, & literis dimiſſorijs legitimi præſulis carent; α Item religioſi ad aliquam dignitatem eccleſiaſticam euecti, ſi eccleſiarum ſuarum regimen abſque pontificijs literis authenticis adeant, earundem fructus percipere prohibentur; β ſi verò decimas ſibi non debitas ab eccleſijs exigant, eaſq. abſq. rationabili cauſa vſurpent maximè, quando petuntur ab ijs, ad quos pertinent, ſi intra menſem non deſiſtant, vel niſi vſurpatas ſibi, & iniuſtè detentas reſtituant, officijs, eorumque adminiſtrationibus fungi prohibẽtur, donec plenè ſatisfaciant; γ Si autem religioſi talia perpetrantes, nec officia, nec adminiſtrationem, nec beneficia habeant, fidelium communione priuentur, & diris deuouentur, nec ab excommunicatione abſolui poſſunt, niſi prius integrè male ſibi vſurpata reddant. γ

5 Officij etiam, ac iuriſdictionis ſuſpenſione puniuntur Religioſorum præſules, præſides monaſteriorum, præſulatuum, quos prioratus vocant, eccleſiarum, vel cœnobiorum præpoſiti, vel adminiſtratores, ſi iura, redditus,

tus, aut penſiones commiſſarum ſibi eccleſiarum alicui, donec is vixerit, concedant, vel ad certum tempus, niſi aliquando neceſſitas, vel vtilitas illius eccleſię id expoſcat; & tunc id faciendum eſt conſentiente maiore parte collegij, quod capitulum vocant, vel accedente conſenſu maioris præſulis, ſi eccleſia capitulo careat. Excipitur tamen venditio annuorum fructuum, & locatio ad triennium, vel ad breuius tempus.

6 Officij pariter, ac beneficij ſuſpēſione Pontifici ante præſtitam ſatisfactionem reſeruata ligantur præſules religioſorum non ponentes modum exceſſibus ſubditorum inhibitis Clementina Conſtitutione, niſi ipſi intra menſem per ſe, vel per alios ſatisfaciant poſtulantibus iis, quibus debetur, reddendo quod ex ſubditorum exceſſibus acceperunt, ſiue pro monaſterijs, ſiue pro priuatis perſonis; prohibentur autem ſubditi religioſi diſſuadere alicui teſtatori legata facienda Eccleſijs Cathedralibus, vel parochialibus, vel reſtitutiones faciendas, ac debitas, & procurare, vt legata, debita, vel malè ablata dentur ſibi, vel alijs ſingularibus perſonis ordinis ſui, vel monaſterij, cum aliorum detrimento, quibus ex iure debebuntur. Non peccant tamen Religioſi, ſi moribundis cœnobiorum ſuorum, eccleſiarum, locorumque ſacrorum egeſtatem, vel inopiam modeſtè ſuggerant, eiſque ſuadeant, vt poſt debitam alienorum reſtitutionem, ac neceſſariam ſuorum diſpoſitionem, aliquid monaſterio ſuo, aliiſque pietatis locis pro ſalute ſua piè largiantur, aut legent; Hoc enim Clementina lex non vetat.

7 Religioſi concionatores, ſi incautas indulgentias, vel immoderatas promulgent, retrahendo fideles à parochialibus eccleſijs, vel eoſdem ſine licentia à reſeruatis epiſcopo, vel papę criminibus abſoluendo, vel pręſulibus detrahendo, eorum præpoſiti ob lucrum hæc tolerantes, niſi pro damnis illatis à ſubditis nō ſatisfecerint, quibus debebunt, ſuſpenſione officij afficiuntur.

8 Quicunque vel clericus, vel religioſus malitioſè, & ſcienter non admonet pœnitentes, vt decimas debitas ex præcepto Eccleſiæ perſoluant, maximè cum eaſdem rectores eccleſiarum petunt officium prædicationis exercere prohibentur, donec reſipiſcant, & de officio ſuo confeſſos non admonuerint, & omnes, & ſinguli religioſi cuiuſcunque ordinis, & religionis prohibentur introducere.

9 Fęminas in monaſterium, ac cœnobium ſacrum ducentes ſuſpenduntur, ideo quicunque ſiue ſuperior, ſiue ſubditus, auſus fuerit conſenſu, vel tacito, vel manifeſto fęminam in cœnobium admittere abſque conceſſione Summi Pontificis, diuinis interdicitur, atq; officijs omnibus, quæ habet priuatur, & inhabilis ad alia recipienda redditur, & vtriuſque vocis actiuæ, & paſſiuæ beneficio, hoc eſt ferendi, vel accipiendi ſuffragia, poteſtate priuatur, ſtatimque anathematiſmo afficitur; has pœnas tranſgreſſoribus Pius V. & Gregorius XIII. ſtatuere, *ita Pius V. bulla 75. incipit Rom. Pontifex, & Cōgreg. Garcia de benef. p. 2. c. 5. num. 19. Nau. com. 4. de Reg. num. 72. Sanch. de matrim. l. 7. d. 37. num. 43. Bonac. tom. 3. d. 3. q. 1. par. 8. Geſ. & Clem. 1. de decimis, Sayrus l. 4. c. 13. num. 16. Suar. d. 31. ſ. 6. num. 9. Henriq. l. 13. c. 49. num. 3.*

*Bonac.*

*Bonac. t. 3. d. 3. q. 7. p. 8. Vital. de ſuſp. num.* 101. *b Clem.* 1. *de reb. eccl non alien. Henr l.* 13. *c.* 40. *num.* 1. *Vinald. num.* 73. *Suar. numer.* 11. *Bonac q* 8. *p.* 10. *num.* 7. *c Clem. c. Suar. Henr. Bonac. e Clem. Bonac. tom.* 3. *d.* 3. *p.* 5. *Geſ. u Clem. Religioſi de priuil. § quibus, Bonac. cum alijs relatis, 6 Clem. cupientes de pœnis, Sayr. l.* 4. *cap.* 13. *Suar. num.* 12. *Filliuc c.* 8. *num.* 171. *Vinald. num.* 16. *i Nau. c.* 27. *n.* 150. *Sayr. l.* 5. *c.* 17. *num.* 11. *Geſ. c.* 4.

10 Si Parochus, vel ſacerdos alius, ſiue regularis, ſiue ſecularis ſit, qui prætextu alicuius priuilegij, vel immemorabilis conſuetudinis alienæ parochiæ ſponſos ſine illorum parochi cõſenſu matrimonio coniungere, aut benedicere auſus fuerit, ipſo iure tandiu officij ſuſpēſione detinetur, quamdiu ab ordinario præſule eius parocho qui matrimonio intereſſe debeat, ſiue à quo benedictio ſumenda erat, abſoluatur; K immo quoniam ſimpliciter ſuſpenſus à Tridentino Concilio dicitur, videtur eſſe ſuſpenſio officij, ac beneficij, niſi aliud à Sacro Cardinalium interpretum, λ cætu declaretur probabilius autem eſt, antiquam excommunicationis pœnam Clementina Conſtitutione de priuilegijs latam in tali euentu non contrahi à coniungente matrimonio ſponſos alterius parochi, non obtenta prius ab eorum parocho poteſtate; Antiqua enim pœna ceſſat, quando noua lege alia pœna ſtatuitur, K *Trident ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *Henriq. Sayr. Bonac. Pontius, Greg. Lopes l final. v furto. nt* 13. *par.* 4. *n Suar. Ludou. Geſualdus.* Probabilis etiam eſt ſententiam aſſerentium, excommunicationis cenſuram latam Clementina lege præter ſuſpenſionem Tridentina lege impoſitam in tali facto contrahi; Plures enim pœnæ à diuerſis legibus infliguntur. Quando lex vna ab alia non corrigitur, vt Tridentinum Concilium nõ corrigit Clementinam Conſtitutionem, ità ex *Bart. in l. ff. de vi bon. rapt. Felin cap. quod olim de iud. num.* 2. *Gom. tom.* 3. *c.* 1. *num.* 38. *Nau. conſ* 10. *Boſſ. de off num.* 10. *Sanch. l.* 3. *d.* 28. *num.* 8. *H. Rodr. r.* 93. *num.* 6. *Bordon. r.* 98. *num.* 14. *Barboſa, & alij.*

11 Religioſi, qui abſque licentia à ſacro Cardinalium cætu, vel á summo Pontifice impetrata exceptis temporibus, ac vicibus, quibus permiſſum eſt, ad colloquendum cum monialibus, vel cum qualibet alia fęmina intra ſacrarum virginum clauſtra degente accedere auſi fuerint, priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ, & omnium officiorum ordinum, & inhabilitate ad alia recipienda, niſi à pontifice abſoluti fuerint, puniuntur; ſicut ex *Syxti* V. Pontificis mandato Cardinalium cætus decreuit anno ſalutis MDXC. nonis Maij, & declarauit mandati huius tranſgreſſores grauis culpæ reos eſſe. ſi cum fęminis intra religioſa monialium clauſtra manentibus colloquantur, a accedere ad monaſterium dicitur ille, qui ſe ad locum illum transfert, vt ſacram Deo Virginem ibi alloquatur, inſpiciat, & inſpiciatur, β quod cum periculoſum ſit, merito olim probibita fuit monaſteriorum frequentatio; γ hæc tamen, ſi ſcãdalo careat, & prauus finis abſit, in ijs, qui religionem, votis nuncupatis, non ſunt profeſſi, peccatum læthale non eſt, δ ſed offendiculum rarò abeſt, ideò tam laicis, quam eccleſiaſticis acceſſus ad monaſteria monialium vetitus eſt, ε & alicubi epiſcopali lege, ſub pœna anathematiſmi

prohibe-

prohibetur, cui pœnæ obnoxij ſunt, qui in territorio epiſcopi accedunt ad monaſteria monialium ſubiecta regularibus, non verò alloquentes illas in loco exempto, ζ ibi enim iuriſdictionem epiſcopus non exercet. Conceſsũ autem fuit epiſcopis diocæſanis, vt cuilibet religioſo quater quotannis concedere poſſint facultatem adeundi, & alloquendi moniales, aliaſue in monaſterio degentes in primo, & ſecundo conſanguinitatis gradu ſibi cõiunctas, ſeruatis tamen conditionibus in decreto Cardinalium præſcriptis, η alioquin regulares etiam exempti à iuriſdictione epiſcopi alloquentes moniales, etiam in monaſterio exempto, abſque licentia obtenta ab eodem antiſtite puniri poſſunt, ι vi Gregorianæ Conſtitutionis, & etiam in foro conſcientiæ incidunt in ſtatutas pœnas priuationis officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ; κ ſi tamen delictum occultum ſit, non tenentur illico officio ſe ſe abdicare, eidemque renunciare, quando ex renunciatione periculum ſit detegendi crimen, λ & honoris amittendi, debent tamen interim procurare, ac petere abſolutionem à Pontificia ſede, quocumque modo poſſunt; alioquin grauiter peccant. μ Obſerua hic obiter, nomine monialium in eo decreto Cardinalium non comprehendi antiſtitam, hoc eſt abbatiſſam, vel præfectam monialium, ſic nomine monachorum non intelligitur abbas, nec nouitias; ν in pœnalibus enim ſtricta interpretatio adhibenda eſt. Breuitas etiam allocutionis excuſat, qualis eſſet quæ non excedit tempus, quo pſalmus quinquageſimus commodè dici poſſit, vel ſi tranſiens quis monialem ſalutet, & paucis alloquatur. ξ Cæterùm poteſtatem alloquẽdi monacham non modo epiſcopus, ſed etiam vicarius eiuſdem concedit, ο debet autem facultas illa concedi in ſcriptis, quamuis ſi voce tenus conceſſa fuerit, in foro animæ valida eſt; π monialem loquentem audiens, & nihil reſpondens in cenſuram latam contra alloquentes monialem non incidit, nec ille qui per intermediam perſonam cũ monacha diſcurrit, vel per epiſtolam, ſecus ſi alloquatur monialem nihil reſpondentem, ρ etiam ſi ſolis nutibus illam alloquatur, vel ſignis, nec prohibitio allocutionis monialium comprehendit pueros, σ vel puellas impuberes ante annum decimum quartum, τ nec peregrinos domicilium ibi non habentes, υ nec epiſcopos extraneos, licèt contrarium alij aſſerant, χ nec culpæ, nec cenſuræ vinculo obſtringeretur religioſus aliquis, ſi quæſtionem aliquam de officijs, quem caſum conſcientiæ vocant, monaſtriæ, vel fœminæ in cœnobio virginum ſacrarum degenti explicaret; huiuſmodi enim allocutio ſpeciem potius habet exhortationis, quam allocutionis; ψ metus etiam grauis, & neceſſitas excuſat alloquentem moniales; nam præcepta eccleſiaſtica non obligant cum graui incõmodo; ω ideo ſi ſeruus, vel famulus grauibus minis à Domino impulſus monialem alloquatur, etiãſi turpibus verbis, non fit anathema; nec religioſi exempti ſi monacham alloquantur non petita venia, epiſcopali cenſuræ obnoxij ſunt, non enim ſunt ſub poteſtate epiſcopi, αα ſi quis ex domo proxima, vel contigua monaſterio ſacram virginem alloquatur, cenſuræ notam contrahit, γγ quia allocutio primariò, acceſſus verò ſecundariò prohibetur, hic propter illam. Nec

epiſcopi

Digitized by Google

epiſcopi tanquam delegati à ſummo Pontifice peculiari lege interdicere poſſunt religioſis etiam exemptis allocutionem cum monialibus ſub pœna cenſuræ anathematiſmi, *s t* Cæterū religioſi, qui alloquuntur moniales non ſeruatis conditionibus in decreto poſitis, grauiter peccant, *s s* & officio, ac vocis vtriuſq. priuatione multantur, *a Sacr. Congreg. anno* 1590. *Bonac. de clauſ.* *β idem ibi q.* 3. *p.* 1. *Dia p.* 3. *t.* 2. *r.* 48. *γ c. Monaſteria, Sanch. ſum.* 10. 2 *l.* 6. *c.* 16. *Dian. l. c. contra Llamam. in meth. app* §. 4. *δ Dia. p.* 3. *t.* 2. *r.* 48. *cum alijs, ε cap. periculoſo de ſtatu regul. in* 6. *ζ Bonac. de cenſ. d.* 1. *q.* 1. *p.* 11. *num.* 9. *Dian. p.* 5. *t.* 9. *r.* 71. *contra Genuenſem, & Riccium apud Bariolam v epiſc.* §. *vlt.* *η Sacra Congr. an.* 1623. *Geſuald. θ Riccius Bonac. de clauſ q.* 3. *p.* 4. *nu.* 8. *Κ Barth. Med.* 1. 2. *q.* 62. *a* 3 *P. Arragon.* 2. 2 *tom.* 2. *q.* 62 *art* 3. *Graff l* 2. *c.* 5. §. 6. *λ Cappuc. ad ſorb. v. ingredi Sayr. l.* 3. *c.* 10. *de obl. num* 35. *Alph. Caſtro l.* 2. *cap.* 11. *Graff. l. c. Geſuald. p.* 2. *tr.* 17. *c.* 4 *num.* 24. *ν Graff to.* 1. *conſ.* 22. *num.* 26 & *l.* 2. *c* 5. *num.* 34. *Dia p.* 3. *t.* 2. *r.* 48. *ξ Finellius de caſ. r c.* 5. *num.* 8. *p.* 5. *t* 9. *r.* 46. *Dia. p.* 3. *t.* 2. *r.* 48. §. *Notab. r.* 104. & *tr.* 5. *r.* 69. *ο π Ricc p* 3. *coll.* 548. *Dia p.* 3. *t.* 2. *r.* 48. *ρ Graff l. c num.* 30. *Dia l c. σ Bonac. de cenſ d.* 1. *q.* 1. *p.* 4 *nu.* 7. *φ Graff. l.* 2. *c.* 5. *numer.* 27. & 54. *χ Grat. tom.* 2. *c.* 393. *num.* 10 *Dia ω † Diana p.* 3. *t.* 2. *r.* 104. *a a Sac. Congreg. die* 9. *April* 1587 *Suar de relig. to* 4. *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *Dia p* 3. *t.* 12. *r.* 103. *γ γ Dia. p.* 3. *t.* 2. *r* 48. §. *nota* 7. *δ δ Bonac. de clauſ q* 3. *p.* 4. *Sanch. Matr. tom.* 2. *l* 7. *d.* 33. *ε ε Dia. p.* 1. *tr.* 10. *r.* 22. & *p.* 3. *t.* 2. *r.* 108.

12 Monachi Benedictini nigri, ſi alio habitu, vel indumento, quàm præſcripto à Conſtitutionibus ſuis vſi fuerint, in ſuſpenſionem ſtatutam in Clementina Conſtitutione incidunt: ſi eſt abbas, aut præfectus, quem priorem vocant, à beneficiorum collatione per annum; ſi verò inferioris ordinis ſit, ab adminiſtratione, quam habet, per annum arcetur; ſi verò omni careat adminiſtratione, inhabilis ad quodcunque beneficium recipiendum per annum declaratur. Excuſantur tamen qui, vel iuſta de cauſa, vel per imprudentiam, vel ignorationem pontificiæ Conſtitutionis, vel ad modicum tempus alias veſtes ferunt, nec culpæ, nec pœnæ rei ſunt. Hæc enim in eos, qui præſumpſerint, & vetitum veſtimentum ferre conſueuerint, ſtatuta eſt, *a* Clementinis lege eadem pęna per biennium [illegible] dem monachos conſtituta eſt, qui clamoſæ venationi data opera [illegible] ſunt; ſecùs verò, qui obiter, [illegible] ſeunter ſæcularium venationi [illegible] ueniunt, *β* eſt autem clamoſa [illegible] vt aiunt, clamoroſa venatio, [illegible] cum canibus, alijſque animalibus [illegible] gno cum ſtrepitu fit, *a Clem.* [illegible] *quis autem de ſtatu monach. Suar.* [illegible] *ſ.* 6. *num.* 10. *Dia. p.* 5. *tr.* 10. *r.* [illegible] *nac. d.* 13 *p. vlt. num.* 14. *de cen*[illegible] 3. *q* 8. *p.* 1. *numer.* 3. *Geſual* [illegible] *c.* 4. *num.* 26. *β Suar. l. c.* [illegible] *num.* 170 *Sayr l.* 4. *c.* 13. *num.* [illegible] *de ſuſp. c.* 3. *num.* 6. *Viuald. Bon.*

13 Fratres prædicatorij ordinum ſuorum ſuſpenſione Romano Pontifici reſeruata multantur, ſi impedire audeant fratres minores, quominus ſanctæ inquiſitionis officio fungantur, *γ* ſi à ſummo Pontifice hoc munus illis commiſſum ſit, vel ſi ad præfatum extra ordinem euecti libros, & alia,

...a, quæ ad vſum habebant, non reſi... ...ent ante promotionem monaſterio, pontificalium vſu interdicuntur, donec ea reſtituant, ita Clem. IV. in bulla paupertatis altiſſimæ, Henriq. l. 13. c. 40. Bonac. tom. 1. d. 3. p 15. Geſ. D. Anton. 3. p. t. 27. c. 4. & alij DD. c.

14 Aliæ etiam ſuſpenſionis pœnæ ſtatutæ ſunt in violatores decretorum à Pontifice editorum de celebratione miſſarum, de largitione munerum, deque decretis ſpectantibus ad tribunal ſanctæ inquiſitionis, quæ decreta quotannis legenda ſunt; primũ de celebratione ad publicam mẽſam, vel in capitulo locali feria ſexta poſt diem octauam Corporis Domini, & feria II. poſt Dominicam primam Aduentus; alterum de inquiſitorijs conſtitutionibus feria ſexta poſt octauam Aſſumptionis Deiparæ Virginis; tertium de largitionibus religioſorum menſe Ianuario, eadem etiam decreta publicè legenda ſunt in ſingulis comitijs tum prouincialibus, tum generalibus ſub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ.

15 Religioſi conuentus, & collegia, quæ capitula vocantur, ſi pro receptione alicuius perſonæ alterutrius ſexus in Religionem, aut antè, aut poſt ingreſſum, vel profeſſionem conuiuia, prandia, vel cænas, pecunias, iocualia, aut res alias; etiam ad vſum eccleſiaſticum, vel pium, directè, vel indirectè petunt, vel exigunt, ipſo iure ſuſpenduntur, & ſolum à Romano Pontifice abſolui poſſunt, hac tamen pœna non afficiuntur ſi quid non ex pacto, ſed ex conſuetudine accipiant, vbi non committitur ſimonia, non contrahitur cenſura, vt, cum aliquid datur, vel accipitur in dotem pro victu mulieris ingredientis, vel etiam vltra dotem in cõmunem vſum domus, vel ſacrarij, vel ſi quid datur, vel exigitur ob ſolemnitatem profeſſionis ſecundum loci conſuetudinem, prandia etiam, quæ dantur in monialium profeſſione cõprehunduntur nomine dotis, ex Clement. ſane de ſimonia, Sayr. l. 4. c. 13. Gloſſ. Felin. de monialibus pauperibus. Suar. d. 22. ſ. 5. num 5. Glian. Geſ.

16 Suſpenſione etiam arctantur conuentus, ac capitula lege Pij V. lata anno 1568. Kalendis Aprilis, qua priuantur iure conferendi beneficia, confirmandi, præſentandi, & inſtituendi ſi reſignationes beneficiorum admittant contra præſcriptum diplomatis Pij V. quod ſi tempore quo ſuſpenſione tenentur, audeant beneficia conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere anathematiſmo afficiuntur à quo, & a ſuſpenſione ea nullus excepto Summo Pontifice abſoluere poteſt, item in beneficiorum ſuſpenſionem incidunt collegia, ſeu capitula, eccleſiæ; vel monaſteria, ſeu conuentus, ſi epiſcopum, vel præſulem religioſum à Summo Pontifice deſignatum, electumque ſine Pontificijs literis excipiant, aut illi obtemperent, K ita Pius V. bulla an 1568. kal. April Bonac. tom. 3. d. 2. q. 4. Glian. K extr. 1. de elect.

17 Capitula, & collegia, quæ Eccleſia Cathedrali collegiata, vel Regulari vacante bona defuncti præſulis, vel ipſius eccleſiæ, vel ad ſucceſſorem pertinentia occupant, ſuſpenſione officiorum, ac beneficiorum plectuntur, ac ligantur, donec fraude occupata, vel dilapidata reſtituant, eadem etiam cenſura afficiuntur quicunque talia crimina perpetrant ex cap. quia de elect. in 6. Suar. d. 31. ſ. 3. num. 3.

Iure-

Digitized by Google

# Interdictum. Cap. LXXVII.

1 INterdictum eſt eccleſiaſtica pœna per modum inflictæ cenſuræ hominem quorundam ſacramentorũ, ac diuinorum participatione, atque eccleſiaſtica ſepultura priuans *S. Antonin. Palud. Sot. Nau. Tol. Henriq. Couar. Suar. Auila, Coninch. Filiuc. Reginald. Bonac. d. 5. p. 1.*

2 Interdictum aliud locale, quo locus ipſe interdicitur, aliud perſonale, quo aliquis priuatus, vel populus diuinis officijs interdicitur; aliud mixtũ ſiue ex locali, & perſonali compoſitum, quo locus, & perſona aliqua, vel populus interdicitur, tàm locale, quàm perſonale interdictum, tum generale, tum ſpeciale eſſe poteſt, & tum à iure, tum ab homine.

3 Interdictum quo parochia aliqua alicuius oppidi, vel ciuitatis, in qua aliæ parochiæ ſunt, interdicitur, non eſt generale, ſed ſpeciale; Generale enim interdictum eſt, quãdo tota diæceſis, vel ciuitas, prouincia, aut regnum interdicitur, neque interdictũ generale eſt, quando cuiuſcunque loci templa tantum, non verò cætera loca ſacra interdicuntur. Interdictum locale à generali alicuius prouinciæ omnes eccleſias etiam cathedrales, & metropolitanas complectitur *Bonacina tomo 1. par. 632. numer. 9 Nau.*

4 Interdicta diæceſi, ciuitas non cenſetur interdicta, niſi clarius id exprimatur. Vrbe aliqua interdicta, ſuburbia etiam, & continentia ædificia eidem cenſuræ obnoxia ſunt *Filiuc. tr. 18 c 1. ex c ſi ciuit. de ſent ext excom.* populo vrbis interdicto populus etiam ſuburbiorum interdictus eſt, ſi ſit idem cum eo.

5 Si locale interdictum generale ſit, eccleſia etiam à iuriſdictione eius, qui interdictum tulit, exempta, interdicta cenſetur. Si verò ſpeciale ſit, ſacella omnia, vulgo capellæ eiuſdem templi, & contiguum cæmeterium, interdicta ſunt *Filiuc. Bonac.*

6 Interdictum perſonale generale illud eſt, quo totius ciuitatis populus, omnes prouinciæ, ſeu regionis incolæ, regnicolæque vniuerſi interdicuntur.

7 Speciale verò eſt, quo pars populi, vel ciuitatis, vel vniuerſitatis, vt academia aliqua, vel collegium, vel vicus oppidi interdicitur. Particulare interdictum dicitur, quod in vnum, vel plures ſigillatim fertur, vt in principem, vel conſulem ciuitatis, vel in omnes, ac ſingulos, qui facinus quoddam perpetrarunt, vel auxilium attulerunt, quamuis ignoti ſint.

8 Interdictum locale grauius eſt perſonali; hoc enim in illo includitur locus nunquam interdicitur, niſi ob culpam vnius, vel plurium perſonarum, quæ ita ſpeciatim interdictæ cẽſentur, vt nullibi ſacrorum participes eſſe poſſint *cap. ſi ſententia de ſententia excom. in 6.*

9 Interdicto autem perſonali ciuitatis, vel communitatis aduenæ, exteri, & quicunque ciues, ſeu membra communitatis non ſunt, ſed ibi negotiorum, vel ſtudiorum cauſa commorantur, ibidem ſacris intereſſe, ſi ubique non prohibentur *Sylu v. interdictum num. 13. Suar. d. 32. ſect. 2. num. 15. Coninch diſp. 17. num. 12.*

10 Si quis interdictæ ciuitatis membrum eſſe deſinat aliò tranſmigrando, ac

ac domicilium alibi extra ciuitatem ſibi eligendo, ab interdicto, cui anſam, ſeu cauſam culpa ſua ipſe non præbuit, liberatur, contra verò qui denuò in ciuitatem, vel communitatem recipiuntur, interdicto ligari incipiunt *Auila p. 5. diſp. 1. q. 4. Henriq. l. 13. cap 42. Layman. l. 1. tr. 5. par. 4. cap. 1. num. 3.*

11 Qui nullam interdicto cauſam culpa ſua præbuerunt, propriè, ac per ſe interdicti cenſura non ligantur, ſed per accidens, quia in loco, vel ciuitate interdicta cõmorantur, quod ſi aliò ſe transferant, ab interdicto immunes ſunt.

12 Interdictum aliud totale, aliud partiale appellant: illud omnes, hoc verò aliquot tãtum interdicti effectus habet. Partialis interdicti ſpecies eſt, cum aliquis templum ingredi prohibetur; huiuſmodi pænæ obnoxij ſunt eccleſiaſtici iudices, qui in ferendis cenſuris iuris ordinem non ſeruant *ex c. ſacro de ſent. excom. & c. 1. eodem in 6.* item qui ab epiſcoporum iuriſdictione exempti ſunt, ſi in loco interdicto ſacrificia celebrent, vel celebrãda curent, vel ſacra communione, aut ſacris interdictos ad ſacra officia, ſacramenta, vel eccleſiaſticam ſepulturam præterquam, cùm id ius permittit, admittunt *cap. epiſcoporum de priuil. in 6. Nau. c. 25. num. 94. Henriq. l. 13. cap. 43. §. 3. Laym. ibid.* Quin etiam epiſcopi, qui in viſitatione aliquid recipiunt, niſi intra menſem accepta reſtituant, eodem Eccleſiæ ingreſſu interdicuntur *c. exigit de cenſib. in 6. & c. Romana eodem titulo.* Iidem epiſcopi eccleſiarum vacantium bona vſurpantes *c praeſenti de off. ord. in 6. & extrauag. Ne ſede vacante.* item præſules, qui eccleſiaſticas res non legitimè alienant *in extrauag. de rebus Eccleſ. n. a.*

13 Partiale etiam interdictum eſt, quo quiſpiam in eccleſia diuina officia, & ſacra celebrare, & audire prohibetur, quo interdicto obſtrictus ſi quis ſine pænitentia moriatur, in loco ſacro ſepeliri vetatur, *c. is cui de ſent. excom. in 6. Gloſſa Nau. c. 27. nu. 170. Couar. Henriq. Auila. Suar. d. 35. ſect. 4. & alij.*

14 Eccleſiæ autem nomine intelligitur omnis locus ad publicum miſſæ ſacrificium, aliaue ſacra officia ab antiſtite deſignatus, addictuſque. In priuatis autem oratorijs, ſeu ſacellis rẽ ſacram facere, eique intereſſe, atque intra ipſam Eccleſiam priuatas preces fundere poteſt, qui ſacra agere, ſacriſque intereſſe in eccleſia prohibetur, ita *Nau. Couar. Auila, Henriq. Laym. l. 5. t. 5. p. 4 c. 1. num. 4. Suarez d. 34. ſect. 1. num. 8. Villalobos, Fillinc. to. 1. tr. 18. c. 3. Blandus, Ludou. à Cruce Trullench. Philippus Faber. Moſcoſus, Prapoſitus q. 4. d. 3. num. 29. Dia par. 5. t. 10. r. 60 contra Turrianum, & Mercerum, & alij.*

15 Cui eccleſia interdicta eſt, ſacramenta etiam eccleſiæ interdicta eſſe intra eccleſiam cenſentur; nam extra illam ſacramẽta recipere, immo & conficere poteſt: intrà verò illam ea ſumere nequit, *ita contra Henriquum, & Auilam docent gloſ. in cap. præſenti, Syluest. Suarez Laym. Gordon. t. 2. l. 7 q. 16. Alterius. Hurta. Coninch.* contrariam opinionem probabilem cenſet *Diana p. 5. tr. 10 r. 83.*

16 Clericus, qui eccleſiæ ingreſſu interdictus intra eccleſiam ordinis actum exercet, irregularis fit *cap. is cui gl. in c. præſenti de offic. ord. in 6.*

17 Interdicto clero, probabilius eſt, religio-

religioſos, ſeu regulares minimè interdictos eſſe, nam religioſi in odioſis nomine cleri non comprehenduntur, nec Religioſorum nomine Clerici comprehenduntur, nec religioſi nomine clericorum, ita *Sayr c. 4. nu. 19. Henriq. Vgol. Auila, Coninch. Filiuc. Bonac. d. 1. p. 1. p. 2. contra Nauar. Couarruuiam, Suarium. Prapoſitus, Portellius, Alterius, Layman. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 4. num. 3. Dian p. 5. t. 10. r. 80. contra Megalam.*

18 Interdictum totale, cum pæna ſit grauiſſima, in aliquem certum non niſi ob grauem culpam ferri poſſe, probabilius eſt, quod etiam de excõmunicatione, ſuſpenſione, & irregularitate dicendum, ita *Suar. diſp. 36. ſect. 3. Laym. c. 4. num. 4. Sanchez de matrim. Filliuc. tom. 1. tr. 20. c 3. n. 58. Villal. Bannez, Sot. Aluar. Salon. Dia. p. 3. tr. 6. r. 51. & aly contra Caietanũ, Armillam, Molinam, Megalam, Cordubam, & alios.*

19 Quoties ignorantia iuris, vel facti excuſat tranſgreſſorem Canonis à lethali culpa, eundem etiam ab excommunicatione, interdicto, ſuſpenſione, & irregularitate ob delictum incolumem ſeruat *Diana ibid.*

20 Interdictũ generale, vel locale non niſi ob grauem culpam aliquo modo publicam, ſiue à principe, ſeu à pluribus ſubditis cõtumaciter commiſſam indicere licet *Sotus q. 3. a. 1. Couar. p. 2. §. 1. nu. 4. Suarez, Filliuc. Filliuc. d. 36. ſect. 3. Auila, Henriq. Laym. cap. 4. num. 4* grauiſſima enim cauſa eſſe debet, ob quam plurimi etiã innocẽtes ſpiritualium rerum ſubtractione affligantur. Speciale verò interdictum ob culpam nõ ita communem, & minorem fertur *Filliuc.*

21 Interdictum, ſuſpenſio, & irregularitas pænalis, ſi non abſolutè proferantur, ſed tantum ſint pænæ infligendæ, ſeu ferendæ, non ſunt ſignum obligationis ſub graui culpa, ita *contra Nauarrum docent C. Palaus, Vaſquez, Suarez, Sanchez, Azorius, Salas de leg. d. 10 ſect. 9. num. 54. Dia. r. 76.*

22 Interdictum perſonale ſpeciale non poſſe ferri ob venialem culpam, probabilius eſt, *ita Suar. d. 36. ſect. 3. num. 3. Layman. l. 1. tr. 5. p. 4. cap. 4. Prapoſitus 3. p. q. 4. d. 1.* contrarium etiam probabiliter aliqui docent *Sa v. interdictum, Auila p. 5. d. 3. d. 2. Henriq. l. 13. c. 50. Diana p. 5. tr. 10. r. 78.*

23 Interdictum, ſicut & ſuſpenſio, interdum vt pæna tantum peccati præteriti, interdum vt præſentis contumaciæ cenſura irrogatur *Laym.*

24 Perſonale interdictum in quamlibet perſonam ferri poteſt, ſi iuriſdictio, & iuſta cauſa concurrant *Fil.* & probabilius eſt perſonas ſacris interdici poſſe ob debitum pecuniarum generali interdicto *Suarez d. 36 ſect. 3. num. 8. Sa, Villalob. Prapoſit. Dian. ibi r. 79. contra Sctum, Auilamq.*

25 Qui alias cenſuras ferre poteſt, etiam interdictum locale, vel perſonale irrogare valet. Par enim omnium ratio eſt, nõ expedit tamen ordinarijs præſulibus locale interdictum ferre, niſi etiam iuriſdictionem in plebem habeant *Suar. d. 36. Layman. Bonac.*

26 In vniuerſam eccleſiam interdicti ferendi poteſtatem Pontifex, & generale concilium ſede vacante habet *Filiuc.*

27 Epiſcopus etiam ſine capituli conſenſu, & capitulum, ſiue ſacerdotum canonicorum collegium, nec nõ religioſorum præſules, ſi de perſonali interdicto loquamur, interdicere poſſunt *Bonac.* finis, propter quem interdictum

dictum fertur, eſt reſipiſcentia, & emendatio delinquentis.

28. Si eccleſiæ præſul in communitatem, cuius ipſe caput eſt, perſonale interdictum ferat, illo non ligatur; ſecus res ſe habet, ſi locum interdicat, nemo enim a ſeipſo cenſuræ vinculo, quod pœnale eſt, directè obligari poteſt, quamuis per accidens poſſit, ità *Auila, Laym. c.4.*

29 Interdictum, quod in clerum fertur, populum non includit, contra verò, ſi populus interdicatur, clerus ab interdicto immunis eſt, niſi contrarium exprimatur. In pœnali enim ſententia mitior ſenſus præferendus eſt *c. ſi ſententia, de ſent. excom. in 6. Layman.*

30 Effectus interdicti ſunt priuatio aliquorum ſacramentorum, diuinorũ officiorum, & ſepulturæ eccleſiaſticę. iure antiquo plures effectus erant *Bonac. t. 1. p. 637. num. 1. & 2.*

31 Non omnia ſacramenta, ſed quæ non valde neceſſaria ſunt, interdicto vetantur, ea ſcilicet, quæ iure excepta non ſunt, aſt quæ eccleſiæ adminiſtrationi commiſſa non ſunt, vt matrimonium, non prohibentur. Tempore interdicti localis, ſiue generalis, ſiue particularis, quibuſcumque paruulis, aut adultis, ſanis, ægrotiſq. baptiſmi, & confirmationis ſacramẽta ſolemni ritu miniſtrare licet *Filiuc. c. 3. Bonac. num. 1. Faber in 4. diſt. 15. quæſt. 1. d. 1.*

32 Interdictum generale, ſiue locale, ſiue perſonale pœnitentiæ ſacramentum ſuſcipere nemini prohibet, excepto illo, qui interdicto culpa ſua cauſam dedit, vel eo, qui nominatim interdictus eſt. Si enim ius pontificiũ neminem interdicti tempore à confirmationis ſacramento propter illius neceſſitatem excludit, vbi de interdicto ſimpliciter, ſiue locale, ſiue perſonale ſit, ſermo eſt *c. quoniam de ſententia excommun. in 6.*

33 Multo magis dicendum eſt neminem ſacramento pœnitentiæ interdici propter ſummam illius neceſſitatem; quod poſt baptiſmum ad cætera ſacramenta dignè ſuſcipienda præparet. Verùm, qui generali interdicto, ſeu locali, ſeu perſonali cauſam dedit, vel nominatim interdictus eſt, à peccatis abſolui non poteſt, niſi prius obediendo ſuperiori ſatisfaciat *ex c. alma mater de ſent. excom. in 6. Suarez t. 5. de cenſ. d. 33. ſ. 1. num. 9. & 10. V. Candidus d. 22. a. 47 d. 5. Layman. l. 1. t. 5. p. 4. c. 2. Filiuc.*

34 Propterea à peccatis, & à cenſuris non reſeruatis abſolui poteſt, qui abſque propria culpa interdictus eſt, priuſquam ab interdicto abſoluatur; idem etiam de ſuſpenſo dicos *ex cap. alma mater, Candid. ibidem.*

35 Euchariſtiæ ſacramentum morituris per modum viatici interdicti tempore miniſtrari poteſt; quibus in morientibus pœnitentiæ ſacramentum non negatur, neque viaticum negari debet. Vt autem Euchariſtiæ ſacramentum in mortis articulo exiſtentibus miniſtrari poſſit, eam ſemel in quauis hebdomada celebrato miſſæ ſacrificio renouari conceſſum eſt *in c. permittimus de ſent. excom.*

36 Euchariſtiæ ſacramentum ad ægrotos cum lumine, tintinabulo, & fidelium comitatu ſolemniter deferre licet *Nau. c. 27. nu. 179. Sa, Coninck. d. 2. num. 44. Suar d. 33. ſ. 1.*

37 Cæteris verò fidelibus extra mortis periculum ſacram Euchariſtiã miniſtrare interdictum prohibet, exceptis illis, qui ſpeciali priuilegio gaudent,

dem, quales ſunt religioſi, ac monachæ *Suar. d.* 33 *ſ.* 1. *nu.* 33. *Sa, n.* 17. *Layman. c.* 2. *num.* 1.

38 Matrimonij etiam ſacramẽtum interdicti, ac ceſſationis à diuinis tempore ſine nuptiarum benedictione celebrare licet. nam ſola participatio ſacramentorum, quæ eccleſiæ diſpenſatione, vel miniſterio indigent, tunc temporis interdicitur, tale autem non eſt matrimonij ſacramentum, cuius miniſtri ſunt ipſi contrahentes, ita *contra Suarium, Turrianum, Portelium, Ph. Fabrum in* 4. *ſent. d.* 15. *Corneium, Prapoſitum, Couarr. docet Abb. in c. non eſt de ſponſal. num.* 8. *Sylu. v. interdictum Nau. c.* 27. *Henriq. Auil. Coninch. Sanch. de matrim. l.* 7. *d.* 8. *Laym. nu.* 1. *Filiuc. Villalobos, Hurtadus, Dia. p.* 5. *tr.* 10. *r.* 71.

39 Benedictiones nuptiales fieri poſſunt tantum diebus, quibus diuina officia permittuntur, *ita ex Suar. docet Turrianus l.* 6. *d.* 49. *d.* 4. *Mercerus, Moſcoſus, Dia. ibid. r.* 84.

40 Extremæ vnctionis, & ordinis ſacramenta interdicti tempore omnino prohibentur. Si tamen ægrotus nullum aliud ſacramentum, quàm extremæ vnctionis ſuſcipere poſſit, tunc illi hoc ſacramentum miniſtrari poſſe, probabile eſt, Eccleſia enim ſacramenta, quatenus neceſſaria ſunt, atque ideo præcepta ſunt, nemini vnquam denegat *ex c. quod in te de penit. & remiſſ. & c. de ſent. excom. in ſexto, Capeauilla c.* 4. *q.* 3. *Trullench ex Coninch. Auila, Dia. par.* 5. *tr.* 10. *r.* 77. *Caſpenſis, Eſcobar, Bannius, Amic. contra Petrum Ledeſmam*, neq. licet clericis iam initiatis ad maiores ordines interdicti tempore aſcendere, niſi in maxima ſacerdotum, ac miniſtrorum penuria; tunc enim neceſſitatis cauſa ad ordines promouere licet *Innocentius, Abbas, Syluester, Couar. c. alma, Suarez d.* 33. *ſ.* 1. *nu.* 45. *Laym. c.* 2. *num.* 1. *Filliuc.*

41 Nominatim interdicto in mortis periculo Euchariſtiæ ſacramentum miniſtrari poteſt, ſi priùs, cui debet, ſatisfecerit *Filtiuc.*

42 Diuina officia, quæ ſunt miſſæ ſacrificia, publica, ac ſolemnis precatio, ſiue oratio ab eccleſia inſtituta, vt à clericis ad Dei laudem celebretur ceremoniæ ſacræ, publicæ benedictiones, quæ à ſacerdotibus Eccleſiæ nomine, & authoritate fiunt, & publica horariæ pſalmodię recitatio interdicti tempore olim omnino interdicebãtur *cap. ſi ſent. cap. vlt. de ſent. excom. in* 6. Verùm deinde conceſſum eſt, vt interdicti tempore ſingulis diebus in eccleſijs, ac monaſterijs miſſæ ſacrificium, aliaque diuina officia ſicut ante interdictum celebrentur, ſubmiſſa tamen voce ianuis clauſis, modo ſacris interdicti, & anathematis ſpiculo percuſſi excludantur, organaque, ęraque campana ſileant. Hæc autèm de generali interdicto intelligenda ſunt, nõ de ſpeciali alicuius Eccleſiæ; in qua clericis diuina officia omnino interdicuntur *cap. alma mater de ſent. excom. in* 6. *Couar. ibi p.* 2. *Nau. numer.* 173. *Sanch. l.* 7. *d.* 8. *Auila, Suar. d.* 34. *ſect.* 3. *Gloſſa. Layman. Vgolin. cap.* 8. *Henriq. Filiuc. Reginald Sayr. Bonac.*

43 Nomine Eccleſiæ in re fauorabili ſignificantur loca ſacra omnia, etiam Hoſpitalia, Xenodochia, priuata ſacella, quæ oratoria vocamus, peragendo miſſæ ſacrificio ab Epiſcopo addicta *Nau. nu.* 175 *Suar. Auila, Henriq. Coninch. Fil.*

44 Nomine vero clericorũ, quibus interdictum minimè obſtat, quominus

diuinis

Digitized by Google

diuinis officijs vacent, intelliguntur eccleſiaſtici omnes, tum alienigenæ, tum religioſi cuiuſcumque ſexus, eorumque nouitij, clerici etiam prima tonſura initiati, ſi eccleſiaſticum beneficium habeant, vel iuſſu epiſcopi alicui Eccleſiæ deſeruiant, vel in aliquo gymnaſio, vel academia ſtudiorum cauſa, vt ad maiores ordines ſe præparent, verſentur. Clerici etiam cum vnica virgine coniugati, ſi ex mandato epiſcopi eccleſiæ inſeruiant, mens enim Pontificis eſt, vt interdicti tempore diuina officia, vt antea, ianuis tamen clauſis, peragantur *Sotus in 4. d. 22. q. 3. Villalob. Auila, Coninch. c. alma cap. 2. § 4. num. 4. Layman, Mercer. ita Diana p. 5. t. 10. r. 85. de clericis coniugatis contra Hurtadum, lo. Cruz, Gordon. Trul.*

45 In Hoſpitalibus, Xenodochijs, epiſcopi auctoritate erectis, in ſacellis, ſeu oratorijs priuatis diuino ſacrificio ab antiſtite addictis, in monacharum monaſterijs diuina officia moderatione adhibita celebrare licet *Henriq. Filliuc. Sanchez, Suar.*

46 Clerici per ſe, vel per vicarios ſuos diuina officia in Eccleſijs peragere poſſunt, ac debent, ſicut ante ſolebant, modo excommunicati, ſuſpenſi, ac ſpecialiter interdicti non ſint, Laici verò etiamſi clericorum, vel canonicorum domeſtici ſint, diuinis officijs interdicuntur, nec illis circa illa quidquam à Pontifice indultum eſt *in cap. alma, gloſſa v. interdictis, & c. licet de priuil. in 6. Couar. c. alma p. 2 Nauar. num. 174. Auila d. 4. Suar. diſp. 34. l. 1. Layman. num. 2.*

47 Immo ſi populares illi perſonaliter interdicti, ac denunciati ſacrificio miſſæ, alijſue diuinis officijs interdicto in loco intereſſe velint, neque expelli poſſint, tunc à te diuina ceſſandum eſt, niſi canon inceptus ſit, ita *ex c. alma. v. excluſis, Auila p. 1. d. 1. Suarez d. 34. Laym.*

48 Si vero in loco non interdicto perſona interdicta, ac denunciata diuinis officijs intereſſe audeat, neque eijci inde poſſit, nec clerici ab illis ceſſare, ne alij non interdicti diſcedere debent *Suar. ibid. ſect. 2. num. 10. Caiet. v. interdictum, Mercerus, Turrianus contra Fabrum apud Dianam p. 5. tom. 10. r. 64.*

49 Infantes à diuinis officijs non arcentur, cum cenſuræ minimè obnoxij ſint, nec eorum præſentia moralis cenſeatur *Couar. c. alma, Suar. Auila, Laym. contra Nauarrum.* Amentes etiam tempore interdicti generalis localis ad diuina officia admitti poſſunt *Bonac. tom. 1. fol. 644.*

50 Si clericus miniſter ſacrificaturo deſit, tunc laicus ſpecialiter non interdictus adhiberi poteſt *Henriq. l. 13. c. 45. Sa, Laym. num. 2. Prapoſit. in 3. p. q. 4. d. 3. Villalobos, Mercerus, Ludouicus à Cruce, Dia p. 5. tr. 10. r. 87.*

51 Cum alicui ſacris operari, vel intereſſe tempore interdicti ex priuilegio conceſſum eſt, eodem gaudent familiares eius domeſtici, quique illum tanquam miniſtri officiales, aut famuli comitantur, modo aliquis eorum culpabilem cauſam interdicto non dederit *ex cap. licet de priuil. in 6. Henriq. Auila, Bonac. Coninck. contra Nau. Medinam*, ideo ſacerdos famulum ſuum interdicti localis generalis tempore ad ſacrificium miſſæ adhibere poteſt.

52 Qui ex ſpeciali priuilegio interdicti tempore rei diuinæ die feſto intereſſe poteſt, audiendæ miſſæ præcepto non obligatur. Nemo enim pri-



Digitized by Google

uilegio ſibi contra commune præceptum conceſſo inuitus vti cogitur. Quod gratis cuipiam conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum, ita *Coninch. num. 28. Auila, Layman. contra Nauarrum, Sotum, Henriq. Nugnum, Bonac.* ſecus verò de clericis dicendum eſt, quibus iure communi, & diuinis intereſſe, canonicas preces perſoluere conceſſum, ac præceptum eſt *c. alma, reg. 69. ff. & reg. 61. Henriq. Bonac.*

53 Diebus feſtis Natiuitatis Domini, Paſcatis, Pentecoſtis, Corporis Chriſti cum octaua, & Aſſumptionis B. Virginis, & Conceptionis eiuſdem cum octaua, ſacrificium miſſæ, cæteraque diuina officia palam, & ſolemniter celebrare licet, qui tamen ſpecialiter interdicti ſunt, vel generali interdicto culpa ſua cauſam dederunt, ad altare, vel oblationis accipiendæ, vel ſacræ Euchariſtiæ ſumendæ cauſa accedere illis diebus prohibentur *cap. alma ex Martini quinti conſtit. Suar. d. 34. Coninch. Laym. Fillius. nu. 79. Bonac. de cenſ. d. 5. p. 4. prop. 2.*

54 Cæteri verò populares, ſeu laici feſtis illis diebus, quibus miſſæ ſacrificio intereſſe poſſunt, ſacram Euchariſtiam ſumere non prohibentur, clerici quotidie cæleſti pane refici poſſunt, ita *Layman. Faber. Coninch. Mercer. Suarez, contra s. Antoninum, Nauar. Hurtad. Syluest. Bonac. Sot. Gordon. par. 5. t. 10. r. 83. Turrian. Præpoſit.* quicunque autem Dei agno mundi peccata auferente ex iure communi veſci poſſunt, paſcatis tempore ex præcepto debent, hi ſunt qui ſpecialiter interdicti non ſunt *Suar. d. 33. ſect. 1. & d. 34. ſ. 1. num. 33. Laym.*

55 Cætera vero ſacramenta extremæ vnctionis, & ordinationis feſtis illis diebus nequaquā miniſtrari poſſunt, niſi neceſſitas id poſtulet *Abbas, Angelus, Auila, Bonac. contra Conuar.*

56 Sacerdotibus, qui interdicti tempore rem diuinam facere, & clericis, qui diuinis officijs aſſiſtere poſſunt, Euchariſtiam ſine miſſæ celebratione ſumere licet, ita *Suar. d. 34. ſect. 1. num. 35. Sà, Angel. Sylueſ. Sayr. Coninch. Mercer. Megala. Faber. Filliuc. Dian. p. 5. t. 10. r. 82. contra Sotum, Auilam. Henriq. Corneium, Præpoſitū. Turrian. Villalob. Bon. Alter. Hurtad.*

57 Solemnibus illis diebus Natiuitatis, Reſurrectionis, ac Corporis Chriſti, Pentecoſtes, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis eccleſiaſtica ſepultura non prohibetur *Bonac. fol. 644. num. 16. n. 1. Sot. in 4. ſent. d. 22. q. 3. a. 1. Nauar. c. 27. num. 181. Sà, Henriq. Angelus, Auila, Megala, lo. Cruz, Moſcoſus, Dia. p. 5. t. 10. r. 67. contra Corneium, Præpoſit. Hurtad. Gordon. Coninch. Villal. Suar. Alter. Filliuc.*

58 Solemnia hæc feſta à primis veſperis ad ſecundas vſque, & completorium eccleſiaſtico more computantur *Palud. in 4. d. 18. q. 8. Conar. Angelus, Suar. d. 34. ſ. 1. Sot. in 4. d. 22. q. 3. Auila, Laym. Bonac. Henriq. c. 47. Reginaldi num. 36.*

59 Et probabile eſt ſolemnitates Natiuitatis, Paſcatis, & Pentecoſtes ternis, vel quaternis diebus conſtare, ſeu durare, & feſtum Reſurrectionis, ac Pentecoſtes à ſacrificio miſſæ, quæ per anticipationem Sabbato cantatur, inchoari, ita *Palud. ibid. q. 8. art. 3. concl. 7. Laym. Bonac. Faber. Hurtadus, Sotus in 4. d. 22. q. 3. a. 1. Auila, Dian. par. 5. tract. 10. r. 61. contra Suarium, Moſcoſum, Alterium, Reginaldum, Villalobum.*

60 Clericus interdicti tempore ab obli-

obligatione diuinæ pſalmodiæ recitãdæ priuatim nõ liberatur *Bonac. f. 642. num. 5. d. 5. p. 4 Nau. c. 27. num. 175. Vgolin. Sayr. Filliuc.*

61 Quilibet ſacerdos, qui ſublato interdicto adminiſtrandæ Euchariſtię poteſtatem habet, illam etiam interdicti tempore homini morti proximo adminiſtrare poteſt, niſi interdicto cauſam præbuerit, vel ſpecialiter interdictus ſit *Suar. d. 33. ſect. 1. num. 24. Coninch. Filliuc. num. 39. Bonac. d. 5. par. 3. prop. 9.*

62 Qui interdicto in loco vnum domicilium habet, & alterum in loco non interdicto, non eſt interdictus; quandiu tamen in loco interdicto manet, interdicti onus cum populo ferre debet *Sylueſter, & Suarez d. 32. ſect. 2. num. 18. Turriano, Dia. p. 5. t. 10. r. 70. contra Calderinum.*

63 Interdicti generalis tempore ærea campana pulſare licet ad conuocandum ad concionem populum, ad comitandum Euchariſticum Chriſti Domini corpus, cum ad ægrotos defertur, ad indicendam Angelicam B. Virginis ſalutationem, vel diei feſti ſolemnitatem, ad Diuorum reliquias demonſtrãdas. Ad diuina vero officia celebranda, vel inter miſſę ſacrificium ærea campana, vel tintinabula pulſare minimè licet; cum enim populus ad diuina officia admittendus non ſit, neque vllo æris campani ſigno, vel æquiualente conuocari poteſt *ex cap. Alma mater, Nauar. Sylu. Henriq. Sayrus l. 8. c. 7. Auila, Suar. Coninch. Filliuc. Bonac. d. 5. p. 4. prop 1.* Tabula tamen cum matraca, vel tuba tunc adhibenda eſt *Sayrus, Suarez, Henriq. Fil. nu. 69 Auila, Bonac. ibid.*

64 Qui interdictus non eſt, ſacerdotis interdicti ſacrificio intereſſe poteſt, modò illum ad litandum, ſeu ſacris operandum non adduxerit; Non enim interdicta eſt communicatio cũ interdicto, vel ſuſpenſo, ſed cum anathemate, ita *Suar. d. 34. ſect. 2. n. 4. Coninch. num. 60. Mercer. Turrianus, Filiuc. n. 76. Bonac. contra Philippum Fabrum diſt. 15. q. 1. d. 5. c. 2.* quidam vtranque ſententiam probabilem cenſent *Dian. p. 5. tr. 10. r. 64.*

65 Dum res diuina interdicti tempore in alicuius Eccleſiæ ſacello peragitur, illius ianuæ claudendæ ſunt, niſi ſacellum ipſum ita occludi poſſit; vt ſacerdotis operantis verba non audiantur, nec interdicti intereſſe valeant *Suar. Reginald. num. 34. Filiuc. Bonac.* ſi quis apertis ianuis rem diuinam tunc faciat, grauiter peccat *Sylueſt. Hurtadus, Tabiena, Armilla, Suar. d. 34. ſect. 4. Diana p. 5. tr. 10. r. 65. contra Turrianum.*

66 Officia illa, quæ eccleſiaſticam perſonam ex ritu, ac modo ſuo non requirunt, interdicta non cenſentur, vt benedictio menſæ, preces ad Deum pro itinere, adoratio crucis feria ſexta hebdomadæ ſanctæ, concio, vel ſacra lectio, litaniæ intra, vel extra Eccleſiam, modò ſolemniter, ideſt, cum ſuperpelliceo, & veſte non canantur, neue dicatur: Dominus vobiſcum; purificatio mulierum poſt partum, commendatio animæ, recitatio pſalmodiæ horariæ in honorem Beatiſſimę Virginis, & alia huiuſmodi, quæ à popularibus, ſeu laicis fieri cõſueuerunt *Nau. c. 27. num. 176. Suarez, Auila, Rodriq. Henriq. Filinc. Reginald. Bonac. d. 5 par. 4.*

67 Interdictæ alicuius Eccleſiæ ſacerdotes in alia eccleſia diuina officia perſoluere poſſunt, niſi eorum culpa interdictum latum fuerit *ex cap. ſicut*



Digitized by Google

*de ſent. excom. in ſexto, Bonac. par. 4 numer. 3.*

68 Interdicto clero populus non interdictus exteros ſacerdotes ad ſacra facienda accerſere poteſt. Interdicto autem populo clerici diuinis officijs vacare poſſunt; populi enim nomine clerus non intelligitur, nec cleri nomine populus *Nau. cap. 27. Suar. n. 14. Auila, Coninch. Bonac.*

## Priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ interdicti effectus. Cap. LXXVIII.

69 Interdictum tàm locale, quàm perſonale ſimpliciter latum eccleſiaſtica ſepultura fideles perſonas, & locum ipſum interdictum priuat *ex Clement. 1. de ſepulturis, & c. quod in te de pænit. & remiſſ. Bonac. p. 5. n. 1.*

70 Ille eccleſiaſtica ſepultura priuatur, qui in loco ab epiſcopo conſecrato, vel in cæmeterio, cui epiſcopus benedixit, vel in loco, vbi diuina peraguntur, vel cum funebri pompa eccleſiaſtica ſepeliri prohibetur *Sayr. l. 5. c. 7. Suar. d. 35. ſ. 1. Filiuc. t. 18. n. 41.*

71 Laicos tempore localis interdicti, quamuis ipſi interdicti non ſint, in loco ſacro interdicto ſepelire nefas eſt *Sylu. Sayr. Suar. Vgol. Henriq. Bonac. d. 5. p. 5. num. 2.*

72 Tempore interdicti generalis, ſiue localis, ſiue perſonalis defunctorum etiam infantium, & amentium cadauera non minus, quam adultorū, & rationis capacium Eccleſiaſtica ſepultura interdicuntur *Laym. l. 1. t. 5. par. 4. l. 2. num. 3. Sanch. l. 3. Matr. Nau. num. 168. Sayr. cap. 8. numer. 5. Vgol. Filliuc. Suar. Henriq.*

73 Nullibi ſtatutum legimus, vt corpora defunctorum non perſonaliter interdictorum, & denunciatorum in loco interdicto illegitimè ſepulta exhumentur; Contrà verò ſtatutum eſt, vt cadauera defunctorum, quæ localis interdicti tempore in loco non ſacro ſepulta fuerunt, ſublato interdicto exhumentur, & ad ſacrum locum transferantur *Nau. num. 176. Henriq. Auila, Laym. ibi Vgol. Henriq. Sa, Filliuc. Sylu.*

74 Qui ſpecialiter interdicti non ſunt, nec culpabilem cauſam interdicto dederunt, in quocūque loco ſacro non interdicto ſepeliri poſſunt; in locali enim interdicto perſonæ ipſæ non interdicuntur, niſi ratione loci interdicti *Suar. d. 39. ſ. 1. num. 3. Auila, Laym. Bonac. Coninch. Vgolin. Sayr. cap. 7. num. 10.*

75 Qui perſonaliter interdicti non ſunt, ſi ex hac vita in loco interdicto deceſſerunt, ad alium locum non interdictum transferri, ibique tumulari poſſunt; Interdictum enim locale perſonas non reſpicit, ſed locum interdictum *Suar. num. 3. Regin. nu. 371.*

76 Laicos tempore interdicti in campo, vel cæmeterio ab epiſcopo deſignato, nondum tamen benedictione inaugurato tumulare licet *Bon.*

77 In interdicto generali, aut perſonali nemini interdicto eccleſiaſtica ſepultura conceditur, alioquin interdicti ratio ceſſaret *Faber. de cenſ. in 4. diſt. 25. Turrianus, Prapoſitus, contra Suarium, Coninc. & Megalium.*

78 Popularibus quibus ex priuilegio interdicti tempore diuinis officijs intereſſe licuit, eccleſiaſtica ſepultura non deneganda eſt; Cui enim communicamus viuo, poſſumus etiam mortuo

mortuo communicare; cui maius cōceditur, minus non negatur, maius autem eſt diuinis intereſſe, quàm in loco ſacro ſepeliri *Nau. numer.* 181. *Sotus, Sa, Angelus, Tabiena, Syluester, Sayr. nu.* 9. *Diana, Bonac. Auila, Coninch. contra Vgolinum, Corneium, Prepoſ. Hurtad. Gordonum, Mercerum, Alterium.*

79 Feſtis illis diebus, quibus diuina officia publicè celebrantur interdicti localis generalis tempore populares adultos in loco interdicto ſepelire licet; quibus enim communicamus viuis, poſſumus etiam communicare defunctis *c. ſane diſt.* 24 *q.* 2. *Sylu. v. interdictum q.* 2. *Sot. Sayr. c.* 8. *Angelus, Tabiena, Nau. num.* 181. *Henriq. Bonac. d.* 5. *par.* 5. *num.* 7. *contra Palud. Auilam, Coninch. Suar. Filliuc. Vgolinum, Abbatem, & alios, Corneium, Prepoſitum, Hurtadum, Gordonum, Villalobum, Mercerum, Alterium, ita etiam docet Megala, Io de la Cruz, Moſcoſus, Tannerus, Diana part.* 9. *tract.* 10. *r.* 67.

80 Feſtis illis diebus ab interdicto exemptis ſicut alia diuina officia, ita clericorum exequiæ ſolemniter celebrari poſſe certum eſt; eos tamen in loco ſpecialiter interdicto ſepelire non oportet, ſi in alium non interdictū locum efferri commodè poſſint *Sylu. Suar. d.* 35. *ſect.* 2. *nu.* 4. *Laym. c.* 2. *n.* 3.

81 Reliquo vero interdicti localis tempore eccleſiaſtici, qui ſpecialiter interdicti non ſunt, modò interdictum illicita diuini officij recitatione non violarint, in locis ſacris etiam interdictis ſine æris campani pulſu, & in ſilentio ſepeliri poſſunt *ex cap. quod in te, Layman.*

82 Tum clerici, tum laici perſonali interdicto deuincti, ſi denunciati non fuerint, in loco ſacro non interdicto ſepeliri poſſunt, niſi abſq. pænitentia è vita deceſſerint. Quibus enim viuis communicamus, mortuis etiam communicare poſſumus, ſed interdictis perſonaliter non tamen denunciatis diuina officia communicamus, eosq. à ſacro loco non arcemus viuos, igitur neque mortuos *c. ſane* 24. *q.* 2. *extrau. Concil. Conſtantienſis, Laym. num.* 4.

83 Cæterum in locali interdicto generaliter lato, ſatis eſt Rempublicā, ſeu cōmunitatem denunciare, vt ſingula eius membra à ſacris officijs, & eccleſiaſtica ſepultura repellere debeamus *Coninch. Suar. d.* 37. *Auila, Baym. contra Eman. Sà.*

84 Infantes, & amentes ſpeciali interdicto non afficiuntur, ideo ſpecialis interdicti tempore in loco non interdicto ſepeliri poſſunt *Bon. p.* 5. *q.* 4.

85 Homo ſepeliens laicum interdicto perſonali, generali obſtrictum in loco ſacro ex vi cenſuræ non peccat; qui enim ſepelitur, vitandus non eſt *extrau. ad euitanda, Suar. d.* 35. *ſect.* 3. *num.* 2. *Sayr. c.* 8. *num.* 2. *Filliuc. Reginald. Coninch. Sà, Bonac. q.* 5. *num.* 10.

86 Qui aliquem interdicto generali tantùm, non ſpeciali, nec nominatim obſtrictum ſepelit, anathema non eſt *ex clement.* 1. *de ſepulturis, Suarez. num.* 6. *Bonac. & alij.*

87 Interdictus ingreſſu eccleſiæ in ea, vel in cæmeterio ſacro ſepeliri nequit, niſi contritionis, ſeu pænitentiæ ſigna moriens dederit; Tunc enim abſoluendum prius eſſe, deinde loco ſacro tumulandum eſſe docet *Sayr. c.* 7. *num.* 20. *Auila, Couaruuias, Suar. Sà, Filiuc. nu.* 101. 103. *Vgolin. Bonac. num.* 11. *q.* 6. *Dian. p.* 5. *t.* 10. *r.* 74. ſi tamen ab homine interdictus fuerit, mortuus nō indiget abſolutione *Auil.*

88 Di-

88 Diuina verò officia extra eccleſia perſoluere, vel intereſſe, qui eccleſiæ ingreſſu interdictus eſt, non prohibetur *Bonac. num.* 11. Verùm ſacramenta in eccleſia conficere, aut miniſtrare, aut ſacros ordines exercere ei nefas eſt; ordinis enim ſacri exercitio interdictum violatur, irregularitas contrahitur *Suar. num. 6. Nau. n. 170. Sà, Auila, Couar. Coninch. Sayr. Filluc. Regin. Bonac. p 5. q. 6. num. 11.*

89 Ei, qui eccleſiæ ingreſſu interdictus eſt, diuina officia data opera, ſeu de induſtria audire illicitum eſt. ea tamen audiens quamuis læthalem culpam committat, irregularis non efficitur *Couaruuias par. 2. §. 1. & alij.* Verùm, ſi tempore diuinorum officiorum per eccleſiam tráſiens aliquid obiter, & inconſulto audiat, non peccat, cum abſque intentione illa audiendi, audiat *Nau. Henriq. Auila, Coninch. Suar. Bonac. Dian. par. 5. tract. 10. r. 72.*

90 Neque peccat, ſi, quando diuina non celebrantur, templum ingrediatur, & ibi preces ad Deũ priuatim fundat, etiamſi ibidem Euchariſtiæ ſacramentum adſit; non enim diuinis officijs intereſt, nec ea audit, igitur, nec peccat, *Dian. par. 5. tr. 10. r. 72. Suar. d. 34. num. 36. Coninch. num. 59. Reginald. Bonac. num. 41. Villalobos, Hurtadus, Nau. Auila, Couarr. contra Syluestrum, Filluc. Abbatem, Calderinum, Comitolum, Corneium, Gordon.*

91 Cui eccleſiæ ingreſſus interdictus eſt, is ſacramentorum vſu priuatus non eſt, ſed diuinis officijs, atque ſacra ſepultura, propterea ſacramenta in eccleſia, quando diuina officia non perſoluuntur, ſumere poteſt *Syluest. Suar. d. 35. Sayr. de ſuſp. c. 7. n. 11. Auil. Angel. Coninch. Henr. Bon. n. 12.*

92 Eidem etiam externi fori iuriſdictionem in eccleſia exercere licet, vt excommunicando, ſuſpendendo, abſoluendo; Exterioris enim iuriſdictionis vſu non priuatur interdictus, multo minus qui non eſt interdictus, ea enim ſolemniter agere poteſt *Auil. Nau. Henriq. Vgolin. Sayr c. 6 Bon p. 6.*

93 Clerici non interdicti, qui culpabilem cauſam interdicto non præbuerunt, illudque obſeruarunt ſiue eſſet locale, ſeu generale, ſeu ſpeciale in loco ſacro, etiam ſpecialiter interdicto, ideſt in templo, vel cœmeterio ſacro ſepeliri poſſunt, modo id ſine ſolemnitate, & æris cãpani pulſu fiat *Nau. Vgolin. Henriq. Sot. in 4. d. 22. Syluester, Suarez, Coninch. Sayr. c. 8. numer. 6. Filliuc. Reginaldus, Auila.* Quinetiam eorum exequiæ diuinis officijs, & ſacrificio miſſæ, præſcripta tamen moderatione à Pontifice adhibita, decorari poſſunt; Interdicti n. localis generalis tempore diuina officia, ac ſacrificia ſubmiſſa voce, & ianuis clauſis celebrare licet *Sayr, Auil. Filliuc. Henriq. Suarez, Bonac.*

94 Clerici interdictum perſonale, vel locale contra ius præſcriptum violantes læthalis culpę rei ſunt; lex enim interdicti eſt de re graui, & clericos potiſſimum obligat, cum in eos directè feratur, ſique interdictum aliquem ordinem exercendo ſcienter violent, irregulares fiunt *ex cap. is, cui, de ſent. excom. in ſexto.*

95 Officio etiam, & iuriſdictione ſuſpenſa ingreſſu eccleſiæ interdicuntur interdictum locale ſaltem generale violantes *ex cap. tanta de exceſſ. præl. c. epiſc. de priu. Sot. diſt. 22. q. 3. a. 1. Syluester, Caiet. Auila, Sayr. c. 14 num. 12. Suar. d. 34. Vgol. Henriq. Coninch. Filliuc. Bonacin. Reginald. Layman.*

proba-

Digitized by Google

probabile tamen eſt clericos minorũ ordinum interdictum locale violãtes venialis tantum culpæ reos eſſe. *Sà, Tannerus*, actiua etiam, & paſſiua electione priuantur interdicti violatores clerici, tam ſeculares, quam religioſi *c. is, qui de ſent. excom. & c. 1. de poſtul. prælat. Syluest. Sot. Suar. Henriq. Auila*, immo etiam beneficijs priuari, aliiſque pœnis affici poſſunt *ex c. poſtulaſti de cler. excom.*

96 Religioſi præter eaſdem pœnas, quibus, vt clerici ſeculares, obnoxij ſunt, ſi ceſſationem à diuinis, vel interdictum locale generale, ſiue validum, ſiue inualidum ſit, quando hæc ab eccleſia cathedrali, vel matrice oppidi, vel parochiali ſeruantur, violent, anathematis cenſura nulli reſeruata ſtatim obſtringuntur *ex Clementina 1. de ſentent. excommunic. Nau. num. 146. Sylu. excom. Suar. ſect. 4 num. 14. Sà, Vgol. Sayr. Coninch. Bonac. d. 5. p. 7. n. 3.* Religioſi debent ſeruare interdictum validum, etiamſi eccleſia cathedralis, vel matrix illud non ſeruet; quia non eſt regula in tranſgreſſionibus. *Sayr. l. 3. c. 33. n. 46. Bordon. r. 78. n. 237.*

97 Nonnulla tamen religioſis mendicantium ordinibus à ſummis Pontificibus pro interdicti tempore cõceſſa fuerunt, quæ à Paulo V. pont. maximo Clericis Regularibus Congregationis Somaſchenſis, & alijs ampliſſimè cõmunicata ſunt, quæ ſcire religioſis mendicantibus, & iis qui eorundem priuilegijs gaudent, expedit. Hæc autem priuilegia à Concilio Tridentino minimè abrogata fuerunt *Capuccinus in compendio minorum, Rodriquez in bull. Cruciatam, Alex. Boccolus in cõp. priuil. Congr. Somaſchenſis, qui eadem breuiter refert v. interdict. vide illud.*

98 Clericus qui interdictum actione aliqua ad ordinem ſacrum, vel officium ipſius non ſpectante violat, irregularis non fit, & ſi tanquam laicus agit, quæ ad minores ordines pertinent, nec grauiter peccat, nec irregularis cenſetur *Suar. Reginald. Auila, Bonac. contra Filliuc.*

99 Interdictum violat clericus, qui interdictus ſacramenta confert, vel ſi non interdictus ipſe in loco interdicto ſacramenta miniſtret, vel ſi ipſe nec interdictus ſit, nec locus, ſacramenta tamen interdicto miniſtrat. primis duobus caſibus irregularitas contrahitur, tertio minimè *Bonac. d. 5. p. 5. n. 3.*

100 Qui ſacrificio miſſæ, vel diuinis officijs, eorumue parti in loco interdicto intereſt, grauiter peccat, non tamen irregularis fit; auditio enim non eſt ſacri ordinis actio, etiamſi, qui intereſt rei diuinæ, præſul, vel antiſtes ſit, qui in miſſæ celebratione authoritatem ſuam interponat, vel interdicti tempore ſacerdotem coram ſe ſacrificium celebrare iubeat, vel eius celebrationi aſſiſtat, irregularitatem non contrahit, quoniam hæc in iure expreſſa non eſt, ita *Auila par. 7. d. 9. ſect. 2. Sylu. v. irregul. Bonac. p. 7. num. 3. contra Nau. Sayr.*

101 Qui rem diuinam coram interdicto facit, irregularis non eſt; huiuſmodi enim irregularitas lege ſtatuta non eſt.

102 Sacerdos matrimonio, dum contrahitur, aſſiſtens, aut priuatim baptizans non fit irregularis; ordinis enim ſacri actum non exercet; ſecus verò dicendum eſt, ſi ſponſis benedicat, vel baptiſmi ſacramentum ſolemni ritu adminiſtret *Suar. num. 21. Filliuc. Bonac.*

103 Clericus communicans cum aliquo interdicto res, quibus hic inter-

dictus.

Digitized by Google

dictus eſt, graue ſcelus committit, vt ſi coram interdicto ſacris operetur, ſi eundem ad diuina officia admittat; immo ſi clericus, quamuis ab epiſcopi iuriſdictione liber ſit, coram illis ſacrificet, vel excommunicatum, vel interdictum ad diuina officia, vel ſacramenta admittat, vel loco ſacro ſepeliat, Eccleſiæ ingreſſu interdicitur, donec interdicti latori ſatisfaciat *ex c. epiſc. de priuil. in 6. Syluest. v. interd. 6. Nau. c. 25. Sayr. c. 14. numer. 11. Tabiena, Vgolin. Suar. Filliuc. Sa, Coninch. Bonac.*

104 Cum interdicto nominatim non denunciato communicare licet, quemadmodum cum anathemate tolerato *ex Concil. Conſtantienſi Rodriq. Henriq. Suar. d. 33. ſect. 3. Filliuc. nu. 57. Reginald. Coninch. Bonac. n. 21.*

105 Interdictus ingreſſu eccleſiæ in cœmeterio diuina officia audire poteſt, ibique rei diuinæ intereſſe. Pænalia enim reſtringenda ſunt. *Filiuc. to. 1. tr. 18. c. 5. Reginaldus, Suar. d. 35. ſ. 3. num. 9. Dian. p. 5. tr. 10. r. 75. contra Villalobum*, qui noſtram ſententiam probabilem vocat.

106 Populares, ſeu laici interdictum generale perſonale violantes grauiter peccant; tale enim interdictū eos directè afficit *Sot. q. 3. a. 1. Nau. num. 187. Suar. d. 34. Laym. c. 3. n. 2.*

107 Quin etiam ſi laicus ſine vi, fraude Euchariſtiæ ſacramentum, vel aliud in loco interdicto adminiſtrari prohibitum accipiat, mortiferi ſceleris reus eſt, ad quod clericum inducit, vel ei ad peccatum cooperatur *Coninch. Suar. d. 33. ſect. 2. num. 6. Laym.*

108 Si laicus perſonaliter non interdictus ſine vi, fraude, ſcandalo diuinis officijs ſolum interſit, leuiter tātum peccat; lex enim interdicti in clericos directè fertur, ne laicos ad diuina officia loco interdicto admittant, laicū autem locale interdictum violantem, leuiter tantum peccare probabile eſt *Syluest. 6 num. 7. Sotus, Auila, Laym. Angelus, Reginald. to. 2. l. 32. t. 3. c. 30. num. 42. Valent. Henriq. Dia p. 5. t. 10. r. 68. contra Coninck. Innocentium, Archid. Hurtadum, Prapoſitum.*

109 Qui interdictum, vel excommunicatum in loco ſacro, vel alios contra iuris præſcriptum in loco interdicto ſepelire ſcienter auſus fuerit, ſtatim anathema eſt *Clem. 1. de ſepult.*

110 Dominus temporalis, qui clericum in loco interdicto diuina publicè, ac ſolemniter celebrare cogit, vel æris campani ſonitu populum ad diuina audienda conuocari iubet, ac facit, vel impedit, quominus excommunicati, vel interdicti ab eccleſia exeant, dum ſacrificia peraguntur, poſtquam à ſacerdote moniti fuerint, & ipſimet excommunicati, vel interdicti, ſi iuſſi templo exire recuſent, in cenſuram, cuius abſolutio Pontifici reſeruata eſt, incidunt *Clement. 2. de ſent. excom. Laym. c. 3. num. 3.*

111 Non poteſt locus pro ære alienò interdici *Nau. c. 27. num. 198. Couar. in cap. alma part. 2.*

112 Interdictum ab eo etiam, qui illud poſuit, ſeruandum eſt, alioquin idem pænæ obnoxius eſt, niſi ſit Pontifex maximus, vel illud ſibi relaxet *Sa numer. 1. F. Felicianus, Nauar. capit. alma, Sotus, Suar. Sayr. lib. 5. cap. 3.*

Ceſſatio

Digitized by Google

# Ceſſatio à Diuinis. Cap. LXXIX.

1 CEſſatio à diuinis interdicto partiali affinis eſt ſimplex interdictio, ſeu prohibitio, qua diuina officia alicubi fieri vetantur in ſignum mæroris ob grauiſſimam iniuriam Eccleſiæ illatam. Ceſſatio à diuinis altera generalis, altera particularis eſt, illa in loco vniuerſali, vt in prouincia, regno, ciuitate, hæc verò in particulari aliquo loco, vel Eccleſia indicitur.

2 Ceſſatio, nec propriè pœna eſt, neque cenſura, neque ipſo facto vnquam, quemadmodum excommunicatio, & interdictum contrahitur, nec qui eadem violat, irregularis fit, quamquam grauiter peccat *Laym. l.* 1 *tr.* 5. *p.* 4. *c.* 6. *Bonac.* Religioſi tamen, qui cathedrali, vel parochiali eccleſia ceſſante à diuinis, non ceſſant, anathematis cenſura obſtringuntur *Clem.* 1. *de ſent. excom. Nau. c.* 27 *num* 188. *Sayr. l.* 5. *c.* 17. *Suar. t.* 5. *diſp* 39. *Henriq. Valentia, Rodriq. Bonac. de cenſ. diſp.* 5. *part.* 3.

3 Ceſſationem à diuinis ſummus Pontifex, Epiſcopus, vel eius ſede vacante capitulum, prouinciale etiam, ac diœceſanum concilium ſynodus indicere poſſunt, & quicunque iuriſdictionem, ſeu poteſtatem epiſcopali ſimilem habent *Gloſſa in c. ſi canonici Sotus d.* 22. *q.* 3. *Couar. c. alma mater, Suar. ibid. Laym.*

4 Priuilegia tum ſpecialia, tum generalia clericis interdicti tempore cõceſſa, vt quotidie clauſis eccleſiæ ianuis, & ſubmiſſa voce diuina officia perſoluere poſſint, ceſſationis tempore omnino ceſſant, ac locum non habent *Nau. c.* 27. *num.* 188. *Suar. d.* 39. *ſect.* 2. *num.* 11. *Couarruuias, Auila Henriq. Coninch Layman.*

5 Clericis tamen binis, aut ternis horarias preces in templo ceſſationis tempore priuatim perſoluere licitum eſſe, probabile eſt; recitatio enim cum ſocio vno, vel duobus precationis priuatæ modum non excedit, ita *Couar. Suar. ſect.* 2. *numer.* 14. *Henriq. Laym. contra Auilam d.* 4.

6 Aequum, & probabile eſt in præcipuis anni ſolemnitatibus, quibus interdicti tempore diuina officia publicè celebrari poſſunt, eadem etiam ceſſationis diuinorum tempore ſolemniter perſolui poſſe, non obſtante quacunque generali prohibitione; huiuſmodi enim priuilegium in honorem illorum feſtorum abſolutè conceſſum fuiſſe videtur, *ita ex c. Alma mater, Doctores Salmanticenſes, & alij apud Suarium d.* 39. *ſect.* 2. *numer.* 12. *Henriq. Auilam, Laym. num.* 3.

7 Quamuis vt nulla diuina officia præter baptiſmum paruulorum, & pœnitentiam morientium, adiuncto etiam viatico, ceſſationis tempore celebrentur, ſtatutum ſit *cap. non eſt de ſponſal.* nihilominus ſacramenta eadem, quæ interdicti generalis tempore miniſtrantur, ceſſationis tempore miniſtrari indigentibus poſſe, probabile eſt *Doct. Salmant. Suar. Henriq. Auila, Couar. Laym.* tempore puræ ceſſationis à diuinis ſepultura Eccleſiaſtica laicis interdicta eſt; Clericis verò ſine funebri pompa, & officio conceſſa eſt *Auila, Henriq. cap.* 53.



Digitized by Google

## Catalogus Excommunicationum Papæ reſeruatarum extrà Bullam Cœnæ.

### CONTRA OMNES.

1 *Percuſſores clericorum, vel monachorum ſuadente Diabolo, id eſt cum peccato mortali.*

2 *Perſeuerantes per annum in excommunicatione lata à delegato Papæ.*

3 *Falſarios litterarum Pontificalium.*

4 *Habentes litteras Apoſtolicas falſas, & non deſtruentes.*

5 *Incendiarios ab homine excommunicatos, & denunciatos.*

6 *Sacrilegos effringentes Eccleſias, eaſque ſpoliantes.*

7 *Communicantes in crimine cum excommunicatis à Papa.*

8 *Eligentes potentia inſignem in Senatorem Romanum.*

9 *Vexantes eos, qui cenſuram in aliquos tulerunt.*

10 *Abſolutos ab excommunicatione ſub conditione, & non implentes.*

11 *Offende Cardinales S. R. E.*

12 *Exigentes tributa à perſonis Eccleſiaſticis.*

13 *Violantes interdictum modis prohibitis in Clem. grauis de ſent. excom.*

14 *Falſificantes monetam Regis Fràciæ.*

15 *Exenterantes corpora defunctorum.*

16 *Violantes interdictum ſedis Apoſtolicæ.*

17 *Conſpirantes in perſonam Romani Pontificis.*

18 *Dantes, & recipientes ob ingreſſum Religionis.*

19 *Simoniacos in ordine, & beneficio.*

20 *Taxantes opiniones de Conceptione Beatæ Virginis.*

21 *Dantes, & recipientes pro gratia, aut iuſtitia apud ſedem Apoſtolicam.*

22 *Offendentes magiſtratus prouinciæ Marchiæ Anconitanæ.*

23 *Dantes nunciantibus prouiſiones beneficiorum.*

24 *Occupantes bona Cardinalium in conclaui.*

25 *Fingentes ſe nepotes Cardinalium, vt expediant litteras Apoſtolicas.*

26 *Impedientes executionem litterarũ S. Pœnitentiariæ.*

27 *Supponentes ſe in examine, vt beneficia impetrent.*

28 *Ambientes Papatum, eiuſque cauſa ſimoniam committentes.*

29 *Cõmittentes duellum, cõſulentes, etc.*

30 *Deferentes alumina ex partibus infidelium.*

31 *Mittentes litteras, aut nuncium in conclaue.*

32 *Occupantes bona Montium Pietatis, & locorum piorum.*

33 *Feminas ingredientes monaſteria regularium.*

34 *Suadentes Papæ, vt infeudet loca Eccleſiæ.*

35 *Capientes Chriſtianos habitantes inter Turcas.*

36 *Cõmittentes ſimoniam cõfidentialẽ.*

37 *Non reuelantes conſpiratores contra Cardinales.*

38 *Proponentes populo iudicem caſuum, & indulgentias.*

39 *Accipientes fructus primi, vel ſecundi anni beneficij vacantis.*

40 *Impugnantes inſtitutũ ſocietatis Ieſu.*

41 *Facientes iura illicita, & contraria libertati.*

42 *Diripientes animalia, & alia bona ex Eccleſiæ ſtatu.*

43 *Violantes Eccleſiaſticã immunitatẽ.*

44 *Docentes poſſe fieri confeſſionem ſacramentalem in abſentia.*

45 Ex-

Digitized by Google

45 *Extrahentes frumentum ex Eccleſiaſtico ſtatu, & locis immediatis.*
46 *Participantes cum excommunicato à Papa.*
47 *Inducentes ad iurandum de eligenda ſepultura.*
48 *Procurantes alienationẽ Eccleſiarũ.*
49 *Procurãtes eligi in ſucceſſorem Papæ.*
50 *Prædicatores, qui non ſeruarint decreta pro eis in Lateranenſi.*
51 *Parochos nõ adimplentes iuramenta de reſidendo.*
52 *Retinentes beneficia in confidentiã.*
53 *Abſoluentes à caſibus bullæ Cœnæ, vel Ordinariorum.*
54 *Trahentes Eccleſiaſticum ad forum laicale.*
55 *Conſentientes vſurpationibus Eccleſiarum contra Religioſos.*
56 *Adminiſtrantes ſacramẽta Vnctionis, & Euchariſtiæ ſine licentia Parochi.*
57 *Euntes vltra mare ſine licentia Superiorum.*
58 *Mendicantes tranſeuntes ad non mendicantes.*
59 *Retinentes Apoſtatas Dominicanos.*
60 *Moniales exeuntes de clauſura abſque licentia.*
61 *Superiores non denunciantes eos, qui ſollicitant mulieres in confeſſione.*
62 *Minores recipientes fratres Ordinis Prædicatorum.*
63 *Minores de obſeruantia ſubornantes in electionibus.*
64 *Clauſtrales recipientes Minimos ſine licentia Papæ.*
65 *Tertiarios portantes habitum Minimorum.*
66 *Minimos ſubtrahentes ſe ab obſeruantia Correctorum.*
67 *Minores tempore interdicti admittẽtes fratres tertij Ordinis ad diuina.*
69 *Recipientes aliquem è ſocietate Ieſu exceptis Carthuſianis abſq. licentia.*

## Contra perſonas publicas.

69 *PRælatos vexantes cenſuris commorantes in ſeruitio Papæ.*
70 *Cardinales non ſeruantes ſtatuta à Iulio II* cum tam diuino.
71 *Cardinales reuelantes geſta in conſiſtorio.*
72 *Epiſcopos, qui in ſuſpenſione conferunt beneficia.*
73 *Cardinales ambientes Papatum, & ſimoniacos eius cauſa.*
74 *Cardinales ſimoniacos in ordine, & beneficio.*
75 *Prælatos, qui Eccleſiaſticum traxerint ad forum laicale.*
76 *Prælatos dantes nunciantibus prouiſionem beneficiorum.*
77 *Dominos temporales cogentes aliquem tempore interdicti.*
78 *Prohibentes ſubditis, ne vendant Eccleſiaſticis.*
79 *Bannientes perſonas Eccleſiaſticas.*
80 *Concedentes, vel permittentes duellum in terris ſuis.*
81 *Inquiſitores malè procedentes contra hæreticos.*
82 *Officiales nõ reddentes integrè computa Cœnæ Apoſtolicæ.*
83 *Officiales Pœnitentiariæ facientes ſibi interdicta.*
84 *Officiales ſtatus Eccleſiaſtici recipientes munera præter comeſtibilia.*

## Catalogus Excommunicationum nemini reſeruatarum.

### Contra omnes.

1 *COnducentes Bononiæ domos alterius Scholaſtici, vel Doctoris.*
2 *Habentes ratas orationes factas à ſchiſmaticis.*
3 *Alloquẽtes ſecretò Cardinales, dum ſunt in conclaui.*

4 Ve-

4 *Vexantes Eccleſiaſticos, quia non elegerint eum, pro quo rogabantur.*
5 *Occupantes regalia, & bona Eccleſiaſtica vacantia titulo defenſionis.*
6 *Directores Monialium fouentes diſcordias.*
7 *Procurantes, vt conſeruatores procedant in alijs &c.*
8 *Extorquentes abſolutionem à cenſuris per vim, aut metum.*
9 *Inducentes per fraudem iudicem ad teſtimonium fœmina.*
10 *Compellentes Eccleſiaſticos, vt ſubmittant laicis iura Eccleſiæ.*
11 *Exigentes pedagia &c. ab Eccleſiaſticis perſonis.*
12 *Docentes legem, aut medicinam Religioſos.*
13 *Sepeliẽtes hæreticos, & in locis ſacris*
14 *Mandantes interfici Chriſtianum per aſſaſinos.*
15 *Extendentes repræſalias conceſſas contra Eccleſiaſticos.*
16 *Impedientes ſequeſtrum factum ab ordinario ſuper beneficia.*
17 *Sepelientes tempore interdicti, vel interdictos.*
18 *Impedientes viſitatores monialium.*
19 *Aſſumentes ſtatum Beguinarum.*
20 *Contrahentes matrimonium in caſibus prohibitis.*
21 *Impugnantes litteras Papæ non coronati.*
22 *Profitentes falſam religionem Fraticellorum.*
23 *Imprimentes libros abſque licentia ſuperiorum.*
24 *Edentes Gloſſas in Tridentinum, vel in Clementinam, exiui.*
25 *Aſſerentes non eſſe neceſſariam confeſſionem, Euchariſtiam.*
26 *Raptores mulierum, & fautores.*
27 *Cogentes ad matrimonium.*
28 *Cogẽtes feminas ingredi monaſteria.*
29 *Vexantes ſanctum Officium.*
30 *Pingentes, & decorantes agnos Dei.*

## Contra Clericos.

31 *SVſcipientes munus adminiſtrandi in ciuitate diuerſorum rituum.*
32 *Audientes medicinam, aut leges, ſi ſint ſacerdotes, vel perſonatũ habẽtes.*
33 *Sacerdotes recipientes præfecturas ſeculares.*
34 *Procurantes, vt alij occupent regalia, & iura Eccleſiarum vacantium.*
35 *Minores Epiſcopis, qui locant domos vſurarijs alienigenis.*
36 *Contrahentes matrimonium ſi ſint in ſacris.*
37 *Alienantes bona Eccleſiarum, vel locantes vltra triennium.*
38 *Fictè reſignantes, vel permutantes beneficia.*
39 *Impugnantes in concionibus Montes Pietatis.*
40 *Intereſſentes agitationibus taurorũ, ſi ſint in ſacris.*
41 *Præſumentes abſoluere à caſibus cõtentis in bulla Cœna.*

## Contra Religioſos.

42 *A Studentes legibus, vel medicina extra clauſtra.*
43 *Inſtituentes nouum ordinem ſine licentia Papæ.*
44 *Profeſſos temerè habitum dimittentes, vel impedientes ſolutionem.*
45 *Adeuntes curiam Principum ad nocendum ſuis.*
46 *Tenentes arma intra clauſtra ſine licentia.*
47 *Fouentes ſtatum Beguinarum.*
48 *Profeſſos matrimonium cõtrahentes.*
49 *Mendicãtes recipiẽtes nouas domos.*
50 *Retrahentes auditores à ſoluendis decimis.*
51 *Non ſeruantes interdictum quando obſeruatur à Cathedrali.*

25 *Men-*

52 *Mendicantes, & Parochos non ſeruantes pacem inter ſe.*

53 *Capuccinos recipientes Minores de obſeruantia.*

### Contra Epiſcopos.

54 *SVſcipientes prælaturam in ciuitate diuerſarum linguarum.*

55 *Venientes ad vrbem, & inde recedentes ſine licentia Papæ.*

56 *Permittentes habitum Fraticellorum inter ſe.*

57 *Impetrantes litteras à Principibus ad dignitates.*

### Contra Dominos Temporales.

58 *PRæcipientes ſubditis, ne præſtent obſequia Eccleſiaſticis.*

59 *Impedientes promotionem officij S. Inquiſitionis.*

60 *Concedentes repreſalias contra Eccleſiaſticos.*

61 *Retinentes nomen Vicarij Imperatoris vacante imperio.*

62 *Non ſeruantes ſtatuta in cap.* fœlicis de pœnis *in ſexto.*

63 *Permittentes agitationes taurorum in terris ſuis.*

### Contra Magiſtratus, & Iudices.

64 *NEgligentes reddere ius Eccleſiaſticis.*

65 *Facientes ſeruari ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam.*

66 *Officiales ciuitatis non ſeruantes cõtenta in c.* vbi periculum.

67 *Extorquentes pecuniam prætextu officij Inquiſitoris.*

68 *Poteſtates fouentes vſuras.*

69 *Non adiuuantes in clauſura monialium Epiſcopos.*

70 *Doctores, & profeſſores non facientes profeſſionem fidei.*

71 *Non parentes Cardinalibus inquiſitoribus in officio ipſorum.*

73 *Permittentes portare arma breuiora tribus palmis in ſtatu Eccleſiaſtico.*

## Catalogus ſuſpenſionum.

### Contra Clericos.

1 *REcipientes ordines ab eo, qui renunciauit Epiſcopatui.*

2 *Recipientes ab alieno ſine licentia proprij Ordinarij ordines.*

3 *Recipientes à proprio in aliena diœceſi ſine licentia.*

4 *Recipientes ab excommunicato, vel ſuſpenſo ordines.*

5 *Recipientes ante legitimam ætatem.*

6 *Recipientes extra tempora ſine diſpenſatione.*

7 *Recipientes non ſeruatis interſtitijs.*

8 *Ordinatos ficto titulo.*

9 *Promotos per ſaltum.*

10 *Recipientes poſt matrimonium ratũ etiam non conſummatum.*

11 *Si ſint excommunicati, vel ſuſpenſi, vel interdicti.*

12 *Si cum litteris Capituli ſede vacante infra annum.*

13 *Vtentes ordine in loco interdicto præter modum iure conceſſum.*

14 *Celebrantes coram excommunicato, vel interdicto.*

15 *Tradentes ſepulturæ publicos vſurarios.*

16 *Parochos iungentes ſponſos alterius Parochiæ ſine licentia.*

17 *Parochos non prohibentes matrimonia clandeſtina, vel contra interdictum Eccleſiæ.*

18 *Abutentes veſtibus contra iure ſtatuta.*

19 *Alienis debitis grauantes Eccleſias ſibi commiſſas.*

20 *Occupãtes bona Antiſtitis defuncti.*

21 *Electores Epiſcoporum non præſentãtes electionem electo infra octo dies.*



Digitized by Google

22 *Compromiſſarios eligentes indignum ad epiſcopatum, vel curam animarũ.*
23 *Poſtulantes in Prælatum Cathedralis eos, qui prohibentur.*
24 *Conſentientes electioni per abuſum ſecularis poteſtatis.*
25 *Inferiores Epiſcopis non ſeruantes in viſitatione conſtitutionem Innoc. IV.*
26 *Conferentes beneficia eorum, qui ſeruiunt in Curia, vel eadẽ recipientes.*
27 *Facientes in iudicio per ſordes aliquid contra iuſtitiam, & conſcientiã in grauamen partis.*
28 *Conſeruatores ſe intromittentes in alijs, quam de manifeſtis iniurijs.*
29 *Occupantes bona, cenſus, &c. Eccleſiæ, beneficij, vel alterius pij loci.*
30 *Publicos peccatores.*
31 *Publicos concubinarios.*
32 *Sodomiam exercentes.*
33 *Simoniacos.*
34 *Iurantes de tenendo ſchiſmate.*
35 *Prouocantes ad duellum, vel acceptantes.*
36 *Raptores, vel præbentes auxilium, &c. raptui.*
37 *Diſputantes de Conceptione Beatæ Virginis Mariæ.*

## Contra Epiſcopos.

38 *C*ONferentes ordines ſimoniacè.
39 *Conferentes ſuſpẽſo propter malam promotionem.*
40 *Ordinantes Religioſum non profeſſũ.*
41 *Ordinantes accepto iuramento, quod non moleſtabuntur ſuper eorum prouiſione.*
42 *Ordinantes monachum ſine licentia Abbatis.*
43 *Non promulgantes Concilium Prouinciale toti Diœceſi.*
44 *Intromittentes ſe in cauſis ſpectantibus ad electionem Epiſcoporum.*
45 *Submittentes laicis bona Eccleſiæ ſine debito conſenſu.*
46 *Occupantes bona vacantium pertinentium ad eorum prouiſionem.*
47 *In cauſa alienationis male vtentes delegata poteſtate.*
48 *Alienantes bona Eccleſiæ vltra biennium.*
49 *Admittentes reſignationes contra formam præſcriptam in conſtitutione* Quanta.
50 *Fouentes vſuras locãdo ſuas domos.*
51 *Abutentes munere inquiſitorum in cauſa fidei.*
52 *Delinquentes contra clericorum immunitatem.*
53 *Non ſeruantes Extrau. 2.* de electione, *quo ad perceptionem fructuum primi, vel ſecundi anni.*
54 *Promotos à ſede Apoſtolica ſine literis authenticis eiuſdem.*
55 *Concubinarios à ſynodo admonitos, & ſe non emendantes.*
56 *Relaxantes incendiarijs pœnam contentam in iure.*
57 *Negligentes procedere contra ſimoniacos.*
58 *Nõ facientes cõburi libros Talmud.*
59 *Publicantes populo indicem caſuum.*
60 *Non viſitantes limina Apoſtolorum tempore præſcripto in conſtitutione Syxt. V.*
61 *Ingredientes monaſteria monialium ſine neceſſitate.*

## De interdictis in particulari contentis in iure.

*I*NTerdictum locale generale nõ obligat antequam denuncietur, ſicut neque ſpeciale reſpectu habito ad ſpecialem locum. Perſonale, ſi generale ſit, ſatis eſt contra talem communitatem denunciatum eſſe, & euidenter conſtare talem perſonam de ea eſſe commu-

Digitized by Google

*communitate: ſpeciale ſtatim obligat perſonam, in quam fertur, alij tamen ad eam perſonam vitandam nō tenentur, antequam denunciatum ſit interdictum. Et illud quidem nempè locale generale, in ſeptem caſibus à iure latum eſt.*

*Primus, ſi Rector ciuitatis, vbi moritur Papa non faciat contenta c.* vbi periculum *de elect. in* 6.

*Secundus, ſi Dominus terræ iniurioſè percutiat Epiſcopum, vel mandet.*

*Tertius, ſi Legatum, vel Apoſtolicum nuncium in ſuo officio impediat.*

*Quartus, ſi perſonæ Eccleſiaſticæ manifeſtis vſurarijs domos concedant, poſt menſem enim, in quo ſuſtinuerunt excommunicationem, ipſorum Terræ interdictæ ſunt.*

*Quintus, ſi ciuitas exigat gabellas à perſonis Eccleſiaſticis, de rebus ipſarum exportandis.*

*Sextus, ſi conſentiat neci Cardinalis, vel infra menſem non puniat delinquentes in eo.*

*Septimus, ſi Epiſcopum iniurioſè banniuerit, occiderit.*

## Locale verò ſpeciale in caſibus tribus incurritur.

*PRimus, ſi in eo loco per vim detineatur Epiſcopus.*

*Secundus, ſi Clerici non reſtituerint infra dies decem funeralia Eccleſiæ, in qua de iure ſepeliendus erat is, quem induxerunt ad vouendum, vt eligeret ſepulturam in ſua.*

*Tertius, ſi hæreticus ſcienter ſepeliatur in Eccleſia.*

## Interdictum perſonale generale in caſibus nouem incurritur.

*PRimo, ſi vniuerſitates alienigenis vſurarijs habitationem concedant.*

*Secundo, ſi concedant repreſalias, vel extendant contra Clericos.*

*Tertio, ſi imponant, vel exigant decimas ab Eccleſiaſticis.*

*Quarto, ſi reſiſtant ſtatutis Papæ circa diuiſionem Epiſcopatus Toloſani.*

*Quinto, ſi non ſeruetur conſtitutio Ioan. XXII. circa fructus beneficiorum vacantium.*

*Sexto, ſi à ſententijs Papæ appellauerint ad Concilium futurum.*

*Septimo, ſi Capitulum infra annum dimiſſorias concedat.*

*Octauo, ſi exigant tributa ab Eccleſiaſticis.*

*Nono, cum ob crimen vniuerſitatis fertur interdictum locale generale.*

## Denique Interdictum perſonale ſpeciale incurrunt in ſubſequentibus caſibus.

*PRimo, Iudex Eccleſiaſticus ferens cenſuram contra cap.* Medicinalis.

*Secundo, recipiens dignitatem de manibus laici.*

*Tertio, vſurpans ex redditibus vacantis Eccleſiæ.*

*Quarto, Epiſcopus, vel Abbas alienans bona Eccleſiaſtica contra Paulinam.*

*Quinto, violantes interdictum locale ab homine, vel à iure.*

*Sexto, Prælati in viſitatione recipientes vltra conceſſa.*

*Septimo, Iudices Eccleſiaſtici priuantes Curiales beneficijs.*

*Octauo, ſuperiores vſurpantes bona nonnullarum Eccleſiarum vacantium.*

*Nono, Clerici in ſacris, qui iacent in crimine fornicationis.*

*Decimo, Prælati edentes commentaria in Tridentinum.*



Digitized by Google

## De Irregularitate. Cap. LXXX.

1 Irregularitas eſt iure ſtatuta inhabilitas ordines ſuſcipiendi, ſuſceptoſue exercendi non eſt cenſura, vt excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, quæ propter culpam ſolum feruntur, & tam à iure, quam ab homine. Irregularitas enim ſæpe ſine peccato contrahitur, & à ſolo iure fertur, & non modo in clericos, ſed etiam in laicos cadere poteſt, à ſuſpenſione, & depoſitione differt; Hæc enim à ſtatu eccleſiaſtico eijcit, ſuſpenſio in clericos tantum fertur. Irregularitas alia ex delicto, alia ex defectu, vel indecẽtia abſque culpa oritur. Hæc ex defectu vel animi, vel corporis, vel natalium, vel originis, vel ætatis, & libertatis, vel ſacramenti, vel lenitatis, vel honeſtæ famæ, irregularitas ex delicto dicitur, quæ ex iteratione baptiſmi, vel ex indebita ſuſceptione, vel vſu ordinis, vel ex actu infidelitatis, aut hæreſis, vel ex homicidio illicito, vel ex infamia contrahitur.

2 Irregularitas non modo ordinũ, ſed etiam primæ tonſuræ ſuſceptionẽ impedit; quamuis enim tonſura propriè ordo non ſit, ſed diſpoſitio, ſeu præparatio ad ordines, nihilominus in pontificio iure ordinis nomine intelligitur *a. cum contingat. Nau. t. 1. cõſ. 24. Garzias, Filliuc. tr. 19. c. 3. numer. 59. Auila, Suar. de cenſ. d. 40. Sayr. l. 6. c. 1. Reginald. to. 2. l. 30. t. 1. Rot. Rom. anno 1583. Coninch Bonac de cenſ. d. 7. p. 1. Præpoſitus, Diana par. 4. tr. 2. r. 87. G. Hurtad. d. 1. d. 5. Baucius, Paſqual. q. 87. contra Aloyſ Bariolam, Sayrum de cenſ. l. 5. c. 5.* tonſuram primam nõ eſſe ordinem communis Doctorum ſententia eſt *D. Th. D. Bonau. Sot. Sylu. Vaſq. Bellarm. Filliuc. S. Ioan. Formar. Tanner. Ocag. Reg. Sayr. Mercer. Chelliſon. & alij.*

3 Solus Romanus Pontifex irregularitatem inuexit, eamque ſacris canonibus expreſſit. Epiſcopi, alijque Romano Pontifice inferiores præſules irregularitatem imponere nequeunt cum ius commune condere non poſſint *Suarez d. 4. ſect. 1. numer. 59.*

4 Nulla eſt irregularitas, quæ Pontificio iure ſcripto expreſſa non ſit, nulla autem ob ſolam doctorum authoritatem cõſuetudini innixam irregularitas admittenda eſt *Suar. ibidem Bonac. p. 1. num. 4. ex C. is, qui de ſent. excom. in 6. Dia. p. 4. t. 2. r. 52.*

5 Neque ob ſimilem, vel æqualem, vel maiorem cauſam, quam in aliquo caſu à iure expreſſa ſit, irregularitas contrahitur, quando caſus in iure non exprimitur, neque à ſimili, neque à maiori argumentum in hac materia valet *Al. Bariola, Valentia t. 4. d. 7. Suar. d. 4. ſect. 4. Sayrus lib. 6. cap. 2. P. Corneio, Diana p. 4. t. 2. r. 80. Filliuc. num. 35. Bonac.*

6 Irregularitas abſque iudicis ſententia, & executione contrahitur, & effectus ſuos producit *Nau. cap. 27. Suar. d. 40. ſect. 4. Couar. Villad. Caſtrus, Filliuc. Bonac.*

7 Omnis homo iuri communi, ſeu Pontificijs legibus ſubiectus, ſiue clericus, ſiue laicus, irregularitatis capax eſt, modo baptiſmo, & fide, & virili ſexu nõ careat *Syluest. Reginal. Bonac.*

8 Irregularitas huiuſmodi formulis verborum plerumque exprimitur, *nũquam ad ordines admittatur, nunquam ad clericatum promoueatur, ad ſacros ordines*

Digitized by Google

*ordines adſpirare non audeat, vel non poteſt eſſe ex numero ſacerdotali, vel nõ poſſunt ei iura ſacerdotij concedi. Suar. Bonac. & alij.*

9 Irregularitas ſuſceptione clericatus, & ordinum directè priuat, ſuſpenſio verò eorundem vſu, idem *Bonac.*

10 Irregularis agere poteſt quæcũque ordinis vſum non requirunt, vt ſacramenta reliqua excepto ordine ſuſcipere, in templo canere, ſacrificãti miniſtrare *ex comm. Auila, Suarez num. 8. Laym. d. lib. 1. 5. p. 5. c. 1.*

11 Irregularitas eccleſiaſticam iuriſdictionem non aufert habenti, ideò irregularis iuriſdictionem, vt antea, exercere poteſt, quamuis non licitè in ijs, quæ ordinis actum requirunt, qualis eſt abſolutio à peccatis, idem etiam de ſuſpenſo dicendum eſt *Suar. d. 40. ſect. 2 nu. 25. Coninch d. 18 d. 1. Laym. c. 1. num. 2. contra Nau. Auilam.*

12 Probabile eſt inuincibilem iuris ignorantiam ab irregularitate defendere illum, qui aliquid iure naturæ damnatum agit, quod ne fiat ſub irregularitatis pœna, lege cautum eſt. Pœna enim culpam tantum ſequi debet: *Nauar. Reginal. Peregrin. Sanch. Bonacin. Merol. tom. 1. diſp. 1. cap. 2. Caſtrus Palaus tr. 1. Præpoſitus Coninch. de ſacr. d. 18. d. 4. Borell. Dian. p. 4. tr. 2. r. 85. Sanch. de matrim. l. 9. d. 32. num. 17.* contrariam etiam ſententiam alij probabiliter tuentur. *Sotus in 4. d. 22. Suar. t. 5. in 3. p. d. 4. ſect. 5. num. 10. Vaſquez, Azor, Corduba, Aluarez, Auila, Ledeſma, Villalobos, Hurtadus,* irregularitas tamen ex homicidio, vel mutilatione licèt videatur eſſe ex delicto, cum præcipuè lenitatis defectum inducat, ab homicida contrahitur, etiamſi irregularitatis pœnam homicidis ſtatutam eſſe neſciat *Merolla d. 1. c. 2. nu. 49. Mercorus, Dia. ibid. contra Portellium.*

13 In dubijs facti præter homicidium nemo irregularis cenſendus eſt. Qui dubitat, an hominem occiderit, irregularis eſt, non verò, ſi dubitat, an mutilauerit; illud enim iure expreſſum eſt, hoc minimè. In dubio autem melior eſt conditio poſſidentis, ſolum autem dubitanti de homicidio à ſe iniuſtè patrato irregularitas ſtatuta eſt *Sanch. t. 2. l. 1. c. 10. Salas p. 2. q. 21. Suar. d. 40. ſect. 6. Salas, Malderus, Alph. Leo, Henriq. Auila, Villalob. Sayr. Vgolin. Laym. l. 4. tr. 1. c. 5. Coninch. Dian. p. 4. t. 2. r. 52. & p. 5. t. 5. r. 72. Fl. Mena. Azor p. 1. l. 2. c. 19. contra Hurtadum, Vaſquium, Turrianum, Henriq. Couarruuiam.*

14 Non improbanda tamen eorum ſententia eſt, qui neminem ſe debere irregularem gerere aſſerunt, cum, an hominem occiderit, dubitat, niſi veriſimilius ſit, homicidium ab eo perpetratum fuiſſe, ita ex *cap. ſignificaſti 2. & c. ad audientiam, Suar. de cenſ. d. 40. ſect. 6. nu. 70. Salas, Leo, Rebell.* Qui dubitat, an in bello homicidium iniuſtum commiſerit, non eſt irregularis; lex enim de homicidio vetito loquitur *cap. ad aud. de homicid. Sanch. in ſum. tom. 1. l. 1. cap. 10. Fillinc. t. tr. 19. c. 2. Diana contra Nau. Henriq. Auila, Bonac.*

15 Quamuis Epiſcopi non ſint obnoxij ſuſpenſioni, & interdicto ex iure generali, nihilominus irregularitati lege aliqua generali à Pontifice lata obnoxij ſunt; ab hac enim non excipiuntur, *cap. quia pericul. de ſent. excom. in 6. Henriq. Turrianus de cenſ. l. 8. c. 59. Dia. r. 53. contra Maiolum.*

16 Impuberes, ſeu pueri ante decimum quartum ætatis annum irregula-

ritati obnoxij ſunt, ſi doli capaces ſint; immo puer ſeptennio maior, ſi quem-quem occidat, irregularis eſt *Gauantus in apho. Auila, Henriq. Præpoſitus, Dia. r. 67. contra Sanicum.*

17 Irregularitas ex delicto cum pœna grauiſſima ſit, non niſi ob grauem culpam infligitur, neque venialis culpa ſufficit. *Sayr. l. 7. cap. 5. num. 5. Suar. d. 40. ſect. 3. Coninch. d. 18. d. 2. Bonac. d. 7. q. 1. Filliuc. Sanchez, Villalob. Dia. p. 2. tr. 16. r. 20. Monteſinus, Turrianus, Gordonus, Layman, Cruz, Tanner, Valentia, Vaſq. Hurtad. Auil. Præpoſit. contra Caietanum, P. Aragon. Megalam, Molinam, Megalium,* neque vlla irregularitas à iure impoſita eſt, quam propter lethalem culpam.

18. Probabilius eſt, hominem irregularem ſacerdotij, ſeu beneficij eccleſiaſtici incapacem eſſe, nec perceptos ex eo fructus retinere poſſe, ſed reſtituere debere ante iudicis ſententiam, quin etiam abſolutè ab irregularitate beneficium denuo cōferendum eſſe, vt illud tuta conſcientia poſſidere, eoque frui poſſit.

19 Præfecturæ etiam religioſæ, ſeu regularis collationem in irregularem virum irritam eſſe, probabile eſt *ex c. 2. de clerico non ordin. & c. 2. de cler. pugn. c. dudum de elect. c. cum bona de ætate; Nauar. c. 27. num. 251. Leſſ. l. 2. c. 34. d. 22. num. 120. Auila, Villalob.* Sayr. Couar. *Henriq. Dian. p. 4. tr. 2. r. 57. & 79. Turrianus.*

20 Contraria etiam ſententia probabilis eſt, eccleſiaſticum beneficium ab irregulari obtineri, ac fructus ex eo percipi poſſe, illud etiam licitè reſignari poſſe *Suar. d. 40. ſect. 2. numer. 35. Coninch. d. 18. d. 1. Turrianus, Hurtadus, Præpoſitus, Syluest. v. excomm. 4. num. 4. Plenius, & alij.*

21 Si quis ab irregulari ſacerdote ſcienter abſolutionem petat, grauiter peccat, & abſolutio irrita eſt; ſi verò pænitens bona fide peccata ſua ſacerdoti irregulari confiteatur, & abſoluatur, quem ab eccleſia toleratum, & publicè officio ſuo fungentem validè abſoluere poſſe exiſtimat, abſolutio valida, ac rata eſt, etiamſi irregularitas illius ſacerdotis per iudicem promulgata eſſet; irregularitas enim actus ordinis, etiam eos, qui ab eccleſia inſtituti ſunt, & iuriſdictionis actus irritos non reddit. *Coninch. de cenſ. d. 18. d. 1. num. 7. Præpoſ. 3. p. q. 5. d. 3. num. 13. P. Conncius, Villalob. Suarez, d. 40. ſect. 2. num. 45. Dian. p. 4. tr. 3. r. 68. contra Hurtadum, & Auilam.*

22 Quamuis ab omnibus irregularitatibus ſummus Pontifex iure proprio abſoluere poſſit, ab aliquibus tamen rarò ſolet, videlicet à bigamia, præſertim vera, ab irregularitate ex homicidio voluntario, ſi notorium ſit, & ex corporis magna deformitate. *Sylu. v. homicid. 3. q. 8. Conar. Auila, Maiol. Layman lib. 1. tr. 5. par. 5. c. 9.* Epiſcopi ab irregularitate ex delicto occulto nata, excepto homicidio voluntario, alijſque delictis ad contentioſum forum deductis, occultum autem illud dicitur, quod neque eſt notorium, aut famoſum, quamuis à tribus, aut quatuor ſciatur *ex Trid. Concil. ſeſſ. 24. c. 6. Nauar. cap. 27. num. 25. Auila, Layman num. 4.* Priuilegium à Pio V. conceſſum Regularibus Theatinis, vt qui in eorum Congregatione Religionem profitentur, abſolui poſſint ab omnibus reſeruatis criminibus, præterquam à contentis in Bulla Cœnæ, & ab omnibus cenſuris quomodocumque contractis, præterquam ex homicidio voluntario, & omnia nota

infamiæ,

Digitized by Google

infamiæ, & inhabilitatis aboleatur, prodeſt etiam profeſſis, ſi antea eo vſi non ſunt, quia eſt conceſſum, vt profeſſuri ab omnibus cenſuris abſoluatur, & ad onera religionis, & honores habiles reddantur, ita *Paſqual. q. 184. ex doctrina Sayri, Sa, Sanchez de matr. lib. 8. d. 15. Henriq. Portel. Boſſius, Sanctarel. Alph. de Leone, Zerola, Fernand. Diana p. 2. tr. 16. r. 9.*

23 Probabilius eſt epiſcopis poteſtatem non eſſe abſoluendi ab irregularitate orta ex delicto ad contentioſũ forum deducto, iamque iudicato, ac punito; Quod enim in iudicio probatum eſt, non amplius occultum eſt *Sayr. l. 4. c. 17. num. 23. Barboſa, Gutierez, Rodriq. Suar. Bonac. Garzias, B. Vecchius.*

24 Contraria tamen ſententia probabilis, ac tuta cenſetur. Epiſcopus enim abſoluens ab huiuſmodi delicti irregularitate iudiciale forum nõ turbat, nec iudicij authoritati detrahit; delictum autem, & ſi non occultum ſit, ſcandalum tamen poſt pœnam ſolutam non parit. Huc autem Tridentinum Concilium reſpexit *Sanchez ſum. t. 1. l. 2. c. 11. nu. 21. Reginald. t. 2. l. 30. tr. 2. num. 29. G. Hurtadus, Seb. Bononia, Auila, Henriq. Dia. p. 4. t. 2. r. 97.* Delictum ad forum contentioſum deductum dicitur poſt litis conteſtationem *Dia. ibid.*

25 Commiſſarius Bullæ Cruciatæ diſpenſare poteſt, ſiue abſoluere à quibuſdam irregularitatibus eos præſertim, qui quibuſcunq. eccleſiaſticis cenſuris obſtricti rem diuinam egere, diuinaque officia abſque contemptu clauium celebrarunt, ſeu alias ſe immiſcuerunt, & à qualibet irregularitate contracta, præterquam ex homicidio voluntario, vel ex ſimonia, vel apoſtaſia à fide, vel ex hæreſi, vel ex mala ordinum ſuſceptione cum retẽtione beneficiorum, & fructuum ex ijs perceptorum, & infamiæ, & inhabilitatis exinde prouenientis abolitione, & executione ordinum non male ſuſceptorum abſoluere, ſeu diſpenſare poteſt, ita *Auila de cenſ. par. 2. d. 10. d. 5. Fernandez, Villalobos, Rodriq. Dia. p. 1. tr. 11. r. 110. vide illum.*

## Irregularitas ex defectu Natalium. Cap. LXXXI.

26 Omnes illegitimè nati, tum naturales, tum ſpurij irregulares ſunt in paterni ſceleris deteſtationem ob turpitudinis notam, quam filius inde contrahere cenſetur *ex c. 1. & 2. de filijs presbyterorum, c. 1. eod. in 6. Ricard 4. d. 25. numer. 5. q. 3. Nau. c. 27. num. 69. Laym. l. 1. t. 5. p. 4. c. 5.* Illegitimi vocantur, qui non ex legitimo matrimonio nati ſunt, ſed vel ex fornicatione, vel ſtupro, vel inceſtu, vel adulterio, vel pellicatu progeniti ſunt *Conar. Sayr. l. 6. c. 10. numer. 6. Molin. Leſſius l. 2. c. 19. Vaſq. Suar.*

27 Is, qui dubius eſt, an ex legitimo matrimonio ortus ſit, irregularis non eſt; nemo enim irregularis cenſendus, niſi in caſu à iure expreſſo, ſed in dubio nemo irregularis lege decernitur, niſi, qui dubitat, an homicidium perpetrarit *Coninch. d. 18. du. 12. nu. 102. Auila p. 7. d. 3. P. Corneius, Diana p. 4. t. 2. r. 59. contra Vaſquium, Couar. Toletum, Hurtadum.*

28 Matri coniugatæ etiam in fine vitæ, vel iuramento addito aſſerenti, filium nothum eſſe, credere filius non tenetur, niſi ab adiunctis, ſeu circun-

ſtantijs, & rationibus comuniſicatur, vt ſi vterque parens idem affirmet *Bonac. de cenſ. d. 7. q. 2. p. 3. num. 5. Mercerus in 3. p. q. 24. d. 12. Dia. ibid. Filiucius.* Verùm ſi matri dicenti ſe illegitimum credat filius, ſe tanquam irregularem gerere debet *Filiuc.* nec rumor aliquis, vel fama ſufficit, vt quis nothus cēſendus ſit, vtque ille ſe nothum reputare debeat, cum bonæ fidei poſſeſſio iuſto matrimonij titulo innixa præualeat. *Mercer. ibidem.*

29 Neque illegitimus, ſiue nothus eſt, qui conceptus tempore, quo parentes impedimento matrimonium dirimente tenebantur, eo deinde ſublato, poſt matrimonium legitimè contractum natus eſt *Sanch. de matr. l. 8. d. 7. num. 19. Sayr. l. 6. c. 10. num. 19. Dian. ibid. contra Prapoſitum.*

30 Probabile eſt nothum, qui abſq. diſpenſatione Pontificia aliquo ordine initiatus eſt, deinde per initum à parentibus matrimonium legitimus effectus, ſuſceptum ordinem exercere poſſe, & ad altiorem ordinem aſcendere; Irregularitas enim ſubſequentis matrimonij virtute ſublata eſt, & ſuſpenſio ex ordinatione orta cum cauſa ſua ceſſat, quemadmodum is, qui ante ætatem ordinibus initiatus eſt, adueniente poſtea ætate ordines exercere valet nulla diſpenſatione prævia *Reginaldus l. 30. tr. 2. c. 7. n. 72. Dia. ibid. n. 3.*

31 Quando matrimonium cum occulto aliquo impedimento, quod vnus tantum coniugum nouit, vitiatum contractum irritum eſt, ſi alter coniugum illud coram Eccleſia bona fide contraxit, filius inde natus legitimus cenſetur, ita *Bonacina d. c. d. 7. q. 2. p. 3. num. 3. Coninch. d. 18. dub. 12. Hurtad. d. 2. Peirin. Dian.*

32 Filij parentis catholici, qui deinde in hæreſin lapſus, & in ea mortuus eſt, vel etiamſi cum pœnituerit, ſeculari brachio traditus eſt puniendus, nō ſunt irregulares ratione paternæ hæreſis poſt eiuſdem filij natiuitatem ſecutæ, ſed quandoque propter infamiam *Hurtadus d. 2. d. 3. num. 8. Villalobos, Tannerus, Dia. p. 4. t. 2. r. 43. contra Turrianum, & Auilam ex c. ſtatutum contra Fil. Haret.*

33 Qui ab incunabilis infantes in Orphanotropium, vel Xenodochium, ſeu hoſpitalem domum expoſiti fuerunt, & quorum parentes ignorantur, cum adoleuerint ſacris ordinibus initiari inconſulto Pontifice poſſunt; nō enim ex vitio natalium inhabiles ſunt, quilibet enim legitimus cenſendus eſt, niſi eum nothum eſſe liquidò conſtet, in dubijs autem benignior ſententia amplectenda eſt, & melior eſt conditio poſſidentis, ità *Sales p. 2. to. 2. tr. 8. d. 1. ſect. 24. Molfeſius p. 2. q. 19. art. 5. Sanctarel. q. 44. Ananias in c. 1. n. 11. de inf. exp. Felinus in c. cum deput. n. 1. de iud. Gratian. p. 1. c. 135. D. Taſſonus, Barboſa, Squillante, Mercerus, Malder. Prapoſitus, Peſantius, Turrianus, Corneius, Coninch. d. 18. d. 12. nu. 105. Peirinus, Henriq. Auila, Dia. p. 4. t. 2. r. 58.* Gregorius XIV. anno 1591. decreuit, vt expoſiti legitimi cēſeantur. hanc ſententiam probabilem vocant *Suarez in 3. p. tom. 5. diſp. 50. Filliuc. t. 1. tr. 19. vide Piaſec. Manuoſium, Hoſtienſem, A. Victorellum contra Toletum, Rebell. Auilam, Sayr. Vaſq. Caſtillum, Hended. Couar. Maioli Salzed. Vgolin. Henriq. Lopez, Rodriq. Bonac. Hurtadum,* expoſitos huiuſmodi epiſcopus ad ſacros ordines admittere poteſt *Layman. Couar. Suar. Henriq. & alij.*

34 Probabilius eſt occultam irregulari-

-bilitatem ex defectu natalium ab Epiſcopo auferri non poſſe, eaque impeditum ad ordines eccleſiaſticos promoueri non poſſe. Concilium enim Tridentinum Epiſcopis poteſtatem tribuit abſoluendi ab irregularitate ex occulto delicto non vero ab irregularitate ex defectu natalium *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. Suar. 3. p. tom. 5. d. 50. ſect. 5. num. 5. Vgolin. Piaſecius, Nau. Sayr. l. 6. c. 11.* citans viginti DD. *Bonac. Reginal. Filliuc. t. 1. tr. 19. c. 6. Layman. Hurtadus, Alzedus, Turrianus, Diana p. 2. tr. 15. r. 21. & p. 4. t. 2. r. 54.* Contraria etiam ſententia probabilis videtur, quoniam hæc irregularitas ex delicto parentum oritur, & pœna eſt in deteſtationem paterni criminis irrogata *Auila p. 7. d. 3. d. 7. Coninch de ſacr. d. 18. d. 14 num. 117. P. Corneius, Io. Præpoſitus, Laym. Peirinus, Dia.* Nothum ad ſacros ordines admittere epiſcopus ex iuſta cauſa, vel ob ipſius merita poteſt *Barboſa p. 2. alleg. 45. num. 19. Sanctarell. Dia. tr. 2. r. 64.* Nothi per ſolemnem religionis profeſſionem fiunt habiles ad ordines ſuſcipiendos, non tamen ad religioſas præfecturas, aliaſue extra religionem obtinendas præfecturas, & dignitates *Azor. p. 1. l. 6. c. 4. q. 10. Sanch. tom. 2. l. 5. c. 5. num. 16. Barboſa collect. t. 1. l. 1. t. 17. c. 1. Leſſ. l. 2. c. 41. d. 8. Suar. d. 50. ſect. 5. num. 15. Peirinus, Sanctarel. Sebaſt. a Bonon. B. Vecchius, Aug. Henriq. Dian. p. 4. tr. 2. r. 65.*

35 Religioſis tamen præſulibus à Gregorio XIV conceſſum eſt priuilegium, quo Nothos ſubditos ad religioſas dignitates, & præfecturas admittere, atque habiles facere poſſunt in generalibus, aut prouincialibus comitijs *Barboſa de iure Pontif. l. 1. cap. 42. num. 290. Diana, & alios.*

36 Per profeſſionem religionis deletur etiam irregularitas ex ordinis vſu contracta, vt, ſi quis nothus extra religionem abſque diſpenſatione ad ordines promotus fuiſſet *Sanch. ſum. to. 2. l. 5. cap. 5. num. 10. B. Vecchius, Dian. r. 65.*

37 Probabile eſt, eiectos è quacunque religioſa ſodalitate, etiam ex Societate Ieſu, vel à ſuperioribus dimiſſos non recidere in irregularitatem, quæ per votorum religioſorum profeſſionem deleta eſt, & ideo poſſe ordinibus initiari, iiſque vti, ita *Sanchez ſum. tom. 2. l. 5. c. 5. num. 14. Barboſa ibid. l. 1. c. 42. Vecchius, Suarez, Sanctarellus, Dia. r. 66. Villal. contra Hier. Rodriquium, Mirandam, Turrianum, & alios.*

38 Verum Nothus poſt irritam profeſſionem è religione eiectus ſuſceptos ordines exercere, aliosue ſuſcipere prohibetur; Irregularis enim manet, cum eius profeſſio inanis, & irrita fuerit, ita *Aloyſ. Riccius tom. 2. r. 31. Barboſa Collect. t. 1. l. 1. t. 17. c. 1. num. 9. Dia. r. 66. contra Peirinum.*

39 Sacra tamen Cardinalium congregatio anno MDCXXIV. declarauit eiectos è religione, & extra illam degentes exercitio ordinum perpetuò interdictos eſſe, neque ab Epiſcopis locorum ab ordinum ſuſpenſione abſolui poſſe *Dia. tr. 2. r. 66.*

40 Ethnicorum, Saracenorum, Iudæorum, Turcarum, & Infidelium filij, qui ab incunabulis, ſeu ab infantia baptiſmate initiati ſunt, minimè irregulares cenſendi; Non enim hæreticorum filij ſunt, contra quos irregularitatis pœna ſtatuta eſt. Si autem adulti, ac prouectioris ætatis Chriſti fidem, & baptiſmum ſuſceperint, neophyti dicuntur, & irregulares ſunt

vsque

vſque ad decennium à ſuſcepto baptiſmo *Bonac. diſp. 7. q. 3. p. 7. num. 11. Fillinc tom. 1. tr. 29. c. 9. Suarez. d. 42. ſect. 3. Hurtadus d. 2. d. 19. Dia. r. 50.* Neophitos ad ordines, & beneficia eccleſiaſtica admittere ſummi Pontificis eſt *Bonac.*

41 Mater ſciens occultè, filium nothum eſſe, non modo permittere, ſed etiam ſuadere illi poteſt, vt ordines ſuſcipiat; rem enim bonam ſuadet, & quæ ab ipſo ignorantia inuincibili laborante abſque culpa fieri poteſt *Layman. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 5.*

42 Qui ſcit, aut credit, ſe nothum eſſe, & ex vna parte grauis cauſa vrgeat, vt ſacris ordinibus initietur, ex altera verò parte, ſi diſpenſationem poſtulet, grauem infamiam ſaltem apud Pontificem, vel epiſcopum, ſubeat, tunc abſque diſpenſatione ordines ſuſcipere poteſt *Layman. ibid. Alph. à Caſtro.*

43 Nothus occultus ab ordinibus abſtinere debet, niſi à pontifice habilis ad illorum ſuſceptionem fiat, vel niſi neceſſitas eum ordines ſuſcipere cogat; iure enim irregularitas nothis abſque diſtinctione cõſtituta eſt *Nau. c. 27. num. 191. Couarrunias, Guttierrez, Vgolin. Auila, Laym. ibid.*

44 Filij ex vero coniugio, ſed ex illicito concubitu poſt nuncupatum caſtitatis votum ſuſcepti legitimi cenſendi ſunt, niſi certa aliqua lege, aut canone ſtatutum ſit, vt illegitimi, & inhabiles ad aliquid reputentur. Vnica autem lex huiuſmodi filios ex coniugato, poſtquam is ſacris initiatus, vel Religionem profeſſus eſt, natos ad ſacros ordines inconſulto pontifice admitti prohibet *cap. Litteras de fil. presbit. Suar. diſp. 50. ſect. 2. numer. 5. Henriq. Laym. contra Sanchium.*

45 Qui ab infantia expoſiti fuerunt, ad ſacros ordines, & beneficia etiam curata ab epiſcopis admitti poſſunt, & ſuſceptis ordinibus vti; melior enim eſt conditio poſſidentis *Couar. Suar. Henriq. l. 11. c. 20. num. 2. Laym. l. c.*

46 Nothus, qui ſine pontificis conceſſione ordines ſuſcipit, graui ſcelere ſe obſtringit, nouæ tamen pœnæ obnoxius non eſt *Bonac.* immo ab irregularitate eum initiatum abſolui poſſe ab epiſcopo probabile eſt *Laym. Dia.* proles ex propria vxore poſt ſolemnẽ religionis profeſſionem, vel poſt ſacerdotium viri illicitè concepta, ac ſuſcepta non eſt legitima; Matrimonium enim per profeſſionem diſſoluitur, & per ordinis ſacri ſuſceptionem *Bonacin.* probabile videtur irregularitatem ex defectu occulto natalium, ortam ab epiſcopo auferri poſſe; Oritur enim ex parentum delicto, & rationem pœnæ habet, Concilium autẽ Tridentinum poteſtatem abſoluendi ab irregularitate ex delicto epiſcopis concedit *ſeſſ. 24. c. 6. Auila p. 7. d. 3. d. 7. Coninch. d. 18. d. 14. P. Coruinus, Layman. c. 5. num. 2. Præpoſitus, Petrinus, Barboſa, Alzedus, Piaſecius, Baunius, Marchinus, Theſaurus, Diana p. 7. tract. 2. r. 24.* contraria tamen ſententia tutior eſt, nec ab ea diſcedendum eſt; Hæc enim irregularitas non ex delicto proprio, ſed ex defectu oritur *Suar. Machadus*, ſi illegitimus bona fide ſacris ordinibus initiatus eſt, & poſtea cognoſcat defectum natalium, poteſt ab epiſcopis admitti ad miniſtranda ſacramẽta *Baunius, Henriq. Auila, Diana, & alios.*

Irregu-

Digitized by Google

# Irregularitas ex defectu, ſeu vitio Corporis. Cap. LXXXII.

1 QVI aliquo corporis defectu impeditur, quominus ordinis officium exercere poſſit, vel ob eum valde deformis eſt, irregularis eſt, vt qui brachio, vel manu caret, aut mancus eſt, vel cui digitus pollex, aut index deeſt, vel cæcus, aut ſurdus, vel qui ſtandi, aut grădiendi facultate deſtitutus eſt, pumilio etiam, qui græcè [illegible] nanus appellatur, qualem ſic deſcribit Martialis:

*Si tantum ſpectes hominis caput, Hectora credas;*
*Si ſtantem videas Aſtianacta putes.*

Hic enim brachia ad altare attollere nequit, quamuis neceſſe eſt *ex Tit. Decr. de corpore vitiatis ordinandis, vel non, ...* *cap. expoſ. de corp. vitiat. ... Apoſt. Nau. c. 27. num. ... Suar. d. 50. ſect. 1. Mol. t. 4. tr. 3. Sayr. l. 6. c. 7. Auila, Couar. S. Antonin. Cominch. Filliuc. Tolet. Regin. Vgol. Bonac. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 7.* probabile tamen eſt eum qui poſtquam ordinibus ritè, ac legitimè initiatus eſt, obſurduit, ſecretò abſque miniſtro reſpondente rem diuinam facere poſſe *Nau. lib. 1. conſ. 7. & 8.*

2 Irregulares ſunt, qui auribus, vel naribus carent, nisi aurium defectus capillis, vel modeſtè cæſarie tegi poſſit *Nau. c. 27. Auila p. 7. Laym. Coninch. Henriq. Filliuc. Bonac. d. 7. q. 2. p. 2. n. 8. Dia. p. 4. t. 2. r. 73. contra Nauarrum, & Riualdum*, ità qui oculi dextri, vel ſiniſtri facultate, id eſt viſu carens ideò valde deformis eſt, ſed etſi notabilis deformitas non appareat; oculi tamen ſiniſtri orbatio irregularem facit, niſi oculus dexter tali virtute polleat, vt ſine deformi faciei contorſione canonem legi poſſit *Nau. Auil. Mol. Sa, Suar. d. 51. ſect. 2. Layman.*

3 Qui oculum tamen vtrumque integrum habet, dextro autem oculo non videt, non eſt irregularis, niſi valde deformis ſit, vt ſi oculum alterum grandiorem altero, vel vtrumq; prominentem habeat *Bonac.*

4 Æthiopes inter nos ordinibus initiari vtique nihil prohibet; non enim nigredo illius naturæ conformis horrorem parit. *Maiolus l. 1. c. 21. Gamantus enchir. v. irregul. Diana p. 4. tr. 2. r. 84. contra Vgolinum*, qui eos in æthiopia initiari poſſe ordinib. aſſerit.

5 Sedigitus homo, vel ſex digitos, aut commiſtos, aut diuiſos in manu habens, niſi valde deformis ſit, irregularis non eſt. *Tabiena Suar. l. 6. cap. 8. Auila, Henriq. Campanil. Reginald. Belletus, Bonac. d. 7. q. 2. p. 1. Filliuc. Dia. p. 3. t. 6. r. 6.*

6 Quandonam deformis cenſendus ſit irregularis, epiſcopi iuditio, arbitrioque relinquendum eſt *ex cap. 1. de corp. vitiat. Gloſſa ibi cum Abbate, Butrio, Cardinali, Nau. Seraph. Molina, Suarez, Menoch. Ioan. à Cruce Dian. ibid. Laym.*

7 Ad prælates religioſos, ſeu regulares ſpectat ſubditorum ſuorum corporales defectus iudicare, an irregulares ſint, nec ne. Hoc enim ad iuriſdictionem epiſcopalem, quam præſules religioſi habent, magis quam ad ordinis caracterem ſpectat, ità *Auila p. 7. d. 7. d. 2. Laym. c. 5. num. 6. Peirinus, B. Vechius, Suar. d. 51. ſect. 3. n. 16. Dia. p. 4. tr. 2. r. 73. P. Gorrinius contra Barboſam, Capanilum, Henriq. Hier. Rodriq. Bonac. Auila, Couar. Vgol.*

8. Epi-

8 Epiſcopus tamen, cuius eſt ordinibus initiare, religioſi præſulis arbitrium, ſeu iudicium de ſubditi religioſi defectu corporali pro arbitratu ſuo admittere, vel reijcere poteſt *Laym. Suarez. Vecchius, Miranda, Dugna.*

9 Religioſi præſules epiſcopali fere authoritate inſignes ſubditis ſuis ex corporis vitio irregularibus veniam, ſeu poteſtatem concedere poſſunt, vt ordinibus initientur, & vtantur, modo vitium illud ſcandalum fœditate, vel turpitudine ſua non pariat *Villalobos, Rodriq. Miranda, Cruz. Dian. ibid. contra Bonac. Auilam, Couar. Vgolin. Filiuc. Suar. Regin.*

10 Hermaphroditus, ſiue androgynum maris, & fœminæ ſexum habens, irregularis eſt, quod ſi ad fœmineum ſexum magis accedat, caracteris ordinis incapax eſt *Nau. num. 202. Suar. d. 51. ſect. 2. num. 2. l. quæritur ff. de ſtatu homin. Laym. c. 7. num. 1. Vgol. Henriq. Sanch. l. 7. Bonac. par. 2. q. 2. num. 13.* Hermaphroditus verò maſculini ſexus magis particeps, & ſi irregularis ſit, ordinis tamen capax eſt *Molin. Auila, Sayr. contra Toletum, Furnarium, & alios.*

11 Qui labia habet ſic corroſa, vel abſciſſa, vel naſum tam magnum, vel adeo ſimum, vel contortum, vt Epiſcopo iudice valde deformis habeatur, nec non ita blæſus, & immodatam linguam habens, vt verbum integrum vix proferre valeat, ad ordinum ſuſceptionem, vſumque inhabilis eſt, ita qui dentes extra os prominentes habet, & qui vtraque aure ſurdus eſt; ſecus verò, ſi ex vna tantum aure non audiat, vel ſi dentibus quibuſpiam careat; non enim deformis, neq; irregularis eſt *Sayr. l. 6. c. 8. num. 16. Filiuc. nu. 172. Henriq. Vgol. Graff. Bonac. d. 7. q. 2. p. 2.*

12 Leproſus, paralyticus, phræneticus, amens, arreptitius, energumenus, comitiali morbo laborans, ſiue epilepticus, lunaticus, & furioſus, continua febre laborans, vel morbo Gallico foris apparente, vel multa ſcabie, aut chiragra manuum vſum impediente, vel tuſſi mala pectoris hoſpite grauiter periculum ſuſcipienti, vel ſuſcepturo Euchariſtiam afferente, irregulares ſunt, ille etiam, qui in amentiam incidit, deinde conualuiſſe videtur, ordinibus initiandus non eſt *Gratian. c. vlt. 15. q. 1. Nau. n. 203. Suarez. Laym. d. 7. q. 2. p. 2. c. ſecundo de cler. ægrotante, Vgolin. Molina, c. tua nos, Maiol. l. 2. c. 18. Reginald. Bonac. q. 2. par. 2. c. Mariinum cl. 2. d. 33.*

13 Illi etiã, qui ex graui capitis dolore, quamdiu ſacris operãtur, periculum ſubeunt, vel qui ſe energumenos ſimularunt, vel qui pede carens, ligneo pede, vel grallis ambulat, vel qui inſigni macula oculum, vel vultum, cicatrice deformatum, vel fiſtulatum habent, irregulares ſunt *Bonac. ibid. Synod. Conſtantinop. c. 6. Vgol. Sayr. Reginald. num. 43.*

14 Qui membro aliquo occulto, vt genitalibus, ſine culpa ſua priuatus eſt, irregularis minimè eſt *ex cap. ſi quis à Medicis, & ex parte 2. de corp. vitiat. Couar. Clement. ſi furioſus, Laym. num. 5.*

15 Qui verò culpabilem cauſam occulti membri ſui abſciſſioni dedit, vt qui in adulterio deprehenſus, atque euiratus eſt, ad ordines inhabilis eſt *Nau. num. 198. Mol. num. 18. Suar. d. 51. ſect. 2. n. 8. Auila, Vgol. Filiuc. Bonac. num. 34. Laym.* contraria tamen opinio nõ eſt improbabilis *Suar.*

16 Idem dicendum de eo, qui membrum ſibi, vel membri partem impatiens abſcidit, vel abſcindi ab alio iuſſit,

iuſſit, licèt defectus occultus ſit; nam deformitas illicita eſt. item qui muſici cantus, vel caſtitatis gratia ſibi virilia, vel teſticulos amputauit, vel amputari permiſit *ex c ſi quis abſcid. c. ſi quis ſe d. 55. c. ſignif. de corp. vit. Mol. Nau. Auil. Filiuc. Tol. Bonac Suar.* neque neceſſe eſt factum notorium eſſe *ex textu Suar. d. 51. Garz. & alij.*

17 Abſtemius, qui vinum degustare, vel delibare nequit, ſed vina fugit, gaudetque meris vndis, à ſummo pontifice ad ſacerdotium admitti non poteſt, ad reliquos tamen ordines poteſt *Nau. c. 27. num. 204. Sayr. 6. 9. num. 15. Tol. l. 1. c. 25. Vgol. Bon. n. 27.*

18 Qui à vino abſtinere vouit, inhabilis ad ſacerdotium non eſt, nec ſacrificando, nec ſe vino purificando votum violat *Bonac. p. 2. n. 27.*

19 Qui poſt ſuſceptos ordines à dæmone obſeſſus eſt, ſed deinde liberatus per integrum annum à dæmone vexatus non fuit, ex conceſſione epiſcopi ſuſceptis ordinibus vti poteſt *c. commun. Nau. c. 27. num. 204. Sayr. l. 6. c 9. Tolet l. 1. c. 64. Vgol in. S. Medices, Molina, Coninch. Reginaldus, Filiuc. Bonacin.*

20 Qui à dæmonis obſeſſione liberatus eſt, minoribus ordinibus initiari non prohibetur, ſed tantum ad ſuperiorem facti regiminis gradum aſcendere nequit *cap clerici d. 33. gloſ ibid. Sayr. Tolet Filiuc tr. 19. c. 6. q. 9. Regin lib. 30 num. 43. Bonac. Syls. q. & Henriq Auila, Laym num. 3 c. 7.*

21 Qui perpetuo veneficio affectus ad contrahendum matrimonium inhabilis eſt, ordinibus ſacris inaugurari poteſt; ſic enim caſtior erit. *Henriq. & Sayr. Bonac.*

22 Qui leuem mentis alienationem, vel vertiginem, vel deliquium animi, vel ſimile quidpiam patiuntur, non ſunt amentes habitu, ideo neque irregulares; caueant tamen, ne ſine ſocio ad ſacrificium peragendum accedant, ſi periculum immineat, ne ita morbo illo vexentur, vt ſacrificium perficere nequeant. *Maiolus l. 2. c. 16. Reginal. Suar. d. 51. Fil. n. 180. Bonac.*

23 Qui comitiali, ſeu caduco morbo obnoxij fuerunt, & poſtea ſanati ſunt, ad ordines promoueri nequeunt *c. Maritum, & c. commun. d. 33. Vgol. Bonac. & alij commun.* Nihilominus tamen ſusceptorum ordinum miniſterio fungi poſſunt, ſi integram ſanitatē recuperarunt. Si verò nondum conualuerunt, ſed tantùm rarò, vt ſemel in menſe abſque clamore, vel ſpumæ effuſione, vel horribili corporis agitatione in terram cadunt, ſi ſacerdotem ieiunum ſocium adhibeant, qui inchoato canone ſacrificium, ſi opus ſit, perficiat, rem diuinam facere non prohibentur, an autem quiſpiam à comitiali, ſeu herculeo morbo liberatus ſit alij poſt triginta dies, alij poſt annum à tempore recuperatæ ſalutis, alij poſt aliquod tempus epiſcopi arbitrio iudicandum eſſe dicunt. *c. nuper d. 7. q. 1. Sayr. num. 11. Molin. num. 12. Anton. 3. p. t. 24. Vgol. Angel. Regin. Bonac. p. 2. n. 22. Laym. c. 7. n. 3. Nau n. 263.*

24 Defectus, vel vitium corporis hominem ad ordines ſuſcipiendos inhabilem reddens, ſi iam ſuſceptis ordinibus ſuperueniat, ad omnem illorum vſum non ſemper inhabilem reddit, ſed ad illum tantum, quem impedit. Hinc ſacerdos oculis orbatus à peccatis abſoluere poteſt; ità qui comitiali morbo correptus eſt ſacerdos, & ſi ſacrificium operari nequeat, alia tamen ſacramenta miniſtrare poteſt *c. presbiterum de cl. ægrot. Nau. c. 27. num. 200.*

Digitized by Google

num.200. *Mol. nu.* 14. *Sayr. Coninch. Vgol. Filiuc. Reginal. Bonac. num.* 25.

25 Qui corporis vitio ſacerdotalis ordinis vſum impedientе laborat, reliquis ordinibus initiari nequit, cum ad ſacerdotium cæteri dirigantur. *Nau. c.* 27 *num.* 20 *Auila, Vgol. Angel. Garz. Bonacin. & alij contra Sayrum, Paludum, Bonacin.*

26 Qui ſibi vulnus inflixit, vel dentes indignatus euulſit, ſi vulnus nullã deformitatem attulit, irregularis non eſt. Dens autem neque membrum eſt, nec membri pars. *Sayr l.* 6 *c.* 7. *nn.* 12. *Henriq. Filiuc. Bonac. p.* 2. *num.* 35.

27 Si quis fœmina putatus virile mẽbrum ſub fœmineo latens emittat, vt olim cæneus, nec amplius fœmineũ ſexum retineat, ad eccleſiaſticos ordines inhabilis non eſt *Suar. ſect.* 2. *n.* 2. *Filiuc. num.* 162. *Bonac. p.* 2. *num.* 13.

28 Biceps, tripes, monoculus, multimanus, aut ore deformis, vt Terſites, aliaque huiuſmodi monſtra ordinibus initiari prohibentur *cap Qui in aliquo d.* 51.

29 Irregularitatem ex corporis vitio, vel defectu, vt ex deformitate, vel morbo natam Pontifex ſolus auferre poteſt, niſi ius naturale reclamet *ex c. ſign de corpore v. Nau. nu.* 200. *Couar. clem ſi furioſus* 1. *p. Suar. n.* 8. *Mol. num.* 19. *Sayr. l.* 6. *c* 8. *Henriq. Vgol. Filiuc. Suar. Reginald. Bonacin. contra Syluest.*

30 Probabile videtur, religioſum viſum altero pede carentem, atque ideo ligneo pede ambulantem, à præſule ſuo religioſo ad ordines ſuſcipiẽdos admitti poſſe. *Hieron. Rodriq r.* 52. *Villalobos Dia p.* 4. *t.* 2. *r.* 73. *contra Gerneium*. Idem etiam dicendum eſt de religioſo, qui dextro oculo caret; à præſule enim ſuo ad ordines ſuſcipiẽdos habilis reddi poſſe videtur *Pechius Peirinus, Io. à Cruce, Dia. tr.* 2. *r.* 73. *p.* 4. claudus irregularis non eſt, niſi magna greſſus deformitas ſit *Layman*.

31 Qui culpa ſua membro aliquo occulto, nec ordinum vſum impediẽte obtruncatus, ſeu mutilatus fuit, irregularis eſt *Molina tr.* 4. *d.* 3. *d.* 70. *nu.* 18. *Sayrus, Bonac. Regin. Villalob. Cruz, Dia. r.* 60. contraria etiam ſententia probabilis eſt, quia huiuſmodi irregularitas in iure poſita non eſt. *Præpoſitus, Hurtad. Turrianus, vide Coninchum*.

## Irregularitas ex defectu Animi. Cap LXXXIII.

1 Amentes, ſtulti, rationis vſu carentes non ſolum humano, ſed naturali, ac diuino iure ſuſcipiendis, exercendiſque ordinibus inepti ſunt, ſiue irregulares. *Nau. c.* 17 *n.* 205. *Tol. l.* 1. *cap.* 59. *Coninch. Filiuc. Suar. Regin. Bonac.* Illiterati ordinibus initiari prohibentur, nec ordines bona fide ſuſceptos exercere poſſunt *ex can. Illiteratos d.* 36. *& c. cum in cunctis de elect. & c. vlt. de temp. ord. in* 6. *Suar. num.* 9. *Filiuc. num.* 190. *Bonac. n.* 3 *p.* 2.

Quã autem ſcientia ſuſcepturus ordines indigeat, Tridentinum Concilium docet *ſeſſ.* 24 *c.* 4. *ſeſſ.* 22. *c.* 2. *ſeſſ.* 23. *c.* 4. 11. 13. 14. Qui prima tonſura initiandus eſt, ſacro chriſmate confirmatus eſſe, fideique rudimenta callere debet, legere etiam, ac ſcribere ſciat. Qui verò minoribus ordinibus initiandus eſt, latini ſermonis peritus eſſe debet. Subdiaconos autem, & Diaconos ea ſcire oportet, quæ ad eorum ordines ritè exercendos neceſſaria

ſaria ſunt; Qui verò ſacerdotio inaugurandus eſt, ea ſcientia præditus ſit, oportet, qua populum docere, & ſacramenta ritè adminiſtrare valeat, qui ad epiſcopatum promouendus eſt, Doctor Theologus, vel Sacræ Theologiæ candidatus, vulgò licentiatus eſſe, vel Canonici, ac Pontificij iuris peritus eſſe debet, vel ex publico teſtimonio ad alios docendos aptus, irregularitas ex ignorantia orta, hac ſublata, ceſſat; cauſa enim ceſſante effectus ceſſat *Suar. d. 41. ſect. 1. num. 6. Filiuc. Salſodus, Dian. & alij.*

2 Religioſos nõ multum literatos, à præſulibus ſuis examinatos, & approbatos tanquam literis ſatis inſtructos ad ſuſcipiẽdos ordines epiſcopus admittere poteſt, neque id Tridentini Concilij decretis repugnat, nec legi vllæ, nec ſæcularibus examinatoribus maior habenda fides eſt, quam religioſis præſulibus, ſatis eſſe videtur, ſi religioſus non offenſator ſil, idest perpetam non legat, ſed bene legendi, canendique peritus ſit; Sic enim in religioſa aliorum ſocietate minoribus religionis officijs fungi commodè poteſt, ità *contra P. Ledeſmam, Portellius in dub. regul. v. ordines, Henriq. l. 10. c. 16. num. 2. Villalob. t. 1. tr. 21. H. Rodriquez, Pirin. tr. 2. q. 3. c. 7. A. Bariolal. r. v. Regulares. Dian. p. 4. tr. 2. r. 94.*

3 Religioſorum tamen doctrinam, ac ſcientiam examinare epiſcopi intereſt, vt in Tridentino Concilio decretum eſt *ſeſſ. 23. c. 12. Vaſquez 3. p. tom. 5. d. 246. c. 6. num. 55. Dian. p. 2. t. 16. r. 31.*

4 Nihilominus religioſi initiandi præſuli nõ minus, quam ſæculari examinatori ordinãdum ſufficiente ſciẽtia præditum eſſe teſtanti epiſcopus fidem habere, illum initiare ordinibus poteſt *Miranda in man. prel. t. 1. q. 39. art. 2. Villalobos, Portellius, Dia. ibid.*

5 Summus Pontifex illiterato concedere non poteſt, vt iis ordinibus initietur, ad quorum vſum ſcientia neceſſaria eſt, cuius ille omnino expers eſt; Naturali enim iuri id repugnat. *Maiol. l. 1. c. 32. Azor. 2. p. l. 6. c. 6. q. 4. Suar. Filiuc. Reginald. Bonac. q. 2. par. 2. num. 2.*

## Irregularitas ex defectu ætatis, & libertatis.

1 LEgitimæ ætatis defectus hominem ad ordines ſuſcipiendos inhabilem reddit, quandiu durat, eo ceſſante irregularitas ceſſat, & hæc à Pontifice tolli poteſt *c. 1. diſt. 50. Sayr. l. 6. c. 16. Graff. Nau. Tolet. Bonacin. Vgol. Filiuc. Reginald. Suar. Maiolus, Auila, D. Antonin. 3. p. t. 28. c. 6.*

2 Seruus, ſeu mancipium inuito, vel inſcio, vel non conſentiente domino ordinibus initiari non poteſt; à domino enim vindicari, ac repeti poteſt; cum illius iuris ſit, conſenſus autem tacitus ſufficit *can. 81. Apoſt. d. 54. l. 1. Decret. de ſeruis, Gloſſa ibi, S. Bonauentura art. 2 q. 4. Rich. a. 5. q. 1.*

3 Seruus, qui domino conſentiente ordinibus initiatur, libertatem acquirit *Filiuc.* Epiſcopus, qui inſcio, aut inuito domino ſeruum minoribus ordinibus initiauit, illum repetenti domino reddere debet. Si verò ſacris ordinibus illum inaugurauit, duplum pretium domino ſoluere cogitur *c. 2. de ſeruis non ord. & c. 2. d. 54. cap. ſi ſeruus abſente, gloſſ. d. 54. vide Laymanum l. 1. tr. 5. p. 5. c. 8.*

4 Vel qui ſeruum ad ſuſcipiendos ordines

Digitized by Google

ordines adduxerunt, duplum pretium domino præſtare debent, vel ſeruus ſi à nullo inductus ordines ſacros ſuſcepit, ex proprio peculio oblato pretio, vel ſimili ſeruo ſe ipſum redimere cogendus eſt *c. ſi abſente d. 54. cap. ex antiquis ibidem*.

5 Si verò ſeruus ordinatus nulla re ſe redimere poſſit, nec ſacerdos ſit, ab hero intra annum vendicari poteſt, quamuis etiam domino tunc ſpiritualia officia præſtare debet, ſi ille exigat *cap. frequens ibid.*

6 Cæterum ſi dominus, poſtquam ſeruum ordinibus initiatum intellexit integro anno diſſimulet, eum libertate donaſſe cenſetur *c. ſi ſeruus ſciente*.

7 Poteſt dominus ſeruum manumittere, vt ordines ſuſcipiat hac conditione, vt ſpiritualia ſibi officia tantum præſtet *c. nullus de ſeruiis nõ ord.*

8 Ita ſeruus inſcio, vel inuito domino religionem ingreſſus ab eodem intra tempus lege definitum repeti poteſt *Nau. ex c. 1. d. 54 c. ſi quis incognitus 17. q. 2. gloſſa ibi, Leſſius l. 2. c. 41. Azor. l. 12. Laym.*

9 Quod de mancipijs dictum eſt, idem ferme de ſeruis originarijs, vel adſcriptis dicẽdum eſt, ſi dominis ſuis non ſolum ratione poſſeſſionis, ſed etiam perſonæ obligati ſeruiant; his enim non niſi perſoluto pretio, vel gratis à domino manumiſſis diſcedere fas eſt *c. admittantur d. 54. Leo I. ep. 1. Laym. num. 1.*

10 Quicunque ſæcularis muneris, vel adminiſtrationis publicæ, vel priuatæ, & rationis reddendæ obligatione adſtricti ſunt, prius ſe expedire, rationeſque reddere debent, antequã in clericorum numerum cooptentur *ex c. de obligatis ad ratiocinia, & ex c. 1. & 2. ne Cler. vel Monachi*.

11 Secus verò dicendum eſt de æris alieni ſoluendi fideiuſſoribus, vel pauperum procuratoribus, vel eccleſiaſticæ rei, vel perſonæ adminiſtratoribus, & de ijs, qui abſque vlla adminiſtratione alicuius contractus, vt emptionis, depoſiti, mutui, conducti, locationis rationem reddere debent, niſi ante ſuſceptos ordines lis de dolo, ac perfidia ijs mota fuerit *cap. peruenit diſt. 86 Sayr. c. 14. num. 8. Suarez. d. 51. ſect. 3. Filiuc. num. 198. Reginal. num. 66. Bonac. p. 4. nu. 3. P. Corneius, Dia. p. 4 tr. 2. r. 98. Mercerus, Hurtad.*

12 Magiſtratus, & curiales Principum miniſtri, vt iudices, cauſidici, milites, ab ordinum ſuſceptione repellendi ſunt, niſi exauthoritati fuerint, id eſt obligatione illa ſoluti *Sylu. v. ordo, Tol. l. 1. c. 55. Henriq. l. 14. c. 5. Suar. d. 47. Filiuc. Regin. Bonac.*

13 Idem etiam de ijs, qui ratione feudi ipſimet domino deſeruire debẽt iuramento obſtricti, dicendum eſt, niſi, vel feudum relinquant, vel à domino ipſius poteſtatem, ſeu veniam obtineant *Maiol. l. 2. c. 5. nu. 5. Sayr. Filiuc. num. 200. Bonacina ibid.*

14 Conſiliarij Principum ordinibus initiari non prohibentur, ſed permittuntur, vel pontificis conceſſione, vel præſcripta conſuetudine *Suar. d. 51. ſect. 3. num. 16. P. Corneius, Mercerus, Hurtad. Dia. p 4. t. 2. r. 98.*

15 Qui ratiocinij reddendi obligatione tenentur, ſi fideiuſſorem exhibeant, qui rationis reddendæ obligationem in ſe recipiat, ordinibus initiari poſſunt, ita *Panormitanus, Sayr. P. Corneius d. 14. d. 2. n. 3. Dia. r. 98.*

16 Irregularitas ex ratiocinij obligatione dimiſſo, vel abdicato officio, redditaque ratione, ceſſat, non ante redditam rationem, ita *cõtra Tol. Dia.*

Irregu-

# Irregularitas ex defectu Sacramenti, ideſt Bigamia. Cap. LXXXIV.

1. Bigamia dicitur irregularitas, ſiue inhabilitas ad ordinum ſacrorum ſuſceptionem ex duplici, vel multiplici matrimonio conſummato orta; triplex autem eſt bigamia; Prima, quę propriè dicitur bigamia, quando quis cum duabus vxoribus duo legitima matrimonia conſummauit, hunc autem ordinibus initiandum non eſſe ex Diui Pauli verbis conſtat: *Oportet Epiſcopum vnius uxoris virum eſſe, Diaconi ſint vnius vxoris viri*. 1. *ad Timoth*. 3. *Can. Apoſt*. 16. *Tertul*. *l*. 2. *ad vxorem*, *S. Ambr. epiſt*. 82.

2 Secunda bigamia per iuris interpretationem, ſictionemue dicta eſt, cum aliquis viduam, vel ab altero prę corruptam mulierem, ſiue volens, ſiue inuita corrupta, ſeu viciata ſit, matrimonio ſibi coniunxit, ſiue eam viduã eſſe, ſiue aliter corruptam vir ſciuerit, ſiue ignorauerit. Hæc enim irregularitas non ex culpa aliqua, vel infamia, ſed ex defectu ſacramenti oritur, ita *Doctores vnanimes contra Sà, & alios apud Sanchium l*. 7. *d*. 84. *n*. 15. *Laym*. *l*. 1. *tr*. 5. *p*. 4. *c*. 5.

3 Hanc etiam irregularitatem contrahit, qui cum adultera vxore liberis operam nauat. Secus verò, ſi ante cõtractum matrimonium cum aliqua ſæpius illicitam venerem habuerit, vel plures cõcubinas ſubegerit; tale enim matrimonium ſacramenti defectum non patitur *Doct. in c quia, circa de Bigamis c. ſi cuius vxorē, c ſi laici d*. 34.

4 Hac etiam irregularitatis nota ille tenetur, qui poſt vnam legitimam vxorem venereo concubitu cognitam aliam priore viuente, aut mortua maritali affectu cognoſcit, cum qua propter impedimentum irritas nuptias contraxit, ita *Doctores ex cap. nuper de Bigamis*.

5 Tertia bigamia per ſimilitudinẽ, ſeu potius metaphoram dicitur, cum quiſpiam ſolemnibus votis religionẽ profeſſus, vel ſacris ordinibus initiatus matrimonium, quamuis cum virgine, contrahit, ac conſumat. Is enim fidem Chriſto datam frangens, & mulieri nubens quaſi bigamus, atq. ideo irregularis cenſetur. *Sanch l*. 7. *d*. 85. *num*. 8. *& alij, ex c. quotquot* 27. *q*. 2.

6 Ab hac tamen irregularitate epiſcopus, vel religioſus præſul ſuos abſoluere poteſt. *Suar. d*. 49. *ſ*. 6. *num*. 7. *Auila, Layman. vide Filiuc. Bonacin. Sà, & alios*. Propriæ, & interpretatiuæ bigamiæ impedimentum ſolus Pontifex Romanus auferre poteſt, illa nec baptiſmo deletur *Filiuc. Dia. p*. 4. *tr*. 2. *r*. 61. *Bonac. Alzedus, Barboſa d. p. e. p*. 2. *alleg*. 49. *num*. 25.

7 Qui fœminam à ſe præcorruptam legitimo coniugio copulat, nec bigamus cenſendus eſt, nec fori priuilegiũ amittit. Caro enim viri non eſt diuiſa *Io. Præpoſitus, Dia p*. 4. *tr*. 1. *r*. 27. *&* 38. *Turrianus ex Sanchio, P. Corneis in* 3. *p. tr*. 5. *d*. 10. *d*. 2.

8 Si maritus ſiue ſcienter, ſiue ignoranter cum vxore adultera rem veneream habeat, irregularis eſt defectu matrimonij coniunctionem Chriſti cũ Eccleſia non bene ſignificantis; Eccleſia enim vni Chriſto copulata eſt, virgo virgini; Vir igitur, qui poſt a vxoris adulterium nouit, ab ordinibus abſtinere debet ſoluto matrimonio,



Digitized by Google

ita ex *Nauarro, & Caſtro docet Sanchez de matr. tom. 2. l. 7. d. 84. num. 15. P. Corneius, Villalob. Io. Cruz, Hurtadus, Turrianus, Auila, Dian. r. 41. contra Prepoſitum*, cui adulterium notorium eſſe oportere videtur, probabilis etiam contraria ſententia eſt docentium maritum, qui cum vxore, quam adulteram eſſe ignorabat, concubuit, irregularem non eſſe. *P. Ledeſma q. 66. art. 3. Sa, & alij.*

9 Qui cum vxore ſua vim ab alio paſſa coit, irregularis non videtur; illa enim vim paſſa adulterium commiſiſſe dici non poteſt, propter quod irregularitas ſtatuta eſt, *cap. ſi cuius, Io. Prepoſitus in 3. p. de irregular. d. 7. num. 135. Dian. r. 40.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt, quia matrimonium illud nō amplius aptum videtur ad ſignificandam coniunctionē Chriſti cum Eccleſia. *Maiolus, Turrecremata, Viualdus, Henriq. Sanch. t. 2. l. 7. d. 84. num. 15. Villalob. Suarez d. 49. ſ. 3. num. 16.*

10 Laicus irritum matrimonium bis contrahens, vel ſecundum matrimonium ſimulato animo, vel inualidè, vel cum vidua contrahens minimè irregularis eſt; nulla enim lege huiuſmodi nuptijs irregularitas ſtatuta eſt. *Coninch. d. 18. d. 11. num. 101. Hurtadus d. 2. d. 13. num. 41. Auila, Henriq. Turrianus, Prepoſitus, Dian. r. 38.*

11 Clericus ſæcularis ſacris ordinibus initiatus, ſi virginem in matrimonium ducat, irregularitate bigamiæ non afficitur; Bigamiæ enim per ſimilitudinem dictæ irregularitas ſolis religioſis poſt ſolemne caſtitatis votum nubentibus irrogata eſt. *c. quotquot 27. q. 1. Hurtad. d. 2. d. 13. num. 47. Tanner. Turrianus, Dian. r. 39. contra Sanchium, Suarium, Valentiam, Sa, Corneium, Prepoſitum, Tolet. Coninch.*

12 Bigamiæ anomaliam non contrahit, qui in venereo congreſſu ſemen in fæmineum vterum non immittit, ideo ſi res occulta ſit, ſacris ordinibus initiari non prohibetur. *Sanch. de matrim. t. 2. l. 7. d. 83. num. 6. Borgaſius, Vega, Hurtadus, Turrian. Prepoſitus, Coninch. Megala, Dia. r. 42. contra Auilam, Henriquium, Tabienam, Armillam, Viualdum, Palatium, & alios.*

13 Ex ſola viriles ſeminis in mulicbrem naturam effuſione bigamiæ irregularitas oritur. Probabile enim eſt fæmineum ſemen ad matrimonij conſumationem, & generationem neceſſarium non eſſe, vt experientia rerum magiſtra docet *Sanch. t. 2. l. 7. d. 83. num. 6. Vega, Turrianus ex Ariſtotele, & D. Thom. p. 3. q. 31. art. 5. Gutier. de matr. c. 54. Dian. p. 5. tr. 13. r. 54.* Contrariam tamen ſententiam æquè probabilem alij aſſerunt, qui ex medicorū ſententia fœmineum ſemen ad generationem, & matrimonij conſumationem neceſſarium eſſe exiſtimant. Propterea, ſi virum ſeminaſſe, non verò fæminam in cōcubitu conſtet, religionem inire vterque poteſt, & religionis profeſſione matrimonium diſſoluere. *Sanchez ibidem, Io. Prepoſit. Hurtad. Andr. Laurentius, Dia. r. 43. p. 5. tr. 13. r. 54. Alp. Carranza, Lemnius, Lemnius, Ambo Pataus, Gulielmus, Saluaticus, Sanctacruz, Plutarchus, Lælius Firmianus, Nemeſius, Vveſtmanus in auth. de Tiriente, & ſemiſſe, Baldus, Boerius, decis. 241. Georg. Robalg. Andr. Dalnerus, Thom. Actius.*

14 Clericus, qui minoribus ordinibus initiatus crimen perpetrauit, deinde viduam vxorem duxit, priuilegium fori propter bigamiam non amittit. *Pirm. Alexander, Dian. r. 27. & p. 4.*

15 Pro-

15 Probabile eſt epiſcopum abſoluere poſſe ab irregularitate occulta, quam aliquis contraxit habendo rem veneream cum vxore adultera, etiam ſi adulterium vxoris occultum ſit; huiuſmodi enim irregularitas verè ex delicto oritur licet alieno, aſt epiſcopis à Tridentini Concilij patribus conceſſa poteſtas eſt abſoluendi ab irregularitate ex delicto occulto orta *Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform.*

16 Probabile etiam eſt, epiſcopum ad ordines etiam maiores recipiẽdos, vel exercendos admittere poſſe eum, qui mortua vxore legitima ſacris initiatus aliam vxorem ducere tentat. Huiuſmodi enim irregularitas ex delicto naſcitur *Sanchez l. 7. d. 84. nu. 6. d. 86. num. 12.*

17 Poteſt etiam abſoluere ab irregularitate occulta ſubdiaconum, qui viduam duxit *Prapoſit. in 3. p. q. 5. d. 7. num. 138. Diana r. 61. B. Vecchius, Sanchez, Tamburinus cõtra Barb. Alzed.* eadem poteſtate abſoluendi ſuos ab huiuſmodi irregularitate gaudet è ſuperior Regularium *B. Vechius d. 9. d. 15 num. 3. Tamb. to. 2. d. 17.*

18 Qui verè, ac propriè bigamus eſt ad minores ordines, vel ad ſimplex beneficium eccleſiaſticum admitti ab epiſcopo non poteſt. Lex enim bigamos omnibus ordinibus interdicens à Concilio Niceno lata eſt teſte Diuo Ambroſio, quam deinde ſummus Põtifex confirmauit *S. Ambr. epiſt. 82. c. nuper, & c. vlt. de bigamis, Turrian. de cenſ. l. 9. d. 70. Villalob. Bizozerus, Squillantus, Sacra Cardin, Congregat. Piaſecius, Armendar, Garzias, Molfeſ. Vecchius, Tamburinus, Nouarius, Leo, Riccius, Dia. r. 62. contra Comitolum, Auilam, Azor. Mirandam, Sayrum, M. Alzedum. P. Corneium,*

19 Qui poſt nuncupatum in religionis profeſſione, vel ordinum ſuſceptione caſtitatis votum virginem in vxorem duxit, ab epiſcopo ad religioſorum ordinum ſuſceptionem, vel vſum admitti poteſt. Secus verò, ſi cum vidua matrimonium inijt, ita *Turrianus, & Doctores citati contra Maiolum, Palacium, Henriq.*

20 Præſules religioſi à bigamia per ſimilitudinem dicta ſubditos ſuos velut epiſcopi ſuos, abſoluere poſſunt, & bigamiæ veræ, & interpretatiuæ impedimentum auferre ex priuilegio à Syxto V. non modo religioſis ſuperioribus, ſed etiam confeſſarijs religioſi ordinis conceſſo, *Suar. to. 4. tr. 8. l. 2. Sigiſm. à Bononia, Nau. Zerola, Rodriq. to. 1. q. 24. Bonac. Peirin. Portel. Lezan. Bordon. Tamburinus, Angles, Ledeſma, Berg. Mirand. Auila p. 7. d. 8. d. 4. c. 8. Henriq. P. Corneius, Barboſa, contra Rodriq. Barboſ. B. Vecchium.*

21 Religioſi præſules quotannis primo die Lunæ poſt Dominicã primã quadrageſimæ ſubditos ſuos ab omni irregularitate quauis occaſione, vel cauſa contracta abſoluere poſſunt, etiamſi ſi ex homicidio voluntario, vel bigamia orta ſit *Paulus III. Pontifex, Hieronymus Rodriq. Auila p. 7. d. 8. Henriq. Hier. Rodriq. r. 16. Bordon. r. 11, Lezana, Peirin. Paſq. r. 186.* oppoſita tamen ſententia tutior eſt, ac pontificum menti conformior *Rodriq. Peirin. Dia. r. 63.*

22 Iudici laico non licet in quæſtionem, ac iudicium vocare, an clericus ſit bigamus, nec ne, ita contra *Pereirani* docet *Lotherius Harpsfeldius, Dian. p. 4. t. 1. r. 71.*

23 Irregularitas ex bigamia, vel homicidio orta vi bullæ Cruciatæ auferri



Digitized by Google

ferri minimè poteſt *Diana p.4.tr.2. r.81. P. Corneius*.

24 Bigamum etiam poſt baptiſmũ ordinibus initiare non licet, quia de ſacramento agitur, non de peccato. In baptiſmo autem culpa dimitti poteſt, lex aboleri non poteſt, ait S. Ambroſius *l.1. de offic. c. vlt. Laym. cap. 6. num.* 8.

25 Bigamiæ crimen, cum quis duas vxores ducit, ad Sanctæ Inquiſitionis forum ſpectat; Grauem enim ſuſpicionem de fide ingerit, ita *Sig. Scaccia A. Souſa, Piaſecius, Gonnenſis, Dian. p.4. tr.7. r.4.*

26 Inquiſitoribus tamen de Mahumetanorum bigamia iudicium, vel inquiſitionem facere non licet, ita contra *Simancam docet Freitas, Farinac. Homob. Roias, Guttier. Henriq. Bobadilla, Barboſa, Dian. ibid.*

27 Hanc irregularitatem non inducit præpoſtera, & auerſa venus, ſed legitima, & naturalis coniugum copulatio *Bonacina d.7. q.2. p.5. num.9. Vgolin. Sanchez, & alij.*

28 Bigamus maioribus ordinibus initiatus abſque diſpẽſatione clericorum priuilegijs gaudet; Non enim laici vitam ducere ei amplius licet. *Bonac. tom.1. de cenſ. d.7. q.2. p.5. num.16. Vgol. Sayr. c.5. num.2. Sanchez d.86. Filiuc. Suar. ſect.5. num.4. & alios.*

## Irregularitas ex defectu Lenitatis. Cap. LXXXV.

1 Clericus, vel alius iuſtè aliquem mutilans, vel occidens, vel ad mutilationem, vel homicidium cooperans, poſt effectum irregularis eſt lenitatis defectu, nec ordines ſuſcipere, nec ſuſceptos exercere poteſt. *cap. ne clerici, vel Monachi l.6. cap. ſi quis viduam d.* 50. vbi hæc leguntur: *Si quis homicidij, aut facto, aut præcepto, aut conſilio; aut defenſione poſt baptiſmũ conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionẽ ad clericatum venerit, deijciatur. Martinus pontif. c. cler. diſt.* 50.

2 Ad hanc inhabilitatem contrahendam non intentio, nec mortui membri amputatio ſufficit, ſed vera mutilatio, vel occiſio hominis viui, vel nondum nati, vel infantis, vel fidelis, vel infidelis, vel excommunicati, vel proſcripti, vel exulis, igneque, & aqua interdicti. *Nau. numer.* 218. *Reginald. num.69. Filiuc. Sayr. l.6. c.15. numer.8. & 9. Bonacina, & alij communiter.*

3 Qui nondum baptiſmate initiatus, vel doli expers aliquem mutilauit, vel occidit, vel in cauſa fuit mutilationis, vel homicidij, irregularis non eſt, *ex c. ſi quis viduam d.50. & cap. ſi quis poſt baptiſmum d.51. Suar. d.47. ſect.1. Nau. Sayr. Filiuc. Reginal. l.30. num.94. Bonac. q.4. p.1. num.2. contra Hoſtienſem, & alios.*

4 Cauſidicus, & teſtes in capitalibus cauſis ſe citra ſanguinem contra reos agere, vel teſtari, & nolle ſe rei necem, vel mutilationem proteſtati ordines ſuſcipere, ſuſceptoſue exercere non prohibentur, etiamſi reus capite cõdemnetur. Cauſidicus enim, ac teſtes accuſatoris priuilegio gaudent. Accuſator autem proteſtatus ſe nihil aliud exigere, quam vt ſibi, vel ſuis à reo, qui damnum, vel iniuriam intulit, ſatisfiat, irregularis non cenſetur, igitur nec cauſidicus, nec teſtes, ita *Coninch. de ſacr. d.18. d.10. n.95. Præpoſitus, Io. Cruz*, contraria etiam

ſententia

ſententia probabilis eſt *Molin. tom. 4. t. 3. d. 74. Reginald. to. 2. l. 30. t. 2. c. 11. Corneius, Villalobos, Vgolin. Layman. Henriq. Turrian. Diana p. 4. t. 2. r. 32.*

5 Aduocatus, ſeu patronus rei, niſi pœna talionis accuſatorem afficiendũ curauerit, ſi accuſator, quod reum delicti conuincere nequiuerit, capite plectatur, ordinibus initiari vtique poterit; quinetiam, ſi accuſatori capitale crimen præmiſſa proteſtatione obijciat rei patronus, irregularis non videtur. *Vaſq. Turrianus l. 9. d. 66. d. 3. Præpoſitus. Dia. r. 34.*

6 Clerici, & populares, ſi quem capitalis criminis accuſent, proteſtantes ſe nihil ab eo velle, quàm, vt pro damno, vel iniuria ſibi, vel ſuis rebus, vel parentibus illata ſatisfaciat, irregulares minimè ſunt; Non enim ipſius necem, ſed ius ſuum quærunt; hoc autem modo proteſtatio fieri ſolet: *Domine poſtulo abs te, vt Petrum qui damnum mihi intulit, ſatisfacere, vel damnum præſtare iubeas, aut cures, proteſtorque, mihi intentionem non eſſe exigendi pœnam ſanguinis, mutilationis, vel necis.*

7 Idem etiam de illis dicendum eſt, qui proteſtati, ſe non vindictam, ſed ſatisfactionem quærere, reum ſceleris exitialis, & capitalis accuſant, vt damnum non ipſis, ſed eorum cõſanguineis, ac familiaribus, ac clientibus ſuis illatum compenſetur, ſeu præſtetur, ita *Coninch. d. 18. d. 10. num. 93. Hurtadus d. 2. dif. 11. num. 4. Auila, Villalobos, Præpoſitus, Diana r. 33. contra P. Corneium, Vgolinum, Bonac.*

8 Clerici etiam ſacris initiati, Beneficiarij, vel Religioſi aſſiſtentes capitali ſupplicio eorum, qui vel in patibulo ſuſpenduntur; vel capite obtruncantur; neque irregulares fiunt, nec grauiter peccant, niſi eorum mortem authoritate, præſentia, vel conſilio, vel iuſſu accelerent. probabile tamen eſt, eos venialem culpam ex curioſitate committere, *ita contra Sayrum, & alios docent Suar. d. 47. ſect. 4. Auila p. 7. d. 5. Laym. l. 3. t. 3. p. 3. cap. 7.* quanquam alij eos ne leuiter quidem peccare, & antiquos canones contraria cõſuetudine abrogatos eſſe dicunt. *Dia. r. 35.*

9 Sacerdotes, qui reum mortis, vt cruciarium ad capitale ſupplicium pietatis cauſa comitantur, ſi eundem, vt ſcalas animosè conſcendat, vel carnificem, vt officio ſuo citò fungatur, hortentur, aliaue ratione necem ei accelerent, irregulares cenſendi nõ ſunt, cum iniuſtè homicidio cauſam non præbeant; Leges enim, ſeu canones eos tantum ex defectu lenitatis irregulares decernunt, qui aliquem mortis reum condemnant, vel ſententiam, & cauſam mortis ipſius cum rerum capitalium iudice probant, vel miniſtri iuſtitiæ pœnam capitalem ex iudicis ſententia exequuntur. *G. Vaſq. Turrianus de cenſ. l. 9. d. 66. d. 3. Dia. p. 3. t. 5. r. 79 Gaſp. Hurtadus F. Riba contra Villalobum, & alios.* Probabilis etiam eſt eorum ſententia, qui ſacerdotes illos irregulares non eſſe aiunt, ob indeliberationem, vel materiæ paruitatem *Mol. t. 4. tr. 3. d. 74. num. 4. Laym. Reginal. t. 2. l. 30. tr. 2. Villalobos, Auila, Henriq.* Neque irregularitatem contrahit, qui videns aliquem in patibulo ſuſpenſum, qui à carnifice incumbente furcæ extinctus exiſtimatur, dicit ſuſpendiarium reũ adhuc viuere. Si hoc audito carnifex rei collum denuo pedibus calcet, & mori cogat. In irregularitatem enim incidunt ex defectu lenitatis ſoli mi-



Digitized by Google

niſtri iuſtitiæ. *Gaſp. Hurtad. Sanch. Vaſq. Turrian. Baunius, Machadus, Cæleſtinus, Dia. p. 8. tr. 7. r. 61.*

10 Clerici, ſeu ſacerdotes abſque irregularitatis contrahendæ periculo ægrotis poſſunt obſequia præſtare, in hanc, vel illam partem vertere, licet præter intentionem mortem illis accelerent, modo cautè, prudenterque ſe gerant. *Caiet. Sot. Nau. Armil. Tolet. Suarez, Filliuc. tom. 1. t. 19. c. 10. num. 278. Megala, Reginal. t. 2. l. 30. tr. 2. c. 9. Dia. ibid. contra Comitolum.*

11 Confeſſarius, vel theologus, aliuſuè vir doctus conſultus à iudice, an reum morti addicere debeat, etiāſi reſpondeat, reum capite damnandum eſſe, non eſt irregularis; Ex nullo enim iure cōſtat eum irregularem eſſe, irregularitatis cenſura ex lenitatis defectu in ſolos iuſtitiæ miniſtros, capitalis cauſæ probatores lata eſt, ita *Vaſquez, Turrianus l. 9. d. 66. d. 4. Dia. ibidem r. 80. G. Hurtadus d. 2. d. 11. Lug. de pœnit. d. 22. ſ. 2 §. 1. num. 33. contra Auilam, Crucium, Henriquium, Villalobum, Bonacin. Suar.* qui dicunt confeſſarium poſſe dicere iudici, quid leges dictent nihil præcipiendo, vel dicere, conſule iuriſconſultos, vide, quid leges iubeant.

12 Propterea irregularis non eſt, qui maleficium, vel facinoroſum virum detegit, vel latronem, aut furem adeſſe clamat, niſi manifeſtans, aut clamans accuſator ſit, vel teſtis ad cognitionem cauſæ neceſſarius, vel apparitor, vel lictor, aliuſue iuſtitiæ miniſter *Turrianus, Dian. ibi,* Verum ſi clamans præuidit fore, vt clamore ſuo excitati homines accurrerent, & malefactorem occiderent, irregularis eſt, ſi ille occidatur, *Bonacina.*

13 Iudex, aſſeſſor, accuſator, denunciator, teſtis, tabellio, tortor, quæſitor rerum capitalium, qui rei confeſſionem extorquet, qui dictat, ſcribit, ſignat, qui literas pro capitali vindicta deſtinatas publicat, ſententiæ capitalis executor, cooperatores ſatellites irregulares ſunt ob perfectæ lenitatis defectum *c. aliquantos d. 51. Abbas cap. ſententiam ne clerici, vel monachi. S. Anton. 3. p. t. 28. c. 2. Henriq. l. 14. c. 12. Auila, Sa, Nau. c. 27. n. 212. Laym. l. 3. tr. 3. p. 3. c. 7.*

14 Cooperatio ad mortem, vel mutilationem notabilis ſit, oportet, nec admodum remota, aut fortuita, vel accidens, vt irregularitatem inducat, propterea fabri, qui furcam compoſuerunt, funes, vel ſcalas confecerunt, irregulares non ſunt, niſi funes ad ſuſpendium deferant, ſcalas furcæ applicent; Hi enim cauſa propinqua, illi verò remota ſunt, ità *DD in c. ſuſ nos de Homicid. gloſſ. in cap. de cætero, Laym. ibid.*

15 Irregularis etiam fit, qui criminoſum iudici tradit, ſi poſtea iuſto ſupplicio afficiatur. *Laym.* eccleſiaſtici tamen iudices, & inquiſitores, ſi quē exauguratum, & hæreſeos damnatū ſæculari brachio tradant, irregulares non fiunt; non enim ad eorum mortē cooperantur. *Suar. Filiuc. Layman. l. 3. ſect. 5. t. 3. p. 3. c. 7. Hurtad.*

16 Eccleſiaſticus præſul, ſi cauſam capitalem ſæculari iudici committat, ob quam reus capite plectatur, irregularis non fit, etiamſi iudici dicat, vt contra maleficos, & facinoroſos inuigilet, ita ex *Suario, P. Cornaeus in 3. p. tr. 5. d. 11. d. 1. & ex c. vlt. ne clerici, vel monachi in 6. G. Hurtad. d. 2. d. 11. Dian. p. 4. tr. 2. r. 78. contra Henriq.*

17 Epiſcopus, ſi laico iudici poteſtatem concedat exhumandi cadauer hominis

hominis occiſi in templo ſepultum, vt de patrato homicidio melius cognoſcere poſſit, irregularis non fit; Non enim neci, vel mutilationi cauſam proximam, ac directam præbet, ita *I. Lauorius t. 2. cap. 7. num 31. & ex Nau. & Auila, Turrianus, Riccius, Venerus, Dia. r. 95.*

18 Qui fert teſtimonium in fauorē rei, ex quo fit, vt accuſator morte mulctetur, irregularis non eſt, nam præter teſtis intentionem mors accuſatoris accidit *Sayr. de cenſ. l. 6. c. 18. nu. 11. Suarez d. 47. ſect. 4. Filliuc. to. 1. tr. 19. Vgolinus c. 7. num. 7. Dia. r. 96. Bonac.*

19 Sacerdos, qui reum pænitentem iubet confiteri crimen morte dignum iudici iuridicè interroganti, irregularis non fit, etiamſi ob criminis confeſſionem reus capite plectatur; idem etiā dicendum eſt, ſi ſacerdos reo conſulat, vt iuſtæ mortis ſententiæ conſentiat, quando illam differre non poteſt, niſi per iniuſtam appellationem, ita *Corneius in 3. p. D. Th. tr. 5. d. 11. d. 1. q. 4. Diana p. 4. t. 2. r. 99. Bonacina, Lug. d. 22. ſ. 2.*

20 Irregularis non eſt, qui à magiſtratu impetrat, ne reus mortis per publicam viam ad ſupplicium, cum magno ſui, & familiæ ſuæ dedecore ducatur, ſed breuiore via, etiamſi inde accidat, vt mors illi acceleretur. *Henriq. cap. 12. num. 7. Auila, Layman. l. 3, t. 5. p. 3. cap. 7.*

21 Hæreticæ prauitatis inquiſitores, eccleſiaſtici præſules, eorum officiales miniſtri irregulares nō fiunt, ſi reum tanquam incorrigibilem ſęculari iudici tradant, poſteaquam officio ſuo in proprio foro functi ſunt; Non enim ipſi mortis ſententiam ferunt, nec exequuntur, *Medina l. 1. cap. 11. Henriq. Auila, Laym. num. 3. contra Conar. & alios.*

22 Epiſcopi, alijque præſules temporalem etiam iuriſdictionem obtinentes, & ſi ſententiæ ſanguinis authoritatem præſentia ſua pręſtare licitè nequeant, alioquin irregulares fiunt *ex cap. litteris de exceſſ. prælat. gloſſa v. corporalem, Abbas in 2. Laym.* leges tamen pænales contra maleficos condere; iudices creare, criminalium etiā cauſarum cognitionem etiam particularium nominatim iudicibus committere poſſunt iudices rerum capitalium creare, iiſque mandare, vt iuris ordinem, & leges ſeruent *cap. vlt. ne clerici, vel monachi, Sylu. v. Homicid. S. Anton. p. 3. t. 28. cap. 2. Caiet. Cou. Mol. Auila, Nau l. 5. Laym. n. 4.*

23 Confeſſarius etiam abſolutionis beneficium iudici denegare poteſt, niſi officio ſuo ſatisfacere, ac reum reipublicæ noxium morti adiudicare ſtatuat. *Auila d. 7. Henriq. c. 16. nu. 4.*

24 Religioſi præſules ſubditos ſuos ab omni irregularitate, excepta bigamia, & homicidio voluntario, abſoluere poſſunt ex priuilegio iiſdem conceſſo, niſi hoc viua voce conceſſum fuerit, ideo irregularitatem ex defectu lenitatis ortam à ſubditis ſuis tollere valent. *Caiet. 2. 2 q. 64. art. 8. Auila ſect. 5. d. 1. Mercerus, Villalob Filiuc. Lezana, Diana r. 69.* eadem etiam poteſtate abſoluendi ab irregularitate ex lenitatis defectu epiſcopos gaudere probabile eſt. *Em Rodriq. Conar. Cāpanilus, Viualdus, Medina, Nouarius, Plaza, Sa, Hieron. Rodriq. Barboſa p. 2. allegat. 39. num. 47. Dian. r. 69. & p. 8. tr. 7. r. 61. Machad. & alij plur.* contraria tamen ſententia probabilior eſt; Concilium enim Tridentinum ſolam irregularitatem ex delicto epiſcopis relaxandam concedit, ita *Do-*



Digitized by Google

*ctores X. à Barboſa citati, Auila, Bannez, Bonac. q. 4. p. vlt. num. 13. Alzedus, F. Leo, P. Corneius, Hurtadus, Tanner. Dia. et alij.*

25 Commiſſarius bullæ cruciatæ ab omni irregularitate, excepta ea, quæ ex voluntario homicidio procedit, abſoluere poteſt, *Auila, Dian. ibidem, & p. 1. tr. 11. r. 110. Fernandez, Rodriq. Villalobos.*

## Irregularitas ex Homicidio, vel Mutilatione. Cap. LXXXVI.

1 HOmicidium aliud eſt voluntarium, aliud fortuitum, ſeu caſuale. voluntarium eſt iniuſta hominis occiſio ex propoſito, ſiue per induſtriam, ſeu per inſidias facta voluntate directa, & expreſſa non ſolum in cauſam, ſed in effectum, ideſt in necem alterius tendente, & hoc homicidium quinto decalogi præcepto vetitum eſt, & de hoc agit Concilium Tridentinum ſeſſione xxjv. capite 6. Homicidium verò fortuitum, vel caſuale eſt, quod indirectè, & præter intentionem, vel etiam directè excedendo inculpabilis tutelæ modum, vel ex ſubita ira, quamuis directè, & plena voluntate commiſſum eſt, ita *Barboſa p. 2. alleg. 37. nu. 47. & alij commun. Turrianus de cenſ. l. 9. d. 63. d. 1. Prapoſitus, Hurtadus, Dia. p. 4. tr. 2. r. 72.*

2 Irregularitatis cenſura, ac nota etiam abſque culpa contrahi poteſt; Ad eam enim contrahendam ſufficit occidendi, vel mutilandi voluntas actualis, aut virtualis, modò effectus ſequatur, & neceſſitas non compulerit. Irregularitas non tam pœna, quàm macula, ſeu indignitas quædam eſt ad altaris miniſterium ex manſuetudinis carentia *ex c. ſuſcepimus de homicidio, Nau. c. 27. nu. 218. Laym. l. 3. tr. 3. p. 3. c. 7.*

3 Qui inuaſorem ſui occidit, à quo iniuſtè intentatam ſibi necem nō ſine magno dedecore fugiendo euadere potuiſſet, irregularis minimè cenſendus eſt; Nemo enim cum tanto propriæ famæ detrimento mortem iniuſti inuaſoris vitare neceſſeriò debet, niſi inuadendi ſe grauem cauſam culpa ſua illi præbuerit, modò tamen moderationem inculpabilis defenſionis ſeruet *Suarez t. 5. d. 46. ſect. 1. numer. 6. Coninch. d. 18. d. 9. num. 90. Filiuc. P. Corneius, Turrianus, Villalobos, Prapoſitus, Tannerus, Dian. p. 4. t. 2. r. 3. Bonac. d. 7. q. 4. par. 6. num. 4. contra Sayrum, Reginaldum, Auilam, Fernandum, Bonac.*

4 Clericus interficiens inuaſorem, ſi non fugiat, cum poſſit, irregularis eſt; Clerico enim fuga non eſt ignominioſa, quemadmodum nec religioſo, qui humilis, & demiſſo animo eſſe debet, *Suar. & relati DD. Sotus l. 5. q. 2. art. 8.* Si quando tamen fuga ignominiam clerico pariat, ſi hic inuaſorem ſe defendendo occidat, irregularis non eſt, *Felinus in cap. ſuſcepimus de homicid. Filiuc. tom. 1. tr. 20. c. 5. Dian. ibidem.*

5 Irregularitas ex homicidio ob culpabilem ſui defenſionem cōtracta moraliter delebilis eſt, contracta verò homicidio directè voluntario à ſolo Summo Pontifice auferri poteſt, *ex Trid. Concil. ſeſſ. 4. c. 6. Mercerus de ſacram. in 3. p. D. Th.*

6 Eum, qui ob defenſionem bonorum temporalium, vt honoris, pudicitiæ.

citiæ, inuaſorem occidit, irregularem non eſſe, probabile eſt; Tale enim homicidium peccatum non eſt, ſed ob priuatum homicidiũ culpæ expers nemo irregularis cenſetur. *Sot. l. 5. q. 1. art. 8. P. Corneius, Portellius, Gordon. Villalobos, Filiuc. t. 1. tr. 20. c. 5. n. 150. Caſtrus, Præpoſitus, Tannerus, Hurtad. Mercer. Coninch. d. 18. d. 9. num. 88. Turrianus, Dian. r. 4.* Contrarium etiam probabiliter alij docent *ex clem. ſi furioſus. D. Antonin. Sylueſter, Abbas, Armilla, Molina, Guttierez, Henriq. Salon. Auila, Reginald. t. 2. l. 30. tr. 2. c. 9. num. 107. Nau. c. 27. n. 209. Villadiegus, Vega, Layman. Bannez.*

7 Qui cum moderatione inculpabilis defenſionis innocentem proximũ præſertim conſanguineum defendendi cauſa, iniuſtum inuaſorem interficit, irregularis non eſt; Et hoc verum eſt, non ſolum cum innocentis defenſio neceſſaria, & præſcripta eſt, ſed etiam quando licita eſt. *Couar. Conin. d. 15. Maior. Suarez. Turrian. Corneius, Mercerus, Hurtadus, Tanner. Dian. tract. 2. r. 5. contra Nau. Sylu. Laym. ſect. 5. tr. 3. par. 3. Maiolum, Auil. & alios.*

8 Neque irregularis eſt, qui ne grauiter vulneretur, inuaſorem occidit; ita enim vitam ſuam tuetur *Salonius in 2. 2. q. 64. art. 8. cap. 2. Sayrus l. 6. c. 17. num. 4. Hurtadus, Villalob. Dian. reſ. 6.*

9 Neque ad ordinum ſuſceptionẽ, vel vſum inhabilis eſt, qui ne grauem vultus deformationem patiatur, ſeipsũ defendendo, aggreſſorem cum moderatione inculpatæ tutelæ interimit; vulnus enim ori inflictum magnum dedecus, & infamiam affert *Sayr. M. Bonac. d. 7 q. 4 p. 6 n. Henriq. Dian. r. 6.*

10 Qui conuitijs, ſeu contumelijs alicui rixæ anſam præbuit, ſi illum poſtea in ſe irruentem adhibita inculpabilis defenſionis moderatione interficiat, irregularis non eſt; Iniuria .n. nulli ius vindictæ propria manu ſumendæ præbet. *Mercadus l. 6. cap. 4. Auil. Dian. contra Nauarrum ibidem, vide de homicid.*

11 Adulter non eſt irregularis, ſi cognito adulterio maritus vxorem occidat; Adulterium enim in adulteræ necem directè non tendit, neque irregularis fit adulter, ſi ad alienam vxorem ita imprudenter accedat, vt eam periculo mortis exponi probabiliter putet; adulterium enim ex ſe aptum non eſt ad inferendum homicidium, nec eſt cauſa proxima illius, ita cõtra *Nauarrum, Guttier. Sayrum, & Io. à Cruce docent Couarruuias, Caſtrus, Aragonius, Nauarra de reſt. l. 2. c. 3. num. 363. Megala de cenſ. l. 7 c. 2. q. 5. num. 81. Auila, Præpoſitus, Turrian. Dian. reſ. 1.*

12 Probabilis etiam eſt media illa ſententia, quæ adulterum illum irregularem eſſe docet, qui euidenti mortis periculo adulteram ſcienter expoſuit, quando illa ideo occiſa eſt *Suar. d. 45 ſect. 6. num. 5. Filliuc. t. 1. tr. 20. cap. 3. P. Corneius.*

13 Moderata defenſio in conſcientiæ foro cenſetur, in qua primo alium occidens aggreſſus, & in ipſa aggreſſione contingit occiſio. Non tamen neceſſe eſt expectare ictum, ſed aliquando præuenire licet. Probabile etiam eſt, inſidiatorem præueniendo eius inuaſionem occidi licere, niſi alio modo vita defendi poſſit ab inſidijs; cauendum autem eſt ne cum graui culpa defenſio fiat, quæ in aggreſſionem tranſeat, & talis ſit, vt cum minori læſione occidens nequeat ſe tueri

*Filiuc.*

*Fiduc. c. 5. Vega tom. 1. c. 27. Molin. tom. 4. tr. 3. d. 11. num. 5.*

14 Quando quis eo neceſſitatis culpa ſua deuenit, vt ad defendendam vitam ſuam, inuaſorem occidere ei neceſſe fuerit, non eſt irregularis, vt ſi adulter aggreſſorem maritum occiderit, vel ſi quis inuaſorem, quem contumelijs, vel furto, aliaue iniuria prouocauit, vitæ ſuę defendendæ cauſa interfecerit, non eſt irregularis, ita *Sotus de iuſt. l. 5. q. 1. art. 9. & cum alij decem doctoribus Sayr. l. 6. c. 17. P. Corneius, I. Gordonus, Auila, Turrianus, Leſſius l. 2. c. 9. d. 15. Mercadus, Hurtadus, Dian. r. 2. Portellius, Turrianus contra Nauarrum cap. 27. num. 238. Molinam, Vgolinum, Philiarchum, Villalobum.*

15 Valde etiam probabile eſt, irregularem eſſe homicidam, qui culpa ſua ſe in eas anguſtias coniecit, cum prçuideret periculum fore, vel occumbendi, vel occidendi; Sic enim homicidium voluntariū eſt in cauſa *Coninch de ſacr. d. 8. d. 9. num. 64. Suarez, Layman.*

16 Qui aliquem cum moderatione inculpatæ defenſionis non vitæ, ſed alicuius membri occidit, ordinum ſuſceptione, vel vſu non priuatur, non ſolum enim vitam, ſed etiam integrū membrum cum moderatione inculpabilis defenſionis tueri licet; Si enim inuaſorem quis occidere poteſt, vt à turpi vulnere, & dehoneſtamento faciem ſuam tueatur, quanto magis, vt membrum à mutilatione defendat *Nau. l. 2. c. 3. num. 364. Hurtadus de irreg. d. 7. d. 10. num. 36. Diana r. 22. contra Toletum, Ant. Fernandum, Syluium, & alios.*

17 Milites in bello iuſto ſi vitam ſuam defendendo cum moderatione iuſtæ defenſionis aliquos occidant, irregulares non eſſe, probabile eſt; vim enim vi repellere licet. ſic iudex, aut ſatelles, vel lictor reum defendendi ſe cauſa ab eius inuaſione, interficiens, non ex eo irregularis fit *Sylueſter, Auila par. 7. d. 5. ſect. 3. d. 1. P. Corneius in 3. p. D. Th. tr. 5. d. 11. ſ. 3. d. 1. Dian. r. 29. contra Suar. Henriq. Rodriq. Bonac.*

18 Propterea in bello defenſiuo iuſto, ac licito milites etiamſi hoſtem occidant, irregulares non ſunt; eadem enim ratio in publica, ac in priuata defenſione militat *Suarez, Tanner. in 3. p. d. 6. q. 10. d. 11. Dia. ibid.*

19 Neq. ad ordines inhabiles ſunt, qui in bello iuſto hortantur milites, vt ſtrenuè ſe gerant, nec qui illis arma offenſiua vendunt, aut donant, modo ad certam, ſeu deſignatam cædem non incitent, quanquam nonnulli probabiliter aſſerunt, eos tantum ex homicidio irregulares fieri, qui manu propria interficiunt, non verò cædis hortatores, ita *P. Corneius loc. cit. Auil. p. 7. d. 5. ſect. 3. d. 2. c. 1. Turrian. Barboſa coll. t. 2. l. 5. t. 12. c. 24. Dia. ibid. & reſol. 28.*

20 Qui in bello iuſto pugnauit, ſi dubitet, an occiderit, vel mutilauerit quenquam, ſe irregularem exiſtimare neceſſariò non debet, vt ex verbis Pontificis conſtat dicentis, *ſi de interfectione cuiuſquam in illo conflictu conſcientia tua te remordeat*, quod non contingit, quando nullum probabile iudiciū fieri poteſt *ex c. petitio tua, Auila p. 7. d. 6. ſect. 6. d. 6. Nauar. Merolla d. 3. c. 3. num. 252. Dian. r. 33.* Igitur dubitans, an homicidium perpetrauerit, non eſt cenſendus irregularis; Nemo enim ob culpam dubiam puniendus eſt, & in dubio melior eſt conditio poſſi-

Digitized by Google

poſſidentis tàm in foro ſæculi, quàm animæ. *Ioan. Eſcobar. de vtroque foro art. 1. num 74. Sanch. 1. in decal. c. 10. Bonac. de pec. q. 4. p. 7. Io. Sancius d. 42. Ant. Eſcobar. t. 4. ex 6. cap. 5. nu. 72.* Verùm cõtrariam ſententiam, vt probabiliorem, obſeruat Romana Curia, Pænitentiaria, ac Dataria. *Franciſcus Lugo p. 1. q. 27. Dian p. 8. tr. 8. r. 6. Bonac. Villalob.*

21 In bello iniuſto omnes milites pugnantes, vel ad pugnam hortantes, vel pugnantium ſarcinas cuſtodientes irregulares fiunt, etiamſi vnus tãtum, aut alter occidat, vel mutilet; Quilibet enim præſentia commilitonum, & cuſtodia adiuuatur, & omnes vna cauſa moralis cenſentur, cum ſe mutuo excitent. *P. Corneins, Hurtadus, Mercerus, Auila, Laym. ſect 5. t. 3. p. 3. c. 8. Villalobos, Dian. r. 27.*

22 Verùm quemadmodum probabile eſt, non omnes milites exercitus in vrbis expugnatione debere pręſtare damnum, quod alij ciuitati intulerunt, vt *Leſſius l. 2. c. 13. d 4 num. 38. cum Paludan. docet*, ita probabile videtur, non omnes milites, cum multa millia ſint, irregulares eſſe, ſi quis eorum hoſtem interficiat, ſed eos tantum qui præſentia, hortatuque ſe mutuo ad cædem illam excitare, ſeq; mutuo videre, & audire poſſunt, puta quinquaginta, aut centum milites. *Coninchi. de ſacr. d. 18. d. 10. num 98.*

23 Neque verò bello iuſto milites hoſtem aggredientes irregulares fiunt, ſi manibus ſuis ſanguinem non fundant, etiamſi alij mutilent, vel occidant; Non enim alios ad occidendũ, ſed ad ſtrenuè pugnandum animare cenſentur, remotè igitur, & per accidens tantum cooperantur. *Dian. ibid.*

24 Quando in rixa aliqua plures aliquem percutiunt, vnus autem lethale vulnus illi infligit, quo ſaucius moritur, ſi certò conſtet, quiſnam lethifero ictu illum vulnerauerit, hic ſolus irregularis eſt, cæteri autem, vt homicidij expertes, ita ab irregularitate liberi ſunt *Sayr. l. 7. c 4. num. 13. ex l. item Mela §. ſed ſi ſeruum, ff. ad leg. Aquilinam, & l. ſi rixa, ff. de ſicarijs. Couar. Bonac. d. 7. q. 4. p. 8. Villadieg. apud Auilam, Dian. p. 2. t. 15. r. 18. contra Suarium, Auilam, & alios.*

25 Irregularitas ex homicidio voluntario tantum contrahitur, quando deliberatò, ac conſulto homicidium fiat, fortuitum, ſeu, vt aiunt, caſuale, non autem voluntarium cenſetur, & ab irregularitate ex illo contracta epiſcopus abſoluere poteſt. *ex Concilio Trident. ſeſſ. 24. c. 6. & ſeſſ. 14. c. 17. Coninch. d. 18. dub. 14. nu 111. Auil. p. 7. d. 6. ſ. 2. d. 1. Henriq. Rodriq. Salzedus D. Perez. Diana ibidem r. 19. Sayr. l. 7. c 7. num. 8.* Contrarium tamen alij probabiliter docent, nam etiam in rixa inopinata, & ex tempore orta homicidium libera voluntate fieri poteſt, quod voluntarium dicitur. *F. Suarez in 3. p. t 5. d 44. ſect. 1. Molin. t 4. tr. 3. d. 79. num. 7.*

26 Qui rixando digitum alicui abſcindit, etiamſi pollicem, vel indicem, irregularis non eſſe videtur; Irregularis enim cõtrahitur mutilando aliquod membrum; aſt digitus non eſt membrum, nam membrum illud propriè dicitur, quod officium à cæteris corporis partibus diſtinctum habet, vt oculus, manus; propterea neque irregularis videtur, qui auriculam, ideſt cartilaginem ad ornatum ſpectantem, dentem, teſticulum abſque genitali membro cuipiam abſcindit; idquod etiam de amputante mamillam, vel naſum

Digitized by Google

naſum aliqui aſſerere non dubitant; Quod ea membra eſſe negant *ex Bartolo, & Salzedo, & alijs doctoribus in l. publicorum, ff. de publ iudic. & ex Ariſtot. l. 10. de part. anim. c. 5. & ex D. Paulo 1. Corinth. 12. Sayr. l. 6 c. 15. num. 15. Auila p. 7. d. 5. ſect. 2. d. 1. Præpoſitus, Filliuc. t. 1. tr. 20. c. 1. num. 14. Bonac. q. 4. p. 8. num 8. Fernand. Villalob. Henriq. & alij apud Sayr. Diana p. 2. t. 15. r. 20. Hurtad Megal.*

27 Contraria tamen ſententia probabilior, ac tutior eſt; Amputatio enim digiti præſertim pollicis, & indicis, nec non naſi, ac mammillarum res grauis eſt, & lenitati contraria cũ vir pollice, & indice carens irregularis ſit, & ſi ea non ſint integra membra, ſunt tamen partes præcipuę membrorum principalium, & diſtinctam cooperationem ad eorundem principalium mẽbrorum munus præſtant *Caietanus, Sayrus, Suarez in 3. p. t. 5. d. 44. ſect. 2. num. 9. Sotus*. Non eſt irregularis, qui hominem excæcauit, ſi oculum illi non eruit. Sic enim membrum illi non mutilauit *Megala, Toletus, Dian. p. 4. tr. 2. r. 26.*

28 Probabilius eſt, eum, qui non impedit, aut prohibet mutilationem, vel homicidium, quod ex iuſtitia impedire, aut prohibere debet, anormẽ ſiue irregularem eſſe, nam moralis homicidij cauſa cenſetur; Ille enim, qui occiditur, iure ſuo, & re ſibi ad defenſionem vitæ neceſſaria priuatur; Propterea iudices, alijue magiſtratus ſinentes innocentem mutilari, vel occidi, cauſidici doloſè rei alioquin morte plectendi patrocinium deſerẽtes, medici pretio conducti ægrotum, quem adhibitis remedijs curare, ac ſanare poterant, ex iniuria mori ſinentes, irregulares eſſe probabiliter cẽſentur. *Sylu. Nauar. Felinus, Reginald. Tolet. Filliuc. Bonacina, Sayr. l. 7. c 4. nu. 3. Layman. ſect. 5. tr. 3. p 3. c. 2. Henriq. Rodriq. Mercerus, Bannes, Coninch. Vega, Villalobos, Fernandez, Diana p. 4. t. 2. r. 7.* Contraria etiam ſententia probabilitate non caret; quamuis enim doloſè aliquis homicidium non impediat, quod ex iuſtitia impedire debebat, moralis, & voluntaria cauſa homicidij illius ſit, non tamen poſitiua cauſa, nec author, vel opere aliquo, vel auxilio, vel conſilio eſt. Licet autem ille grauiter iuſtitiam offendat, non tamen occiſor eſt, nec homicidio cauſam propriè dedit, ſed per accidens, nec eadem pœna puniendus eſt, qua homicida *G. Vaſquez, Hurtadus d. 2. diſ. 9 num. 34. D. Antoninus, Tabiena, Turrianus l. 9 d. 63. d 3. Præpoſitus,* & hoc probabile ait *Coninch. d. 18 d. 8.*

29 Irregularis non eſt, qui, aut conſilio dato, aut vi alicui impedimento eſt, quominus homicidium impediat, *ita contra Suarium, Vegam, Megalã, Sayrum, & alios docet Auila, Laym. ſect. 5. tr. 3. p. 3. c. 4 n. 7. Dia. r. 7.*

30 Qui volentibus aliquem occidere non reſiſtit, nec diſſuadet, nec contradicit in vindictam acceptæ ab eo iniuriæ, non eſt irregularis; Illius enim homicidij author, vel cauſa poſitiua non eſt, ita contra *Vegam docet ex Vaſquio, Turrianus de cenſ. l. 9 d. 63. d. 4. Hurtadus num. 34. Dia. r 9.* Idem multo magis dicendum eſt de eo, qui coorta rixa manum conſerens cum Sempronio admonet accurrentes ſibi in auxilium, ne quid mali Sempronio inferant, ita contra *Riminaldum, Oſaſcum, & Barboſam docet Bonacin d. 7. q 4. p 8. numer. 34. Auila, Reginald. Henriq. Dian. ibid.*

31 Si Sempronius gladium Caſſio tradidit vehementer ſuſpicatus, vel ratus, eum ad perpetrandum homicidium peti, & mox Caſſius eodem gladio Cæſarem interficiat, Sempronius irregularis efficitur; Suggerendo enim illi arma eſt in cauſa homicidij; verũ, ſi abſque intentione occiſionis enſem petenti illi tradidit, nihil, vel leuiter tantùm de homicidio ſuſpicatus, irregularis non eſt; Non enim occidere, nec occidentem iuuare cenſetur, qui arma bono, vel malo vſui apta, atque indifferentia abſque mali vſus intentione tradit, neque grauiter iuſtitiam offendit, neque præſtare damnum ex homicidio deinde ſecutum debet, ita *Gaſpar Hurtadus d. 2. de irreg. dif. 8. num. 32.* & ego contrariam tamen opinionem nõ improbo, quam doctiſſimi viri tuentur *Bonac. d. 7. q. 4. p. 8. Suar. Filiuc. Molin. Vgolin. Felinus, Dian. r. 11.*

32 Qui alicui mandauit, vt hominem occidat, mandatum deinde reuocat, antequam perficiatur, irregularis non efficitur, etiamſi occidendũ non moneat, vt ſibi caueat; Mandatum enim à conſilio longè differt; ſiquidem in mandato res mandatoris agitur, in conſilio autem res eius, cui conſilium datum eſt; Proptereà hoc efficacius reuocari debet, quam mandatum, ad quod reuocandum ſi preces nihil profuturæ, nil monitiones credantur, ille, de cuius vita, vel nece agitur, priuatim monendus eſt, vt ſibi caueat, vel generatim, vel ſpeciatim ab illo ad arbitrium prudentis viri ita *Auila p. 7. d. 6. ſect. 2. d. 4 Henriq. l. 14. c. 16. Villalob. Dia. r. 14. contra P. Corneium, Hurtadum.*

33 Qui conſilium, aut mandatum ante eius executionem reuocare conatus eſt, & ſi conſiliator occidendũ monuit, vt ſibi caueret, non modò ab irregularitate, ſed etiam à reſtitutionis obligatione liber eſt; Occiſio enim poſt conſilij, aut mandati reuocationem peracta occiſoris malitiæ, ac culpæ adſcribenda eſt. *P. Nau. l. 3. de reſt. c. 4. num. 26. Leſſius, & Coninch.* hoc probabile exiſtimant *Dia. ibid.*

34 Si conſiliator dati conſilij reuocationem ſufficere bona fide exiſtimauit, etiamſi deinde homicidium committatur, ordinibus initiari, vel vti non prohibetur *Sayr. l. 3. cap. 5. num. 6. P. Corneius, Dia. ibi.*

35 Si mandatarius iuſſus alium occidere ab eodem occidatur vim vi repellente, ſeque defendente, irregularis mandator eſt irregularitate orta ex homicidio fortuito, non voluntario prætérquam indirectè; Non enim mandatarij, ſed inimici necem volebat, mandatarium tamen mortis periculo expoſuit. *P. Corneius in 3. p. D. Th. tr. 5. d. 1. d. 2. q. 2. Dia. ibid.*

36 Probabile eſt, conſiliatorem homicidij irregularem non eſſe, ſi is, qui ab eo conſilium accepit, in duello, vel pugna ab inimico ſe viriliter defendente interemptus eſt. Irregularitas enim ex homicidio in eum tantum Pontificio iure conſtituta eſt, vt aiunt, qui mandatum, vel conſilium alicui dat, vt ſe ipſum, vel alterum occidat, poſt necem illatam *Hurtadus d. 2. diff. 6. num. 22. Vaſq. in 1. 2. tom. 1. d. 100. q. 73. Henriq. Præpoſitus, Dian. r. 12.*

37 Ita, qui alicui furtum ſuadet, in quo illum deprehenſum iri, & capitali ſupplicio affectum iri præuidet; irregularis non cenſetur, ſi ille captus capite plectatur. Nulla enim irregularitas in dantem conſilium alteri, vt ſe mortis periculo exponat, pontificia

lege

Digitized by Google

lege ſtatuta eſt, ita *Vaſquez, Henriq. Prepoſit. l.c.* Contraria tamen ſententia probabilior cẽſetur, à qua nonnulli minimè recedendum exiſtimant *Nau. Coninch. Suar. Hurtad. P. Corneius, Auila, Sayr. l. 7. cap. 3. nu. 3. Villalob. Dian. reſol.* 12.

38 Qui homicidium nomine ſuo iam factum ratum habet, poſtquam illud factum eſſe nouit, ad ordinum ſuſceptionem, vel vſum inhabilis non eſt; Homicidij enim nec author, nec conſiliator fuit, ita contra *Molinam, Syluestrum, Maiolum, Nauarrum, Speculatorem, Archidiac. Boich. Sylu. Roſel. Fernand. docet Coninch. d.* 18. *d.* 8. *num.* 72. *Suar. d.* 44. *ſect.* 3. *num.* 24. *Auila, Hurtadus, Henriq. Villalob. Megal. Laym. Prepoſ. Turrian. Vaſq. Dian. reſol.* 13.

39 Irregularis non eſt, qui euaginatum gladium manu tenens abſque animo occidendi, pugnantis, vel rixantis amici lateri adhæſit, niſi illum ad occidẽdum inimicum animauerit, quem amicus ille comitatus interfecit *Nau. conſ.* 32. *Auila p.* 7. *d.* 6. *ſect.* 3. *Henriq. Prepoſit. Dia. r.* 17.

40 Qui, dum rei illicitæ operam nauat, homicidium fortuitum, quod caſuale vocant, committit, non eſt irregularis, niſi actio illa hic, & nunc ita periculoſæ plena aleæ ſit, vt ius naturæ violet, qui occidendi periculum ſubit, Irregularitas enim, de qua agimus, non contrahitur, niſi ob culpam homicidij, neque in iure expreſſum eſt, irregularitatem ex homicidio omnino caſuali contrahi, ita *Coninch. d.* 18. *d.* 9. *Filiuc. tom.* 1. *tr.* 20. *Sa, Henriq. Prepoſ. Hurtad. Dian. r.* 22. *cõtra Caietanum, Sylu. Corneium, Couar. Sotum, Auilam, Caſtrum, Cord. Med. Arag. Nau. Fernand. Felicianum, Tannerum, Villalob. Valent. Sanch.* contrariam tamen opinionem non improbo, quæ multos habet patronos.

41 Irregularitas ex homicidio fortuito, cum pœna ſit grauiſſima, non contrahitur, niſi lætiferã culpa grauis negligentiæ filia præceſſerit; ideo clerici irregulares ob filiorum oppreſſionem ſunt, ſi ipſis procurantibus, ac ſtudioſè negligẽtibus oppreſſi fuerunt, *ex c. quæſitum de punit. Sotus, Suarez, Bagnes, Filiuc. tom.* 1 *tr.* 20. *c.* 3. *n.* 59. *Coninch. d.* 18. *d.* 9. *num.* 88. *Syluius, Dian. reſol.* 21.

42 Non eſt irregularis, qui aliquem à fideli miniſtro cautè, prudenterque verberari iuſſit; Si verbero, ſeu maſtigia, ſeu vapulans ab eodem maſtigophoro, ſeu flagellifero miniſtro occidatur, nam homicidij reus non eſt, qui illud minimè præuidit, nec mandauit, ita *Prepoſitus p.* 3. *q.* 5. *d.* 10. *num.* 78. *Dian. r.* 19. Si quis aliquem ad vitã ſpiritualem regenerando aqua baptiſmatis, mortem illi, vt tenero infanti forte acceleret, vel inferat preter intentionem, non fit irregularis, quia voluntariè mortem non infert, neque accelerat, cum tantum pium opus intendat ex charitate præſtandũ, etiamſi mortem ſecuturam baptizandi præuiderit: *Quia hæc cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa, ne accidant rectè factorum reprimere voluntatem, ex cap. cum homo* 23. *q.* 5. *Scotus in* 4. *d.* 5. *q.* 3. *Gabriel. d.* 4. *q.* 2. *art.* 3. *Zambran. c.* 1. *de bapt. d.* 12. *Diana p.* 5. *tr.* 3. *reſol.* 8. *Paſqualig. dec.* 421.

43 Conſiliatorem mutilationis alicuius membri irregularem non eſſe, probabile eſt; Nulla enim lege hoc ſancitum eſt, neque in hac materia argumentum à pari, vel à ſimili, immo

nec

nec à maiori quidquam probat. *Ioan. Præpoſitus in 3. p. q. 5. d. 9. numer. 64. P. Corneius, Dia. r. 18.* quanquam cõtraria ſententia communior eſt, ſecũdum eam tamen irregularis non eſt, qui de mutilando membro conſilium dedit ei, quem ab homicidio aliter auertere non potuit, ita *Sayrus cum alijs, quos refert l. 7. c. 3. num. 13. Corneius, Dian. reſ. 18. vide Molinam t. 4. tr. 3. d. 15. num. 3.*

44. Sacerdos, qui fœminam à ſe grauidatam, à qua abortum procurari nouit, à ſcelere hoc reuocare, vel impedire non ſtudet, ad ſacerdotij, cæterorumq. ordinum vſum inhabilis eſt; Pater enim ex iuſtitia filij vitam ſeruare, ac tueri debet *Syluester: Nauar. Suar. Sanch. Regin. Bonac. Sa, Bariola, Pontel. Laym. ſect. 5. t. 3. p. 3. c. 4. n. 7. Auila, Rodriq.* Oppoſita etiam ſententia non improbabilis, ita *ex Vaſquez, Hurtad. Turriano, Leſſio l. 2. c. 9. d. 13. num. 94. docet Dian. r. 8. de irregularitate ex abortu procurato. vide verbum Abortus.*

45. Si quis lethifero vulnere ſauciatus propria incuria, vel medici negligentia moriatur, vulneris author irregularis eſſe probabiliter cenſetur; Si enim ille vulneratus non fuiſſet, ex vulnere mortuus non eſſet; mors n. ex ſola ſaucij, vel medici incuria non accidit *Nau. c. 27. num. 223. Molina l. c. d. 32. nu. 2. Gutier. Henriq. Auil. Turrianus, Laym. c. 10. n. 5. Villalob. & alij.* Contraria etiam ſententia probabilis eſt; quoniam illatum vulnus non cauſa fuit, ſed occaſio mortis; huius autem cauſa fuit medici, vel ægroti ipſius incuria. *ex c. ſignif. 2. de homic. Sylueſt. Sotus l. 5. q. 1. art. 9. Caietan. Aragon. Leſſius, Hurtad. Dia. r. 10.*

46 Qui verò leue vulnus inflixit, irregularis non fit, ſi leuiter ſauciatus moriatur *Laym. ibid. Auila, Villalob. Coninch. Diana.*

47 Qui dubio animo pendet, an conſilio ſuo homicidij author fuerit, ſe irregularem exiſtimare debet, vel dictis eius, cui conſilium dedit, ſtare, ſique homicida ſe ad occidendum hominem non eius conſilio adductũ, nec motum fuiſſe dicat, conſiliator irregularis non eſt, ita *Sanchez to. 1. l. 1. c. 10. num. 44. Sayr. l. 7. c. 3. n. 21. Tabiena, Merolla, Præpoſitus, Dian. r. 25. contra Henriquem.*

48 Probabile eſt, teſtem in capitali cauſa irregularem non eſſe, quando, vel iure naturæ, vel iuſto iudicis præcepto obligatus, vel graui metu coactus, & inuitus teſtimonium fert, proteſtando ſe rei mortem nõ petere, etiamſi teſtimonio conuictus reus morte afficiatur. Teſtis enim ſeipſum à damno corporis, vel animi iure ſuo tuetur, nec directè, nec voluntariè ad illius rei mortẽ concurrit. *Coninch. d. 18. d. 10. num. 56. Præpoſitus, Auila, Henriquez, Corneius, Mercerus.* Contraria tamen ſententia etiam probabilis eſt, quia in eo teſte materialis defectus lenitatis reperitur, & quædam indecentia ratione cuius, irregularitatis cenſura lata eſt *Filliuc. tom. 2. tr. 19. c. 9. num. 254. Faber. Villalobos, Hurtadus, Diana r. 31.*

49 Irregularitas omnis etiam ex homicidio contracta, excepta bigamia, baptiſmatis aqua deletur, ita contra *Vgolinum docet Hurtadus, Villalobos, Io. Honorius. P. Corneius, Diana reſol. 51.*

50 Irregularitatem ex iuſto homicidio contractam ab epiſcopo diſpenſante auferri poſſe, probabile eſt; hoc enim Tridentinum Concilium epiſcopis

pis

Digitized by Google

pie concedit, vbi homicidium voluntarium tantùm excipit, quod eſt iniuſta hominis occiſio quinto Decalogi præcepto vetita *Barboſa de poteſt. epiſc. p. 2. all. 39. num. 47. Bannez, Medina, Campanilus, Hier. Rodriq Nouar. Io. Cruz. vide Dian. p. 1. tract. 11. r. 112.* Contraria tamen opinio probabilior eſt. Tridentinum enim Concilium epiſcopis poteſtatem abſoluendi ab irregularitate ex delicto tantùm concedit *Molina tom. 4. t. 3. d. 79 num. 8. Filliuc. t. 1. tr. 19. cap. 10. numer. 281. Gauantus, Alzedus, Guttierez, Corneius, Dian. r. 71.*

51 Religioſi præſules, ſeu prælati ab irregularitate ex bello iuſto nata ſubditos ſibi abſoluere poſſunt; nomine enim homicidij voluntarij iuſta hominis occiſio non includitur *Filiuc. loc. cit. Hier. Rodriq. Vega, Corneius, Dian. reſol. 70.*

52 Commiſſarius Bullæ Cruciatæ diſpenſare poteſt ſuper irregularitate contracta ex homicidio caſuali, vel iniuſta membrorum mutilatione; In Bulla enim ſola irregularitas ex homicidio voluntario excipitur *Mol. tom. 4. d. 79. num. 8. Suar. de cenſ. d. 44. ſ. 4. num. 35. Filliuc. tom. 1. tr. 20. c. 1. n. 9. Rodriq. Villalob. Diana l. c.* multo magis epiſcopus à tali irregularitate ex caſuali homicidio abſoluere poteſt, etiam quando eſt publicum. *Caſpenſis, Auila, Henriq. Sayr. Marchin. contra Garzian.*

53 Qui laqueo ſe ſuſpendit, & dum ſuffocare ſe nititur, ab amicis impeditus, & ſolutus non moritur, irregularis eſt non ratione attentati homicidij, ſed enormis delicti infamiam parturientis *P. Corneius in 3. p* D. *Th. tr. 5. d. 1. dub. 2 q. 4. Maiolus l. 5. c. 48. nu. 5.*

54 Qui plures homines interfecit, plures irregularitates contraxit, quas vnam grauiorem moraliter efficiunt, à qua, qui cupit abſolui, homicidiorũ à ſe factorum numerum explicare debet, vt in Romana Curia mos eſt. *Coninch. diſp. 18. d. 14. num. 112. Suar. de leg. l. 6. c. 24. num. 22. Rodriquez, Auila.* Contrarium etiam alij probabiliter docent; Qui enim inhabilis eſt, non poteſt amplius ex eadem cauſa inhabilis fieri, nec vna cauſa ſuper aliam, vt nec ignis ſuper ignem, operatur. Sic copulatio Venerea affinium, vel conſanguineorum ſæpius repetita matrimonij impedimenta non multiplicat. *Henriq l. 12. c. 10 Filliuc. t. 1. tr. 10 p. 2. c. 10. q 7. Sanchez, C. Palaus, Azor. Zerola, Garzias, Dian. r. 86.*

55 Ita qui bis, terue quaterue nupſit, neceſſe non eſt, vt nuptiarum numerum exprimat, dum à bigamiæ irregularitate abſolutionem à Pontifice petit. *Vgol. c. 56. §. 7. num. 3. Sanchez l. 7. d. 86. num. 24. Auila, & alij.*

56 Religioſos præſules ab irregularitate ex procurato animati fœtus abortu ſubditos ſuos abſoluere poſſe, probabile eſt, modò res ſit occulta, ſaltem apud ſeculares, vel ita obſcura, vt in iudicio probari nequeat. *L. Portelius in dub. Reg. Al. Vegha, Villalob. Hier. Rodriq.* Contraria tamen ſententia probabilior, ac tutior eſt *Eman. Rodriq t. 2. q. 33. a. 4. Diana r. 87.*

57 Abſolutionem ab irregularitate ex homicidio petenti neceſſe non eſt dicere hominem à ſe occiſum fuiſſe clericum, vel ſacerdotem; Irregularitas enim non ob ſacrilegium, ſed ob perfectæ lenitatis defectum ſtatuta eſt, qui in quacunque hominis occiſione apparet. *CaſtroPalaus tom. 1. tract. 3. d. 6. H. Rodriq. Villalobum, Dian. ibidem.*

58 Epiſco-

Digitized by Google

58 Epiſcopus vrgenti aliqua neceſſitate, vel ad euitandum ſcandalum poteſt irregularem ex homicidio occulto abſoluere, eique concedere, vt ſuſceptos ordines exerceat; idem etiã poteſt, ſi difficilis ſit ad pontificem recurſus; vel propter inopiam, vel propter magnam locorum diſtantiam. Non enim credendum eſt, abſolutionem irregularitatis in huiuſmodi neceſſitate, animarumque periculo à Pontifice reſeruatam fuiſſe, quemadmodum, nec matrimonij impedimenta dirimentia in graui neceſſitate, aut ſcandali imminentis periculo reſeruata eſſe exiſtimandum eſt, ſed epicheia vti licet *ex Sanchez l. 2. d. 4. num. 7. & Doctores vnanimiter Henriq. Syluc. Corneius tr. 5 d. 6. ſect. 5. d. 3. Auila, p. 7. d. 6. ſect. 5. d. 3. Dian. reſol.* 100. poteſt etiam epiſcopus abſoluere ab irregularitate contracta ex delicto occulto in loco, vbi abſolutio, ſeu diſpenſatio petitur, nec ſpes eſt, vt ibi publicetur, etiamſi alibi notorium ſit, ita *Sanch. ſumm. l. 2. c. 11. numer. 20. Auila, Fagund. Duard. Dia. p. 7. tr. 2. r. 16. contra Bonacinam, Sanctarellum, Suar. tom. 4. d. 30. ſ. 2. Caſtro Palaum.*

59 Epiſcopi poſt Tridentinum Cõcilium minorum ordinum vſum, & beneficium ſimplex voluntario homicidæ concedere nequeunt, cum verba concilij hæc ſint: *Nec illis aliqua beneficia eccleſiaſtica, etiamſi curam non habeant animarum conferri liceat, ſed omni ordine, & beneficio eccleſiaſtico perpetuo careant. ita contra Henriquium docet Corneius in 3. p. D. Th. t. 5. d. 1. d. 4. q. 2. Dia. ibid. Marchinus tr. 1. p. 9. c. 1.* Irregulares ex bello ſacris ordinibus initiatos ab epiſcopo abſolui poſſe aliqui putant, ne panem mendicare cogantur *Gulielm. Mercerus, Dian. r.* 500. Contraria tamen ſententia admodum probabilis eſt ex Concilio Tridentino apparet *Dia. ibid.*

60 Clericus, qui Principem rogat, vt ſecundum iuſtitiam faciat, vel præcipiat iudici, vt ex iuſtitia iudicium ferat, vel vt ſecundum leges iudicet, ob id minimè irregularitati obnoxius eſt, ſi reus capite plectatur, vel mutiletur; Illo enim loquendi modo clericus ad iuſtitiam, non ad mortem cuiquam inferendam hortatur *Filiuc. t. 19. c. 10. q. 2. nu. 26. Auila, Sayrus, Vol. Bonac. d. 7. q. 4. p. 1.*

61 Qui proſcriptum (quem vulgo bannitum vocant) vel reipublicæ hoſtem, vel tyrrannum, vt olim C. Caſſius Longinus C. Iulium Cæſarem, authoritate publica interfecit, irregularis nõ ex delicto, ſed defectu manſuetudinis eſt *Filiuc. tr. 19. c. 10. nu.* 270. *Bonac.* Si quis ex aggreſſoribus ſocijs interficiatur ab eo, quem aggreſſus eſt, cæteri aggreſſores irregularitatem minimè contrahunt, nam irregularitas ex homicidio afficit tãtum occidentem, vel phyſicè, vel moraliter, ergo comites aggreſſores, cum non ſint cauſa homicidij facti, non cenſendi ſunt irregulares, ità *Paſqual. deciſ.* 420. *& alij ab eo conſulti.*

62 Qui ſatellitibus directè, vel indirectè indicando reum fuit in cauſa, vt reus caperetur, qui deinde capite, vel membro obtruncatus eſt, irregularis eſt; ad mortem enim illius cooperatus eſt. *Nau. num. 217. & 225. c. 27. Angel. Vgolin. Bonac. & alij Doct. vnanimes.* Secus dicendum de eo, qui alteri quempiam indicauit, quem à ſatellite, vel ab inimico ad necem, vel mutilationem quæri, vel delictum capitale ab eodem cõmiſſum eſſe ignorabat. *Vgol. Bonac. num. 20. & alij.*



Digitized by Google

63 Fabri ferrarij, alijque armorum fabrefactores, aut venditores gladios conflando, vel vendendo ad humanos vſus minimè irregulares fiunt, ſi quiſpiam illis occidatur. Ita, qui præparauit, aut vendidit venenum, aut funem, quo deinde latro necatus eſt, ſi absque dolo, aut ſine mala intentione ea tradidit, non eſt irregularis; ſecus verò dicendum eſt, ſi venenum, vel funes ad necandos homines præparauit, aut vendidit *Reginald. Suarez, Filiuc. num.* 104. *Nau. Sylu. Mol. t.* 4. *t.* 3. *d.* 74. *n.* 2. *Vgol. Graff. Bonac. n.* 13.

64 Qui tintinnabuli, vel æris Campani pulſu, ſonituq. ſolum dat ſignū, ex quo homines intelligant, cruciariū aliquem ad ſupplicium duci, irregularis non eſt; non enim dat cauſam illius morti; ſecus verò dicendum eſt, ſi ad inferēdam ei mortem milites eo ſigno conuocaret. *Auila d.* 1. *Vgol. cap.* 11. *Couar. Bonac. num.* 14.

65 Eccleſiaſticus præſul, quando interrogatur, quid in capitali cauſa, vel ſanguinis agendum ſit, reſpondere poteſt, ſecundum legem iudicandum eſſe, ac faciendum, conſulendos eſſe iuriſperitos, ſe verò in cauſa ſanguinis conſilium dare non poſſe; vel generatim dicat: legibus ſtatutum eſſe, vt homicidæ capite plectantur, graſſatores, latroneſque ſuſpendantur, & alia id genus. Sic enim irregularitatis laqueum declinabit, nihil de particulari cauſa decernendo, nec conſilium dando. Confeſſarius quoq. abſque irregularitatis metu pœnitenti iudici peccatorum abſolutionem negare poteſt, niſi reum ex legum præſcripto puniat. Sacerdos etiam conſilium principi dare licitè poteſt, vt legem ferat, qua fures ſuſpendio damnentur, vt improbos, ſceleſtoſque homines coerceat pœnis. *Auila p.* 7. *d.* 7. *ſect.* 2. *dub.* 4. *Henriq. Filliuc num.* 242. *Vgol. Sayr. num.* 18. *cap.* 18. *Bonacin. num.* 29. & 30.

66 Hæreticæ prauitatis inquiſitores, ſi quos ſæculari iudici comburendos, vel capite multandos abſque vlla proteſtatione tradant, vel ſi eum moneant, vt traditos ſibi reos puniat, vel comburat, irregulares minimè fiunt, *ex Bulla Pij V. apud Peniam, Henriq. & alij Doctores apud Sayrum l.* 6. *c.* 18. *num.* 15. *Auila, Suar. d.* 47. *ſect.* 1. *n.* 1. *Filiuc. Bonac. num.* 27.

67 Neque irregulares ſunt officiales ſanctæ Inquiſitionis miniſtri, delatores, ſiue accuſatores, teſtes, aſſeſſores, conſultores, etiamſi proteſtatione in criminalibus cauſis fieri ſolita ſe aduerſus irregularitatem non præmuniant, cum in reos citra ſanguinem Inquiſitores, vt alij eccleſiaſtici iudices, procedant *Mol. tr.* 3. *d.* 8. *num.* 7. *Sayr. l.* 6. *c.* 18. *num.* 14. *Henriq. Vgol. Filliuc. Bonac. q.* 4. *p.* 1.

68 Clericus accuſans aliquem ad ſui, vel ſuorum defenſionem facta ante proteſtatione, irregularis non fit, ſi reus capite, vel membro multetur. *Auila d.* 9. *Bonac. & alij.* Immo, ſi crimen adeo leue eſt, vt mutilatione puniendum non videatur, excuſatur accuſator, nec irregularis fit, ſi proteſtationem omiſit, & reus mutilatur, vel morte afficitur. Non enim accuſator cauſa efficax mortis eſt, ſed vel malitia iudicis, vel alia crimina rei. *Sayr. l.* 6. *Vgol. Couar. Auil. Henriq.* Neque irregularis eſt, qui præmiſſa proteſtatione proditorem patriæ detegit, vel alium vitæ ſuæ inſidiantem accuſat. *Sayr. l.* 6. *c.* 19 *Molin. Salon. Auila, Coninch. Filliuc. nu.* 249. *Suar. Regin. Vgol. Bonac. p.* 2. *num.* 7.

69 Pro-

69 Proteſtatio ſolo animo facta nihil prodeſt accuſatori, ſed verbis expreſſa proteſtatio ad euitandam irregularitatem requiritur. *Couar. Vgol. Bonac. num.* 10. *& alij*.

70 Proteſtatio ſimulato animo facta non minus, quam vera ab irregularitate accuſatorem defendit; Eccleſia enim de externis actionibus iudicat, neque ob intentionem, neque ob actum internum irregularitatem imponit. *Suar. d.* 47. *ſect.* 2. *numer.* 3. *Mol. d.* 8. *num.* 4. *Couar. Filiuc. n.* 248. *Reginal. Sayr. P. Corneius, Turrianus, Hurtadus, Præpoſitus, Henriquez, Auila, Coninch. Henriq. Bonac. n.* 11. *contra Nauarrum, Syluestrum, Toletum, Vegam, Bizozerum apud Dian. p.* 4. *tr.* 2. *r.* 75.

71 Quicunque ſceleris reum accuſando omittit proteſtationem obliuione captus in cauſa ſanguinis, irregularitati obnoxius eſt, ſi morte, vel mutilatione reus multetur; Nam hic defectus eſt manſuetudinis. *Sayr. c.* 18. *num.* 3. *Bonac. num.* 8.

72 Qui alicui in diſcrimine vitę, vel periculo amiſſionis bonorum verſanti ſuadet, vt alium accuſet, vel eius nomen cum proteſtatione deferat, vitāq. & bona ſua ſic tueatur, irregularis non ſit, ſi accuſatus, vel delatus morte afficiatur; Tunc enim accuſator non eſt irregularis ob proteſtationem, igitur neque conſiliator, vel ſuaſor. *Comitol. l.* 6. *q.* 59. *Filliuc. tr.* 19. *c.* 9. *q.* 9. *num.* 248. *Dia. r.* 75.

73 Tota ciuitas, vel vniuerſitas creans ſyndicum, vel procuratorem ad aliquem accuſandum, irregularitati obnoxia non eſt, ſi accuſatus occidatur, vel mutiletur. Ciuitas enim, vel vniuerſitas cum non ſit perſona particularis, ſed ficta, non eſt ordinū ſacrorum capax. *Panormit. c. dilectus*.

74 Singuli tamen, qui ciuitatis nomine in conſtituendo procuratore ad accuſandum conſenſerunt, irregulares fiunt, nam ciuitas per ſyndicum, ſeu procuratorem ſufficienter ad mortē, vel mutilationem concurrere cenſetur, nam, qui per alium facit, per ſe ipſum facere cenſetur. Si tamen procurator, vel ſyndicus conſtituatur, vt proteſtatione præmiſſa petat, vt ciuitati iuſtum reddatur, vel ſatisfiat, nemo ex priuatis ciuibus irregularis fiet. *ex c.* 2. *prælat. de homicid. lib.* 6. *Vgol. cap.* 10.

75 Clericus ad ferendum teſtimonium in cauſa ſanguinis contra reum compelli non poteſt; Clerico enim, ad alicuius mortem cooperari non licet, pro reo tamen teſtari, epiſcopo, vel eius vicario permittente, fas eſt; Nulla enim lege hoc vetitum eſt. *c. is à quib. d.* 23. *q.* 8. *Bonac. p.* 3. *num.* 2.

76 Sacerdos, qui occultum aliquod homicidium perpetrauit, operam dare debet, vt quam primum poteſt, à Summo Pontifice abſolutionem, ſeu diſpenſationem impetret, interim verò poſt peractam pænitentiam rem diuinam facere poteſt, quoties ad vitandam infamiam, aliudue graue peccatum neceſſitas grauis poſtulat. *Laym.*

77 Si quis iacentem in lecto ægrotum voluat, vel ei cibum, vel potum exhibeat, aliaue pietatis munera præſtet, vnde mors ægroti, vel mortis acceleratio ſequatur, irregularis non eſt, niſi ex lata culpa ægroti mors acceleretur. *Auila p.* 7. *d.* 6. *ſect.* 1. *d* 8. *Sotus l.* 5. *q.* 1. *art.* 9. *Caietan. Bonacin. d.* 7. *q* 4. *p.* 7. *numer.* 12. *Suarez, Henriq. Vgolinus, Diana par.* 5. *t.* 3. *reſol.* 117.



Digitized by Google

# Irregularitas contracta medendo, aut Chirurgiam exercendo. Cap. LXXXVII.

1 Laicus Chirurgiam, vel medicinam ſecundum regulas artis exercens, irregularis non eſt, etiamſi membrum aliquod valetudinis cauſa ægroto obſcindat; ſecus verò dicendum, ſi ægrotus eius culpa intereat. *Bonac. d. 7. q. 4. p. 5. num. 1. Nauar. c. 27. num. 229. Vgol Auila, Syluestr. v. homicid. 3. q. 3. Suar.*

2 Clericus ſacris initiatus Chirurgiam per inciſionem, vel aduſtionem exercendo irregularis fit, ſi mors ſequatur patientis, licèt neceſſariam diligentiam adhibeat; Rei enim clericis illicitæ dat operam, ita *Nau. Couar. Corduba, Auila, Turrianus, Filliuc. Bonac. d. 7. q. 4. p. 7. numer. 9. Molin. to. 4. tr. 3. d. 75. Suar. Sayr. Layman. Villalob. Dia. p. 4. t. 2. r. 23. ex c. tua nos, de homicidio.* Contraria etiam ſententia probabilis videtur; Irregularitas enim non contrahitur ex opere illicito etiam periculoſo, adhibita diligentia, etiamſi homicidium inde ſequatur, nec caput citatum obſtat, ſed fauet; Pontifex enim monachũ quedam, qui chirurgiam exercuerat, rem diuinam facere poſſe ait, ſi peritus omnem diligẽtiam adhibuerit, & culpa mulieris mors acciderit, alioquin ſi imperitus, & negligens fuerit, ab altari amouendũm, clarè indicans, eum irregularem fore, ſi quo modo temeritate ſua mortis cauſa fuerit, ſecus verò, ſi alienæ neci cauſam temere non dederit *Coninch de ſacr d. 18. d. 9. num. 87. Præpoſitus in 3. p. q. 5. de irreg. d. 10. num 86. vide Sotum l. 5. q. 1. a. 9. Diana. ibid.*

3 Clericus etiam beneficiarius medicam, vel chirurgicam artẽ exercens abſque aduſtione, vel inciſione irregularis nõ eſt, modo eius culpa ægrotus non interierit. *Bonac. d. 7. q. 4. p. 5. Molina tom. 4. d. 76. num. 6. Henriq. Sayr. l. 7. c. 6. num. 11.*

4 Monachis, ac clericis ſacris initiatis in extrema neceſſitate, vt tempore peſtis, quando alius chirurgus nõ adeſt, chirurgiam exercere licet, ſique ſecundum artis leges cataplaſma, vel emplaſtrum applicando, vel adurendo, vel incidendo ægroti mors ſine eorundem culpa ſequatur, irregulares minimè erunt; idem etiam dicendum, ſi clerici, vel monachi omnino ignari prohibitionis eadem chirurgi opera nulla neceſſitate cogente præſtarent, ita ex *Vaſquio, Turrianus docens l. 5. d. 6. d. 1. Molina t. 4. d. 75. numer. 4. Auila p. 7. d. 6. Dia. r. 23. Bonacina contra Suar.*

5 Adiuuans chirurgum ad abſcindendum membrum morbo infectum non eſt irregularis. *Bonacin.* Clericus medicæ artis peritus venæ ſectionem, ſanguinis miſſionem ægroto ſuadere poteſt, modo ipſe venam illi non ſecet; Sectio enim venæ videtur inciſio, quæ clericis interdicta eſt. *c. tua nos de homic. Auila p. 2. d. 6. ſ. 1. d. 10.* Quanquam venæ aperitionem, quam phlobotomiam vocant, chirurgię actũ non eſſe, nec clericis, qui ſacris initiati ſunt, vetitum eſſe, aliqui probabiliter exiſtimant; Tonſorum enim eſt venas ad medicorum, vel chirurgorum præſcriptum ſecare, ita *Molin. tom. 4. d. 75. num. 4. contra Bonacinam.*

6 Clerici minorum ordinum, & religioſi

ligioſi non ſubdiaconi medicam artem, vel chirurgiam exercere non prohibentur, quamuis eccleſiaſticum beneficium poſſideant, ita *Molina ibidem*, *Bonac. Felinus in c. tua nos*, *Dia. r. 24. contra Auilam, & Henriq.*

## Irregularitas ex iteratione Baptiſmi. Cap. LXXXVIII.

1 QVI Baptiſmi ſacramentum alicui ſcienter miniſtrando, vel ſuſcipiendo cum graui culpa iterat, toties, quoties reiterat irregularis efficitur, *ex c. ex literarum de Apoſt. c. confirmandum d. 50. & c. qui in qualibet 1. q. 7. Couar. Nugnus, Coninch. Nau. c. 27. nu. 246. Syluest. v. irreg. Filiuc. Suar. d. 42. ſ. 1. nu. 1. Regin. numer. 172. Tolet. Bonac. d. 7. q. 3. p. 3. Henriq. Auila.*

2 Acolytus, qui ſacerdoti baptiſmũ reiteranti ex officio inſeruit, ſi publicum, ac notorium ſit eius crimen, irregularis eſt, non verò parens, vel ſuſceptor eius, qui baptiſmo initiatur. Odioſa enim reſtringenda ſunt, *ex c. ex literarum ibid. Bonac. d. 7. q. 3. p. 3. Laym. l. 1. t. 5. p. 5. c. 2. Abbas nu. 2.*

3 Hæc irregularitas non contrahitur niſi dolus, vel culpa lata, vel craſſa præceſſerit, ideo quæcunque ignorantia, quæ craſſa non ſit, excuſat. *Laym. Scot. in 4. d. 6. q. 8. Sot. Couar. Tolet. Henriq. Auila, Suar.*

4 Qui baptiſmum ſub conditione reiterat, quamuis temerè, nec præmiſſa inquiſitione, vtrum baptiſmus ante receptus ſit, irregularis non fit, nam baptizatum verè non rebaptizat *Nau. Nugn. Henriq. Coninch Suar. Filiuc. Regin. Bonac q 3. p. 3. Tanner. Homobon. le. Præpoſit. Dia in additionib. r. 10.*

5 Qui ante rationis vſum, vel dormiens, vel ignorans rebaptizatur, irregularis non eſt, etiamſi poſtea adultus, vel rationis compos, vel experrectus, vel ſciens baptiſmi reiterationem ratam habeat *Sayr. l. 7. c. 8. n. 10. Nau. num. 246. Henriq. Suar. Filiuc. Couar. Bonac. p. 1. Reginal. Tolet.*

6 Ignorantia iuris, vel facti ab hac irregularitate, quemadmodum, & ab alijs cenſuris, excuſat; Ignorantia enim á delicto excuſat. *Nau. num. 46. Tol. l. 1. c. 70. Filiuc. Regin. Bonacin. contra Henriq. Auilam, Vgolin.*

7 Ille non debet ſe tanquam irregularem gerere, qui poſt diligentem inquiſitionem ignorans, aliquem baptizatum eſſe, illum abſolutè, & ſine conditione rebaptizauit, etiam ſi adhuc dubitet, an ille baptizatus eſſet; Non enim iteratum cenſetur, de quo dubitatur, an factum ſit, *cap fin. de presbit. non bapt. Bonac. num. 5.* peccauit tamen abſolutè baptizans, quem ſub conditione baptizare debebat. *Auila, Suar. Tol. Bon. ibid.*

8 Baptizans hominem, quem baptizatum eſſe falsò exiſtimat, irregularis non eſt; Non enim baptiſmum iterat *Suar.* Qui infidelium filios, vel expoſitos ſpurios ſine ſigno vllo ipſorum baptiſmum indicante baptizat, irregularitati obnoxius nõ eſt, nam ignorantia facti excuſat. *Sayr. c. 8. nu. 11. Bonac. num. 6.*

9 Qui ſimulatè, & ſine intentione rebaptizandi baptiſmi verba profert, irregularis non eſt; Verè enim non rebaptizat; ſic neque fictè, aut per vim rebaptizatus irregularis eſt. Qui verò metu graui perculſus baptiſmum verè iterat, confert, vel recipit, non excuſatur; metus enim volũtatem non

non cogit. *Regin. Henriq. Auil. Filiuc. num* 171. *Nau. c.* 27. *num.* 246. *Bonac. Sayr. Coninch.* In externo tamen foro de externis actibus iudicatur.

10 Irregularitas ex baptiſmi iteratione ad ſuperiores ordines aſcenſum, tantummodo prohibet, & nihil amplius efficit; Nihil enim aliud in iure expreſſum eſt *Filiuc. num.* 177. *Suar. tom.* 3. *de ſacr. d.* 31. *ſect.* 6.

11 Ab hac irregularitate Summus Pontifex abſoluere poteſt, epiſcopus tantum ab occulta. *ex Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *Auila, Coninch. Filiuc. n.* 194. *Sayr. Tol. Sot. Bon. q.* 3. *p.* 3. *n.* 9. poteſt etiam epiſcopus eam irregularitatis notam abſtergere, ac delere, quam quis cõtraxit publicè baptizans eum, à quo baptiſmum antea ſuſceptum ignorabatur; Delictum enim occultum cenſetur. *Nau numer.* 24. *Auila, Rodriq. Sanch. d. m. l.* 2. *d.* 37. *num.* 12. *Vgol. Sayr. l.* 7. *c.* 10. *num.* 16. *Bonacin. num.* 9.

12 Ex iteratione Cõfirmationis, & Ordinis nulla irregularitas cõtrahitur, In iure enim expreſſa non eſt. *Couar. Vgol. Suar. d.* 42. *ſect.* 4. *num.* 6. *Auila, Valen. Filiuc. tr.* 19. *c.* 7. *q.* 1. *Regin. Bonacin. num.* 8. *Caſtrus l.* 1. *Henriq. Laym. nu.* 6. *contra Nauarrum, Maiol. Anton. Vgol.* aliter ſentientem in collatione ordinis.

13 Qui baptiſmum vſque ad ægritudinem differt, irregularis eſt; Voluntariè enim fidem ſuſcipere non videtur, *ex c. ſi quis d.* 57. *Suar. d.* 42. *ſect.* 1. *num.* 5. *Sayr. Filiuc. Regin. Tol. Vgol. Bonac. num.* 11. *ex Concil. Neoceſarienſi*. Hæc autem irregularitas baptiſmo non deletur, quoniam ob baptiſmi dilationẽ contrahitur. *Bonac.*

14 Adultus, qui ab hæretico ſe baptizari ſinit, irregularis fit, niſi ignorantia, vel neceſſitas à culpa illum excuſet. *ex c. Afros, & c. qui in qualibet, Laym. c.* 2. *num.* 3.

15 Neophytus, Chriſtianæ militiæ tyro baptiſmate nuper initiatus, ſacris ordinibus initiandus non eſt, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat Diaboli. *Ap. ad Timoth.* 3. *& can. Apoſt.* 79. *S. Greg. l.* 4. *epiſt.* 50.

16 Infans ab hæretico baptizatus irregularis non eſt, nec, ſi poſtquam adoleuerit, baptiſmum ſibi ab hæretico collatum approbauerit, irregularitatem contrahit; nulla enim lege hoc ſtatutum legitur. *Suar. ſect.* 1. *num.* 11. *Filiuc. c.* 6. *q.* 4. *Regin. Tolet. l.* 1. *c.* 65. *num.* 6. *Bonac. num.* 13.

17 Baptiſmum ſub conditione ſcienter iterantes minimè irregulares ſunt; Non enim ſimpliciter rebaptizant, nec ſacramentum conficiunt, miniſtrantue, quod iam miniſtratum eſſe ſciunt, ita contra *Sayrum l.* 7. *c.* 8. *numer.* 23. *Fernandum ab Heredia, & alios docent Tolet. l.* 1. *cap.* 65. *num.* 5. *Suarez in* 3. *p. tom.* 3. *d.* 31. *ſ.* 6. *Auila p.* 7. *d.* 7. *d.* 3. *Nugnus, Valerus, Ytibarne, Fernandez, Cabrera, Sylueſt. Poſſeuinus, Barptol. ab Angelis, Diana p.* 3. *tr.* 4. *r.* 9.

## Irregularitas ex indigna receptione, & adminiſtratione Sacrorum Ordinum. Cap. LXXXIX.

1 QVisquis ordines furtiuè recipit, ſiue non examinatus, ſiue, quod non admiſſus cum alijs initiandis ſe immiſcet, ac ſubrepit, vel alieno nomine aſſumpto alterius locum occupat, vel cum nomine ſuo alienum exami-

examinandum curauerit, ipſe deinde proprio nomine vocatus ad ordines accedit, irregularis eſt. Ab epiſcopo tamen diſpenſationem, ſeu veniam irregularitatis obtinere poteſt, niſi ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna epiſcopus, vel archidiaconus, vel alius miniſter prohibuerit, nequis furtiuè ad ordines ſuſcipiendos accedere audeat; Tunc enim furtiuè ſacris initiatus non niſi a Romano Pontifice abſolui poteſt, niſi aut religionem ingrediatur, aut meritam pœnitentiam ibidem agat, ita *ex c. 1. & vltim. de eo qui furtiuè, Suarez de cenſ. d. 42. ſect. 3. num. 5. Coninch. d. 18. d. 5. Turrianus, Prapoſ. Dian. p. 4. t. 2. r. 55. Bonacin. Filiuc. Armil. Auila, Henriq. Sayr. Vgolin. & alij.*

2 Irregulares tantum fieri, qui ſubdiaconi furtiuè initiantur, probabile eſt; qui verò cæteros ordines furtiuè ſuſcipiunt, ſuſpenſione ordinis multantur. *Bonac. d. 7. q. 3. p. 4. num. 6.*

3 Eidem cenſuræ ſuſpenſionis obnoxij ſunt, qui ab epiſcopo, qui epiſcopatum, quod ad dignitatem, & locum abdicauit, ſiue recuſauit, ordines ſuſcipiunt, vel ante legitimam ætatem, vel ab alieno epiſcopo ſine proprij antiſtitis venia, vel conceſſione initiantur, vel per ſaltum, vel extra tempora, vel non ſeruatis interſtitijs, vel irregulares abſque diſpenſatione ordinantur. *Filiuc. tom. 1. t. 20. cap. 7. Villalob. Dian. r. 55.*

4 Qui ſuſpenſionis, vel interdicti cenſura obſtrictus, vel confirmationis ſacramento non præmunitus ſcienter, vel cum ignorantia craſſa, vel affectata ſacros ordines ſuſcipit, irregularis non efficitur; ſed tantum qui furtiuè, vel durante matrimonio, etiam non cõſummato ſacris initiatur; irregularis eſt. *Bonac. Hurtad. d. 2. d. 14 nu. 3. Prapoſit. Dian. r. 55. Sayr. n. 14. Filliuc. Suar. d. 31. ſect. 1. n. 57. d. 42. ſect. 3. contra Couar. Auilam, Henriq. Reginald. & alios.*

5 Suſpenſus ab ordine, ideſt, cui ordinis vſus interdictus eſt, ſi ad ſuperiorem ordinem aſcendat, irregularis non eſt, cùm hoc iure ſtatutum non ſit, neque verò ordinis ſuperioris ſuſceptio, inferioris exercitium dici poteſt, ita *Suar. d. 42. ſect. 3. Sayr. l. 4. cap. 16. num. 22. cum alijs, Layman. Dia. r. 92. contra Couar. Nau. Henriq.*

6 Epiſcopus ſuſpenſus à pontificalibus, ſi cum epiſcopali apparatu rem diuinam faciat, irregularis non eſt; Non enim illi ſacræ operationis ſubſtantia, ſed qualitas, ideſt ſolemnitas interdicta eſt. *Auila p. 7. d. 9. ſect. 2. Couar. Syluest. v. ſuſpenſio, Layman. contra Angelum, & alios.*

7 Excommunicatus, vel ſuſpenſus, ſi, quæ ad exteriorem iuriſdictionem ſpectant, exerceat, vt ſi à cenſura aliqua abſoluat, vel ſacris interdicat, vel ſuſpendat, irregularis non efficitur, ita *Auila l. c. Dian. r. 92. contra Syluestrum, Nauarrum.*

8 Qui minoris excommunicationis vinculo obſtrictus ſacrificium miſſæ peragit, vel aliquod ſacramentum recipit, neque irregularitatem, neque maiorem excommunicationem contrahit. *Villalob. t. 1. tr. 17. d. 32. Prapoſit. Dian. p. 5. tr. 9. r. 3. in fine.*

9 Qui religioſæ vitæ inſtitutum amplexus irritam, ſeu inualidam religionis profeſſionem fecit, ſi ſacris ordinibus initietur, ſuſpenſionis cenſura multatur; ſi verò rem diuinã peragat ſacris operando, irregularis eſt, niſi ignorantia, vel infamiæ metus ſuſcipientem, vel exercentem ordines ſa-



Digitized by Google

ctos ſine valido profeſſionis titulo excuſet, ac tueatur à culpa. Humanæ enim leges cum graui incommodo obligare non ſolent. *Bonac. tr. de clauſura q. 2 p. 10. d. 5. num. 4.*

10 Religioſi ad titulum paupertatis initiandi iurent coram epiſcopo, ſe ſponte profeſſionem feciſſe, ac ratam habuiſſe, idque chirographo in epiſcopali tabulario, ſiue archiuio aſſeruando teſtentur. *B. Gauantus v. ordines, Dian. reſol. 82.*

11 Latinus clericus à Græco epiſcopo; & Græcus à Latino ordinibus initiatus, non eſt irregularis; quàmuis enim Latinus à Græco, Græcus à Latino initiari prohibeatur, pœna tamen irregularitatis in huius legis violatores conſtituta non eſt, ita contra *Maiolum docet Filiuc. tom. 1. tr. 20. cap. 7. num. 103. Turrianus l. 9. d. 61. Azor. t. 2. l. 3. Dian. r. 54.*

12 Qui ab epiſcopo ſchiſmatico ordines ſuſcipit, irregularis non eſt, ità *quinque Theologi ex ſoc. Ieſu conſulti, Præpoſitus in 3. p. q. 5. d. 5. num. 28. Dian. ibidem.*

13 Quiſquis ſiue clericus, ſiue laicus ordinis, quo caret, officium ſolemniter exercet, ideſt, eo modo, quo non niſi ab initiato ordo ille exerceri poteſt, & quicunque ſine requiſito ordine ſacramenta adminiſtrat, vel diuinum officium vſurpat, ordinibus initiari prohibetur. *ex c. 1. & 2. de cler. non ordin. Auila p. 7. d. 9. ſ. 2. d. 15. Coninch. d. 18. d. 6 num. 48. Dia. r. 56. & alij communiter.*

14 Laici minorum ordinum officia actu exercentes, vel epiſtolam, etiam cum dalmatica ſine manipulo canentes, vel extra neceſſitatem baptizantes non ſolemni ritu, ſi nõ animo exercendi ordinem, quo carent, ſed ſupplendi ordinis defectum ea faciant; irregulares minimè cẽſendi ſunt, ſicut nec ille, qui ſe parochum ſimulans matrimonio aſſiſtit, irregularis eſt. *Hurtadus de irreg. d. 2. diſ. 2. num. 5. Dian. r. 56. & alij.*

15 Probabile eſt laicum ſacramẽtali ritu abſoluentem, vel litantem, irregularem non eſſe. *Sayr. Henriq. Barboſa tom. 2. l. 3. t. 28. c. 1. Corneius, Bonac. Henriq.* contraria tamen ſententia probabilior eſt; abſolutio enim ſacramentalis eſt actus ordinis. *Dia. r. 56. & 77. Palud. Sylueſter. Scotus, Nau. Suar. Valentia, Auila, Hurtad. Ledeſma, & alios.*

16 Si quis eccleſiaſticus anathema ſit, & ſacerdotem coram ſe excommunicato ſacris operari iubeat, faciatue irregularis non eſt, cum id in iure expreſſum non ſit, ita *Præpoſitus in 3. p. q. 5. d. 6. num. 38. Dian. r. 57. contra Maiolum, Villalob. Corneium, Nau.*

17 Neque irregularis eſt, qui nulla cenſura notatus, obſtrictuſue facit, vt excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus coram ſe rem diuinã faciat. *Corneius p. 3. tr. 5. d. 6. Dian. reſ. 57. contra Sayrum, & Nau.*

18 Licèt clericus cenſura obſtrictus exercendo ordinem irregularis fiat, qui ordinem tamen indignè exercet, abſque cenſura irregularis non eſt, ita *Turrianus d. c. l. 9. d. 61. d. 5. Dian. r. 57. contra Maiolum.*

19 Epiſcopus, qui ordinibus initiando alios, poteſtate ſua abutitur, non fit irregularis, nec qui rem diuinam operans, vel ſacrificans omnem eccleſiæ ritum omittit, nec ſacerdos, qui pro aliquo viuo miſſam defunctorum propriam recitat, ita *Turrianus l. c. & Dian. r. 57. contra Maiolum.*

20 Clericos irregulares ob exceptam

confeſ-

Digitized by Google

confeſſiones, vel miſſam abſque ſacerdotali ordine celebratam, ſolus Romanus Pontifex ad ſuperiores ordines habiles reddere poteſt; ſuſceptos verò ordines exercendi poteſtatem illis epiſcopus concedere poteſt. *Auila*, *Dian. r.* 91. *Bonac.* hæc autem irregularitas virtute bullæ cruciatæ auferri poteſt. *P. Corneius l. c. q.* 2. *Dia. r.* 77.

21 Sacerdos, qui iuriſdictionis expers confeſſiones excipit non approbatus ab epiſcopo, irregularis non eſt; exercet enim ordinem, quem habet, quamuis iuriſdictione careat. ille autē irregularis eſt, qui ordinem, quo caret, exercet. *Bonac. d.* 7. *q.* 3. *p.* 6. *num.* 6. *Coninch. Henriq. Dia. r.* 89.

22 Sacerdos anathematis gladio à fidelium communione præciſus non modo ſi rem diuinam faciat; ſed etiā ſi pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ ſacramentum adminiſtret, irregularis eſt; cenſuram enim excommunicationis, qua ſacramenta miniſtrare prohibetur, violat, ita *Portellius*, *Auila*, *Henriq. Alterius*, *Suar. d.* 10. *ſect.* 3. *num.* 15. *Bonac. d.* 7. *q.* 5. *p.* 5. *num* 6. *Dia. r.* 90. *contra Perez*.

23 Clericus nondum ſacerdotio initiatus, ſi quempiam à peccatis abſoluat, quod minimè poteſt, irregularis communi doctorum ſententia exiſtimatur. *ex c.* 1. *de clerico non ordin. ita Sayr l.* 7. *c.* 10. *n.* 5. *Henriq. Maiol. Auila*, *Bonac. p.* 6. *nu.* 4. *Dia r.* 91 contraria etiam ſententia non improbabilis mihi videtur ex eodem capite, vbi legitur: *Si quis baptizauerit, vel aliquod diuinū officium exercuerit etc.* ſacramentorum autem adminiſtratio à diuino officio differre videtur, nam interdicti tempore, quo diuina officia interdicuntur, ſacramentorum Baptiſmi, Confirmationis, Pœnitentiæ, & Matrimonij adminiſtratio non prohibetur. *v. Dia. Coninch. d.* 18. *d.* 6. *n.* 48.

24 Si quis ſolemniter exerceat ordinem, quem non habet, ordinibus, quos non habet, initiari prohibetur, ab alijs per biennium, vel per triennium tantum arbitrio epiſcopi ſuſpenſus eſt. *Filiuc. tr.* 20. *c.* 7.

25 Qui maioris excommunicationis vinculo irretitus ſcienter, vel cum ignorantia craſſa, vel affectata ſacris ordinibus initiatur, is ex probabili nonnullorum ſententia irregularis cēſetur. *Nau. num.* 241. *Sylu. Auila*, *Sayr. l.* 7. *c.* 10. *num.* 12. *Henriq. Regin. Tol. l.* 1. *c.* 66. *Rodriq. Valentia*, *Bonac. d.* 7. *q.* 3. *p.* 4. *ex c. cum illorum de ſent. excomm.* Aliqui tamen eum non irregularem eſſe, ſed tantummodo ſuſpenſum, ſeu priuatum ſuſcepti ordinis vſu cum excommunicatione manere probabilius docent *Suar. d.* 42. *ſect.* 3. *num.* 2. *Filliuc. tr.* 20 *num.* 192. *c.* 7. *q.* 3. *Coninch. Prapoſ. Diana p.* 1. *tr.* 11. *r.* 115. *Hurtad.*

26 Qui maiori excommunicatione illaqueatus minores ordines ſuſcipit, vel primam tonſuram, irregularis non eſt. Hoc enim in iure ſancitum non eſt. *Nau. conſ.* 28. *de ſent. exc. Auila d.* 6. Contraria tamen ſententia probabilis eſt *ex c. cum illorum*, *Sylu. Tab. & alij apud Sayr. l. c. & Suar. d.* 31. *ſect.* 1. *num.* 58.

27 Qui vno, eodemque die inſcio, nec animaduertēte epiſcopo minores ordines cum ſubdiaconatu, vel minorum vltimum cum ſubdiaconatu, vel duos ordines ſacros ſuſcipit, in ſuſpēſionis potiùs, quàm irregularitatis cenſuram incidit; ſecus verò de eo dicendum, qui omnes ordines minores, vel primam tonſuram cum minoribus accipit. *Nau. num.* 241. *Auila p.* 7. *d.* 9. *ſect.* 1.

Digitized by Google

ſect. 1. *Sayr. l. 7. c. 10. Vgolin Valen. Tol. Regin. Suar. Filiuc. tr. 20. nu. 191. Bonac. d. 7. q. 3. p. 4.*

26 Irregularitatem ab eo contractam, qui duos ordines ſacros, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eodē die ſuſcipit, Epiſcopus remittere poteſt, ſi delictum occultum ſit, ſi verò notorium ſit, ab ea ſolus pontifex abſoluere poteſt *Henriq. l. 14. c. 6. n. 5. Auila p. 7. d. 9. ſect. 1. Sayr. l. 7. c. 10. Vgol. Tol. c. 66. num. 6.*

29 Qui per ſaltum ordines ſuſcipit non irregularitatis, ſed ſuſpenſionis pæna multatur, qua ſuſcepti ordinis officio fungi prohibetur. *c. ſolicitudo, Angel. Armilla, Nau. nu. 242. Bonac. d. 7. q. 3. p. 5. contra Vgol. c. 38. Valent. Sayrum, & alios.*

30 Obſtrictus duplici cenſura, vt puta excōmunicatione, & interdicto duplicem irregularitatem contrahit, ſi ordines ſacros exerceat; Duplicem enim cenſuram violat, ita qui anathema in loco interdicto ſepelit. *Bonacin. q. 3. p. 5 num. 9.* ab irregularitate contracta ob violationem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſolus Romanus Pontifex abſoluit, quādo delictum notorium, ſeu publicum eſt; Si verò occultum ſit, Epiſcopus abſoluere ab illa poteſt, *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 7. c. 1. de ſent. excomm. in 6. Sayr. c. 10. num. 16. Nauar. Regin. Bonacin. p. 5. num. 11.*

31 Epiſcopus excommunicatus, vel ſuſpenſus, ſi ordinem epiſcopalem exerceat, irregularis eſt. *Vgol. Sayr. l. 7 c. 9. num. 5. Bonac. p 5. numer. 9.* in caſibus occultis poteſt epiſcopus delegare facultatem ſibi à Concilio Tridentino conceſſam alicui, & ab illo abſolui: *Gauant. Alzed Theſaur. Floron. Filliucius, Suar. Sanch. Crucius, Duard. Diana p. 7 tr. 2. r. 14. contra Alterium, & alios.*

32 Clericus per ſaltum ordinibus initiatus, ſi prætermiſſi ordinis officio fungatur, irregularis eſt. *Suar d. 42. ſect. 4. numer. 5. & 9. Filiuc. Bonac. par. 6. num. 8.*

33 Sacerdos qui ſacrum confeſſionis ſigillum frangit, irregularis non eſt; Hæc enim pæna reuelantibus audita in confeſſione conſtituta non eſt, ità contra *Speculatorem, & Maiolum docent Filiuc. Suar. Hurtadus d. 12. Iac. Granadus, Onofrius, Eugund. Turrianus, Aldrete, Dia. p. 7. tr. 11. r. 51.*

34 Si ſacerdos dubitans, an anathema ſit, adminiſtret ſacramenta, & poſtea ſe minimè excommunicatum eſſe reperiat, non eſt irregularis; Si verò ſe excommunicatum eſſe inueniat, & miniſtrando cum tali dubitatione grauiter peccauit, quia verum cognoſcere non ſtuduit, nec in veritate inueſtiganda diligentiam adhibuit, vel ſine neceſſitate ſacramenta dubius de excommunicatione adminiſtrauit, irregularis cenſendus eſt. Secus verò dicendum, ſi miniſtrando leuiter tantum peccauit: *Mercerus de ſacr. 3. p. q. 21. d. 5. Dian. p. 5. tr. 9. r. 94.*

35 Irregularitas proueniens ab excommunicato celebrante ab epiſcopo auferri poteſt, quando excommunicatio eſt occulta, licèt celebratio ſit manifeſta *Mirandus, Marchinus, Boſſius, Diana p. 7. tr. 2. r. 16.*

Irregu-

# Irregularitas ex Infamia. Cap. LXXXX.

1 QVI ciuili iure infames habentur, etiam canonico tales cēſentur, niſi infamia ciuili iure introducta, pontificio ſublata ſit, quemadmodum infamia, quæ olim mulieri ad ſecundas nuptias transeunti intra viduitatis annum decreta fuerat. *authent. c. de ſecundis nupt.* poſtea abrogata, ac deleta eſt. *c. vlt. de ſec. nupt. Laym. l. 1. tract. 5. p. 5. c. 4. n. 2. Syluest. v. purgatio num. 1. Adrianus Papa c. 6. q. 1.*

2 Infames iure ciuili habentur lenones ex conſuetudine, perduelles, ideſt leſæ maieſtatis rei, periuri in promiſſione, milites ob crimen commiſſum exauctorati, hæretici, prædicones, & catamiti, ſeu ſodomitæ voluntarij, non vim paſſi, damnati à Iudice ob actus ſodomiticos, nam infames habentur quicunque de turpi crimine damnati ſunt, vel qui illud in iudicio confeſſi ſunt. *Gloſſ. in c. infames v. fures Bald. in l. infamem, ff. de publ. iud. Panorm. Sylueſt. Aretin. Tuſch. v. infam. c. 111. G. Hurtad d. 2. d. 4. Gornens. Suar. de cenſ. d. 48 ſ. 1. n. 23. Sayr. l. 7. cap. 19. Toler. Angel. Bonac. Buſſeus, Clar. Auila, Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 4. Nald. Lezana. Paſqual. q. 131.* Infamia tam iuris, quàm facti inhabilem ad ordinum ſuſceptionem, vſque hominem reddit pœna carceris irrogata à iudice per ſententiam alicui Regulari, vel Eccleſiaſtico; Eſt enim ignominioſa. *Bart. in l. p. C. ex quib. cauſ. Baiard. Peyrin. tom. 1. q. 1. c. 13. Rodriq. tom. 1. Portel. v. Carcer. Paſqual. q. 132. contra gloſſ. in cap. infames. v. pœna.*

3 Infamia facti per pœnitentiam aboletur; itaque ſacerdos notorio concubinatu, vel adulterio infamis poſt vitæ emendationem publicè notam miſſæ ſacrificium celebrare poteſt, & ſuſpenſionis ab officio cenſura in concubinarios notorios pontificio iure ſtatuta contraria conſuetudine abrogata eſt, ita *Sot. in 4. d. 1. q. 5. art. 6 Dian. r. 4. Layman ibid. c. 4. num. 1. contra Couar. Sylu. & alios.*

5 Damnatos ad remigium triremiū irregulares eſſe, probabilis aliquorum ſententia eſt, illis vt plurimum infamiæ nota inuritur, quæ raro, ac dificillimè deletur. *Barboſa de pot. epiſc. p. 2. alleg. 43. num. 15. Lezana, Campanilus.*

6 Oppoſita etiam ſententia probabilitate non caret; vt enim irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus in iure expreſſis, ita nec infamia iuris; ſed nulla lege ſtatutum eſt, vt damnati ad remigium infames cenſeantur. *Borell. conſil. 52 Riccius deciſ. 119. p. 1. Homob. volum. 1. p. 4. r. 158. Dian. p. 4. t. 2. reſol. 83.*

7 Nemo irregularis ex infamia iuris eſt, niſi crimen notorium ſit, quemadmodum nullū crimen quantumuis enorme, excepto homicidio, irregularitatem parit, niſi notorium, ac diuulgatum ſit. *Couar. l. 3. var c. 3. n. 2. Cominch. de cenſ. d. 18. d. 7. num. 56. Auila. Henriq. Dian. contra D. Antoni. Sylu. Suar. & alios.*

8 Simonia in ordine non inducit irregularitatem, ſed ſuſpenſionem, etiamſi notoria ſit. *ex c. inquiſit. de accuſat. Dian.* Simonia verò in beneficio eccleſiaſtico, etiamſi lippis, & tonſo-

tonſoribus nota ſit, irregularitatem non parit. *Auila p. 7. d. 4. d. 7. cap. 7. Henriq. Dia. r. 93. & p. 1. tr. 11. r. 113. Suar. de cenſ. d. 43. ſect. 4. n. 5. Filinc. tr. 20. c. 8. num. 241. Reginald. tom. 2. l. 3. tr. 2. c. 16. numer* 100. *Villalobos contra Comitolum adducentem multos textus de ſuſpenſione interpretandos*; Simonia notoria in ordinis ſuſceptione irregularitatem inducit *Auila de cenſ. p. 7. d. 4. d. 7. concl. 7.*

9 Superiores Religioſi poſſunt abſoluere ſubditos ab irregularitate cōtracta ex infamia iuris, & delicto poſt profeſſionem, præterquam ex homicidio voluntario, ex mutilatione. *Nald. Bordonus, Peyrinus, Lezana, Paſqual. quaſt.* 185. *& alios.*

10 Infamia, quæ turpitudinis nota eſt, alicui inuſta duplex eſt, legalis altera, ſeu iuris, altera popularis, ſeu facti, illa ex delicto proprio, cui infamiæ pœna lege conſtituta eſt, vel ipſo facto ſubeunda, vel a iudice infligenda interdum oritur; aliquando verò ex delicto parentum, aut ex vili conditione, ac ſtatu perſonæ naſcitur. Infamia autem facti non modò ex euidentia perpetrati criminis, cui infamię nota adhæret, ſed etiam ex vulgata opinione de tali crimine commiſſo, dummodo rumor, vel fama à leuibus homuncionibus originem nō traxerit. *Layman. l. 1. t. 5. p. 5. c. 4. Alph. de Caſtro l. 2. de leg. pœn. Couarr. 3. reſol. cap. 3. Auila.*

11 Infamis ab infamato differt; Infamis enim dicitur, qui perpetratum à ſe ſcelus infame, vel in iudicio confeſſus eſt, vel de eo conuictus eſt, vel à iudice tanquam infamis punitus, ac damnatus, vel enorme crimen commiſſit, adeo notum lippis, ac tonſoribus in ciuitate, collegio, vicinia, vel loco, vt nulla tergiuerſatione cælari poſſit. Infamatus verò dicitur, qui de aliquo delicto graui accuſatus, nondum eſt illius criminis conuictus, neque illud confeſſus eſt, nec crimen re ipſa, vel facto notorium eſt. *Cand. diſp. 24. art. 61. d. 12.*

12 Infamia eſt frequens vox bonorum, ac proborum virorum hominem de aliquo crimine ſuſpectum reddens; Non enim improborum, ac vilium homuncionum rumor ad iudicialem infamiam ſufficit, idem *Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 4. num.* 4. *Nau. l. 5. conſ. 7. Hoſtienſ. in c. Meminimus.*

13 Infamatus in iudicio delatione criminis priſtinæ famæ legitima purgatione obiecti criminis reſtituitur. *c. ſiquis de purg. canon.* Canonica purgatio aliquando fit ſolo iuramento ipſius infamati coram ſuo iudice, aliquando etiam iuramēto teſtium compurgantium. *Sylu. v. Purg. numer.* 1. *Candid. dub.* 13.

14 Qui de aliquo crimine accuſatus ſe iudici legitimè purgauit, ab ordinum ſuſceptione repellendus non eſt, interim tamen, dum infamia durat, ordinibus initiandus non eſt. *Sayr. l. 7. de cenſ. c. 11. n. 17. Candid. dub. 13.*

15 Infamiam iuris, quo ſubditus aliquis laborat, authoritate ſua Princeps abolere poteſt. *Laym. Sylu. n.* 8. *& 9 l. c. Sa, Molin. tr. 4. d. 10. n. 4.*

16 Infamia tum iuris, tum facti à dignitatibus, & honoribus repellit; immo infamia facti à iudice declarata per ſententiam acquiſita dignitate ſpoliat. *Laym. l. vn. C. de infam. l. 10. & l. 2. C. de dign. l. 12. Abbas, Couar. 3. reſol. c. 3. Molina, Garſias, Henriq. Auila.* Ob crimen læſæ maieſtatis infames fiunt etiam filij, ac nepotes.

17 Electio, vel collatio ſacerdotij, ſeu

Digitized by Google

ſeu beneficij eccleſiaſtici in infamem legali infamia, ſeu iuris ſcripta eſt. Infamis facto tantum collatum ſibi beneficium retinere poteſt, ſi per vitæ emendationem infamiæ notam abolere velit. *Laym. num. 6. Garſias p. 7. c. 8.* contraria tamen ſententia in externo foro vera eſt. *Abbas, Sylueſt. Nau. c. 27. Molina, Auila.*

18 Iuris infamia notati, vt qui prædicationis rei conuicti ſunt, & iuridicè condemnati fuerunt, irregulares ſunt. ab huiuſmodi irregularitate Generales, & Prouinciales Religionum Antiſtites ſubditos ſuos abſoluere nequeunt. *Nauar. ſumm. c. 27. numer. 248. Rodriq. tom. 1. q. Reg. art. 3. Candid. diſp. 24. art. 61. dub. 10.*

19 Irregularitas ex delicto enormi notorio ceſſat ablata infamia facti per publicam vitæ emẽdationem; omnis enim res per eadem diſſoluitur, per quæ componitur. præterea Generales, & Prouinciales religionum præſules ſubditos ſuos ab irregularitate orta ex infamia facti, ac delicti enormis liberare poſſunt, excepto crimine homicidij, quod etiam occultiſſimum irregularitatem inducit. *Rodriq. q. 24. a. 6. Sylueſt. Sanch. l. 2. Moral. c. 25. Ioan. à Cruce de obed. c. 6. cũ c. 27. Cand. ibid.*

20 Infamia iuris fit ſententia definitiua de crimine publico, aut quibuſdam priuatis vt furto, vſura, ſacrilegio, inceſtu, homicidio, periurio, adulterio, veneficio, & aliquando ipſo facto, vt ſi quis in adulterio deprehendatur, vel duas vxores, aut ſponſas habeat; quidam tamen ſententiam definitiuam ſemper requiri aſſerunt. *Sylu. num. 8. & 9. l. c. Sa v. infamia.*

21 Nullum crimen occultum excepto homicidio irregularitatem ex infamia iuris inducit. *ex c. ex tenore de temp. ord. Conar. l. 3. var. c. 3. num. 2. Tanner. Coninch. Auila, Dian. p. 4. t. 2. r. 92. contra D. Anton. Sylueſt. Suariũ.*

27 Qui falſum dicens, alicui infamiæ notam inuſſit, palinodiam canere; ideſt dicta ſua retractare debet, & ſi id ſcienter fecit, retractationem ſuam, ſi opus ſit, iuramento confirmare, neq; neceſſe eſt teſtes adhibere, ita *Caiet. & Aragon. in 2. 2. D. Th. q. 62. art. 2. Sotus l. 4. q. 6. art. 3. de iuſt. Nauarrus, Fauſtus, Salonius, Turrianus, Syluius, Nauarra, Carbo, Salonius, Villalob. Tannerus contra Molinam t. 5. d. 41. Io. à Cruce.*

23 Verum magnæ authoritatis viri, vt alienam famam reſtituant, honoris ſui iacturam facere non debent, ſed ſatisfaciunt, ſi, quomodo commodè poſſunt, detractam alijs famã reddant. *Syluius in 2. 2. q. 62. art. 2. Villalobos ſum. tom. 2. tr. 1.* Valde probabile eſt eum reſtituendæ famæ obligationi ſatisfacere, qui dicta coram illis, apud quos proximo detraxit, retractat abſq; iuramento, nedum abſque teſtibus, ita *Faber. in 4. ſent. d. 15. q. 3. d. 53. et D. Thoma, Alenſi, & Scoto, Nauarrus, Tannerus, Dian. p. 3. t. 5. r. 29.*

24 Licèt alienæ famæ detractio ex genere ſuo mortiferum ſcelus ſit, nihilominus ex leuitate materiæ, in qua quis alienam famam lædere vult, leuis culpa eſſe poteſt, vt ſi quis ex induſtria veniales proximi defectus narret, vel naturalia corporis, vel animi eiuſdem vitia referat, niſi fortè perſona, cuius vitia referuntur, talis ſit, vt tales defectus, aut vitia magni momenti eſſe cenſeantur, ita *Leſſius l. 2. c. 11. d. 31. num. 11. Petr. Nau. l. 2. c. 4. num. 307. Dian. p. 5. tr. 5. r. 69. & alij.*

25 Qui ſe grauiter, & falsò infamat, grauis culpæ reus eſt, vt D. Auguſtinus

nus

Digitized by Google

mus cenſet, ablatamq. ſibi ipſi famam reſtituere debet. *D Aug. 1. de Ciuit. Dei cap. 20. Sà, Val. to. 3. diſt. 5. q. 17. p. 2* Immo etiam ſe ipſum vera dicendo infamare, graue peccatum eſt, ſi ſcandalum alijs creetur, vel graue damnum inde ſequatur; alioquin proprium crimen prodere, veniale eſt. Verum reus, qui tormentorum timore, aut vi crimen ſibi falsò imponit, ob cuius confeſſionem ſe capite damnatum iri ſcit, mortalis peccati damnandus non eſt, neque ad reſtituendum ſibi, vel alteri, qui fortè inde detrimentum patitur, compellendus eſt; Vita enim tãtis cruciatibus redimenda non eſt, & mendacium amphibologia mente retenta non dicitur. *Nauarrus de reſt. l. 2. c. 4. Leſſius l. 2. c. 11. d. 7.* Immo probabile eſt, eum neque venialis culpæ reum eſſe, qui ad vitanda grauia tormenta, ſe non commiſſi criminis reum facit, ita *Io. Sancius ſel. diſp. 46. num. 16. Azorius tom. 1. l. 11. c. 4. q. 5. Valentia, Sanchez ſum. t. 1. l. 3. c. 6. Suarez de Rel. tom. 2. l. 3. c. 10. Delrius l. 6. c. 1. ſect. 2. Diana p. 3. tr. 5. r. 7. contra Vegham, & Ragucium.*

26 Fur, manticularius, proditor, aliuſue occultus, & ignotus reus poteſt crimen ſuum indicẽ prodere, vt peccati ſui pænas in hac vita luat, niſi ſit vir maximè authoritatis, & reipublicæ valde vtilis, qui ſe puniendum tradens ſcandalum alijs pareret. *Nauar. de reſt. l. 2. c. 4. Sanch. in ſum t. 2. Sancius num. 19 ibidem.*

27 Licet etiam reo proprium crimen prodere, cum illud alteri videt falsò imponi, quamuis reus ſe prodere neceſſario non debeat; Innocens etiã tacere poteſt cum accuſatur ſceleris ab alio commiſſi. *Caiet. v. Detractio, Sum. Nauarrus c. 18. num. 26. & 40.*

28 Quamuis probabile ſit, hominem famæ ſuæ dominum eſſe, charitatis tamen legem violat, ſi non iuſtitiam, qui ſe ipſum infamia afficit. *Adria Sot. Couarr. Leſſius l. 2. c. 4. Sà.*

29 Qui verò voluntariè humilitatis, vel capiendi conſilij, vel reſtituendæ alienæ famæ gratia crimina ſua alteri detegit, non peccat, niſi inde graue damnum ſibi, vel alijs oriturum præuideat. *Sot. l. 5. q. 10 art. 2. de iuſt. Nauar. c. 18. num. 27. D. Thom. 2. 2. q. 73. art. 4 ad 1. Sà.*

30 Famam ſuam pro ſuo, alteriuſue bono prodigere nullum crimen eſt, cum tamen ſine rationabili cauſa ſe ipſum infamare graue ſcelus ſit. *Valent. tom. 3. d 5 q. 17. p. 2. Sà, vide P. Nauarram, Io. B. Cor. q. 80.*

31 Qui tormentorum vi coactus alienum ſcelus detegit grauiter non peccat, nec famam reſtituere debet. Supplicijs enim extorta confeſſio nihil valet, qui tamen mendacio aliquem infamat, dum torquetur abſq animo retractandi ſe extra tormenta, mortifero ſcelere ſe obſtringit. *Sot. l. c. a. 3. Cordu. & P. Nau. Sylu. l. c. Sà.*

32 Peccat præſul, & qui alienæ ſalutis curam ex officio gerit, ſi famam ſuam, & bonam exiſtimationem à maledicis non defendat, cum culpa non vacat; ſecus verò dicendum, ſi priuatus famam ſuam non tueatur, niſi de hæreſi, aut apoſtaſia, aut de re turpiſſima falsò accuſetur, atque infametur. *Nauar. c. 18. numer. 61. Tol. l. 3. c. 58. Salon. 2. 2. q. 62. a. 3. contr. 20. concl. 2. 3. Sà.*

33 Reſtituendæ famæ obligationẽ remittere non poteſt is, cuius infamia totam rempublicam lædit; ſi tamen ille remittat, infamator famam reſtituere amplius nõ debet *Sot. l. 4 q. 6. a. 3.*

Irre-

Digitized by Google

# Irregularitas ex delicto Hæreſis, vel Apoſtaſiæ. Cap. LXXXXI.

1 HÆreſis, vel Apoſtaſia notoria ordinum ſuſceptionem, & vſum impedit. *c. ſaluberrimum q. 1. c. 2. de hæret. in 6. c. præsbit. d. 50. c. 1. c. qui in qualib. ita Doct. comm. Laym.* Pontificia lege ſtatutum eſt, vt hæretici, eorumque fautores, & hæreticorum in hæreſi decedentium filij, ac nepotes ad nullum eccleſiaſticum beneficium, vel publicum officium admittantur. *c. 2. §. Hæretici de hæret. in 6. Henriq. Sayr. l. 6. c. 10. num. 4. Coninch. Suar. Filiut.* Hæretici hic propriè intelliguntur, qui hæreſim ſuam ſigno aliquo ſufficienter exterius manifeſtarunt. *Bonac.*

2 Hæreticorum fautores, receptatores, defenſores, qui eoſdem vt hæreticos recipiunt, tuentur, non vt cognatos, vel amicos, irregulares eſſe communis Doctorum ſententia eſt. *ex c. 2. §. Hæretici de hæret. in 6. Auila, Villalob. Io. Cruz, Præpoſ. Coninch. Suar. d. 43. Valentia, Tolet. l. 1. c. 69. num. 2. Sanctarel. Bonac. Præpoſ.* Verum cōtraria ſententia probabilis eſt; Illi n. ad beneficia, & officia publica tantum inhabiles dicuntur; officiorum autem publicorum nomine ordo non comprehenditur, ita *Turrianus de cenſ. l. 9. d. 62. d. 2. Hurtad. P. Corneius in 3. p. tr. 5. d. 8. Dia. p. 4. t. 2. r. 44.*

3 Probabile eſt, hæreticos occultos minimè irregulares eſſe; Canones n. de hæretico notorio loquuntur. *Auila p. 7. d. 4. d. 2. Sayr. l. 7. c. 12. num. 26. Sà. Laym. num. 11. P. Corneius, Tanner. Henriq. Philiarchus, Garzias, Reginald. Dian. r. 46.* Contraria etiam ſententia probabilis, ac tutior. *Suar. d. 43. ſect. 1. numer. 4. Coninch. Filliuc. t. 1. t. 20. c. 9. nu. 228. Præpoſitus, Sanch. Turrianus, Bonac.*

4 Qui hæreſin, de qua vehementer ſuſpecti erant ab Inquiſitoribus abiurare coacti ſunt, minime irregulares ſunt. Hi enim non damnantur tanquā hæretici, nec pœnam vllam ratione hæreſeos luunt, ſed propter facta, quibus vehementi ſuſpicioni anſam dedere, ita contra *Azorium, Mouram, docet Coninch. de cenſ. d. 18. d. 7. Sanch. to. 1. l. 2. mor. c. 25. Henriq. l. 13. Souſa, Farinac. Nauar. conſ. 16. l. 5. Portel. Garzias, Sanctarel. Villalob. Dia. r. 47. Filliuc. num. 235.*

5 Qui fauendo hæreticis, vel illos defendendo, vel recipiendo occaſionem ſuſpicādi, ſe hæreſi infectos eſſe, alijs dederunt, irregulares ſunt. Secus verò, ſi ob alia crimina, quæ infamiæ nota non mulctantur, quiſpiam de hæreſi ſuſpectus ſit, ita contra *Peſantium, Turrianum docent Sanch. tom. 1. l. 2. c. 25. Filiuc. t. 2. tr. 20. cap. 9. Villalob. Dian. reſol. 48.*

6 Clericus, qui in hæreſim lapſus eam poſtea abiurauit, poſt actam pœnitentiam obtenta ab epiſcopo venia, ſeu remiſſione irregularitatis ſuſceptos ordines exercere poteſt, nō autem ſuperioribus ordinibus initiari. *ex cap. ſaluberrimum 1. q. 7. Auila d. 4. d. 2. Sayr. l. 7. c. 12. num. 16. Præpoſ. Dian. ibid. Coninch. Sanctarel. Pegna, Suar. contra Hurtadum Bonac. q. 3. p. 7. n. 6.*

7 Hæreticos pœnitentes vſque ad diaconatum ab epiſcopo ad ſuſceptorum ordinum miniſterium admitti poſſe, non tamen ad ſacerdotalem ordinem

dinem probabiliter docent *Suar. d. 43. ſect. 1. num. 6. Dian. r. 48.*

8 Sacerdotij diſpenſatio ad ſolum Summum Pontificem ſpectat. *Suar. ibidem. Filiuc. num. 243.*

9 Eum, qui Chriſtianam fidem ficté, & ore tenus abnegauit, probabile eſt irregularem non eſſe, ſi crimen occultum ſit, ſecus verò, ſi notorium, tunc enim ob infamiam irregularis eſſet. *Azor. t. 1. l. 8. c. 11. Filiuc. Bonac. & Dian. r. 49.* Contraria tamen opinio probabilior eſt. *Sanctar. Maiol. Sanch. t. 1. l. 2. c. 25. Suar. Farinac.*

10 Ceſſante, vel purgata ſuſpicione hæreſis ex crimine orta, irregularitas etiam ceſſat. *Bonac. Diaz. Suar. Dia. p. 4. tr. 4. r. 38.*

11 Schiſmaticus nõ eſt irregularis, niſi hæreſim ſchiſmati coniunctam habeat, nam in ſchiſmaticos nulla in iure ſtatuta eſt irregularitas. *Suar. d. 43 ſect. 1. Fil. tr. 20. c. 9. q. 3. num. 233. Sanch. Sayr. Bonac. num. 7.*

12 Apoſtata à Religione, quam profeſſus eſt, ad ordines admittendus non eſt, dum in eo ſtatu manet. *ex c. fin. de Apoſt. Vgol. Maiol. Bonac. num. 8.*

13 Hæreticorum filij ante paternã hæreſin nati irregulares non ſunt, quemadmodum nec perduellium filij ante parentum delictum nati ijs pænis obnoxij ſunt, quibus nati poſt delictũ, odioſa enim ſtrictè interpretanda ſunt. *Nau. conſ. 27. de hæret. Vgolin. Simanca. Leſſ. Henriq. Coninch. Sanch. l. 2. c. 27. num. 14. Bonac. contra Couar. Gomez. Suar. Filiuc.*

14 Ab irregularitate ex occulto hęreſis crimine epiſcopum abſoluere, & ad ordines ſuſcipiendos admittere poſſe probabilis nonnullorum ſententia eſt. *ex Trident. ſeſſ. 24. c. 6. Suar. Filiuc. num. 246. Trullench. Marchinus, Barboſa, Boſſius, Sanch. l. 2. c. 25. num. 16. Moral. Bonac. Vgol. Dian. p. 4. tr. 4. r. 239.* Occultum eſt hic, quod non eſt publicum, etiamſi ab aliquibus ſciatur, neque eſt deductum in iudicium. *Nauar. Sanch. Suar. Fagundez, Azor. Leſſ. Duard. Alterius, Vulpius, Caſpenſis, Alzed. Marchin. Vecchius, Trullench. Machad. Dia. p. 7. t. 2. r. 15.*

15 Ob hæreſin exteriorem irregularitas contrahitur ante iudicis declaratoriam ſententiam. Ab ea tamen, ſi notoria non ſit, epiſcopus abſoluere poteſt *Azorius p. 1. l. 8. cap. 11. & 21. Suar. Rodriq. Vgolin. Perez, Filiuc. Farinac. Reginald. to. 2. l. 3. t. 2. c. 15. num. 193. Sanch. tom. 1. mor. l. 2. c. 25. nu. 18. Garſias, Filiuc. tr. 20. c. 9. n. 246. Dia. p. 2. tr. 15. r. 14. contra Bon. & alios.*

16 Qui metu mortis hæreſim, vel Apoſtaſiam ſimulatè profeſſus eſt, vel ore tenus fidem abnegauit, irregularitatem delicto notorio contraxit. *Nauar. tom. 2. conſ. 9. lib. 5. Sanch. Maiolus, Sanctarel. Dia. p. 4. t. 2. r. 49.* Secus verò in foro conſcientiæ, quando crimen occultum eſt. Occulta enim hæreſeos, vel apoſtaſiæ ſimulatio ſine vllo mentis errore, neque excommunicationem, neque irregularitatem inducit. *Candid. d. 12. a. 4. d. 3. Azor. l. 8. c. 11. Filiuc. Bonac.*

17 Qui ab Apoſtaſia ad fidẽ Chriſtianam reuerſus, & pænitentiæ ſacramento expiatus eſt, ad ordines, & beneficia citra Romani Pontificis diſpẽſationem admitti nequit. *Sylu. v. irregul. q. 5. a. 7. Azor. l. 8. c. 21. d. 8.*

LAVS DEO.

Digitized by Google

# De Abſolutione à Cenſuris præſertim ab excommunicatione. Cap. XCII.

1 Cenſura proprie dicta, quæ eſt pœna ſpiritualis, per quam homini delinquenti, ac contumaci per Eccleſiaſticã poteſtatem quorundam ſpiritualium bonorum vſus aufertur, donec reſipiſcat, & pareat, alia eſt à iure lata, & alia ab homine, hæc extinguitur morte, aut depoſitione eius, à quo lata eſt, ſecus illa. Cenſura à iure lata eſt, quæ vniuerſaliter fertur à conditore Legis, ſeu Canonis; Lata verò ab homine eſt, quæ ſpecialiter quibuſdam certis perſonis irrogatur; vtraque vbi ſemel contracta eſt, perpetuò durat, niſi per legitimam abſolutionem auferatur. Cenſura, & quæuis pœna per legitimam Iudicis ſententiam inflicta in rem iudicatam tranſit, propterea nec morte illius, neque exauthoratione, ſeu depoſitione ceſſat. Multo minus, quæ à iure ſancita eſt, ab auctore illius pendet, ſicut nec ius ipſum; ſed neque per mortem illius, cui cenſuræ nota inuſta eſt, eiuſdem ceſſat effectus; Cum excommunicatus etiam mortuus Eccleſiæ ſuffragijs, & ſacra ſepultura carere debeat. *Layman. l. 1. tr. 5. p. 1. cap. 7. ex cap. ſi. Epiſcopus 11. quæſt. 3. C. à nobis, 2. De ſent. excõm. cap. 15. cui eodem in 6. Filiuc. Raſtellius, Bauny. Hurtad. Corneius, Alter. Palao, Nau. Couar. Aegid. Leand. d. 11. quæſt. 3.*

2 Cenſura igitur nullo alio modo tolli poteſt, quam legitimi Iudicis abſolutione, ſecundum ius ordinarium, vt nimirum eadem publica poteſtate, qua contracta eſt, etiam diſſoluatur. A cenſura lata per ſententiam particularem is ſolum abſoluere poteſt, qui eam tulit, vel eius ſuperior, aut ſucceſſor, aut delegatus. *Ex C. Paſtoralis §. Præterea, Abbas ibi num. 1. de off. ordin. ex Can 47. Concil. Nicæni Arabici, & Can. 16. Concil. Carthag. 6. videatur Nauar. cap. 27. num. 40. Coninch. Suarez. d. 7. ſec. 2. num. 14. Layman ibidem, Leander. d. 11. quæſt. 6. & d. 17. q. 17. Alterius, Bonac.* Poteſt tamen Pontifex Max. inferre alicui excommunicationem cum conditione, vt ſi excommunicatus hoc, vel illud faciat, ceſſet excommunicatio, abſque abſolutione alia, quia lata eſt abſolutio ſub conditione futura. *Ita Gloſſa in Clem. de immun. Leander, Abbas, Filiuc. Syluest.*

3 A cenſura iuris nemini reſeruata Epiſcopus iure ordinario abſoluere poteſt; cum enim à iure non reſeruetur, iuriſdictionem habentibus committi videtur. *C. nuper §. in 2. eaudem ſent. excomm. idque docent omnes cum D. Thom. in addit. quæſt. 24. 21. Dian. p. 5. t. 9. reſ. 5. Suar. ſect. 4.*

4 Eandem abſoluendi à cenſuris iuris non reſeruatis poteſtatem non ex officio, & iure proprio, ſed ex commiſſione Summi Pontificis habet Parochus, & quicunque alius Sacerdos à mortiferis culpis abſoluere poteſt, cum proprius Sacerdos, cui hæc à Pontifice poteſtas conceditur, dici poſſit. *Ex cap. nuper citato. Filiuc. tom. 1. tract. 11. cap. 9. num. 283. Vaſquez, Nauar. Auila, Coninch. Sayr. Suarez, Corneius, Præpoſitus, Turrianus, Villalob. Moſcoſus, Tannerus, Hurtadus, Complutenſis.*

5 Non ſolum Epiſcopus, ſed etiam

Oo Paro-

Parochus, & Confeſſarius proprius à iuris cenſura, ſiue excommunicatione maiori nemini reſeruata extra confeſſionis Sacramentũ abſoluere poſſunt; etianſi Parocho, vel Confeſſario proprio abſoluendi poteſtas ob peccatorum abſolutionem committatur; poteſt enim aliquis facultate ſibi conceſſa, vel in totum, vel in partem prout libet vti, *Hurtadus de excomm. d. 15. diſ. 2. num. 6. Diana.*

6 Superiores regulares etiam locales poſſunt abſoluere à quibuſcunque cenſuris Papæ reſeruatis extra Bullam Cœnæ in vtroque foro. *Bordonus reſol. 3. num. 2. & reſol. 26. & 27. reſ. 78. num. 239.*

7 Nec modo homo præſens, ſed etiam abſens extra confeſſionem à cenſuris abſolui poteſt, cum cenſuræ abſolutio à peccatorum abſolutione minimè pendeat, niſi abſoluendi à cenſuris poteſtas ad pœnitentiæ Sacramentum reſtricta ſit: Itaque per nuncium, aut per litteras abſens ab excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, & ab irregularitate, quæ cenſuræ nomine intelligitur, abſolui poteſt: *Ità docent Portellius Trullench. Leander t. 2. d. 17. q. 50. Suar. Rodr. Ledeſm. Henriq. Diana.*

8 Eadem ratione Religioſus Sacerdos confeſſionum exceptor virtute priuilegiorum toti Religioſo ordini conceſſorum extra confeſſionis Sacramentum præſenti, vel abſenti coniugi petendi debiti poteſtatem diſpenſare poteſt, vota commutare, vota, & iuramenta ſine damno tertij relaxare; priuilegia enim, cum fauorabilia ſint, latè accipienda, & amplianda ſunt. Nec obſtant verba hæc illis addita *confeſſionibus auditis*, cum peccatorum abſolutio à votorum relaxatione, vel commutatione longè differat: verba illa ad ſequentem peccatorum abſolutionem ſpectant. *Ita Leſſius, Sanchez, Tamburinus, Portellus, Bariola, Dian. p. 4. tract. 2. reſol. 105. & p. 4. tract. 4. reſol. 8. Alex. Boccolus in comp. priuil. tit. Diſpenſatio* §. 8.

9 Ab excommunicatione maiori lata à iure, ac reſeruata abſoluere poteſt is, cui reſeruata eſt, vel eius Præſul, vel Superior, vel ab his delegatus, cui id ipſi commiſerũ, niſi qui excommunicatus eſt, in articulo mortis, aut periculo neceſſario mortis ſit; tunc enim à quolibet ſimplici Sacerdote abſolui poteſt, hac conditione, & pacto, vt, ſi periculum euadat, illum adeat, à quo extra articulum, vel periculum mortis abſoluendus erat. *Ex C. eos, qui de ſententia excomm. in 6.* Ab excommunicato tamen ante abſolutionem iuramentum de ſiſtendo ſe Superiori, prꝗterquam à pueris, exigendum eſt. *Dian. pa. 5. tract. 9. reſol. 6. Cord. Manuel. Sanch. Leand. contra Auilam.* Probabile eſt etiam tale iuramentum non exigendum eſſe à fœminis. *Auila 2. p. d. 2. Leand. Nauar. Syluester, & alij.*

10 Qui cenſura Pontifici reſeruata irretitus, neque Pontificem, neque Epiſcopum legitimo impedimento detentus abſolutionis impetrandæ gratiâ adire valet, à Parocho, vel eo deficiente, à quouis Confeſſario approbato abſolui poteſt: *Adam. Tannerus tom. 4. d. 6. quæſt. 10. d. 6. num. 122. Syluest. verb. abſol. A. Cotton. impoſſibilium nulla obligatio, C. ea neſcitur, C. quamuis 58. de ſent. excomm. in 6. contra Lugum, Granad. Sanch. l. 2. c. 13. Lud. a S. Ioann.*

11 Qui à cenſura Pontifici reſeruata ab Epiſcopo propter legitimum impedi-

pedi-

pedimentum abſolutus eſt, ſi poſtea impedimentum ceſſet, Pontificem adire, ac ſe illi ſiſtere debet, ſi cenſura contra ipſum nominatim lata fuit, licet à Confeſſario de hoc admonitus pœnitẽs non fuerit, & cum hac conditione, & obligatione comparendi coram pontifice impediti ab Epiſcopo abſoluendi ſunt, niſi impuberes ſint, quod ſi ceſſante impedimento non fecerint, vel facere nimium diſtulerint, in eandem cenſuram recidunt. *Hurtadus, Corneius, Henriq. Auila, Dian. p. 5. t. 9. r. 6. Bord. r. 56. nu. 178. Suar. Sanch. lib. 2. Sum. cap. 17. num. 24. Leander.*

12 Ab excommunicationis cenſura ab homine generaliter lata, quando non reſeruatur, abſoluẽdi poteſtatem habet Parochus, & quicunque Sacerdos à cenſura iuris non reſeruata abſoluere poteſt. Ab illa enim abſoluendo non turbatur tribunal Iudicis, qui eandem excommunicationem irrogauit, cuius abſolutio, cum reſeruata nõ ſit, committi videtur cuicunque poteſtatem habenti abſoluendi à peccato, in cuius vindictam ea lata eſt. Quemadmodum de excommunicationis à iure latæ, ac nemini reſeruatæ abſolutione dictum eſt. *Ex c. nuper de ſentent. excomm. Coninch. de cenſ. d. 14. d. 16 num. 257. Laym. tract. 5. p. 1. cap. 7. num. 3. Sa, Auila, Henriq. Hurtad. Corneius, Dian. ibid. reſol. 4. Lander a. 5. 5. 10. Prapoſitus contra Suarium, Vaſquium, Ph. Fabrum.*

13 Simplex Sacerdos ab Epiſcopo pro excipiendis confeſſionibus nondũ approbatus, ab excommunicatione minori abſoluere poteſt. Nam, vt D. Thomas ait, qui à peccato participationis abſoluere poteſt, à minori excommunicatione poteſt abſoluere, ſed à peccato participationis, quod veniale eſt, quilibet Sacerdos abſoluere poteſt, igitur & à minori excommunicatione abſoluere valet. *Ita cõtra Coninch. Corneium, Tannerum docent Felinus, Tabiena, Armilla, Nauar. Tolet. Ioann. à Cruce, Philipp. à Cruce.* Immo etiam probabile eſt, Sacerdotem ſimplicem non approbatum a minori excommunicatione etiam ob mortiferum ſcelus contracta abſoluere poſſe. *Felinus, Armilla Dian. p. 5. tr. 9. reſol. 3. Hurtadus.*

14 Diacono etiam, & cuilibet Clerico concedi poteſt facultas abſoluendi ab excommunicatione minori. *Corneius 3. p. tract. 1. de excomm. d. 11. Diana ibidem.* Clericus etiam primæ tonſuræ habens iuriſdictionem Eccleſiaſticam poteſt abſoluere à cenſuris in vtroque foro. qui enim ligare poteſt, etiam abſoluere valet. *S. Thoma 4. diſt. 18. S. Anton. Tabien. Nauar. Aſterius, Hurtad.*

15 Qui ob imminens mortis periculum à cenſuris Præſuli ſuo reſeruatis abſolutus eſt, ſi illud euaſerit, ſe ei quam primum ſiſtere debet, non vt iterum abſoluatur, ſed, vt eius mandatis obediat, alioquin ſecus agens in eaſdem cenſuras recidet. *Ex cap. eos, qui de ſent. excomm. in ſexto. Bordon. reſol. 56. Palatius.* Quanquam contraria ſententia probabilis eſt, ſi cenſuræ ſint occultæ, vel ſatis eſt, ſi per litteras, vel per procuratorem ſe præſentet. *Syluest. Armilla, Henriq. Diana p. 8. t. 7. reſ. 66. & alij contra Nauar. Vgolin. Sayr.*

16 Qui verò à reſeruatis culpis, quibus nulla cenſura adnexa erat à Sacerdote nullum habente priuilegium abſoluendi à reſeruatis in mortis articulo, vel periculo abſoluti ſunt, ſi è mor-

tis faucibus euaſerint, ſuperiori ſe ſiſtere non debent, vt reſeruata crimina, a quibus abſoluti ſunt, iterum confiteantur, quia nulla lex hoc præcipit, niſi pro cenſuris. *Ita Bonacin. de abſ. à cenſur. p. 3. Nauarus t. 26. nu. 26. Suarez, Sanctorius, Mercerus Diana p. 4. t. 4. reſ. 199 Granadus 3 p contr. 7. Tanner. tom. 4. d. 6. quæſt. 9. Phil. Faber 4. ſent. d. 17. contra G. Hurtadum, Cl. Millardum.*

17 Qui a reſeruatis peccatis abſolutus eſt poteſtate conceſſa hac conditione; vt abſolutus Superiorem adeat, ſi hoc ille, dum abſolueretur, ignorauit, ab obligatione ſiſtendi ſe Superiori liber eſt. *Vaſq. 3. pa. t. 4. quæſt. 93. artic.* 1. *Hurtad. de pœnit. d.* 11. *diſſer.* 13. *Diana.*

18 Quilibet Sacerdos, cui generalis poteſtas abſoluendi à cenſuris conceſſa eſt, ab omni ſuſpenſione, etiam orta ex defectu tituli in foro conſcientiæ abſoluere poteſt, ſiue in Sacramenti pœnitentiæ adminiſtratione, ſiue extra illud, ſiue ſuſpenſionis cenſura à iure, ſiue ab homine lata ſit, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, & nominatim, dummodo læſæ parti eo, quo poteſt, modo ſatisfiat. *Ita Doctores, quos citat, ſequiturq. Henriquez, Bonacina, Ledeſma, Garzias, Hurtadus, Trullench. Auila.* Idem fieri poteſt à Religioſis virtute priuilegiorum, quę habent, vel Bullæ Cruciatæ. *Hurtadus, Layman. & alij.*

19 Quilibet Sacerdos quauis cenſura, ſiue ſuſpenſionis, ſiue excommunicationis, ſiue irregularitatis, ſiue interdicti obſtrictus, etiam excõmunicatus non toleratus, exauguratus, ſiue Sacerdotis munere perpetuò priuatus, immo etiam hæreticus, modò perverſionis periculum abſit, vel ſchiſmaticus, vel ſimplex Sacerdos præſente Parocho quemlibet hominem in mortis articulo, vel periculo poſitum a quibuſcunque cenſuris, & reſeruatis criminibus abſoluere poteſt. *Ita enim Concilium Trid. decreuit ſeſſ. decima quarta capite vij.* Hoc autem intelligẽdum, etiam cum quis ob graue morbum, vel bellum iuſtum, vel periculoſam nauigationem mortis periculũ, etiam ſponte ſubit; Eccleſia enim in mortis articulo, & probabili mortis periculo omnibus Sacerdotibus abſoluendi poteſtatem tribuit, & peccator in tali caſu tũ iure Diuino, tum poſitiuo, tum etiam naturali ad confitendum obligatur, ſiue neceſſitate vrgente, ſiue ſponte periculum mortis adeat, præterea hæreticus ratione Sacerdotij radicalem iuriſdictionem, & poteſtatem abſoluendi à peccatis habet, proximã verò ab Eccleſia recipit. *Ita contra Medin. Marſil. Couarruu. de excõmunic. & Sotum, Ledeſmam, Nauar. Zambra, Franc. Longum de hæret. & ſchiſmat. id negantes docent ex Trident. ſeſſ.* 14. *cap.* 7. Et ex communi Doctorum ſententia. *Laym. lib. 5. tract. 6. cap. 11. num. 13. Flor. de C. Reſ. p. 1. cap. 4. §. 18. Trullench. Fincllius, Cæleſtinus, Vgolinus, Turr. Valboa, Iac. Granad. L. Meratius, Tanner. Keilnomius, Ochagau. Hurt. Mendozza, Syluest. Ruard. Canus, Durand. Palud. Maior, Diana pa. 5. tract. 3. reſ. 57. & p. 7. tract. 10. reſ. 11. Lud. Caſpenſis tom. 2. tract. 25. d. 2. Leand. tr. 2. d. 17. quæſt. 8. Lugo.*

20 Ægrotum à primò die, quo in grauem morbum, ac valde periculoſum mortis incidit, ob omnibus peccatis, & cenſuris à quocunque Sacerdote abſolui poſſe, probabiliter docent aliqui. *Sancius diſp. ſel. 12. nu. 5.*

Cæ-

*Cæleſtinus tract.* 1. *cap.* 13. *quæſt.* 1. *Diana p.* 5. *t.* 3. *r.* 59.

21 Qui per particularem ſententiam excommunicatus eſt, abſolui nequit præterquam ab eo, a quo excommunicatus eſt. Inceptam enim cauſam finire ad illum ſpectat, qui illam cæpit. *Suar. de cenſ diſp.* 7. *ſect.* 2. *num.* 19. *Coninch. de ſacr. d.* 14. *d.* 16. *num.* 258. *Laym. tract.* 5. *p.* 1. *c.* 7. *Prepoſitus, Diana p.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 8. *contra Fabrum, & alios.*

22 Qui ob delictum in aliena diœceſi patratum ibidem ſub excommunicationis pœna vetitum, anathema eſt, abſolui non poteſt ab alio, quam ab Epiſcopo, in cuius diœceſi delictum commiſit, ratione cuius factus eſt illius ſubditus, & à proprij Epiſcopi iuriſdictione exemptus, quemadmodum ille, qui in cenſuram ab Epiſcopo alienæ diœceſis conſtitutam illi, niſi ſatiſfaceret pro delicto ibidem commiſſo, incidit, ab alio non poteſt abſolui, quam ab illo Epiſcopo. *Ita ex c. propoſuiſti de foro competenti. Philipp. Faber in* 4. *ſent. d.* 25. *quæſt.* 1. *d.* 4. *cap.* 8. *Diana p.* 5. *t.* 9. *reſ.* 9. *Suar. ſ.* 2. *Alter. cap.* 5. *Leand. d.* 17. *quæſt.* 24. *Bonac. d.* 1. *qu.* 3. *p.* 5. *Filinc. & alij.*

23 Excommunicatus abſolui poteſt non modo abſolutè, ſed etiam ſub conditione in futurum pendente, vt puta, ſi infra triginta dies alienum æs ſoluerit, vel reſtituerit; contrariorum enim eadem eſt ratio, cum autem excommunicatio lata ſub conditione valeat, vt exempli gratia, ſi debitor intra viginti dies non ſatisfecerit, anathema ſit, igitur & abſolutio cenſuræ ſub conditione impertita valet, ita pro certo tempore quiſpiam abſolui à cenſura poteſt hac conditione, vt niſi intra præſtitutum diem ſatisfecerit in eandem recidat, quia hæc cenſura penderet à iure poſitiuo. *Turr de conſ. lib.* 2. *d.* 24. *d.* 1. *Vaſquez, Layman. l.* 1. *tract.* 5. *p.* 1. *Suar. d.* 7. *ſect.* 8. *num.* 1 [illegible] *Hurtadus, Coninch. Prapoſitus, Henriq. Leand. tract.* 1. *diſp.* 11. *quæſt.* 12. *Palaus, Em. Sa, Diana p.* 5. *t.* 9. *reſ.* 14. *contra D. Antonini, Angel. & Syluest. opinionem.* Abſoluere tamen ſub conditione in futurum abſq. neceſſitate, vel iuſta cauſa illicitum eſt, & contra morem Eccleſiæ, & rationem. *Auila de cenſ. p.* 2. *cap.* 7. *d.* 3. *d.* 15. *Villalobos, Philipp. Faber, Leander, Suar. Alterius, Filliuc.*

24 Ab excommunicatione inuitus aliquis abſolui licitè poteſt, ſiue excommunicatio ab homine lata ſit, ſiue à iure, re tamen prius diligenter conſiderata, ac prudenter deliberata, ac forma iuris, ſi adſit, ſeruata, niſi iure cautum ſit, ne quis vllo modo abſoluatur, antequam ſatisfaciat. Prudentis enim Iudicis arbitrio res tota, abſoluendique poteſtas commiſſa videtur, qui, ſi expedire iudicet, inuitum à cenſura abſoluere licitè poteſt; modò ſcandalum, & contemptus cenſuræ abſit, nec cuiquam præiudicium, vel detrimentum afferatur, & ſatis conſtet, cenſuram damni potius, quã vtilitatis reo cauſam eſſe, vt cum contumacis ceruix excommunicatione magis obdureſcit, quæ ſuaui admonitione flectatur; poterit igitur licitè abſolui inuitus per poteſtatem abſolutam, & ordinariam ab anathematis voluntate minimè pendentem; per poteſtatem verò extraordinariam bulla Cruciata, vel Iubilæo, alioue priuilegio in fauorem pœnitentis cõceſſam non poteſt inuitus abſolui. Nam priuilegij vſus a libera voluntate vtentis pendet, nec quiſquam priuilegio ſibi

conceſſo vti inuitus cogitur, nec cogi poteſt, ſi in fauorem eiuſdem conceſſum ſit. *Vgolinus tab. 1. cap. 19. § 21 Suarez, D Thoma, 4 diſt. 18. queſt. 2. a. 8. Leo. Turrian. Phil. Faber in 4. ſent. d. 25. queſt. 1. Henriq. Diana ibidem*. Secus verò, ſi poteſtas abſoluendi a cenſuris concesſa ſit in fauorem Confeſſarij, vt Religioſi Mendicantis, vel gaudentis priuilegijs Mendicantiū. *Ita Suar. Filiucc. Lud. Cruc. Leand. queſt. 105. Laym.*

25 Virtute bullæ Cruciatæ, & priuilegiorum Religioſis conceſſorum, nominatim excommunicatus abſolui in foro conſcientiæ poteſt, ſi parti læſæ ſatisfaciat. *Ita contra Hurtadum docet Ludouico à Cruce, Diana ibidem reſ. 1. Leander*.

26 Quando poteſtas abſoluendi conceditur, modo parti ſatisfactum ſit, nomine partis non intelligitur Iudex, cui fortè ex lege, vel conſtitutione reus in pœnam criminis certam pecuniæ ſummam debet; pœnā enim in conſcientiæ foro reus nō debet, niſi poſtquam Iudicis ſententia damnatus, vel mulctatus ſit. *Henriquez l. 7. Villalob. Diana p. 5. t. 9. reſ. 6. Prapoſit. Rodriq. Coninck. Io. a Cruc. Turr.*

27 Si crimen, propter quod aliquis excommunicatus eſt, occultum ſit, vt furtum, vel libellus famoſus, vi bullæ Cruciatæ, alterius ve priuilegij abſolui poterit pœnitens, ſi eam, quam poteſt, ſatisfactionem cum ſufficienti emendatione exhibeat, cum idonea pignoris, vel fideiuſſionis, vel depoſiti, vel iuramenti cautione. *Hēriquez. lib. 7. cap. 13. num. 2. Medina, Ledeſ. Eman. Rodriq. Villalob.*

28 Abſolutus ab excommunicatione ad certum tempus hac conditione, vt, niſi intra illud ſpatium, puta decem dies, ſatisfecerit, vel æs alienum ſoluerit, in eandem cenſuram recidat, ſi inculpabiliter ſatisfactionem omiſerit, in excommunicationem non recidit, quia non eſt inobediens, neque contumax, & nemo excommunicatione ſine aliqua noua culpa ligatur. *Ita Auila de cenſuris 2. p. cap. 7. d. 3. Nauar. c. 17. num. 277. Henriq. Dian. reſ. 118. Leand. d. 11. q. q. 17. Macb. Rodriq.* Contrariam etiam opinionem non improbabilem cenſeo; quia excommunicatus pro reliquo tempore vltra ſtatutum, pro quo fuit abſque conditione abſolutus non abſoluitur ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſub conditione, ſi ſatisfecerit, vel ſoluerit; Ergo deficiente conditione, quamuis abſque culpa, in cenſuram recidit. *Suarez, Filiuc. Hurtad. Turrianus, Villalob. Diana ibid. Luyſ. Laym.*

29 Qui aliquem ab excommunicatione abſoluens, cæremonias præſcriptas, pœnitentialis Pſalmi, vel Orationis Dominicæ recitationem, verberationem humerorum nudorum in viris omittit, leuiter tantum peccat: non enim ſunt neceſſariæ ſimpliciter, nec fœminæ, nec pueri nudis humeris verberandi ſunt. Mendicantes verò Religioſi, & quicumque eorum priuilegijs gaudent, abſq. ſolemnitate, & cæremonijs abſoluere poſſunt. Illæ enim non ſunt de ſubſtantia abſolutionis. *Ita ex Suar. Tanner. tom. 4. d. 6. queſt. 10. Turrian. Auila p. 2. cap. 7. d. 3. d. 2. Villalob. Diana p. 5. t. 9. reſ. 23. Leand. queſt. 127. Bauny, Fill. Alter. Angel, Nauar. Gaſp. Hurt.*

30 Sacerdos abſoluens ab excommunicatione aliquem, qui abſolutionem petens ea cenſura ſe obſtrictum eſſe nominatim indicauit, neceſſariò illam exprimere non debet, ſed ſatiſfacit,

facit, ſi dicat, *Abſoluo te*, ratione enim petitionis ſatis determinatur intentio, & ſignificatio illius verbi, *Abſoluo*. Ideo ad Sacramẽtalem abſolutionem peccatorum, quæ quis confeſſus eſt, ſufficiunt illa duo verba, *Abſoluo te*, vt docet *D. Thomas 3. p. quæſt. 48. a. 1. Vgolinus, Sayr. Bonac. Cand. Much. Leand. quæſt.* 113. Cum verò quis inuitus a cenſura aliqua abſoluitur, vel cum abſolutio a cenſuris datur non petenti, vt ante Sacramentalem peccatorum abſolutionem fieri ſolet, neceſſe eſt cenſuræ nomen exprimere, vt ſi dicas, *Ego te abſoluo ab excommunicatione*, non enim aliter huius verbi ſignificatio ſenſibiliter determinatur. *Ita ex Suarez docet Corneius, Villalob. Turrian. Coninch. de ſacr. d. 14. d. 5. num. 31. Hurtadus, Diana p. 5. tract. 9. reſol.* 229.

31 Cenſura cum ſit pœna, inuito infligi poteſt, & auferri a Superiore iuriſdictionem ordinariam habente, non verò ab eo, qui poteſtatem delegatam ex priuilegio in fauorẽ rei conceſſo, vt ex bulla Cruciata, vel Iubilęo habet. *D. Thom. in 4. d. 8. qu. 2. Bonauent. Palud. Carthuſ. qu. 4. Henr. Sot. Sylueſt. Cord. Fel. Alex. Perez. Vaſq. Filiuc. tr. 11. cap. 10. Rodriq. Auil. Regin. Trull. Corn. Bard Dian. Bauny, Luyſ. Hurtad. Machad. A. Leo. Leand. quæſt. 103. tract. 2.*

32 Religioſi virtute priuilegiorum ſuorum à cenſura ex duello contracta abſoluere nequeunt; huius enim abſolutionem Summus Pontifex ſibi reſeruauit. *Clemens VIII. Peregrinus de duello queſt. 37. num. 4. Bonac. de cenſ. diſp. 2. qu. 6. p. 1. num. 42. Sanch. ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 59. Diana p. 5. tract. 14. reſ. 103. Sacra Congregatio Anno 1601. die 9. contra Hurtadum de Mendoza 2. 2. d. 170. ſ. 21. §. 101.* Quilibet tamen vi bullæ Cruciatæ a cenſura ex duello contracta abſolui poteſt: *Ita Sanch. ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 27. Hurtad. Mendoz.*

33 Abbates, alioſq. inferiores Præſules iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, etiamſi nullius diœceſis ſint, abſoluendi a cenſuris, ac diſpenſandi ſuper irregularitate occulta poteſtatẽ ex Trid. Concil. Decreto habere, probabilis nonnullorum ſententia eſt. *Sanch. in ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 5. Henriq. lib. 6. cap. 16. n. 1. Auila de cenſ. p. 7. d. 10. d. 10. Duard. in bulla Cœn. lib. 3. §. 2. quæſt. 8. Moneta de commut. vlt. vol. cap. 5. n. 455. Sigiſm. Bononia de elect. d. 51. num. 8. Flor de Mena. lib. 3. quæſt. 24. Diana p. 4. tract. 4. reſol. 211. Leander.* Contraria etiam ſententia probabilis, ac tutior eſt. *Suarez in 3. p. tom. 4. d. 50. ſ. 2. num. 6. & tom. 5. d. 41. ſ. 2. Toletus lib. 1. cap. 83. num. 2. Ledeſma ſum. tom. 1. tract. 1. cap. 6. Arragon. Gratian. & alij.*

34 Capitulũ ſede vacante eandem abſoluendi, ac diſpẽſandi poteſtatem habet, quæ Epiſcopis a Tridentino Concilio conceſſa eſt. *Seſſ. 14. cap. 6.* & eandem etiam poteſtatem Religioſorũ Pręſules in ſuos ſubditos habent. *Ita Sanchez de matr. lib. 8. d. 2. num. 10. Garſias de beneſ. p. 7. cap. 11. Sayr. in clavi Reg. lib. 2. cap. 11. num. 84. Leand. Bon. p. 4. caſ. 37. Dian. l. c. contra Bonac. Alterium. Henriq. l. c. §. 8. & lib. 7. cap. 25. Rodriq tom. 1. q. 61. a. 9. Mol. tract. 3. d. 61. num. 4. Sanch. Vecch. Leand.*

35 Probabile eſt excommunicatum in articulo mortis a cenſuris abſolui poſſe a Laico, etiam non habente primam tonſuram, ſi Sacerdos deſit,



Digitized by Google

ſit, ne Eccleſiaſtica ſepultura, & proprijs Defunctorum ſuffragijs, priuatus maneat; Cum enim Summus Pontifex hanc poteſtatem abſoluendi a cẽſuris Laico homini committere poſſit, piè credendum eſt, eam vel Laico in tanta proximi neceſſitate a Summo Pontifice, & ab Eccleſia commiſſam eſſe; etianſi abſoluens hæreticus, & excommunicatus ſit, nam & Laicus hæreticus, & excommunicatus Baptiſmum conferre poſſunt, quod maius eſt. *Gloſſa, Abbas, Syluester, Armill. Io. Valerus, v. abſoluto differ. 1 3 num. 2. Auila p. 2. cap. 7. d. 1. d. 3. de cenſur. Bonny, Margarita confeſſ. Ragucius, Candid. diſp. 22. art. 5 5. d. 2. Leander. Sancius d. 44. num. 7. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 6. num. 2. Diana p. tract. 3. r. 77. & tract. 9. reſol. 7. Philipp à Cruce, March. Trullench. Sanch. Vterque, Ledeſm. Angel. Io. a Cruce.*

36 Clerico prima tantum tonſura initiato poteſtatem abſoluendi moribundum ab excommunicatione conceſſam eſſe fatentur, *Authores citati, & Palud. Henriq. Anton. Syluest. Armilla, Nauar.* Igitur, & Laico, qui iure Diuino eiuſdem iuriſdictionis capax, idem concedendum eſt. Verum quamuis hæc ſententia valde pia probabilitate non careat; contraria tamẽ probabilior eſt. Laicus enim Eccleſiaſtica iuriſdictione caret, quæ ad abſoluendum a cenſuris requiritur. *Sot. in 4. d. 18 quæſt. 4. art. 4. Suarez de cenſ. d. 7. ſ. 6. num. 6. Couar. Villalob. Coninch. Garſias, Faber, Turrianus, Præpoſit. Hurtad. Vaſquez, Leander, Graff. Cordub. Aegyd. Corn. Nauar. Palud. Hugolin. Luyſ. Sayr.* Probabilius eſt etiã Clericum primæ tonſuræ non poſſe abſoluere excommunicatum in mortis periculo, abſque conceſſione. *Suarez, Nauar. Leander. & alios.*

37 Quilibet Sacerdos diœceſanus, qui pro excipiendis confeſſionibus approbatus ſit, quemlibet moribundum ab omnibus peccatis etiam reſeruatis, & ab omni excommunicatione in foro conſcientiæ abſoluere poteſt, Parocho etiam, vel Præſule inconſulto immo, & præſente. *a* Eandem etiam poteſtatem abſoluendi moribundum a peccatis reſeruatis, & cenſuris ſimplex Sacerdos habet, neque pœnitenti imponendum eſt onus petendi a Superiore veniam, ſeu poteſtatem abſolutionis per litteras, vel per Confeſſarium *b*. *Ita a ex Tridentino Concilio ſeſſ. 14. cap. 7. Leander, Sanchez, Henriquez, Granad. in 3. p. contr. 7. tract. 10. d. 4. ſ. 2. Trullench. Sancius d. 44 n. 6. Præpoſ. Floren. de caſib. p. 1. cap. 4. §. 19. Marchinus, Diana p. 5. tract. 3. reſ. 66. Hurtadus de Mendoz. contra Turrianum, & Zambranum. b ita Palatius in 4. d. 27. d. 7. Finel. Belloch. Trullench. in Bullam §. 7. cap. 12, d. 5. Diana p. 5. tract. 5. contra Bonacinam, & Zambr.*

38 Porro inter periculum mortis, & articulum mortis, quo ad poteſtatẽ abſoluendi, nullum diſcrimen neceſſario admittendum eſt. Si enim ad abſoluendum certitudo mortis expectãda eſſet, multi inconfeſſi, & non abſoluti extremum vitæ diem obirent. *Ita contra Sotum, & Canum docent Couaru. r. in c. alma mater. Ledeſm. Nauar. Syluest. Adrian. Dian. ibid.*

39 Qui Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei virtute à cenſura abſolutus eſt, antequam læſæ parti potens ſatisfaceret, fidelium communioni verè reſtitutus eſt; adhuc tamen pro viribus illi ſatiſfacere debet. *a* Quod ſi hic forte ſatisfacere, cui debet, nolit, Sacerdos,

qui

qui eum abſque promiſſa, vel exhibita ſatisfactione, vel cautione abſoluit, detrimentum, quod inde læſa pars patitur, ei præſtare debet. Abſolutio autem cenſuræ in foro conſcientiæ rata, ac firma manet, & nec abſolutus ſe præſentare Iudici debet. *Ita Auila p. 2. c. 7. d. 3. Faber de cenſ. in 4. ſentent. d. 25. quæſt. 1. d. 4. cap. 8. Tanner. Hurtad. d. 14. de excomm. Diana p. 5. tract. reſ. 12. contra Turrianum de cenſ. lib. 2. d. 24. Suarium, Vaſquium, Coninch. de cenſ. d. 16. n. 11. & Corneio, Medina, lib. 2. cap. 12. Henriq. Suar. t. 4. in 3. quæſt. 30. Rodriq. Sanch. lib. 2. cap. 13. Leander quæſt. 69.*

40 Qui verò ſine graui famæ, vel fortunarum ſuarum detrimento læſis ſatisfacere nequit, abſolui poteſt. Niſi æquale damnum creditor, ſeu qui læſus eſt, patiatur; non enim veriſimile eſt, conditionem impoſſibilem a Pontifice requiri, id eſt, vt ſatisfaciat parti, qui non poteſt, vel ſoluendo non eſt, alioquin abſolutionis beneficio priuetur, verum potius credendum eſt, Summi Pontificis mentem eſſe, vt, qui parti ſatisfacere nequit, nihilominus abſoluatur, etiamſi ſolus articulus mortis in priuilegio exceptus ſit. *Ita Filiuc. tom. 1. tract. 11. cap. 9. num. 295. Barboſa collect. tom. 2. tit. 4. c. 23. Vaſq. in 3. p. tom. 4. de excomm. d. 20. Vegha, Auila, Villalob. Cruz, Fernandez, Diana part. pr. tract. 11. reſ. 24. Coninch. d. 14. d. 16. num. 206. contra Sotum in 4. d. 22. quæſt. 2. Cordub. Ledeſm. Guttier. & Sanch. ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 20. num. 19. contra Suar. in 3. p. tom. 5. d. 23. ſ. 5.*

41 In huiuſmodi autem euentu ab eo, qui ſoluendo, vel ſatisfaciendo non eſt, Sacerdos antequam abſoluat, cautionem exigere debet, vel iuratoriam, vel fideiuſſionem, vel pignus. & Nomine autem partis, cui ſatisfaciendum dicitur in bulla Cruciata, vel Iubilæa, ille intelligitur, cui iniuria illata eſt crimine, propter quod cenſuræ pœna eidem inflicta eſt, non verò Iudex, neque tabellio. & nomine verò ſatisfactionis intelligitur reſtitutio honoris, vel famæ, vel aliorum bonorum. & *Ex cap. ex part. prim. de verb. ſignif. & Nau. cap. 26. num. 7. Henriq. Auil. Syluest. Armil. Caiet. Villal. Regin. Val. Leand. & Henriq. lib. 13. c. 28. Bonac. de cenſ. d. 1. quæſt. 3. p. 9. Sotus, & Suar. in 3. p. tom. 5. d. 7. ſ. 5. n. 42.*

42 Percuſſor Clerici, vel Monachi, quamuis percuſſione toti Eccleſiæ, Collegio, vel Monaſterio iniuriam feciſſe cenſeatur, nihilominus ſi læſo Clerico, vel Monacho tantum ſatisfaciat, abſolui poteſt; eius enim eſt iniuriam condonare, qui eam verè paſſus eſt. *Ita Auila p. 2. cap. 7. d. 3. d. 11. Nau. C. inter verba. & Manual. cap. 18. Diana loc. cit. reſ. 23.* Nonnulli etiam Monaſterio, vel Eccleſiæ ſatisfaciendum eſſe probabiliter exiſtimant. *Riccius p. 1. deciſ. 86. num. 4. Bonac. d. 2. quæſt. 4. p. 5. ex l. in perſonam ff. de pactis. Gomes tom. 3. var. c. 6. n. 5.*

43 Quicumque virtute Iubilæi, vel bullæ Cruciatæ, alteriuſue priuilegii à cenſuris in foro conſcientiæ abſolutus eſt, in exteriori etiam foro abſolutus cenſetur; abſoluendi enim poteſtas per Iubilæum, aliudue priuilegium conceſſa latè abſque reſtrictione ſumenda eſt. Verba autem illa, priuilegio quandoque addita *in foro conſcientiæ tantum* non ſignificant hominem ſic à cenſura abſolutum habendum eſſe tanquam non abſolutum, ſed adhuc illius cauſam in iudicio cognoſci

poſſe,

Digitized by Google

poſſe, & adhuc locum proceſſui & pœnis iudicialibus eſſe. *Ita Suarez d. 71. ſ. 5. num. 20. Medina ſum. lib. 1. cap. 12. Rodriq. in Cruciat. §. 9. nu. 55. 56. à Cruce; Diana p. 5. tract. 9. reſol. 13. Leand. contra Hurt. Turr. & alios.*

44 Qui nominatim excommunicatus eſt, vel notorius Clerici percuſſor, vel cenſura in contentioſum forum deducta irretitus eſt; cauſa adhuc pendente, in conſcientiæ foro tantum virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi abſolui poteſt, & rei ſacræ priuatim intereſſe, Sacramenta clam percipere, vbi ſcandali periculum abſit, & cum alijs colloqui dicendo ſe à cēſuræ Bullæ Pōtificiæ priuilegio abſolutum eſſe. Quanquam priuata hæc abſolutio nihil in iudiciali foro illi ſuffragetur, qui cenſura ab homine lata obſtrictus eſt. Abſolutio verò à cenſuris iuris impetrata in vtroque foro valet. In eadem Bulla abſoluendi à cenſuris poteſtas ſine, vlla exceptione, vel reſtrictione conceditur, & propterea abſolutus per Bullam Cruciatam à cenſuris iure latis ſchedulam abſolutionis teſtem à Confeſſario petat, & ſi opus ſit, oſtendat, quam benignus Iudex in exteriori foro acceptare, ſi libet, poteſt, & Fiſcalis, alteriuſue accuſatoris accuſationem reijcere, niſi hoc in graue partis damnum cedat. *Sanch. ſum. tom. 2. lib. 6. cap. 7. nu. 4. Acoſta, Sayr de cenſ. lib. 2. cap. 20. num. 29. Henriq. lib. 8. cap. 68. num. 4. Medina, Rodriq. Io. Cruz, Villalob. Lop. Gutier, Couar. Filiuc. contra Auilam Cunich. Vaſq. Vegh. & Nauar. apud Acoſtam; Diana p. p. tract. 11. reſ. 26. Laym. tract. 5. p. p. c. 7. n. 5. & alij cit.*

45 Confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, alteriuſue priuilegij ab Eccleſiaſticis cenſuris extra confeſſionis Sacramentum abſoluere poteſt. Nulla enim neceſſaria connexio inter abſolutionem à peccatis, & abſolutionem à cenſuris intercedit, cum hæc illam anteire debeat; ſæpe etiam hominem ad confeſſionē imparatum à cenſuris abſoluere expedit. Hoc autem verum eſt, etiamſi in pontificio diplomate, vel priuilegio verba illa addantur *confeſſionibus diligenter auditis*; vel his ſimilia. *Auila p. 2. cap. 7. d. 3. d. 13. Sanchez de matr. tom. 3. lib. 8. d. 34. Cominch. de ſacr. d. 14. d. 16. num. 153. Ledeſma, Villalob. Vegha, Victoria, Pegna, Medin. Sancius, Guertier apud Henriq. ſum. lib. 8. cap. 13. num. 2. Diana p. p. tract. 11. reſol. 25. & p. 5. tract. 9. reſ. 13. Io. à Cruz, Hurtad. Præpoſit. Leand. contra Filiuc. tract. 11. cap. 9. num. 294. Vaſq. Sanctarel. Acoſta. Ferand. Couar. Nauar. Rodriquez, Suar. in 3. p. tom. 5. d. 7. ſ. 5. n. 35.*

46 Qui imminente mortis periculo à cenſuris reſeruatis abſolutus eſt; deinde, quia Superiori ſe nec perſonaliter per procuratorem, nec per litteras præſentat (alterutrum enim ex his modis ſufficit) in eaſdem cenſuras contumax relabitur, non amplius vitandus eſt, niſi denuò denuncietur, modo conſtet palam, eum fuiſſe abſolutum; nullus enim excommunicatus vitandus eſt, niſi ſit denunciatus, vel notorius Clerici percuſſor. *Diana p. 8. tract. 7. reſol. 66. contra Bonacinam de cenſ. qu. 3. p. 5. num. 18.*

47 Confeſſarij Regulares non poſſunt abſoluere à cenſuris reſeruatis Epiſcopo, ſicut neque à criminibus eidem reſeruatis ex Decreto Clementis VIII. edito anno M.DC.I. & eiuſdē moderatione anno ſequenti. quod Decretum cenſuras etiam complecti declarauit Sacra Congregatio Cardinalium

naliũ iuſſu Pauli V. anno M.DC.XVII. α Ea enim, quæ ad eandem rationem ſpectant, comprehenduntur ſub conceſſione, vel prohibitione, quæ circa eandem ratioñe verſatur. β Eadem autem ratio in cenſuris, ac in Caſibus reſeruatis militat; ergo tàm cenſuras, quàm caſus eoſdem Decretum Clementis comprehendit. α *Barboſa c. 19 de off. Parochi, Merolla pa. pr. d. 1. cap. 2. d. 4. Lezan. tom. 1. cap. 19. nu. 15. Peyrin. ad conſt. 1. Iulij II. contra Megal. p. prin. lib. 1. cap. 3. Dian. p. 3. tract. 2. reſol. 13.* qui contrariam ſententiam probabilem putat. β *l. His ſolis §. Satis etiam C. de reuoc. & l. illud C. de Sacr. Eccl. & l. etiam veniunt § ait ſen. ff. de petend. hered. Tuſch. l. R. C. 892. Hyp. Rimin. Ruin. Roland. Barboſ. Socin. Clard. Cart. Sen. Imol. Corn. Suard. Gonzales. Alex. Gutier. Rebuf. Tiraq. Gomez. Syluest. Couar. Menoch. Abbas. Molina. Sal. Palaus, Sanch. lib. 7. ſum. cap. 5. num. 4. Bonacin. d. p. de leg. quæſt. 1. p. 8. Peſq. &c.*

48 Regulares à Superioribus ſuis abſolui poſſunt ab excommunicatione Pontifici reſeruata, α & eodem priuilegio gaudent Nouitij, hi enim in fauorabilibus Religioſorum nomine comprehenduntur, β & ex priuilegijs varijs Pontificum non modò profeſſi religionem, ſed etiam tyrones, ac candidati religionis, hoc eſt Nouitij, qui Religioſum aliquem ordinem ingredi volunt à cenſuris, & criminibus Romano Pontifici reſeruatis abſolui poſſunt. γ Nouitij autem ſic abſoluti etiam ſi religioſa vota poſtea non profiteantur, ſed exeant è religione, non recidunt in cenſuras eaſdem, à quibus abſoluti fuerunt, dum Religioſum tyrocinium agerent, nec Romanam Sedem adire debent; δ Priuilegia enim Clementis VIII. pro Prædicatorio Ordine, & Pauli III. pro Societate Ieſu de relapſu in cenſuram mentionem non faciunt, & abſoluuntur Nouitij ratione priuilegij, non impedimenti à Superiore ordinariam poteſtatem habente, ideo non tenentur Romanam Sedem adire, ſecus de iis dicendũ, qui abſoluũtur ab iis ad quos non ſpectat abſoluere niſi ratione impedimenti; hi enim præſentare poſtea ſe debent. ε Qui verò in collegijs viuunt Clerici, vel Ianitores, vel miniſtri ſi à reſeruatis cẽſuris abſoluti ſint, etiam ſi poſtea collegio, vel miniſterio, ſeu officio decedant, Romam petere, ſeque Pontificiæ ſedi ſiſtere non tenentur, ζ non enim abſoluti ſunt ratione impedimenti ſed ratione collegialis vitæ; Priuilegia verò illa, in quibus fit mentio de relapſu in priſtinas ſententias cenſuras, non loquuntur de Nouitijs, ſed de iis tantum, qui volunt ingredi religionem, & religioſum habitum aſſumere, hi enim ante ingreſſum à cenſuris, & reſeruatis criminibus abſolui poſſunt, ſed ſi poſtea Religioſum ordinem non intrauerint, η in priſtinas cẽſuras relabuntur. α *C. Monachi, C. [illegible] §. qui ſicl[illegible] uſtra De ſent. excomm.* β *Gloſ. in Clemen. 1. De elect. Franc. Longus p. 1. de Caſ. reſeru. ſ. 3. a. 8. Vecchius d. 9. d. 26. Riccius, Henriq.* γ *Clem. IV. Minorib. Sixt. IV. Minorib. Iul. II. Minim. S. Franc. de Paul. Clem. VIII. Prædic. Paul. III. Ieſuitis, Rodriq. Peyrin. Caſſarub. Sayr. de cenſ. cap. 28. nu. 14. Bonac. d. 2. quæſt. 4. p. 5. Villalob. Io. à Cruce. Suar. tom. 4. tract. 8 lib. [illegible] cap. 24. Peyrin. Hier. Rodr. Lezan. tom. pr. cap. 24. Molfeſ. Miranda tom. 2. q. 71. Vinald. Regin. Vecch.* δ *Rodriq. Villalob. Portel. [illegible] Suar. lib. 2. cap. 24.*

*24. e C. eos, qui de ſent. excomm. in 6. Boſius* 202. *Paſq. quæſt.* 148. *n Cuſarub. Clem. IV. Iulij II. Peyrin.*

49 Qui incidit in cenſuram reſeruatam ab Epiſcopo, poſt mortem Epiſcopi à quocunque Confeſſario abſolui poteſt ab illa cenſura, niſi per Decretū Synodale reſeruata fuerit. Mortuo enim Epiſcopo, non amplius reſtricta eſt Confeſſarij iuriſdictio. *Ita contra Fagund. docet Paſqual. d.* 496. *n.* 2.

50 Nulla determinata verborum formula in foro conſcientiæ ad abſolutionem ab excommunicatione neceſſaria eſt, ſed ſufficit vti verbis abſolutionem ſignificantibus. Vſitata tamē formula abſolutionis ab excommunicatione hæc eſt, *Ego authoritate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Apoſtolorum Petri, & Pauli mihi conceſſa Abſoluo te à vinculo excommunicationis, in quam incurriſti,* vel te incurriſſe declaratum eſt, *propter percuſſionem Clerici,* vel aliam ob cauſam exprimendam, *& reſtituo te communioni, & vnitati Fidelium, & Sanctis Sacramentis Eccleſiæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Innocent. III. in cap. à nobis, n Syluest. Suar. Villalob. Valent. Filiuc. tract.* 11. *cap.* 10. *quæſt.* 7. *Aegid. Bauny, Bard. Raſſel. Leander, contra Sanch. Bonac. quæſt.* 3. *part.* 5.

51 Si quis a peccatis prius, quam ab excommunicatione abſolutus eſt, ſciens impedimentum, nec auferendum curans, abſolutio irrita eſt. Si verò illud ignoret, vel nō ſit ipſe cauſa impediens, quominus ab excommunicatione prius abſoluatur, ſed verè pœnitens, & bona fide abſoluatur, abſolutio valet, n quia ſi excommunicatus alia Sacramenta recipiat, verè illa recipit, vt Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Extremæ Vnctionis, Matrimonij; ergo, & Sacramentum Pœnitentiæ recipere poteſt, antequam ab excommunicatione abſoluatur, ſi bona fide acceſſerit. *n Riuan. in 4. d.* 18. *n.* 10 *quæſt.* 4. *Angles, Caietan. Nauar. c.* 9. *Gouar. C. Alma mater p. pr. P. Sotus, Suar. ſ.* 4. *Comit. cap.* 6. *qu.* 26. *Ghanes v. excomm. p C.* 1. *de eo, qui furtiuè ordin. C. de homine De celebr. Miſſ. cap. ſignificaſti de eo, qui dux in matrim. Medull. p.* 4. *c.* 7. *§.* 3.

52 Probabilius eſt cenſuram tolli abſolutè, & directè per mortem eius, qui illa ligatus erat: licet aliquo modo indirectè, & reſpectiuè non tolli dici poſſit; quatenus ratione cenſuræ excommunicati cadauer licitè nequeat Eccleſiaſtica ſepultura donari, & anima communibus Eccleſiæ ſuffragijs iuuari. *Ita Suar. d.* 7. *ſ.* 1. *Filiuc. tract.* 11. *cap.* 9. *quæſt. pr. Hurtad. Alterius, Conar. Laym. Trull. Palao. tom.* 4. *d.* 1. *p.* 11. *Leander d.* 1. *n. q.* 1.

53 Cenſura ſemel contracta per ſolam abſolutionem propriè tollitur, quia quæcunque Eccleſiaſtica poteſtate ligantur, vel ſoluuntur ſuper terram, ligata, vel ſoluta erunt in Cœlis, *Matth.* 16. & Clemens III. decreuit, ne qui excommunicationem contraxit, fidelium communioni ante abſolutionem reſtituatur. *Ita Doctores vnanimiter ſentiunt: Suar. Alter. Filiuc. Bauny, Ruſſel. & alij.*

54 Neque aboletur cenſura per emendationem rei, irrogatur enim Eccleſiaſtica poteſtate; igitur, & per eam auferenda eſt reo reſipiſcente. *Sic Doctores commun. ex cap. à nobis* 2. *& cap. cum deſideres de ſent. excommun. & cap. quæpropter de Appellat. Suar. Filiuc. Bauny, Hurtad. Corneio, Alter. Abbaſ. Palao. Leander.*

55 Pro-

55 Propterea etianſi excommunicatus fuerit quiſpiam ſub hac conditione, donec ſatisfecerit, vel paruerit, vel reſtituerit, etianſi hęc præſtiterit, adhuc abſolutione ab excommunicatione indiget, quod pulcherimo euẽtu, ac miraculo allato docet Dautoultius in Catheclliſmo Hiſtoriali. *Ita ex cap. Conſideres ex cap. à nobis 2. de ſent. excomm. Hoſtienſ. & Gloſſa in Clemen. 1. de Decim. Alterius, Hoſtienſis, Sylueſt. Leand. t. 1. de cenſ. d. 11. queſt. 5. contra Alciat. & Couar. in cap. Alma mater.*

56 Abſolutio à cenſura ſub conditione de præſenti, vel de præterito, ſi conditio iam exiſtat, vel adimpleta ſit, valida, & aliquando licita eſt, vt quando non conſtat cenſuram latam, vel contractam fuiſſe. Conditio enim huiuſmodi non ſuſpendit actum, vel effectum, ſed ſtatim abſolutio vel eſt valida, vel nulla. Et poteſt aliquis abſolui ſub conditione, ſi indiget, vel ſi ſatisfecit. Verum ſi quis abſoluatur ſub conditione de re inhoneſta, vel illicita, peccatur per grauiter, vel leuiter pro quantitate materiæ. *Ita Doctores, Suar. Alter. Filiuc. Bonac. d. 1. qu. 3. p. 7. Nauar. Leand. l. c. q. 10.*

57 Si Iudex abſoluat ab excommunicatione ad tempus aſſignatum pro ſolutione æris alieni, & creditor prorogει ei tempus ſolutionis ante terminum aſſignatum inſcio Iudice, debitor non recidit in excommunicationem. Ad hanc enim impediendam non eſt neceſſarius actus iuriſdictionis, ſed ſufficit conceſſio dilationis pro ſoluendo debito. *Ita contra Bonac. Hurt. Sayrum lib. pr. cap. 11. Vgolin. num. cap. pri. cap. 10. docent Nauar. cap. 27. num. 15. Alterius, Guttierez, Villalob. Decius, Couar. Rebuf. Leander. tract. 1. d. 11. queſt. 18.* Verum ſi ad inſtantiam actoris debitor excommunicatus ſit, donec ſatisfatiat, etianſi debitum ſoluat, indiget abſolutione à cenſura, nec tunc ſatis eſt, ſi creditor prorogeт tempus ſolutionis creditori. Excommunicatio enim non tollitur niſi per abſolutionem. *Ita Doct. cit. Suar. Alter. Leand. loc. cit.*

58 Si inferior abſoluat ab excommunicatione iuris, vel hominis Pontifici reſeruata aliquem iuſto impedimento detentum, debet ſic abſolutus quamprimum poteſt comparere coram Sede Apoſtolica, vel per ſe, vel per procuratorem intra tempus boni viri arbitrio deſignandum, poſt quam ceſſauerit impedimentum; alioquin in eandem excommunicationem recidet. *Ex cap. eos, qui de ſent. excommun. in 6. Henriq. lib. 13. cap. 29. Leãd.* Nec expectare licet Sede vacante, donec Pontifex creetur.

59 Si quis propter iuſtum impedimentum ab excommunicatione Pontifici, vel Antiſtiti reſeruata ab inferiore abſolutus fuit cum conditione, vt niſi intra menſem, vel aliud certum tempus ſatisfecerit, in eandem cenſuram relabatur, ſi intra præfitum tempus parti, ad cuius inſtantiam excommunicatus fuerat, ſatisfecerit, vel pacto conuenerit, non tenetur amplius ſiſtere, vel præſentare ſe Pontifici, vel Epiſcopo. Hic enim non cenſetur velle reum, vel debitorem excommunicationibus ſibi reſeruatis vinculo teneri, niſi quatenus expedit creditori, vel actori, ad cuius petitionem reum a communione fidelium ſeiunxit. *Ita Nauar. cap. 26. num. 26. Alterius, Leander tract. 1. d. 11. queſt. 20. contra Cordubam, & Rodriq.*

60 Obligationi ſiſtendi ſe coram Pon-

Pontifice, vel Antiſtite ſatisfacit quiſquis per internuncium, vel procuratorem, vel etiam per epiſtolam hoc facit. *Ita contra Vgolinum, & Palaum, docent Nauar. cap. 27. num. 146. Caiet. Diana, Leander, Sayr, Coſta.*

61 Ab excommunicatione maiori, & alijs cenſuris poteſt abſoluere Summus Pontifex in vniuerſa Eccleſia, vel inuitis, & reclamantibus Epiſcopis. Eandem abſoluendi poteſtatem ordinariam habent legati Pontificij, Nuncij, Commiſſarij in Prouincijs, ad quas miſſi ſunt; item Vicarius Pontificis Maximi, Patriarchæ, Primatis, Archiepiſcopi, Epiſcopi, eorumque Vicarij Generales ſubditos ſuos abſoluere à cenſuris poſſunt, Concilium generale, ſeu vniuerſale omnes Chriſticolas, Concilium Prouinciale, ac Diœceſanum, & Collegium Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis, quod Capitulum vocant, & eiuſdem Vicarius Sede Epiſcopali vacante, Abbates, Superiores, ac Præſules Regulares ex Tridentino Concilio. *Ita Doct. communiter Nauar. cap. 27. Henriquez, Suar. Alter. Bauny, Leander, Auila.*

62 Poteſtas abſoluendi à cenſuris delegari poteſt omnibus illis, quibus poteſtas ferendi cenſuras committi poteſt, *a*. tales ſunt non modo Clerici, ſed etiam Laici, viri, fœminæ; etiamſi ſint infideles, *b* per extraordinariam Pontificis conceſſionem. Nam etiam infidelis poteſt validum Baptiſmum conferre, ergo iure Diuino non eſt incapax iuriſdictionis ſpiritualis ad cognoſcendas cauſas, ac ferendas cenſuras. *a Ita Vgol. Alter. Nauar. cap. 27. num. 6. Filiuc. tract. 11. cap. 2. nu. 37. Auila, Bauny, Corne. Raſtel. Baſſaus, Gand. Lam. Arcangel. Diana, Henriq. Hurtad. Leand. Sayr. Lugo. b. a Ita Doct. cit. contra Suar. d. 2. ſ. 3. num. 12. Duard. Bonac.*

63 Iudex Eccleſiaſticus, qui poteſtatem habet ferendi cenſuras, & abſoluendi, ſi Sacerdos non ſit, non poteſt in articulo mortis à quacunque cenſura homines ſibi non ſubditos abſoluere. In hos enim non habet iuriſdictionem neceſſariam. *Ita Suar. d. 7. ſ. 6. num. 11. Alter. lib. 4. d. 5 Filiuc. loc. cit. num. 318. Leand. tract. 2. d. 17. quaſt. 7. contra Armil. Tabien. Pauer. Valer. Ragus.*

64 Non modo illicita, ſed etiam inualida eſt abſolutio ab excommunicatione per dolum, vel fraudem verſantem circa cauſam finalem cenſuræ obtenta. Vt ſi reus falſo dicat Iudici ſe parti læſæ ſatisfeciſſe, vel pœnitens Cōfeſſario aſſerat ſe non poſſe ſatisfacere cum tamen poſſit; inualidè à cenſura abſoluitur, non enim ſubſiſtit cauſa finalis Iudici, vel Confeſſario dicta, propter quam hic, vel ille abſoluit; ſic hæreticus fingendo ſe emendatum, ſi abſolutionem à fidei quæſitore obtineat, manet adhuc reſeruata cenſura obſtrictus. *Ita Doct. vnanimiter, lege Suar. d. 7. ſ. 6. Sà, Nau. Sanch Alter. Regin. Filiuc. Leand. q. 10.*

65 Abſolutio à cenſura quauis vi, vel per metum cadentem in conſtantem virum obtenta nullius momenti eſt: *Ex cap. vnico de his, quæ vi, metue cap. fin. lib. 6. vbi ita Greger. X. Pontif. decreuit, & extorquentes talem abſolutionem excōmunicat. Caiet. Nauar. Angel. Henr.* Secus verò, ſi per vim, aut metum leuem abſolutio cenſuræ extorta fuerit; in iure enim non habetur ratio leuis metus, quia non eſt cauſa inuoluntarij moralis, & pœna iuris reſtringitur ad caſus expreſſos. *l. Nec timorem ff. de eo, quod metus*

*cauſa*

Digitized by Google

cauſa. *Ita Doct. cum Gloſſa in cap. cum verſic. ſubiacere, Suar. d. 7. ſ. num. 15. Bonac. d. 1. quaeſt. 3. p. 8. Filiuc. tract. 11. num. 322. Henriq. Agyd. Alteri. Leander. & alij.*

66 Iudices Regij in Caſtellana Republica, quando ad tollendam vim contra aliquem reum appellantem ad Sedem Apoſtolicam rogant primò, deinde iure compellunt Iudicem Eccleſiaſticum nolentē admittere talem appellationem, vt abſoluat ad tempus excommunicatum ab ipſo, donec acta cauſa, & proceſſus ad curiam mittantur, & examinentur; non incidunt in excommunicationem Decreti Gregorij X. *cap. unico de his, quae vi, metue, cap. fin.* Ita enim longa conſuetudo, vſuſque in Hiſpania obtinuit, quando Iudices Eccleſiaſtici nolunt deferre appellationi ſeu ad Apoſtolicā Sedem, ne illa abutantur, & iuriſdictione in longinquis à Romana Sede regionibus abutantur, ac reos grauiter opprimant. *Coun. pract. q. 1. cap. 35. n. 3. Caiet. v. excomm. Nau. cap. 37. n. 69. Driedo, Sot. Perez, Alterius, Leander tract. 2. d. 17. q. 14.*

67 Quinque caſus enumerantur, in quibus is, qui cenſuram anathematis alicui irrogauit, eandem auferre nequit. Primò delegatus à Summo Pontifice aliquem ſententiæ ſuæ non obedientem excommunicare poteſt, ſed poſt elapſum à ſententia deffinitiua annum eundem ab excommunicationis vinculo ſoluendi poteſtatem non habet, a verum ſi ante ſententiam deffinitiuam eum excommunicet, ſemper eandem abſoluendi poteſtatē habet, vſque ad deffinitiuam ſententiam etiam poſt annum, durat enim eiuſdem iuriſdictio. a *Ex cap. quaerenti de officio Delegati, Angelus, Armilla, Auila, Suar. d. 7. ſ. 1. num. 7. Bonac. d. 1. q. 1. p. 1. Lean.* Secundò, Incēdiarios poteſt Epiſcopus excommunicare, ſed poſt denunciationem abſoluere nequit. Nam ad Summum Pontificem illorum abſolutio ſpectat. *Ex C. tua nos de ſent. excomm. Nau. c. 17. num. 94. & 256. Caiet. verſic. excomm. Sot. Ang. Armil. Auila.* Tertiò, Quando is, qui aliquem excommunicauit in maiorem excommunicationem incidit, & iam denunciatus eſt, non toleratus. Iam enim iuriſdictione ſpoliatus eſt, ſecus ſi toleratus ſit, vel minore tantum excommunicatione obſtrictus. *Ita Doctor. citat.* Quartò, Qui iubente Pontifice quempiam excommunicauit non cognita, & indicta cauſa, eum nequit ab hac cenſura liberare, ſecus ſi cognita cauſa excommunicauit. *Ita Nau. Ioann. Andr. Sylu. Angel. Archid. Hoſtien. Henriq. eandem.* Quando Summus Pontifex ex certa ſcientia, & cognitione cauſæ excommunicationem ab inferiore latam confirmat, non poteſt, qui eandem tulit, abſoluere. Tunc enim perinde ſe habet, ac ſi à Pontifice lata fuiſſet. Secus dicendum, ſi Pontifex eam abſq. cognitione cauſæ confirmaſſet, vel ſi in excōmunicationem per conſtitutionem inferioris à Pontifice confirmatam quiſpiam incidiſſet, niſi in confirmatione eam ſibi, vel alteri Pontifex reſeruarit. *Hēriq. l. 13. cap. 28. Auila, Io. Andr. Syluest. Nau. Angel. Alterius, Leander tom. 1. diſp. 11. quaeſt. 16.*

68 Archiepiſcopus, vel Patriarcha, ſeu Primas alicuius prouinciæ Antiſtes in cauſa ad ſe per appellationem partis deuoluta abſoluere poteſt ab excommunicatione per Epiſcopum ſuffraganeum ſuum alicui irrogata. *Ex*

*cap.*

*cap. per tuas de ſent. excomm. Innocen. III. & IV. Henriq. Leander. quæſt. 19. Panorm. Felin. Nauar. Couarr. Sylu.*

69 Poſſunt Epiſcopi abſoluere ſubditos ſuos ab excommunicatione lata à quibuſdam Abbatibus, Archidiaconis, Archipresbiteris ſibi inferioribus; etiam ſi ad ipſos non ſit per appellationem, aut querelam deuoluta cauſa, & hoc licitè, ſi præmonito eo, qui excommunicauit, & ſatisfactione præmiſſa abſoluant; ſecus verò illicita ſed valida erit abſolutio, niſi contraria conſuetudo obſtet. Habet enim Epiſcopus ordinariam poteſtatem abſoluendi ſubditos omnes Diœceſis ſuæ. *Ex cap. cum ab Eccleſiarum De officio Iudicis ordinarij, Gloſſa ibi Angelus, Armilla, Syluest. Tabien. Suar. d. 7. ſ. 2. Leand. q. 30.*

70 Prouincialis Præſes Regularium poteſt abſoluere regularem eum, quẽ inferior Præſul alicuius collegij, vel Cœnobij ejuſdem Religioſi ordinis Præfectus excommunicauit, huius enim iuriſdictio ſubordinata eſt Superiori, niſi obſtet aliqua peculiaris Regulæ conſtitutio. *Ita Abbas in cap. ſi quis contra Clericum num. 42. cap cum contingat num. 20. De foro compet. Couaru. in C. Alma mat. 1. p. §. 12. Syluest. Suar. Auila, Leand.*

71 Probabilior eſt opinio Doctorum aſſerẽtium excommunicationem latam per ſententiam generalem aduerſus eos, qui hoc, vel illud crimen perpetrabunt, & ad futura peccata præcauenda non ſolum ab authore, tolli poſſe cenſuræ, & ſuperiore ſed etiam ab alio, qui abſoluere poſſit ab excommunicatione ab ipſo iure lata. Nam ſententia generalis huiuſmodi æquiualet Canoni, vel conſtitutioni, & odioſa reſtringenda, vel mitius interpretanda ſunt. *Ità Nau. in C. ná quorundam de Iudeis, & Summa cap. 27. num. 44. Couar. in C. Alma mat. 1. p. §. 12. num. 4. Io. Andr. Card. Imola, Villalob. Henriq. Abbas. Fel. Sylu. Armil. Auila, Alana, Aegid. Corne. Laym. tract. 5. p. 1. c. 7. num. 3. Bauny, Prapoſ. Bonac. d. 1. quæſt. 1. pa. pr. Sà, Leand. quæſt. 22. contra Gloſſam, vlt. in C. ex frequentib. Felin. Caiet. Ioann. Vgol. Fabrum, Vaſq. Alter. Filiuc. tr. 11. num. 302. Villalob. Suar. d. 7. ſ. 2.* Quorum ſententia, etiam probabilis eſt, quia talis excommunicatio eſt ab homine, non à iure.

72 Excommunicatus ab Antiſtite ſuo per ſententiam generalem, ſi poſtea in aliam Diœceſim ſe transferat, ibique domicilium eligat, abſolui poteſt, non modo à latore cenſuræ, ſed etiam ab Epiſcopo domicilij ob rationem modo adductam. *Ita Doctores pro noſtra ſent. relati.*

73 Qui incidit in excommunicationem latam per modum conſtitutionis ab Epiſcopo externi Territorij, abſolui poteſt etiam à proprio Epiſcopo, quia talis cenſura æquiualet cenſuræ latæ à iure. Secus verò, ſi incidit in excommunicationem peculiari ſententia, latam ratione delicti in alieno Territorio commiſſi. Tunc enim ab eo, qui illam tulit, non à proprio Antiſtite abſolui poteſt, nam ratione delicti ſubditus eſt Epiſcopo loci, in quo illud commiſit. *Abbas in C graue nimis, de prabendis num. 14. Suar. d. 7. ſ. 2. nu. 26. Alter. Leand.*

74 Qui excommunicatione ligatus fuit ab vno Epiſcopo ad inſtantiam partis, non poteſt parte etiam conſentiente ab alio Antiſtite abſolui, nam conſenſus partis nõ tribuit iuriſdictionẽ non habenti. *Ex C. de cauſis, de off. deleg.*

dul eg. Alter lib. 2. d. 21. cap. 5. Suar. num. 34. Leand. & alij commu.

75 Qui ab aliquo Præſule excommunicatus fuit, ab eodem etiam poſt appellationem factam ad Superiorem Iudicem abſolui poteſt. Ille enim adhuc retinet iuriſdictionem, quæ ſolum ſuſpenſa eſt, ne impediat appellationis effectum, non ne abſoluat reum, multo magis abſolui poteſt a Præſule, ad quem appellauit. Sic Abbas, Suar. d. 7. ſ. 2. num. 33. Alter. Fil. n. 306. Bonac. d. 1. q. 3. p. 1.

76 Epiſcopus, & Præſul habens iuriſdictionem Epiſcopalem, & Capitulum Cathedrale Sede vacante, eorumque vicem gerentes, ſeu Vicarij, vel Generalis Epiſcopi, & Capituli Cathedralis, poſſunt abſoluere ab omni cenſura iuris nemini reſeruata. Sic decernit Innoc. III. in cap. nuper de ſent. excomm. & Doct. commun. Alter. Regin. Suar. Nau. Baun. Hurt. Corn. Diana p. 5. tract. 9. Portellius v. Abbas, Geminian. in c. 2. de conſtitut. in 6. Idem dicendum de Parocho, quia eſt proprius Sacerdos, cui Innocentius III concedit facultatem abſoluendi ab excommunicatione non reſeruata, ex cap. citat. in quo ratio aſſignatur, quæ tam pro excommunicat. minori militat, quam pro maiori, nec conſtat a conſuetudine reuocatum fuiſſe caput Nuper concedens Epiſcopis, & Parochis eam facultatē, Ita S. Thom in 4. d. 18. quaſt. 2. D. Bonauent. d. 18. quaſt. 6. Sot. d 22. q. Filinc. tract. 11. cap 9. num. 283. Regin. lib 9. cap. 5. Tol. lib. 1. cap. 16. Laym. tract 5. p. 2. cap. 5. Bonac. d. 1. quaſt. 3. p. 1. Sayr. lib 5. cap. 15. num. 22. Sylu. Ledeſm. Angel Hoſtien Summa Conſ. Innoc. Suar. Vaſq. Prapoſ. Luyſ. Hurt. Villalob. Maſcaſ. Diana p. 5. tract. 9. reſol. 5. Tanner. Cornei. Leand. q. 23. Bauny contra Couar. Panorm. Gloſſa, Felin. Imolam, Henriq. Bert. D. Antonin. Comitol. Boſeſ. Vgolin. Tabien. Barboſ. Piacec. Bitter. Durand. Fabrum d. 25. q. 1. d. 4. c. 8. & alios.

77 Qui habet facultatem abſoluēdi à cenſuris, & caſibus Summo Pontifici reſeruatis, non poteſt abſoluere à caſibus, & cenſuris, quos ſibi Epiſcopi reſeruarunt, excepto Iubilęi magni, vel Indulgentiæ per modum Iubilęi conceſſæ tempore, quo etiam a reſeruatis Epiſcopo caſibus, & cenſuris pœnitentes abſoluuntur, Epiſcopis ſcientibus, nec reclamantibus. Cęteris verò temporibus non vult Summus Pontifex derogare iuri, conſuetudini, ac conſtitutionibus Epiſcoporum. Ita Bonac. d. 1. quaſt. 3. p. 1. num. 10. Nauar. cap. 27. num. 261. Graff. Farinac. contra Suar. d. 7. ſ. 5. num. 13. Vgolin. Tab. 1. cap. 13. Hurtad. d. 15. diff. 3. Leand. tr. 29. q. 46.

78 Qui per ſententiam generalem ab aliquo Iudice excōmunicatus Religioſum ordinem ingreditur, poteſt abſolui à pręſide religioſi ordinis, cui ſubeſt, ex vi iuris communis ſecluſo quouis priuilegio, Præſes enim, ſeu Superior religioſus ordinariam habet, & quaſi Epiſcopalem poteſtatem. Qui verò à Iudice ſuo per particularem ſententiam anathematis vinculo innodatus eſt, non poteſt abſolui ſecluſo omni priuilegio ex ſola vi Iuris communis à pręſide religioſi ordinis, in quem poſt contractam cenſuram ingreſſus eſt; ſed ex vi priuilegiorum Regularibus conceſſorum poteſt abſolui ab excommunicatione ab homine per ſententiam particularem lata etiam contracta ante ingreſſum Religionis, aliter priuilegium



Digitized by Google

adhoc conceſſum nil operaretur, niſi per illud tolli poſſit talis excommunicatio ab homine per ſententiam peculiarem illata. *Ita Suar. d. 7. ſ. 2. num. 29. Filiuc. num. 305. Nauar. Couar. Henr. Syluest. Armill. Alter. & Suar. loc. cit. Vgolin. Alter. Filiuc. tr. 11. cap 9. Bonac d. 1. q. 3. p. 1. Leand. quaeſt. 29. contra Lupum, Guttier, Mirandam,*

79 Quilibet Sacerdos ad confeſſiones excipiendas legitime admiſſus nō modo à peccatis, ſed etiam à cenſuris iure communi ſtatutis, ac nemini reſeruatis abſoluere poteſt. Nam proprius Sacerdos confitentis ei dicitur, cui, & Epiſcopo ea facultas conceſſa eſt. *In Cap. Nuper. cap. omnis vtriuſq. ſexus, Suar. d. 7. ſ. 4. num. 9. Alterius, Nauar. Bonac. Sayrus, Bauny, Auila, Filiuc. Sot. Armilla, Cornelio, Diana, Leander q. 34. Villal. & alij.*

80 Quiſquis à Summo Pontifice impetrat, vel habet poteſtatem abſoluendi ab omnibus cenſuris, poteſt etiam abſoluere à reſeruatis in iure, non à cenſuris Bullæ cœnalis; quandò huius mentio facta non eſt, quia hæ ſpecialiſſimè reſeruantur, & ſpecialiter in conceſſione facultatis abſoluendi ab iiſdem exprimendæ ſunt. *Azor. p. p. lib. 8. ſſ. Bonac. d. 1. q. 3. p. 1. Nauar. Alter. Cand. Syluest. S. Thomas in 4. d. 18. Sa, Graff. idem c. Suar. d. 7. ſ. 5. num. 11. Bonac. Alter. Hurtad. S. Fauſt. Bard. Couar. Vgolin. Leand. d. 17. quaeſt. 17. & 18.*

81 Eum, qui obtinuit facultatem abſoluendi à criminibus omnibus, ac cenſuris in cœnali diſplomate contentis, poſſe abſoluere ab excommunicatione ob hæreſin contracta Doctores alij aſſerunt, alij negant. aiunt illi, quia priuilegium Principis latiſſimè eſt interpretandum maximè in ijs, quæ ad animarum beneficium ſpectant; vbi nulla exceptio à Pontifice ponitur, neque à nobis ponenda eſt. Negant iſti, quia generalis conceſſio ad illa non extenditur, quæ in ſpeciali concedi ſolent. Et Summi Pontifices Vrbanus IV. Paulus IV. Pius V. & Gregorius XIII. ita declaraſſe feruntur, verum huiuſmodi declarationes authenticè non conſtant, vel de hæreſi notoria intelligendæ ſunt, nō de occulta. Ego autem media via incedens dico, eum, qui talem facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Bullæ cœnalis accepit, poſſe abſoluere a cenſura, & culpa hæreſis occultæ, non verò notoriæ, modò ea conceſſio per aliud decretum non ſit reſtricta, & complectatur facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis, ita conciliantur Doctores affirmatiuæ ſententiæ. *Sot. d. 22. quaeſt. 2. art. 3. Fagund. praec. Eccleſ. tom. 2. lib. 8. num. 34. Regin. Quintan. A. Leon Card. Molf. Farin. Polanc. Loren. Peyrin. Graff. Sa.* quorum opinio eſt probabilior, *Conarn. Alter. Luyſ. Diana*, & Doctores negatiuæ opinionis, *Caiet. Sylu. Regin. Nauar. Homob. Turrebl. Ricciul. Bonac. d. 12 quaeſt. 3. p. Hurt. Cand. Luyſ. Vindd. L. Cruz. Trullench. Vgol. Alter. Vaſq. Henriq. Perez. Medin. Mandoſ. Roiat, Aragon. Nauar. Guttier. Rodriq. Azor.* quorum ſententiam probabilis eſt, *Lean. tr. 2. d. 17. q. 39.*

82 Poſſunt Epiſcopi abſoluere ſubditos ab hæreſi externa, occulta ex vi Tridentini Decreti, non verò à notoria, vel ad forum contentioſum deducta reo iam citato de hac enim ſola intelligenda ſunt verba cœnalis conſtitu-

ſtitu-

ſtitutionis, quæ non officit, nec obſtat antiquis Epiſcoporum priuilegijs, & ita Pius V. *Vinald.* & Sacra Congregatio teſte *Comitola* declararunt. *Ita Nauar. Sà, Fagund. Cordub. Angles, Simanca, Zauallos, Vela, Palao Bauny, Portel. Ledeſm. Lorca, Bannes, Souſa, aliiq. ſuperius relati.*

83 Nec fit notoria hęreſis, ſi vno tantum teſtimonio probata ſit, ſed occulta manet, & iuriſdictioni Epiſcopi ſubiecta, occultum autem dicitur non modo, quod per accidens tale eſt, vt quod ſola delinquentis confeſſione manifeſtari poteſt, quia nullus ei interfuit; ſed etiam quod non eſt notorium, aut fama euulgatum. *Ita Henriq. lib. 14. cap. 26. Auila, Baun. Leander quæſt. 47.*

84 Quilibet Epiſcopus electus, & confirmatus, etiamſi nondum conſecratus ſit, nec Sacerdos, modo habeat diœceſim, in qua Tridentini Concilij Canones, ac Decreta recepta fuerint, abſoluere ſubditos poteſt ab excommunicationibus contractis per delicta occulta, quorum abſolutio Apoſtolicæ Sedi reſeruata eſt. Hanc poteſtatem habent eorum Vicarij ad hoc ſpecialiter electi in foro conſciẽtiæ, excepta excommunicatione in hęreticos lata, à qua Epiſcopus ſolus in foro conſcientiæ tantum abſoluere valet; at Epiſcopi vero earum diœceſon, in quibus Tridentinum Concilium receptum non eſt, à prædictis cenſuris abſoluere nequeunt; par enim debet eſſe fauorum, atque onerum ratio. *Ita ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 30. ſ. 2. n. 4. Nauar. Auila, Bauny, Sanch. lib. 8. de matr. d. 1. num. 21. & ſumma lib. 2. cap. 11. Granad. Palao. Leand.* Idem dicendum eſt de Cathedrali Canonicorum collegio Sede vacante, eorumque Vicario, quia Capitulum Cathedrale ſuccedit in omnibus, quæ iure ordinario competunt Epiſcopo. Nec obſtat declaratio Cardinalium à Suario allata *d. 41. ſ. 2. num. 13.* quia de ea non conſtat authenticè. *Sanch. lib. 8. de matr. d. 2. num. 10. Nauar. cap. 27. num. 39. Bonac. d. 1. qu. 3. p. 2. Angel. Auila, Sayr. Villalob. Fagund. Granad. Aragon. Cened. Gemin. Manuel. Leand. contra Suar. l. c.*

85 Non improbabile eſt Abbates, & Præſides, ſeu Superiores Regulares locales abſoluere poſſe à cẽſuris Summo Pontifici reſeruatis in caſibus occultis, etiam in cœnali diplomate expreſſis. Cum enim quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habeant, probabile eſt, eos ſub Epiſcoporum nomine comprehendi in decreto Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 6. Sanch. de matr. lib. 8. d. 2. Bonac. p. 2. Alter. Henriq. Granad. Manuel. Sayr. lib. 6. cap. 11. num. 83. Leand. contra Panorm. Innocen. Hoſtien. Angel. Syluestr. Aragon. P. Ledeſm. Garciam, Barboſam.*

86 Epiſcopi ex vi Decreti Tridentini à caſibus in Bulla Cęnali expreſſis, & ab excommunicationibus annexis, excepta ſaltem hęreſi ortis ex delictis occultis abſoluere poſſunt. Nam per Bullam Cœnæ non eſt ablata illis facultas per Tridentinum Concilium eiſdem conceſſa, quia in ea non fit ſpecialis mentio Tridentini Concilij. Atſi per clauſulam generalẽ non abrogatur facultas, vel priuilegium alicuius Concilij generalis præſertim Tridentini, quod maximam authoritatem habet, & nouiſſimum eſt. *Vt conſtat ex Cap. ex parte de Capell. Monac. ex Gloſſ. ibi. v. nulla mentio, ex Cap. generali De reſcriptis, & Gloſſa ibi. v.*

*fecerint mentionem, ibiq. Archid. Baldus, Felin. Decius, Selua, Alter. cum alijs. Nau. lib. 1. conſ. 2. de conſtit. Angleſ. Cordub. Bann. Henriq. Palac. Simanc. Vela, Granad. Bauny, Becan. Auila, Nugn. Lorca, Suſa. Portel. Fagund. Puteim. Aragon. Gutt. Gom. Lã. Zaual. Ledeſm. Leand. quaeſt. 45. Aegydius ſolam excipit hæreſim*, contraria etiam opinio probabilis eſt ex Reſponſis Pontificum, ac Cardinalium, de quibus nihil authenticum extat. *Ita Bonac. d. 1. quaeſt. 3. p. 2. Tolet. in bulla excomm. 14. Fuſcus, B. Angelus, Felician. Maiol. Guttier. Antoninus, Mol. Vgol. Viuald. Azor. Philiar. Farin. Lezan. Luyſ. Valer. Megal. Hom. Sanctar. Belloc. Floren. Raguc. Faber. Torrebl. Villalob. Piaſec. Riu. Trullen. Garc. Comitol. Scortia, Nouar. Syluius.*

87 Epiſcopi ab excommunicationibus Summo Pontifici reſeruatis, ex caſibus occultis abſoluere poſſunt extra confeſſionem ſacramentalem, α etiam abſentes, β & vel extra diœceſim ſuam ſubditos, γ & ab hæreſi deducta ad forum contentioſum, non conuictum reum, δ vel iam abſoluto iudicio punitum. ε Particula illa *in foro conſcientiæ* ſolum efficit, vt in externo foro abſolutio non valeat. Poſſe abſolui ab excommunicatione abſentem omnes fatentur, nec Tridentinum id prohibet, neq. neceſſe eſt vtrũque eſſe in diœceſi, cum abſoluit Epiſcopus ſubditum ab excommunicatione ſola; Immo, poteſt etiam illum abſoluere extra diœceſin ſuam. Hoc enim à Tridentino Concilio non vetatur, ſed quod certum eſt, aſſeritur, Epiſcopum in diœceſi ſua abſoluere; Crimen teſtimonijs non probatum perinde ſe habet, ac ſi ad contentioſum forum deductum non fuiſſet, ideo ab eo, vt occulto reus abſolui poteſt ab Epiſcopo. Si verò reus punitus fuit, iam ſatisfecit Reipublicæ offenſæ. Ideo abſolui poteſt à delicto probato, & à cenſura per ſuum Antiſtitẽ, nihil enim derogatur authoritati Iudicis abſoluto iudicio. α *D. Thom. p. 3. t. 24. c. 77. Nau. conſil. 11. de priuil. Suar. tom. 5. d. 14. ſ. 2. num. 11. Bonac. d. 1. quaeſt. 3. p. 2. Diana p. 1. tract. 5. reſol. 5. Bauny, Soterius, Prepoſ. Candid. Rodriq. P. Ledeſm. Sanch. contra Viuald.* β γ *Suarez. Ledeſ. Rodriq. Henriq. Leand. tract. 2. d. 47. quaeſt. 56. Sanch. ſum. lib. 2. cap. 11. num. Luyſ.* δ *Auila p. 7. d. 10. d. 7.* ε *Henr. lib. 14. c. 7. Machad. & alij.*

88. Epiſcopi à delictis occultis Pontifici Max. reſeruatis, & ad forũ contentioſum ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè deductis, ſeu in iudicium etiam cum vnico teſte delatis, abſoluere nequeunt, modo reus ob id à Iudice accerſitus, & de hoc præmonitus ſit. *Concil. Trid. ſeſſ. 24. De reform. cap. 6. Auila p. 2. cap. 7. Bonac. p. 3. q. 2. Sanch. Leand. q. 94.*

89 Qui alicubi commiſit delictum notorium Summo Pontifici reſeruatum, deinde ad alium locum diſtantem ſe confert, vbi delictum illud ignoratur, ab Epiſcopo loci abſolui poſſe probabiliter dicitur, quia occultum eſt, vbi reus abſoluitur. Idẽ eſſe alibi notorium, alibi occultum poteſt. *Ita Sanch. lib. 2. ſum. cap. 11. num. 20. Duard. lib. 3. § 2. quaeſt. 11. Trullench. Barboſa ad Trid. cap. 6. ſeſſ. 24. Leand. quaeſt. 57. Auila, & alij contra Bonac. p. 2. num. 3. Nau. conſ. 43. Sanctar.* Quorum ſententia probabilis eſt, ac tuta, quia huiuſmodi delicta iure, ac ſimpliciter notoria ſunt.

90 Ab excommunicatione, & culpa Summo pontifici reſeruata abſolui

poteſt

poteſt ab Antiſtite ſuo quicunque ad Apoſtolicam Sedem recurrere nequit impeditus, vel periculo mortis in itinere, vel grauis incommodi, vel diuturno morbo, etiamſi non ſit periculoſus, vel fœminei ſexus fragilitate, vel itineris faciendi impotentia, vel inopia, vel alendi proprio labore vxorem, vel parentes, vel filios neceſſitate, vel oculorum, vel pedum carentia, vel ſenectute, vel pueritia, ætatis, vel libertatis defectu, vel capitali inimicitia, vel cura animarum, vel temporali dominio, vel virium debilitate, vel qui ſub cura parentum, vel qui alteri adſtrictus ſui iuris non eſt, vt filius familias, vel alia quauis cauſa impeditus, ne in vrbem proficiſcatur. *Ita ex cap. Eos qui, C. ſi quis ſuadente C. ea naſcitur, C. de Cætero, C. quamuis, C. mulieres, C. quod his de ſent. excomm. Nau. cap. 27. num. 89. Bonac. d. 1. qu. 3. p. 2. num. 4. Reginal. lib. 9. Syluest. v. abſol. Henriq. Auila, Aegyd. Bauny, Corneio, Hurtad. Alter. Diana, Luyſ. Leander quaſt. 58. & 59. Tol. 1. cap. 35. Ioann. Andr. Panor.*

91 Qui aliquo ex prædictis impedimentis tenetur, quominus Romanũ Pontificem adire poſſit, neceſſe non eſt, vt abſolutionem à reſeruata Pontifici cenſura, ac culpa per procuratorem, vel per epiſtolam à Pontifice petat, ſed ſatis eſt, ſi ad Epiſcopum, vt abſoluatur, recurat, quia iura ſolum exigunt, vt ipſemet reus Romanum Pontificem perſonaliter adeat, ſi poteſt, ceſſante impedimento. *Nau. cap. 27. num. 90. Sayrus tom. 1. lib. 1. cap. 16. Syluest. v. excommun. Sanch. lib. 2. cap. 13. Alterius, Auila, Cordub. Henriq. Aegyd. Corneio Baun. Hurtad. Leander, Diana p. 5. tract. 9. reſol. 6. Vgol. contra Bonac. p. 2. n. 4.*

92 Quando excommunicatus non Pontificem, ſed eius legatum adire poteſt, vel alium habentem poteſtatem abſoluendi à criminibus, ac cenſuris Summo Pontifici reſeruatis ab Epiſcopo ſuo abſolui nequit. Quia poteſtas abſoluendi ab iiſdem Epiſcopo conceſſa eſt propter neceſſitatem, qualis hic non eſt. *Sanch. lib. 2. cap. 3. num. 32. Bonac. d. 1. q. 3. p. 2. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 30. ſ. 2. Ludouic. a S. Ioãn. Lug. Granad. Leand. Cord. Ant. Gabr. Bern. Diaz. Armil. Henriq. contra Auila, Hurtad. Cornei.*

93 Probabiliter docent aliqui Regulares Præſides, vel Superiores ex vi Decreti Tridentini habere facultatem abſoluendi ſubditos ab omnibus caſibus etiam in Bulla Cœnali contentis, Summo Pontifici reſeruatis. Probabile enim eſt eos nomine Epiſcopi in eodem Decreto comprehendi etiam Præſules Regulares, præſertim Generales, Prouinciales habentes poteſtatem, & iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, qua abſoluere, commutare, relaxare, ſeu diſpenſare valent, vt Epiſcopi. *Ita præter hac de re citatos a me alibi Doctores docent Emanuel, Nauar. Granad. Bauny, Anton. de Innoioſa Dominicanus, Ioannes Seria 2. p. tract. 1. ſ. 1. Quintanaduenas, tom. 1. tract. 8. d. 16. Sanch. Nauar. 61. conſil cap. 62. Emanuel. Garcia. Santor. Leand. tract. 2. d. 17. q. 72. Henriq. Villalob. contra Auilã, Leandrũ, Palaum, Barboſ. 2. p. allegat. 39. Hurtad. Fagund. Armend. Angel. Coned. Arag. & alios plur.*

94 Poteſt Epiſcopus abſoluere regulares etiam viros, tum fœminas ſuæ iuriſdictioni non ſubditos ab omnibus cenſuris, & delictis occultis, ac reſeruatis ex vi Tridentini priuilegii Epiſ-

copis conceſſi ſeſſione xxjv. Capite vj. Religioſus enim exēptus in ijs, quæ ad quietem ipſius, & fauorem ſpectant, non debet eſſe deterioris conditionis, quam ſubditi Epiſcopi, cui poteſt ſe in hoc ſubijcere conſentiente ipſius Præſide. nam & hoc priuilegium Pontifices Regularibus conceſſere, ß ſecus verò, ſi Superior Religioſo ſubdito talem licentiam iuſta de cauſa deneget, ſed ſi iniuſtè licentiam ſubijciendi ſe Epiſcopo ad abſolutionem à cenſuris reſeruatis impetrandam Superior Religioſo ſubdito dare noluit, poteſt hic adhuc ab Epiſcopo abſolui, α poteſtas enim etiam illi data eſt in ædificationem, non in deſtructionem. Non enim credendum eſt Paulum III. Pontificem voluiſſe Religioſos vagari ad Apoſtolicam Sedē proficiſcendo, vt abſoluantur à cenſuris, ex caſibus occultis Pontifici reſeruatis. *Ita contra α Armill. Roſella Rodriq. tom. 2. quæſt 63. art. 10. Suar. de Rel. tom. 2. lib. 6. cap. 11. Ledeſm. Gloſſam, & Imolam in Clement. penult. de ſent. excommun. & alios docent Leander tract. 2. d. 17. quæſt. 70. Federicus Sen. conſ. 14. Molina tom. 4. d. 61. Suar. de pœnit. tom. 4. d. 30. ſ. 2. Henriq. Auila, Sanch. ſum. lib. 2. cap. 11. Zerola. Sacra Congregatio teſte Marſ. Bonac. Hurtad. Diana p. 1. tract. 5. reſol. 6. Baſilius, Merola, Anchar. Alber. Cornei. Lignano, ß Molin. Sanch. Baſil. Suar. tom. 4. d. 30. ſ. 2. Diana reſol. 6. cit. Leander contra Megalam.*

95 Virtute Bullæ Cruciatæ poteſt, quiſquis eam obtinuit, abſolui ab omnibus caſibus, & excommunicationibus, quæ Epiſcopo, & alijs Præſulibus Pontifice Romano inferioribus, quod ad abſolutionem reſeruantur, toties quoties indiguerit, α ab excommunicationibus verò Pontifici reſeruatis etiam in Bulla cœnali ſemel in vita, & iterum in mortis articulo abſolui poteſt, ß vt ex diplomatis verbis conſtat. α *Henriquez lib. 7. cap. 13. Medina lib. 1. cap. 11. Corduba cap. 144. Rodriq. Villalob. Machad. Lud. à Cruce, Acoſta, F. Bard. Leander quæſt. 80. Diana.* ß *Ita Doct. citati Man. p. 1. tract. 11. reſol. 96. Trull. contra Garc. & Bled.*

96 Regulares Præfecti, ſeu Superiores abſoluere poſſunt ſubditos ab occulto hæreſis crimine, & excommunicatione per eam contracta, ex priuilegio Pij V. apud Rodriquium tom. prim. quæſt. Regul. 61. artic. 9. probabile eſt per conceſſam Epiſcopis per Tridentinum Concilium poteſtatem abſoluendi à Caſibus Bullæ cœnalis, ſine dubio Regulares Superiores, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem in ſuos habentes ab occulta hæreſi ſubditos abſoluere poſſe. Nam Pij V. extenſio generalis eſt ad omnes facultates. *Suar. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 10. Fran. Longus de caſib. reſeru. p. 1. ſ. 1. art. 23. Diana p. 1. tract. 5. reſol. 6. Leander tract. 2. d. 17. quæſt. 74. Portel. Banny, contra Sanch. lib. 1. ſum. cap. 11. num. 7. Auila, Rodriq. Veg. Sanctarel. Tamb. Sanctor. Le. Murc. Fagund. Io. Cruc. Sigiſm. Nald. Vecchi. Machad. Layman.*

97 Immo in regionibus illis extra Italiam, in quibus non viget Sacræ Inquiſitionis Officium, ex Decreto Pauli V. poſſunt Regulares Præfecti cognoſcere cauſas ad Inquiſitionis Tribunal ſpectantes, modo poſtea, quæ geſſerint, indicent Sanctæ Inquiſitionis Officio, & tunc ab hæreſi etiam notoria, & à reliquis caſibus Cœnalis di-

diplomatis abſoluere poſſint. *Cronſ- ſis, ac cap. 7. ſ. 12. Leand.*

98 Regulares non poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, fruſtra enim anno 1628. die 17. Nouembris, Vrbanus VIII. abrogaſſet conceſſam Regularibus poteſtatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, ex vi priuilegiorũ ipſis poſt Tridentinum Concilium conceſſorum, ſi adhuc poſſent ab illis abſoluere per priuilegia iiſdem Regularibus ante Tridentinum Concilium conceſſa, quæ antiquata, ſiue abrogata, & extincta fuiſſe ab eodem Concilio cenſuit Vrbanus, & Sacra Congregatio. Cum mens, & intentio Summi Pontificis fuerit adimere Regularibus omnem poteſtatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis. Eorumque Decretum ſeruandum eſt, vbi authenticè promulgatum, & vſu receptum eſt. *Ita Baſſæus v. caſus reſeruatus num. 38. Diana p. 1. tract. 5. reſol. 6. Barboſa in ſumma Apoſtolicorum decretorum, Lezana, Io. Maria Nouar. Sellius, Beyein. Malf. Comitol. Trullench. contra Quintanaduenam tract. 3. ſing. 15. Leandrum art. 5. tract. 11. diſp. 17. quæſt. 70. Bauny tract. 4. de pœnit. quæſt. 33. Candid. de cenſuris, Layman lib. 5. tract. 6. cap. 10. Suar. tom. 4. d. 30. ſ. 1. num. 16. Rodriquez, Sanch.* Quorum ſententiam, vt communi contrariã, nec probabilem practicè, nec omnino amplectendam cenſeo.

99 Non improbabilis videtur opinio aſſerentium pœnitentem ex priuilegio Cruceſignatorum, quod obtinuit, abſolui poſſe à Confeſſario ab ipſo electo ab vnoquoque caſu Summo Pontifici reſeruato, donec abſoluatur ab omnibus, modo ab vnoquoque in ſpecie, ſemel tantum in vita intra promulgationis Bullæ Cruciatæ annum abſoluatur. Vt ſi quis abſoluatur a culpa ſimoniæ, deinde incidat in alium caſum ſpecie diſtinctum, vt in violationem immunitatis Eccleſiaſticæ, qualis eſt exactio veſtigalium ab Eccleſiaſticis, poterit etiam ab hoc ſpecie diſtincto crimine à primò abſolui. Quia fauor Principis ſine damno alterius latè accipiendus. *Ita Henriqu. lib. 6. cap. 16. Suar. de Rel. tom. 2. quæſt. 88. Raphael. Turrius, Villalob. Trullench. Diana p. 1. tract. 11. reſol. 98. Quintan. Bardus, Leander tract. 2. d. 17. quæſt. 83.* contrariam tamen ſententiam communiter docent, quia poſſe ſemel in vita abſolui à reſeruatis ſignificat poſſe recipere vnicam abſolutionem ſacramentalem, non plures à reſeruatis. *Manuel, P. Ledeſm. Mouro Ludu. à Cruce, Machad. & alij.*

100 Abſoluere licet inuitum ab excommunicatione ſiue ab homine, ſiue à iure lata. quando hæc illi in detrimentum magis, quam in vtilitatem vergit, & abſolutio cenſetur illi profutura, & ſpes eſt eum, ſi abſoluatur, à contumacia receſſurum, ac parti læſæ ſatisfacturum, ſi cum eo mitius agatur. Finis medicinæ eſt iuuare, ac ſanare, non verò nocere, ſic cenſuræ finis eſt prodeſſe, & facere, vt contumax reſipiſcat, ac reus ſatisfaciat, vt autem, vel inuitus licite abſoluatur, debet, hoc fieri abſque detrimento, & præiudicio tertij, & ſine offenſione, ſeu ſcandalo, & ſine periculo contemptus cenſuræ. *Ita D. Thomas diſt. 18. quæſt. 2. a. ſſ. 5. Faber in 4. d. 25. quæſt. 1. Diana, Bauny, Suar. Bonac. Bard. Leand. qu. 106.*

101 Sicut abſens excommunicatione ligari poteſt, ita abſolui, vt Su-

perius dicimus. verum abſque rationabili cauſa non licet abſoluere abſentem, ne cenſura contemnatur, neue alicui occaſio ſcandali detur, rationabilis autem cauſa abſoluendi abſentem a cenſura eſſe poteſt, ne is graue aliquod detrimentum patiatur, & ſi nō habeat Confeſſarium, a quo abſolui poſſit, nec etiam facile adire poſſit, tunc per litteras, vel per nuntiū, vel procuratorem abſoluere eum licet. Tum autem abſolutus cenſetur, quando litteras abſolutorias recepit, niſi de voluntate, & intentione abſoluentis aliter conſtet. Ita Epiſcopus abſentem per litteras abſoluere poteſt ab excommunicatione, etiam Summo Pontifici reſeruata ex delicto occulto, non tamen a peccatis abſentem abſoluere licet. *Ita D. Bonauent. Nauar. Henriq. Sotus, Syluest. Palud. Alexand. Perez, Suar. Filiuc. Regin. lib. 9. num. 314. Bonac. d. 1. quaſt. 3. p. 4. Trulleneh. Sayr. Bard. Cruc. Diana, Lezan. Auila, Leand. q. 101.*

101 Probabile eſt etiam abſentem, ex vi Bullæ Cruciatæ, alteriuſue priuilegij a cenſuris abſolui poſſe, quia facultas abſoluendi a cenſuris, quæ conceditur illud diploma habentibus, à Sacramento pœnitentiæ quod ad ſuum effectum non pendet. *Ita Henriq. Medina, Canus, Victoria, Sancius. Sanch. Auila, Bard. Lezan. Trullen. Leander quaſt. 102.* Verum probabilior eſt ſententia aſſerentium talem abſolutionem impertiendam eſſe in actu Sacramentalis confeſſionis, quæ non poteſt dari abſenti. *Ita Nauar. Conar. Suar. Vaſq. Filiuc.*

103 Poteſt Homo inſcius a cenſura abſolui, etianſi ignoret ſe ab illa abſolui, vel ſe poſſe abſolui ex vi priuilegij, quod habet, vt Iubilei, vel Bullæ Cruciatæ, modo eius intentio, & mens ſit vti priuilegio quantum poteſt, & indiget. *Suar. d. 7. ſ. 7. num. 5. Bonac. d. 1. quaſt. 3. pa. 4. Bard. & Leander.* Qui tamen duo aiunt abſolui à cenſura non poſſe ignorantem priuilegium intuitu, & gratia ſui conceſſum, & eius applicationem, & exercitium, vt Bullæ Cruciatæ. eius enim vſus, & applicatio pendet á voluntate tale diploma habentis, quod verum exiſtimo, ſi nullo modo vellet ſiue inſcius, ſiue ſciens à cenſura abſolui. Priuilegio conceſſo nemo inuitus vti cogitur.

104 Valida eſt abſolutio à cenſuris ſiue verbis, ſiue ſcriptura fiat, nam & abſentibus dari poteſt, ergo verba, vel ſcripturam ſufficit adhibere. ſic enim in iure canonico ſancitum eſt. *Cap. cum deſiderus, & cap. ſi aliquando de ſent. excommun. Gloſſ. in Clement. vlt. de ſent. Suar. d. 7. ſ. 9. Aegyd. Coninch. Corneio, Bonac. d. 1. quaſt. 3. p. 5. Luyſ. Leand. q. 109.*

105 Abſolutio ab excommunicatione impendi poteſt per ſigna externa, & per nutus valide quidem, ac licite à Summo Pontifice, valide verò, ſed illicitè a quouis alio, qui loqui, aut ſcribere poſſit, iuriſdictionem habente valide etiam, ac licitè à Superiore, nec loqui, nec litteras exarare potente propter infirmitatē, aliudue impedimentum, per ſigna abſolui quis poteſt, vt ſi benedictionis ſignum manu in crucem ducta ſuper anathema petens abſolutionem faciat, vel ſi abſolutionem a notario, vel alio ſcriptam, ac lectam nutu confirmet. ſolus Pontifex licitè poteſt abſoluere ſalutando, vel dando oſculum pacis non enim obligatur iure communi abſolutionis formam verbis, vel ſcriptis præſcribente, quam inferiores Pontifice

ob-

Digitized by Google

obſeruare debent, ſi poſſunt. *Ita Alterius tom. 1. lib. 4. d. 7. Raſtel. Leand. quæſt 110. Bonau. quæſt. 3. p. 5. Filiuc. Luyſ. Diana, Couar. Abbas, Felin. Ricard. Florent. Villalob. Henriq. verum Bardus, & Hurtadus* Abſolutionem per ſigna ſine diſtinctione admittunt. *Tabiena, Auil. Salas.*

106 Neque ad abſoluendum a cenſuris virtute Bullæ Cruciatæ neceſſe eſt, vti formula in Bulla præſcripta, quia ibi ad deuotionem ponitur, non ad neceſſitatem. *Bard. Leand. q. 112.*

107 In abſolutione a cenſura non eſt neceſſe explicare cauſam cenſuræ, hoc enim nullo iure præcipitur, niſi forte ſuperior hominem pluribus innodatum cenſuris ab vna tantum abſoluere velit, tunc enim cenſuræ, quæ tollitur cauſa explicanda eſt. *D. Thomas quæſt. 24. art. 6. Sot. d. 22. quæſt. 2. art. 6. Palud. Syluest. Couar. Suar. Filiuc. tract. 11. num. 329. Alter. Luyſ. Raſtel. Diana par. 5. tract. 9. reſol. 31. Cornejo, Henriq.*

108 Si Sacerdos proferens verba illa, *Abſoluo te*, intentionem habeat abſoluendi ſimul à peccatis, & a cenſuris, abſolutio ab vtriſque valet, & quamuis illicita ſit, niſi neceſſitas excuſet. Tunc abſolutio cenſurarũ eſt prior natura, quam abſolutio a peccatis, licet vtraque eodem tempore fiat. Certior tamen abſoluendi modus eſt, ſi Sacerdos abſoluens dicat, *Ego te abſoluo ab omnibus cenſuris, & à peccatis tuis. Nauar. Sot. Henriq. Aegyd. Fr. Longus, Granad. Suar. d. 7. ſ. 2. num. 37. Bard. Leander contra Syluest. Vegam. Ita Baſſ. de iubil. Granad. Leand. contra Bonac.*

109 Reus excommunicatus ante abſolutionem non debet, ob quodcunque crimen iurare ſe amplius illud commiſſurum non eſſe, ſed ſolum ob enormia ſcelera, qualia ſunt mutilatio, notoria percuſſio Clerici, raptus manifeſtus rei Eccleſiaſticæ, vt Decimarum, vel fœminæ, iniuria publicè illata in Eccleſiaſticas perſonas, incendium excitatum, notoria vſura. *Cap. ex parte de verb. ſign. cap. ſolet de ſentent. excomm. lib. 6. cap. peſſimam. 23. quæſt. 8. cap. ſi quis membrum ibid. cap. ſuper eo de Raptore, cap. quamquam, cap. quiſquis inuentus fuerit 17. quæſt. 4. Nauar. cap. 27 num. 27. Syluest. Medin. Sot. Cord. Alter. Auil. Suar. d. 19. ſ. 2. num. 10. Aegyd. Hurtad. Palao, Henriq. Couar. Leand. q. 118.*

110 Huiuſmodi autem iuramentum ab omnibus tàm fœminis, quàm viris, antequam à cenſura excommunicationis abſoluãtur, in caſibus enormibus relatis præſtandum eſt, præterquam à pueris, ſed hoc arbitrio Epiſcopi relinquendum eſt. *Syluest. v. abſol. Auila, Palaus, contra Leandrum quæſt. 109.*

111 Abſolutio ab excommunicatione ſine iuramento præmiſſo imperata, licet illicita ſit, tamen rata, ac valida eſt, quia iuramentum non eſt de ſubſtantia abſolutionis. *Ita contra Hoſtienſem v. excommunic. Gloſſ. Bon. Gad. Angel. Syluest. Alter. Abbas, Suar. Henr. Auil. Leand. Gloſſa.*

112 Si quis dubitans, an excommunicationis vinculo obſtrictus ſit, abſolutionem à cenſura ad cautelam petat, pro excommunicato minime habendus eſt, multa enim vitandæ moleſtiæ, vel ſedandæ conſcientiæ dici, agique ſolent, quæ minimè neceſſaria ſunt, vt admiſſio alicuius culpæ tacita confeſſio. *Sic homicidium caſuale non imputatur ei, qui non occidit, nec ſuit in culpa, etiamſi ad cautelam veniam*

*veniam poſtulauerit.* Vt habet titulus Capitis. *Exhibita de homicidio voluntario. Gloſſa ibi. v. poſtulauit à nobis; Couar. cap. Alma mater, Abbas in cap. ad præſentiam de appellat. Portel. Baun. Alter. Alexand. Innocen. Felin. Leand. quæſt. 107. vide Alfonſ. à Leone de cenſuris.*

*De abſolutione ab excommunicatione ex vi Iubilei, vel Bullæ Cruciatæ alias alibi ſcripſimus; quæ videre poteris.*

113 Regularibus concesſa fuere priuilegia, quædam à Summis Pontificibus, vt ab Alexādro VI. Patri Generali, Prouincialibus, & Cuſtodibus Vltramōtanis Fratrum Minorum de Obſeruantia Anno 1492. & à Gregorio XIII Patribus Societatis Ieſu Superioribus, hoc eſt Præpoſito Generali, ac Prouinciali, vt ſubditos ſuos ab hæreſi occulta abſoluere poſsit, etiam relapſos; Vrbanus verò IV. conceſſit Patribus Dominicanis ad excipiendas fidelium confeſſiones expoſitis facultatem abſoluendi omnes ad ſe ipſos accedentes ab omnibus peccatis, & cenſuris, niſi talia eſſent, vt pro eorum abſolutione Apoſtolica Sedes merito conſulenda eſſet, talem autem non eſſe hæreſim occultam, Sixtus IV. declarauit Clementis IV. litteras explicans. Caſus, pro quibus Apoſtolica Sedes conſulenda eſt, ſunt relapſus in hæreſim, ſchiſma, litterarum Apoſtolicarum falſificatio, vectiorum ad infideles delatio dicta autem priuilegia à Pontificibus concesſa; ſi per Bullam Generalem, vel per Vrbani VIII. Decretum editum die 17. Nouembris Anno 1628. reuocata non ſunt, vt Doctores aliqui aſſerunt mox citandi, probabile eſt Regulares priuilegiorum eorundem conceſſione, vel communicatione gaudentes adhuc iiſdem vti poſſe, quemadmodum vti poſſunt priuilegio, quod iiſdem Pius V. Pontifex conceſſit die 21. Iulij Anno 1621. his verbis. *Quia Sacrum Concilium Tridentinum conceſſit Epiſcopis, vt abſoluere poſſent in foro conſciētia tantum ab occultis reſeruatis A. S. & diſpenſare ſuper irregularitate, vt habetur ſeſſione xxiv. cap vj ne Priores Conuentuales, & alÿ Superiores deterioris conditionis ſint, quam Laici, & Clerici concedimus eis, vt ipſi per ſe ipſos idem omnino poſſint in Fratres, & Moniales ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & Laicos ſibi ſubiectos, quoad ad abſoluendum, & diſpenſandum, & alia ibidem conceſſa. Ita Leander a S. Sacramento tract. 2. de excommun. diſp. 17. quæſt. 73. 74. 75. 76. & 77. Bauny p. 1. tract. 4. qu. 32. Pereg. Suar. Portel. Arag. Rodrig. Sbuſa. Petrus. Gaud. Sanch. Franc. a S. Bernard. Crouſ. Beſſ. Leād. Mur. Dian. p. 1. tract. 5. reſ. 8. & pa. 8. tr. 7. reſol. 50. LeZan Barboſ. Machad. Ioan. Cruc. Trullench. vide compend. priuil. Regul. Mirand. Rodriq. Villalob. Peirin. Tamburin.*

## IGNORANTIA

*Excuſat à peccatis, & à cenſuris.*

114 Ignorantia eſt vitium intellectus, vel ingenij, cum quis neſcit, quod ſcire debet; ignoratio ad actum, & rem pertinet, quæ neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur. Ignorantia itaque dicitur. Alia eſt priuationis, alia prauæ diſpoſitionis; hæc eſt voluntarius error. Ignorantia alia eſt iuris, alia facti, alia pœnæ. Iuris ignoratio eſt, cum lex, aut præceptum aliquid iubens, vel prohibens neſcitur, vt quando, quis percutit Clericum neſciens percuſſionem

nem Clerici ab Eccleſia prohibitam eſſe. Ignoratio facti contingit, cum ignoratur factum, quod lege nota prohibetur, vt cum quiſpiam percutit Clericum, quem Clericum eſſe ignorat, cum tamen ſciat, Clerici percuſſionem lege prohiberi; ignoratio pœnæ eſt cum pœna conſtituta in eos, qui aliquid lege vetitum faciunt, neſcitur, vt ignoratio cenſuræ in Clerici percuſſores latæ. Ignorantia alia eſt iuris communis, alia eſt iuris particularis.

115 Ignorantia alia eſt antecedens, diciturque inuincibilis, & inuoluntaria, & probabilis, quod omnem liberæ voluntatis actum anteuertit, qua remota actio mala non fieret, vt cum aliquis Clericum inſciens percutit, neſciens illum Clericum eſſe, vel prohibitam eſſe Clerici percuſſionem. Ignorantia comes, vel comitans dicitur, quæ ſi non adeſſet, actio nihilominus fieret, vt cum quis inimicum telo percutit, feram eſſe credens, quem nihilominus percuteret, ſi eum inimicum ſibi eſſe ſciret. Ignorantia conſequens vincibilis, & voluntaria dicitur, quæ voluntatis actum conſequitur, vt accidit, cum quiſpiam aliquid ignorare vult, vt à peccato excuſetur, vel quando, quod ſcire debet, ac poteſt, non curat ſcire. Omnis ignorantia vincibilis conſequens eſt, voluntaria enim quodammodo eſt. *Caietan. Medina p. 2. quæſt. 6. artic. 8. Nau. Cand. t. 1. d. 22. a. 31. d. 4.*

116 Ignorantia alia eſt craſſa, & ſupina, alia affectata, alia probabilis, vel inuincibilis. Ignorantia craſſa, & ſupina laborat, qui ex incuria, vel negligentia ignorat, quod ſcire debet, & poteſt, omneſque illius ordinis ſciunt. Ignorantia affectata eſt, vbi quis ex induſtria ignorat, quod ſcire, & ſciſcitari non vult, cum tamen illud ſcire debeat, ac poſſit, vt liberius peccet, quemadmodum ille, qui, vt pſaltes cecinit, *noluit intelligere, vt bene ageret*. *Pſal. 35.* Inuincibilis ignorantia dicitur non, quæ ſimpliciter vinci nequeat, ſed qua homo poſt adhibitam in re inueſtiganda diligentiam, vel poſt conſultos ſapientes adhuc laborat, quaſi indocilis. *Medina, Nau. Cand. Diana pa. 4. 7. reſol. 36.* Licèt ignorantia affectata craſſa, & ſupina ſit vincibilis, non tamen omnis ignorantia vincibilis eſt affectata, vt ex aſſignata differẽtia conſtat. *Sot. Sanchez de matr. lib. 9. d. 32. num. 33. Candidus contra Suar.*

117 Ignorantia alia eſt cauſa operis, quod, ſi ea abeſſet, non fieret, alia non eſt eius cauſa, ſed comes, quoniam etiamſi cognitio huic ignorantiæ oppoſita adeſſet, opus non impediretur quominus fieret. *D. Thomas, Medina, Caietanus, Valentia, Candidus dub. 4. ibid.*

118 Vt ignorantia dicatur vincibilis, non ſatis eſt, vt quis ex ſtatu, ſeu conditione, & officio ſuo animaduertere debeat, niſi cognitio aliqua, vel ſcrupuloſa cogitatio, vel dubitatio de malitia, vel obligatio adſit; itaque omni culpa voluntatis conſenſus vacat, niſi aliqua cognitio, vel conſideratio expreſſa malitiæ moralis, vel periculi, & vel ſaltem expreſſa dubitatio, vel ſcrupulus præceſſerit. Nec læthalis culpæ quiſquam reus eſt, niſi, vel opus, quod agit, malum eſſe animaduertat, vel ibi malitiæ periculum eſſe, vel dubitationem aliquam, vel ſcrupulum habeat, neque ſufficit ad culpam cognitio, quam virtualem, & interpretatiuam vocant. Homo enim, cui nulla

cogi-

cogitatio, vel ſuſpicio de operis malitia in mẽtem venit, malum deliberatè non operatur. *Ita contra Valentiam, Zumel. Alph. Curiel. Iac. Gordonum, Suar. docent Salas in* 1. 2. *tract.* 13. *d.* 8. *Sanchez. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 21. *in ſum Vaſquez, Sayrus, Reginald. Tannerq; Layman, Diana p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 36.

119 Contingere poteſt alicui ignorantia inuincibili laborare non modo circa humanum, ſed etiam circa diuinum ius poſitiuum, & fidei noſtræ myſteria; immo etiam circa ius naturale, præſertim circa ea, quæ difficilius ex præceptis vniuerſalibus naturæ, in quibus ignorantiam nemo prætendere poteſt, deducuntur. Huiuſmodi ſunt bigamia, lucrum ex mutuo vetitum, propriarum iniuriarum vltio, ſcortatio, vel ſimplex fornicatio, maſtupratio, ſeu venerea pollutio. Mendacium officioſum, & alia huiuſmodi. *Tannerus in* 1. 2. *D. Thom. d.* 4. *quæſt.* 9. *d.* 1. *num.* 14. *Merolla t.* 1. *d.* 1. *Diana reſol.* 36. *& alij plerique, Laym. lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 3. *Sanch. in ſum. t.* 1.

120 Vincibilis ignoratio eorum, quorum cognitio ex ſe, & ratione ſui præcipitur, eſt ſpeciale peccatum virtuti in talium rerum cognitione verſanti oppoſitum, videlicet negligentia in cognoſcendis fidei myſterijs neceſſario credendis eſt peccatum fidei oppoſitum; ignoratio autem eorum, quorum cognitio non per ſe præcipitur, vel prohibetur, non eſt ſpeciale peccatum, ſed eiuſdem ſpeciei, ac generis eſt, cuius eſt inobedientia, vel legis præuaricatio, cui cauſam, vel anſam, vel periculum præbet. Exempli gratia, vincibilis ignorantia, an ieiunandum ſit die, quo carnes comedis, ad intemperantiæ peccatum pertinet. vincibilis ignorantia, qua neſcis, Sacerdotem eſſe, quem percutis, ad ſacrilegium ſpectat. Neque tunc ad formalem peccati malitiam refert, an re vera ieiunium eo die ſeruandum ſit, an ne ille Sacerdos ſit, quem percutis; ſatis eſt enim, ſi suborta dubitatione, vel ſcrupulo, nec eo diſcuſſo, vel depoſito, patrandi illius peccati periculo te cõmiſiſti. *Ita Laym. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *Vaſq. in* 1. 2. *d.* 126. *Diana reſol.* 36. *v. Tanner. in* 1. 2. *d.* 4. *quæſt.* 9. *Malder. contra Guriel. vide Filiuc. t.* 2. *tract.* 21. *cap.* 10. *num.* 361. *Sanchium ſum. t.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17.

121 Ex ignorantia grauiter culpabili alicuius præcepti, vel legis oriri nequit præuaricatio, ſeu violatio illius, quæ tantum leuiter culpabilis ſit. non enim alia eſt malitia omiſſionis Miſſæ præceptæ, vel indicti ieiunij, quam quæ in illa culpabili negligentia eſt. *Ita Suarez in* 3. *p. tom.* 3. *diſp.* 82. *ſect.* 3. *C. Palaus t.* 1. *tr.* 2. *d.* 1. Quamuis aliqui probabiliter etiam doceant, ignorantiam non craſſam, & ſupinam circa humana præcepta, quæ circa diuina grauis culpæ expers non eſſet, grauiter culpabilem non eſſe, atque ab humanarum legum violatione ignorantes excuſari. Humana enim præcepta non tam arctè obligant, quam diuina. *Sanch. ſum. t.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 19. *Valentia t.* 2. *d.* 6. *quæſt.* 6. *p.* 3. *Bonac. & alij.* Verum apud omnes in confeſſo eſt, eos grauiter non peccare, qui ex cauſa, quam ipſi iuſtam putant, Eccleſiæ præceptis videlicet de ieiunio, de feſtorum dierum obſeruatione interdum non obtemperant, quamuis re vera cauſa, quam prætendunt, non ſufficienter excuſet,

mi-

minus enim humana præcepta, quàm diuina obligant, vt cauſæ excuſantes inquirantur, vtque ignorantia auferatur. *Caietanus v. ieiun. & v. feſtum Henriq. lib. 9. cap. 25. num. 10. Azor. t. 1. lib. 7. cap. 7. quæſt. Leſſius, Armilla, Sa, v. ieiun. Dian. reſ. 35.*

122 In Sacramentali confeſſione neceſſe nō eſt explicare, an peccatum ex ignorantia culpabili, vel ſcienter commiſſum fuerit, niſi ignorantia affectata ſit liberius peccandi cauſa. *Suarez in 3. pa. t. 4. d. 22. ſ. 4. num. 14. Tannerus t. 2. d. 4. C. Palaus, Diana reſol. 35.*

123 Ignorantia vincibilis, ſiue facti, ſiue iuris cenſuras, aliaſue pœnas ſpirituales imponentis, ſiue factum illud graue ſcelus, ſiue leue ſit, niſi tamen ignorantia illa craſſa, & ſupina ſit, ab omnibus illis pœnis, noxiſque eximit, excuſatque, ſiue pœnæ illæ iure communi, & Pontificio, ſiue iure particulari Epiſcoporum ſancitæ ſint. Craſſa verò, & ſupina ignorantia eſt illa, quæ ex lata culpa in inquirenda negligentior, vel non inquirendæ rei, quàm ſcire quis debet, notitia oritur. *L. Portellius in dub. Regul. Merola t. 1. d. 1. cap. 2. Diana p. 4. tract. 2. reſol. 85. Bonac. Sanch. de matr. t. 3. lib. 9. d. 32. num. 31. Graph. p. 1. lib. 4. cap. 8. n. 20. Barboſ. contra Sot. Suar. Villal.*

124 Ignorantia inuincibilis iuris, vel pœnæ, excuſat ignorantem pœnam irregularitatis impoſitam facienti aliquid, etiam naturali iure vetitum, quo minus irregularis ſit. Ideo, ſi Sacerdos ſacrorum communione interdictus rem ſacram operatur neſciens irregularitatis pœnam irrogatam eſſe ei, qui excommunicatus rem diuinam facit, non fit irregularis; pœnam enim pati non debet, qui ignorauit operando culpa caret. *Nauar. Reginaldus, Peregrinus, Sanchez, Bonacina, Merolla, C. Palaus, Coninch. Portellius, Diana ibidem contra Sotum, Suarium, Azorium, Vaſquium, Auilam, Cordubam, Aluarium, M. Ledeſmam, Hurtadum.* Irregularitas ex homicidio, vel mutilatione, quamuis videatur ex delicto ſolum contrahi, nihilominus ex defectu lenitatis præcipuè contrahitur. Ideo, ſi quis aliquem occidat, irregularis erit, etiamſi irregularitatis pœnam homicidio impoſitam inculpabiliter ignorauerit. *Merolla, Mercerus, Diana ibidem, contra Portellium.*

125 Ignorantia vincibilis, quantumuis craſſa, niſi magna temeritas ſit, & lata culpa, ſeruat, excuſatque à pœna ſcienter aliquid facienti, vel præſumenti impoſita; ignorantia enim etiam culpabilis præſumptionem, quæ nō ſine dolo, ac temeritate eſt, neſcit. *Ita contra Toletum, & Alterium docet Molina t. 5. d. 71. num. 11. Sanchez, B. Pontius, Curiel, Auila, Henr. Diana p. 3. t. 5. reſ. 23.* Quare etiam ignorantia affectata eximit, ſeruatque à cenſura lata in eum, qui aliquid ſcienter fecerit, vel præſumpſerit. *Ita Bonac. de cenſur. d. 1. quæſt. 1. p. 8. in fin. Diana ibidem, Hurtadus de cenſ. diffic. 21. num. 92. contra Sanchium, Coninchium, Suarium.*

126 Quoties ignorantia iuris, vel facti excuſat legis, ſeu canonis tranſgreſſionem, ne culpa grauis ſit, excuſat etiam tranſgreſſorem, & immunem ſeruat ab excommunicatione, aliiſque cenſuris, ac pœnis in delicti vindictam impoſitis, vt ab irregularitate, ſuſpenſione, interdicto, cum enim pœnæ iſtæ grauiſſimæ ſint, ob venialem culpam non irrogantur. *Ita Suarez in 3. p. t. 5. d. 4.*

*d.4.ſ.10. num. 8. Sanch. de matr. t. 4. lib. 9. d. 32. Henriq. Sa, Filiuc. Soto lib. 5. quæſt. 1. art. 9. Syluest. Aluar. Villalob. Diana p. 3, tract. 6 reſol. 51. & 95. ita ex cap. vt anim. de conſtitut in 6. Syluest. v. excomm. Candidus t. 1. diſp. 22. artic. 31. d. 5. Tanner. Cœleſtinus, Hurtadus contra Turrianum, Gordonum, Coninch.*

127 Ignorantia vincibilis myſteriorum fidei, quorum cognitio, ac fides ad ſalutem neceſſaria eſt, ſpeciale peccatum eſt in Sacramento pœnitentiæ aperiendum; non ſolum enim malitiam peccati, cuius periculo ſe exponit ignorans, habet, ſed etiam aliam ſpecialem, quæ in negligentia addiſcendi articulos fidei ſtudioſitati oppoſita conſiſtit. *Ita contra Merollam docet Filiuc. t. 2. tract. 21. cap. 10. num. 365. Sanchez ſum. t. 1. lib. 1. cap. 27. Vasq. Tanner. Henriq. Curiel. Diana p. 3. t. 4. reſ. 165.*

128 In confeſſione explicare debes, quod Decalogi, vel Eccleſiæ præceptum culpabiliter ignoraueris, non autem fidei articulum. Decalogi enim, vel Eccleſiæ præcepta ignorans diuerſorum peccatorum periculo ſe exponit ſecundum præceptorum diuerſitatem, ſecus verò, qui articulum hunc, vel illum fidei ignorat. Cum omnes articuli ad eandem fidei virtutem ſpectent, & omnes vno præcepto credere iubeamur. *Merolla d. 1. cap. 2. d. 3. Diana ibid.*

129 Ignorantem culpabiliter plures fidei articulos totidem peccatis numero diſtinctis laqueatum eſſe, alij aiunt. *Merolla ibidem.* Alij negant. *Suarez de fide d. 19. ſ. 1. nu. 7.* Vtraque ſententia probabilis eſt. *Diana ibidem.*

130 Qui peccatum aliquod lethale eſſe ignorans illud in Sacramentali confeſſione omiſit, etiamſi ignorantia eius vincibilis eſſet, nec eum grauiter peccantem excuſaret, nihilominus totam confeſſionem neceſſariò iterare non debet, ſed ſatisfaciet, omiſſum peccatum in confeſſione poſtea confitendo. Idem de circumſtantia peccati ignoratur omiſſa, & ac peccatorum numero non expreſſo dicendum eſt. *Syluest. v. confeſſ. 1. qu. 3. Nauarr. in cap. fratres de pœnit. num. 8. d. 5. Reginald. t. 1. l. 6. cap. 5. Vaſq. Bonac. Dian. p. 3. t. 4. r. 108.*

131 Qui ignorantia inuincibili laborás anathematis pœnam pontificia lege aliquid facienti ſtatutam nescit, quamuis illud naturali, aut diuina lege vetitum ſciat, ſi illud faciat à cenſura Pontificiæ pœna immunis eſt, quę ſine contumacia, & inobedientia non contrahitur ſecundum illud (ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus) *Ita ex D. Thomas, V. Candid. diſp. 22. a. 31. d. 6. Sylu.*

132 Non modò ignorantia probabilis iuris particularis, & communis, ſed etiá facti, & qualitatis facti, à cenſuris excuſat. Nam iniiciens violentas manus in Clericū, quem Clericum eſſe probabiliter ignorat, cenſuræ notam non contrahit; Ergo etiam occiſor Clerici, quem feram eſſe exiſtimabat, ob probabilem ignorantiam cenſuræ obnoxius non erit. *Ex c. ſi verò de ſent. excōm. Med. t. 2. q. 76. a. 9. Sayr. cenſ. lit. c. 18. n. 18. Cand. d. 8.*

133 Qui ignoranter Monachā ſubigit, quam Monachā eſſe probabiliter ignorat, alioquin cū ea rē non haberet, eam tamen vxorem ſuam nō eſſe ſcit, fornicationis quidem reus, nō verò ſacrilegij, nec cēſuræ obnoxius eſt. *Sayr. ibid. n. 6. Cand. d. 9. vide illum.*

SVM-

Digitized by Google

# SVMMARIVM BREVIVS

## Eorum, quæ in Confeſſione Sacramentali interrogari, ac dici debent, Addendum Cap. LIX.

ABſolui quicunque cupis, dolereque culpas,
Te peccaſſe dole, itaque vitare pericla
Proxima peccandi, grauioraque crimina cuncta. (fateris
Vel veniale aliquod, venialia quando
Sola patraſſe dole, culpas fatearis, & omnes
Mortiferas peccata potes leuiora ſilere;
Vel veniale aliquod ſatis eſt te dicere, quando (quam
Nil lethale ſubeſt, mentiri non licet vn-
Tepius, admiſſus, proprius, doctuſq ſacerdos, (truſq &
Sobrius, arcanus, prudens, medicuſq pa-
Iudicis officio fungens interroget, an ſit,
Pœna ſoluta, ſtatum, tempuſque ex vltima facta
Atq. reſeruatos à iure, aut præſule caſus
Cenſuras, numerum, ſpecies, adiuncta requirat
Quis, quid, vbi, quoties, per quos, cur, quomodo, quando (oris
Peccaris, peccata operis dic, cordis &
In præcepta Dei, ſanctæque Eccleſiæ, ab illis (iubentur,
1 Relligio, ſpes, vera fides, pietaſque
Crede & ama, ſpera, venerare Deumque, Crucemque,
Relliquiaſque ſacras, diuum ſimulacraque, & aras
Sacramentales res, ſacramentaq. tēpla,
Strix, Magus, hæreticus, ſors, diuinatio, abuſus (pacta,
Sacrorum, vetitiq. libri, cum Dæmone
Signa, ſuperſtitio, idolū, Iudæus & abſit.
2 Periurus, temerè iurans, per vanaque voti,
Ac iuramenti violatio, ne obliget vltra
Irrito iuratum, votum commuto, relaxo
Quando relaxandi eſt, commutandique poteſtas. (chaq. fiat,
3 Feſtū, Miſſa, preces, confeſſio, Paſ-
Mundus edas Chriſtū prudens ieiunus, & aptus (nubs,
Ne vetitum comedas, vetito nec tēpore
Si quid et īpediat, vel matrimonia ſoluat
Error, cōditio, votum, cognatio, crimen,
Cult? diſparitas, vis ordo ligamē hones-
Si ſis affinis, neq̄as vel forte coire. (tas
Cui debes, decimas ſolue, et ieiunia ſerua
Si potes, expletus ſi ſit ter ſeptimus ānus,
Sermo, ſaluſque, preces, communio, menſa negatur
Præciſis cāna ſacra, ni excuſet in illis
Kxile, lex humile et res ignorata, neceſſe
Sacrilegum violare, emere eſt, ac vendere ſacra
Pontificum leges ſerua, decretaq. ritus,
4 Ne contemne tuos, ſed honora rite parentes,
Ad mores, curāq domus ſpectantia iuſſa
Fac, & eis fer opem obſequijs, & amore, & honore (verbis
Proſequere, accuſare caue, turbareque
Aſperius, factis nec contriſtato, nec illis
Nube inconſultis, vxori nupta, colere
Sit locus, & tempus, tactus finiſque, moduſque (fratres,
Debita redde, doce natos, & corripe
Subiectoſq. tibi, pare domnoq. Duciſq.
Maiorique tuo ſtipendia ſolue, tributa
Pauperibus largire frequē, pacemq. præſtato
Legitimam partem natis da, alimentaque, veſtes.
Defunctos ſepeli, legataq. ſolue parentū,
Hos ſine teſtari, nec teſtamēta refringe,
Diſce ſecunda tui partes te muneris īple;

Diſce

Serui, redde, doce, nutri, rege, corripe ſana, (na.
Ne verbo, exemploq. aliquis ſis cauſa rui-
5 Schiſmata, ſeditio, diſcordia, rixa, duellum, (nex vis
Inuidia, ira, odiũ, maledictio, vulnera,
Probraq. re, & voto abſint, ne detrahe cuiquam
Imponens, augens, manifeſtans, in mala vertens (ſilenſque
Recta, negãs, minuẽſq. minus laudanſq.
6 Inceſtus, raptus, ſtuprum, fornicatio, adulter (Turpa
Sacrilegus coitus, cũ bruto, aut Dæmone,
Iudæoque, venus Sodomæ patientis agentis. (viſus,
Mollities, turpes tactus, verba, oſcula,
Extra fœmineũ genituræ effuſio vas, &
Illecebra Veneris, nutus, & epiſtola, do-
Cantio, laſciui motus, choreæq. iociq (nũ.
Et quæcunq. malo ſunt pro fine vetãtur.
7 Frauſque, vſura, dolus, furtumque, rapinaque, noxa,
Monopola, iniuſtum precium, contractus iniquus,
Iniuſtus ludus, pondus, menſura doloſa.
Compenſa damnũ, cuius tu cauſa fuiſti
Conſilio, iuſſu, conſenſu, laude, recurſu,
Participãſq. reo nõ obſtãs, furta, ſilẽſue,
Qua cuſtos, teſtiſq. rei tu prodere debes,
Reddere rem domino, vel compenſare memento,
8 Ne mendax teſtis, Iudexque iniuſtus, iniquus
Nec delator eris, iurabis Iudicis ad cor,
Si te iuridice, quod ſcis, interroget actũ.
Da ius cuique ſuum, Iudex & munera ſperne, (na.
Nec fac iudiciũ temere, præſumene va-
Secretum ſerua, delicta alienaq. cela.
9 Alterius res, vxorem ne quære, nec opta;

Ambitio eſto procul, vanaq. ſuperbia faſtus,
Ingluuies, ignaua bonæ faſtidia vitæ.
Hæc clare expone, vt capiat tua verba Sacerdos
Nutu, vel ſignis, quæ nõ potes ore fatere.
Non opus eſt linguæ, mutiſque interprete, ſcripto, (Ora
Sed ſignis qualem poſſis Metanœa, do-
Ne ſocium culpæ retegas, tempuſq. fatere
Continuũ ſcelerũ meretricis pellicis, ira
Horrendi, numerum verum dic, circiter, vel addens, (vel ãno
Plus min⁹, hebdomada toties vel mẽſe,
Te peccaſſe, die vel quolibet exprime, quantum
Sic furtum ſi forte ſacra furatus in æde,
Remme ſacrum fueris ſpeciem mutantia culpæ (ſeruant,
Dic adiũcta graui, vel quæ peccata re-
Quæq. [illegible] lethalia crimina ſunt,
Si locus, ac tempus patitur, poſſitque Sacerdos
De culpa doleas virtutis amore, Deiq.
Quatenus offenſa eſt, dira aut formidine pœnæ.
Imperfecta licet ſit deteſtatio culpæ,
Cũ Sacramento lethalia crimina delet.
Hæc adhibe contra peccata remedia certa. (ter
Ieiuna, largire æra, ſacra ſume frequẽ-
Fide Deo, diffide tibi, fer, conſule doctos, (ictus,
Volue libros, tenſoe, tace & præpara ad
Principijs obſta, propone, pericula vitæ,
Te cruce, reliquijs diuũ muni, ocia vita
Qui te corripiat q. roga, cõtemne caduca,
Quam turpis ſit culpa puta, quæ damna, feratq.
Viue memor lethi paradiſi, Iudicis, Orci
Ac veluti vixiſſe velis te mortis in hora
Quotidie veluti moriturus, tranſige vitam.

LAVS DEO.

Digitized by Google

# LAVRENTII LONGI PARMENSIS THEOLOG. CONGREG. SOM.

# METANOEA APPENDIX PATHETICA.

## Pia deſideria, ac propoſita, preces iaculatoriæ pœnitentibus, & alia iiſdem à Confeſſarijs ſuadenda. Cap. XCIII.

1 VT prudentis, ac boni Confeſſarij munus eſt mala, & noxia vitiorum germina extirpare: ita eiuſdem officium eſt ſanctarum virtutum flores, & bonas, ac frugiferas herbas iiſdem inſerere, ac plantare. Pœnitentem ideò ſedulo, ſed manſuetè ad diuinæ legis obſeruationem, ad progreſſum in virtutibus hortetur. maxime autem curet, vt idem peccata ſua, tanquam Dei Optimi Maximi offenſas deteſtetur, & conſtanter proponat in poſterum non amplius peccare, & ſi cordis contritione careat, hoc eſt perfecto dolore propter Deum offenſum, procuret vt ſaltem attritionem, hoc eſt dolorem imperfectum de peccatis metu infernarum pœnarum, vel propter turpitudinem culpæ concipiat, quo accedente ſacramentali abſolutione homo Dei gratiam conſequatur. Studeat etiam Confeſſarius ad varios actus pœnitentiæ, charitatis, fidei, ſpei, humilitatis, aliarumque virtutum pœnitentes excitare, quales his verſibus comprehenſos, ceu preces, quas iaculatorias vocant, exempli gratia ſubijcio.

2 *Ablue Chriſte meas pretioſo ſanguine labes;* Contritionis actus.

*Quo noſtrã emiſti tolerata morte ſalutem,*
*Ne fruſtra vitã pro me videare dediſſe.*
*O me pœniteat grauiter peccaſſe, meumq.*
*Offendiſſe Deum, Dñm, Regemq Patremq.*
*Innumeris culpis, tanto capiarq. dolore,*
*Quãto Diua ſuas defleuit Magdala culpas,*
*Vel quãto doluit Petrus te Chriſte negaſſe,*
*Vel Dauid, lectũ lacrymis q nocte rigabat*
*Ex oculiſq. meis lacrymarũ depluat imber.*

3 *Qui maculas animæ, culpas & deleat omnes.* Propoſitum non peccandi.

*Quam peccare mori potius propono, voloq.*



Digitized by Google

Hac mea ſit ſẽper cõſtãs, & firma voluntas
Diuina menti ſubiecta, ac conſona legi.
Chr̃e anima da ſpõſe mea te ſẽper amare.
Da nobis vitare omnis contagia culpæ,
Teq. Deum pura ſectari mente per æuum.
Fac vt præ cunctis toto te corde requiram,
Vt te ſẽper amem dona mihi munꝰ Amoris
Vulnera Chr̃e meo cordi tua fige, Crucemq.
4 Mortuus ipſe mihi, viuam tibi ſemper amando.

Amor Dei.

Tu mihi vita Deus, quẽ toto diligo corde
In me viue mei cordis moderator, et hoſpes
Delicias Rex ſumme tuas ais eſſe morari
Cũ natis hominũ, ſ medio mi corde quieſce,
Corq. crea mũdũ, nouus ĩ me ſpiritus adſit
Pectore diuini ſpirans incendia amoris,
O vtinã te ſẽper amẽ, te ſemper amaſſem,
Quantũ cum Diuis virgo te mater amauit.
Cor mihi dilata, maiori flagret vt igne.
5 Quo tuꝰ ardebat Neriꝰ, cui ĩ pectore coſtis
Elatis, fractiſque ſinus fuit auctus amori,
Fac te ſẽp amem, ceu patrẽ natus amantẽ,
Nam prior ipſe mei flagraſti ſemp amore,
Meq redemiſti nondũ ortum ſãguine fuſo.
Cor flagret igne meũ diuino lãpadis inſtar
Nocte, dieq. ſacrĩ tẽplo lucentis ad aram.
Expediunt quæcunq. mea concede ſaluti.
Noxia ſi quæ peto, aut cupio cõcedere noli,
Vtile quod mihi ſit, quæ vis, concede pcanti.
6 Tu mea mẽbra tui ſancto confige timore,
Atq. oculos auerte meos, ne noxia cernã.
Pone meæ frenum linguæ, ſenſuſq. coerce
Nulla libido mihi dominetur, nulla voluptas
Omnipotẽs, q̃ cũcta regis, diſponis, et auges
Nos ſalua virtute tua, cunctiſq. periclis
Eripe, et ĩſidias expelle, & Dæmonis artes,
Fac Deus expertes culpæ nos viuere ſemp,
Et vigilare tuis intentos laudibus omnes,
Cordaque noſtra animos, actus & dirige noſtros, (renni,
7 Conformeſque tuæ menti nos redde pe-
Conſiliis, iuſſiſque tuis parere paratos,
Atq. voluntates ad te compelle rebelles,
Vt potius mortem, quam culpã corde velimus,

Fac nullo noſtra ſudentur crimine mẽtes,
Detur vt ex noſtris tẽper tibi gloria rebus,
Et tibi materiã laudis ſors noſtra rependat,
O Deꝰ omnipotẽs noſtros miſerate labores,
Qui tres ſeruaſti pueros Babylonis ab igne
Laurẽti Longumq. ignis ſuperare dediſti
8 Tormentum, nobis vitiorum extinguere flammas

Amor Dei.

Da, ſemp ſuperiſ flãmiſq. ardeſcere amoris.
Fac vt amore tui flãmeſcãt corda perenni,
Quem terris ſupera veniens ex arce tuliſti,
Nunc noſtris accẽde Deꝰ ſub cordibꝰ ignẽ.
Nos ab amore tuo nunq. permitte reuelli,
Pelle gelu noſtris è cordibus igne beato,
Quo ſuccendiſti Diuorum corda tuorum,
Eſt imenſus amor, quo tu nos diligis omnes
Et ſaluos vis eſſe tua iã morte redemptos.
9 Reſpõdere pari fac nos tibi ſẽper amore,
Te ſummum Deꝰ alme bonũ, fonteq. bonorũ
Innumerabiliũ, q. q̃dq̃d amabile mũdo eſt
Optimꝰ vnus habes, nemo nõ diligat vnq.
Eſto ſolus amor noſter, fons viuus amoris,
Te ſolũ cupimus; tibi ſint quæcũq. creaſti,
Non aliud præter te nos expoſcimus vnum
Fac te animo toto, tota te mente colamus,
Pro te, ſi ſit opus, vitã cum ſãnguine fundã;
Si fieri poſſit, cupiamus proſequi amore,
10 Te quanto Deꝰ ipſe colis, quãtoq. beatæ
Te mentes ſuper aſtra colũt, Reginaq. Cœli
Maxima diuini flagrant cui incendia Amoris.

Amoris Dei.

Fac quoties reſpiro tuo mens ardeat igne,
Flaminis igne tui mens æſtuet ebria ſẽper.
Immenſo, ĩmenſus cũ ſis, es dignus amore,
O quã dulcis amor tuus eſt dulciſſime Ieſu?
Quãta pfundis dulcedine pectora amãtũ,
Te noſtrã indutum naturã, virgine natũ,
Sẽper amaſſe velim te nũc, ac ſemp amare,
11 Te ſine noſter amor languet, ne quæſo recedas, (que ſemper,
Nil niſi amare Deum cupiam, laudare-
Et ſeruire tibi ſoli; nam cætera vana (tas.
Prætereũt, mors cũcta rapit, vel deuorat æ-
Ignis & abſumet Terras, Cœlũq. ſupremꝰ

Speſ-

Digitized by Google

*Spesque, fides ceſſabit, amor, charitaſque*
*manebit.*
*O De⁹, aut nullo caleat mihi pectus ab igne,*
*Ardeat aut ſolo diuinæ legis amore.*
*Flãma mei ſemp flagret tua cordis in ara.*
*O vtinam te quando fui conceptus, amare*
12 *Cœpiſſem, & nunquam ceſſans te ſemper*
*amaſſem.* Petitiones variæ.
*Da famulis De⁹ alme tuis, ſectẽtur vt apta*
*Legibus, atq; tuis ſemper contraria vitent;*
*Rebus inuiſibus ne delectentur inanes*
*Iuſſa tua obſeruẽt, promiſſaq; gaudia ſperẽt.*
*Sit vbi vera manẽt nos gaudia fixaq; cer.*
*Actib⁹ adſpirãs noſtris tua gratia ſẽp (da*
*Præcurrat; comes hos eadem iuuet, atque*
*ſequatur.*
*Principiũ, mediũ noſtris ſit, metaq; rebus*
13 *Corporis, ac mentis nobis largire ſalutẽ.*
*Per bona da nobis ſic pertranſire caduca,*
*Vt non perpetui perdamus gaudia regni.*
*Exaudi populi gemitus, & vota precantis,*
*Et mẽtes, ſcelerũ quas arcta catheña ligauit*
*Abſoluas pietate tua, tua gratia mundet*
*Si tua ſũma De⁹ parcendo potentia nobis*
*Fit manifeſta magis, populi miſerere fidelis*
*Conceſſa nobis venia tibi gloria creſcat.*
*Eripe nos culpis flãmiſq; perennibus orci.*
14 *Cor tibi vt omne patet, loquiturque hu-*
*mana voluntas.*
*Pectora noſtra tuo ſupero ſic lumine luſtra,*
*Vt te perfecte ſemper laudemus, amemus,*
*Nos De⁹ alme tuis accẽde, exureq; flãmis*
*Noſtra tuus cœleſtis amor face corda purè*
*Qui cũ prole tua, diuino & flamine regnas*
*Da viuis pacem, vita functiſque quietem.*
*Cor, reneſq; nobis tuus vrat ſpiritus igne.*
*Vt puro famulemur tibi corde et corpore caſto.*
*Da nobis aduerſa tui patienter amore*
15 *Ferre, nec iraſci, ſed viuere mẽte ſerena*
*Atq; tibi grates pro cunctis reddere ſẽper,*
*Nec vinci aduerſis rebus, tolli nec ſecundis.*
*Continua populum pietate tuere fidelem,*
*Liber vt à cunctis noxis tibi ſeruiat vni.*
*Eſto præſidium nobis, virtuſq; ſaluſque,*

*Qui dator es veniæ, veræ pietatis et author;*
*Intentos nos redde bonis tu rebus, & aptos.*
*Da nobis quæcunque iubes præſtare, iubeq;*
*Quod vis, abſque tuo auxilio nil poſſumus*
*omnes.* Deo fidendum.
16 *Auxilio confido tuo, non viribus vllis,*
*Vt ſine vite nequit palmes pducere fructus;*
*Nil ſine te qdq; bene fit, nec amat ab vllo.*
*Illuſtra noſtras cœleſti lumine mentes,*
*Cordibus infundas pia deſideria, vota,*
*Vt quæcunque placent tibi, ſemper amemus,*
*agamus.* Deo gloria.
*Perpetuam nobis tribue cum pace ſalutem,*
*Vtilitas non noſtra, Dei ſed gloria finis*
*Omnibus in noſtris ſit ſẽper rebus, & actis,*
*Non nobis, ſed tota tibi ſit gloria rerum*
17 *Quas facimus, bona cuncta tuo de nu-*
*mine pendent.* Charitas.
*O Deus omnipotens, pprios q; diligis hoſtes*
*Pro quibus ipſe tuũ voluiſti tradere natum*
*Da nobis proprios hoſtes te propter amare.*
*Hĩc morbos, peſtemq; fuga, bellũq; famẽq;*
*Optatas cœlum pluuias det, terraq; fruges*
*Apta alimẽta, tibi grates vt ſẽper agamus.*
*Non te laudabunt æterna morte ſepulti,*
*Nos tibi dũ vita fruimur, benedicim⁹, atq;*
*Laudamus te voce Deũ, votiſque pcamur,*
18 *Et te venturo ſemper laudabimus æuo.*
*Aeternum ſeruire tibi, benedicere ſemper*
*Nos cupimus, flammiſque tuis ardeſcere*
*amoris.* Ad Spiritum S.
*Rebus ab aduerſis iactatos, atque procellis*
*Eripe, poſſimus tib quo ſeruire quieti.*
*De patris ac nati procedẽs numine ſancte*
*Spiri⁹ adſpira atq; animis illabere noſtris*
*Et fructus largire tuos, & munera ſeptem,*
*Cordaq; noſtra tuo diuino ardore perure.*
*Sperantes in te famulos Deus erige, ſerua*
19 *Affer opem miſeris, mortis quibus im-*
*minet hora* Pro moribundis.
*Hoſtib⁹ vt victis mereãt ſup aſtra triũphũ*
*Et vita functos vltricibus eripe flammis,*
*Nõ alia hos q; flãma tui De⁹ vrat amoris,*
*His pater æternam dona cum pace quietẽ,*



Digitized by Google

*Fac nos prudentes, iuſtos, forteſq. modeſtos*
*Munera ſancta Spei, Fidei, Charitatis*
*adauge.* Petitio virtutum.
*Omnibus & mẽtes noſtras virtutibus orna,*
*Da vitiꝗ vitare luem, contagia culpæ,*
*Teque Deum ſolum ſectari mente fideli,*
20 *Temnere diuitias terræ, cæleſtia amare.*
*Semper vt in Cœlo ſit conuerſatio noſtra.*
*Fac mala vitemus virtutis amore, tuiq.*
*Et non æterna tantum formidine pœnæ,*
*Non ſerui, ſed nati viuamus, more parentẽ*
*Ne te lædamus noſtrũ timeamus amantes*
*Prĩcipib⁹, Ducibuſq. tuo q nomine gaudẽt*
*Perpetuã pacem largire, vt fœdera iungant,*
*Debellare tui valeant vt numinis hoſtes.*
*Errantes duc paſtor oues ad paſcua vitæ*
*Auiaq. ad Cœlũ peccantũ dirige corda,*
*Hæreſeos depelle vmbras, fideiq. coruſcis*
*Illuſtra radiꝗs animos, & ſchiſmata tolle.*
*Veraq. religio totum ſe fundat in orbem.*
*Vnus vt vnius tandem ſit paſtor ouilis.*
*Nos pietate tua cuſtodi, pace guberna,*
*Pectora digna tuo ſancto ſunt numine tẽpla,*
*Et tuus in nobis dignetur ſpiritus eſſe,*
*Vt Chriſti vitã mores imitemur, & acta,*
*Hic nos vre, ſeca, venturo parce ſed æuo.*
22 *Feciſti ex nihilo, q te tua dona rogarẽt,*
*Da bona cũcta De⁹ pmiſſa fidelibus vltro,*
*Cor tibi Chr̃e damus, totũ cor ſuſcipe noſtrũ.*
*Peccati mortem, non peccatoris amaſti,*
*Sed ſaluos omnes fieri vis ipſe fideles,*
*Nos ſalua virtute Crucis, q tartar⁹ horret*
*Hoc ſigno victi cedãt caro, mũd⁹ et Orcus*
*Da mihi ſim, q ſ ego, & quia tu cognoſcere*
*ſemper.* Humilitas.
*Vt mihi viléſcã cen vilis homũcio vermis,*
*Puluis et ũbra breui pitura, & numẽ adorẽ*
23 *Immortale tuũ, quod toto regnat i orbe.*
*Si vita mora longa mihi ſit criminis anſa,*
*Me rape, ne ſẽſum peruertat dira libido,*
*Longior expediat noſtræ ſi vita ſaluti,*
*Adde, quot Ezechiæ auxiſti, mihi Chri-*
*ſte tot annos.* Vita.
*Vel plures, ſi noſtra ſal⁹ hos forte requirat.*

*Improuiſa mihi ne mors vitã auferat, oro*
*Fac mihi iudicij extremi tuba pſonet aures*
*Sĩq; memor Mortis; Paradiſi, Iudicis, orci,*
*Vt ne vel minimã libeat cõmittere culpam,*
24 *Fac te ſpernamẽ; terreſtriaq. omnia ſpnã*
*Mille pati mortes malo q linquere legem*
*Chr̃e tuã, mihi vita omni p̃tioſior hac eſt.*
*O vtinã ſemper vigilẽ, ſemperq. paratus*
*Sim morti, vnaq. velut moritur⁹ ad horã*
*Nã ruper ad modicã perẽs eſt vita fugitq.*
*Vt fugit ũbra ſtyli⁹ quæ lucis denotat horas,*
*In quo conſpirant vmbra, ſol, linea, cuſpis*
*Texitur hoc vario mortalis ſtamine vitæ,*
*O quot mortales pẽũt, damnãtur ad Orcũ,*
25 *Qui ſe ſperabant longã producere vitã,*
*Id mihi nunc etiã poterat contingere, verũ*
*Chriſte mea aduerſa fuit tibi cura ſalutis,*
*Perpetuas ideo grates, laudeſq. rependam,*
*Noſtra tuis ſẽper reſonabũt laudibus ora,*
*O vtinam ſemper diuinis laudibus inſtem*
*Mens mea cæleſti dulcedine læta fruatur*
*In mare diuinæ dulcedinis vno bona iacta*
*Stet mea firma ſpei nullas timeatq. procellas*
*Cũ mea deficiat virtus, tua Chr̃e recurro,*
26 *Ad merita, æterno quæ ſẽ p grata parẽti*
*Offero, inexhauſto theſauro hoc debita ſoluo*
*Quẽ mihi donaſti gratis, quo liber ab orco,*
*Redditus aſcendã duce te cæleſtia regna.*
*Si data reſpiciam genitor maiora dediſſe*
*Me tibi, q fuerĩt mea debita cũcta, videbo*
*Sed tua redda tibi, qd fecit gratia noſtrũ.*
*Offero ſũme pater, quod ad iter hoſtia ſancta*
*Chr̃i, animã, corpuſq. tibi cũ ſãguine, numẽ.*
*Et qcqd meruit terris dũ viuit, et inſons,*
27 *Pro noſtra ſubiꝗ mortis tormẽta ſalute,*
*Subſidiũ cunctis ſit egentibus hoſtia ſacra,*
*Quam tibi quotidie, indignus licet, offero*
*ad aram.* Memento.
*Proſit vt afflictis cunctis, mortalibus ægris,*
*Defunctis, viuis, poſitiſq. in mortis agone*
*Hac peccatores ad ſua crimina linquant,*
*Et bona ſectentur, ſancta virtutis amãtes,*
*Hac ope perficiã, ſẽper melioraq. preſtent*
*Hac benefactores, & amicos ſãguine iunctos*
*Adiu-*

Digitized by Google

Adiuuet, infeſtos nobis pcul arceat hoſtes
28 Accendatque omnes, charitatis vt igne caleſcant (lat,
Effuget hæreſeos tenebras, mala cũcta repel-
Et bona cuncta ferat, donet cũ pace quietẽ.
Prĩcipibꝰ cũctis, Ducibuſq. et regibus ipſis
Concordes donet mentes, & fœdera pacis.
Hinc quoq. religio creſcat diffuſa ꝑ orbem,
Nomen vbiq. tuũ cũcti venerẽtur, adorent,
Vnanimes hominũ reddat cõcordia mẽtes,
Vt cũ pace tibi populi famulentur, amentq.
Te ſup omne qđ eſt, quia ſolus cũcta creaſti;
29 Concipiantq. tui cuncti ex rebus amorẽ,
Vt percuſſa ſilex chalybis vi cõcipit ignem,
Viuentes terris animo cœleſtia voluant,
Vel minimas vitẽt culpas, timeãtq. minores
Vt mage maiores caueant, ſine crimine viuant.
Fac laudabiliter tibi nos ſeruire, piiſque
Intentos ſtudiis, ſanctiſq. incumbere rebus
O mea vita, ſalus, ò lux clariſſima mundi
Fac te ſemp amem, toto te corde requiram
Te Deus eſuriam, ſitiam, cupiãq. videre,
30 Ne vultus abſcõde tuos, laudeſq. canẽtũ
Ora tuas ne claude ꝑcor, Turcaſq. repelle,
Hæreticaſq. acies cõfunde incredula corda
Illuſtra fidei radiis, ac lumine ſancta
Lucis vt æternæ fontem, vitæq. requirant
Cordibus infixum noſtris ſit nomen Ieſu,
Semper in ore ſonet, nunquam de mente recedat.
Dum bibo, dũ comedo pro vino ſãguis Ieſu,
Et pro pane caro memori mihi corde colat.
Hoc potu cupiam nutriri ſemper & eſca,
31 Et paſci, pagit quiuis dũ ſacra ſacerdos,
Chriſte tua ſemper voluam myſteria vitæ;
Accẽdat ſub corde meo meditatio flãmas;
Ætherei flãmas, qbus vrar ſemper amoris.
O me felicem, ſi mors me numen amãtem
Occupet, atq. Dei celebrãtẽ carmine laudes
Mors ꝑtioſa mihi nõ mors, ſed vita vocãda
Principiumue nouæ vitæ ſine fine gerendæ.
O mihi longanimis Laurẽti ſpiritus adſit,
Quo flãmas ſupero accẽſus ſuperauit amore
32 In cordis requieſce mei Deꝰ optime ſede;
Cor mihi prægelidũ diuinus inebriet ardor
Diuorum meritis intercedentibus omni
Nos culpa abſolue, & pœnis, quas noſtra merentur
Crimina, vitaq. in libro nos ſcribe perẽnis.

## Pœnitentium preces. Cap. XCIIII.

1 PRæcipuum aduerſus vitia omnia, ac malas cacodæmonum ſuggeſtiones remedium eſt orare Deum, vt nos ab illis liberet, nobiſque auxilium diuinæ gratiæ ſuæ ad reſiſtendum communium hoſtium tentationibus præbeat, & contrarias vitiis, quibus laboramus, virtutes nobis largiatur. Nemo enim continens, iuſtus, patiens, aliiſque virtutibus præditus eſt, niſi eas Deus dederit. Ideò Sapiens Iudæorum Rex ſcripſit Sap. 8. *Et vt ſciui, quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire, cuius eſſet hoc donum, adii dominum, & deprecatus ſum illum.* Propterea nonnullas preces facili carmine comprehenſas hic ſubiicio ad varios virtutum actus in pœnitentium animis excitandos aptas.

2 Omnipotẽs genitor rerũ ſupma poteſtas,
Qui regis æternis è Cœlo legibus orbem,
A culpis auerte meis tua lumina; dele
Debita, qis teneor; tua nã dimittere plures
Sũma valet pietas, ꝗ nos cõmittere culpas,
Parcere pluſq. potes ꝗ nos peccare valemus
Vt ſcintilla maris demergitur vna ꝓfundo,
Sic delere poteſt pietas tua crimina mũdi.
Vt modicus puluis rapido diſpergitur Euro
Innumeræ culpæ delentur ſanguine ſacro,
3 Quẽ tu fudiſti pro noſtra Chriſte ſalute.
Omnes vna tui culpas vel gutta cruoris,
Eſt abolere potens, immenſi qppe valoris,

*Innumeriſq. foret pretiũ ſatis vnica mũdis*
*Si quoties peccant homines, tua fulmina*
*mittas,*
*Iam genus humanum toto periiſſet in orbe:*
*Iã me cũ reliquis rapuiſſent tartara dudũ:*
*Sed tua cõdonans culpas clementia vincit.*
*Seq. imenſa magis miſerãdo potẽtia pãdit*
*Scis fragiles nos eſſe nimis, quaſi teſtea vaſa*
4 *Nec nos poſſe tui quidquam ſine numi-*
*nis aura,*
*Vt ſine vite nequit palmes p̃ducere botros;*
*Idcirco noſtros olim miſerate labores,*
*Ærumnaſq. graues ſacrata è virginis aluo*
*Humanũ corpus ſumpſiſti, & ſanguine fuſo*
*Deleſti culpas hominum: nũc ergo ſalutis,*
*Affer opem miſeris, quos perdere tentat*
*Auernus*
*Agnus es ipſe Dei, qui tollis crimina mũdi*
*Pro qb⁹ oblatus crucis es ceu victima ĩ ara*
*Peccantũ miſerere, meis ignoſceque culpis.*
5 *Quãdo pepercisti latroni ſponte roganti,*
*E cruce promittens Cœleſtia regna daturũ,*
*Mi quoq. ſpẽ venia tanta pietate dediſti,*
*Nõ opus eſt medico ſanis, ſed peſte granatis*
*Qualis ego varia vitiorum febre laboro,*
*Tu medic⁹ cœleſtis ades, medicamina p̃be,*
*Redde laboranti culparum peſte ſalutem.*
*Fac et ut ęternas ualeã tibi reddere grates*
*Te fontem viuẽtis aquæ poſt terga reliqui,*
*Ciſternaſq. mihi fodi, quas diſſipat ęſtus,*
6 *Deſerit ũda fluẽs extra, peccata ſecutus*
*Ad te nunc fontẽ redeo ſitibundus aquarũ*
*Commiſſas à me culpas deteſtor, & odi*
*Ac veniam poſco, quã tu largire precanti,*
*Nam poſthac vitare omnis contagia culpæ*
*Conſtituo, legiſque tuæ ſeruare tenorem.*
*Parce mihi ſuprema ſalus, miſerere tuorũ.*
*Nos quoq. nã veniã cõcedim⁹ hoſtib⁹ ipſis.*
*Quin etiam feſſos opibus ſolamur amicis*
*Qui nos oderunt. Dubijs ne defice rebus,*
7 *Dum furit, incautis & vis inimica*
*propinquat.* Petitiones.
*Eripe nos Rex ſũme malis, mortalib⁹ ęgris,*
*Nullæ ſal⁹ bello Stygio nos libera ab hoſte.*
*Nos maris inſtabilis iactatos mille periclis*
*Dirige ad ęternũ portum, metamq. ſalutis*
*Es tu meta, ſcopus, quo deſideria noſtra*
*Tendunt, es nobis ſincera, ac ſola voluptas;*
*Gaudia te præter nõ vlla requirimus vſq;*
*Tu qui ſancta tuis das deſideria ſeruis,*
*Quam donare nequit mundus, concedito*
*pacem.* (ſeruæ
8 *Sperantes in te famulos Deus optime*
*Corporis à cunctis, animæq. tuere periclis,*
*In rebus durare bonis fac ſemper, & eſſe*
*Rebus in aduerſis conſtantes pectore redde*
*Imperiũ, regnumq. tuum dominetur vbiq.*
*Qui pater in Cœlis noſter dignare vocari*
*Reſpice nos terris miſeros, ac protege natos*
*Præſidium nobis eſto, firmiſſima turris.*
*O vtinam delere meo vel ſanguine culpas*
*Poſſem, vel lacrymis maculas abolere pu-*
*dendas,* (illi
9 *Appenſo trutinæ ne quis mihi, dicat; vt*
*Es minus inuentus, quã tu rebaris, habere,*
*Ne repetas hac nocte animã, cõcede quietẽ,*
*Exaudiq. preces noſtras, quas fudim⁹ vltro*
*Sol mihi iuſtitiæ affulge, depelle tenebras*
*Te matutino meditabor tempore, tota*
*Teq. die laudans vigilabo, & veſpere ſero*
*Te naſcente die, te decedente precabor.*
*Qđ nondũ perij, nec sũ damnatus Auerno,*
*Quodue repentina viuo nõ morte peremptus*
10 *Quos merui, infernis ego quod non igni-*
*bus vror,* Pœnitentiæ tempus.
*Gratia Chriſte tua eſt, ſũmi et clemẽtia patris*
*Peccauere ſemel damnati Dęmones Orco,*
*Quos tumidos egit veſana ſuperbia Cœlo.*
*Aſt ego, qui toties offendi numen Olympi,*
*Viuo & adhuc ſpiro, cœleſtia regnaq. ſpero*
*Indignus vita, quin dignus morte ſecunda.*
*O ſi damnatis ęterna morte daretur*
*Exiguum tempus fletu commiſſa luendi;*
*Quã a breui amoris ſentirẽt gaudia pœnis,*
11 *Euacuaretur cõuerſis manibus Orcus,*
*Et complerentur Cœleſtia regna beatis,*
*Aſt ego tam parui facio conceſſa ſaluti*
*Tempora querendæ, culpis fletuq luendis:*
Te

Digitized by Google

Te decet omnipotens hymn⁹ tibi gloria ſoli
Debita, largitor cunctorum Chriſte bonorum.
Tu bonus es ſol⁹, tibi nos peccauim⁹ omnes,
Tu ſolus noſtras deleſti ſanguine culpas.
Hinc tibi perpetuas debemus reddere grates
Laudis honorificum ſacrum tibi corde
litamus. [lutis
12 Præſidium noſtrum virtus ſpes vna ſa-
Spiritus ille meis tuus adſit numine cœptis,
Omni vt fraude procul, procul omni cri-
mine viuam.
Iuſſa tua obſeruem culpas pericula vitem.
Nec male ſollicitet me diffidentia, meſtæ
Auxilio fidens tuo non viribus vllis
Ipſa meis. Sine te ſiquidē nil poſſum⁹ omnes.
Et meritum mens grata tuum beneſa-
ctaque voluat.
Et ſi me laxent ſolito interualla labore,
Attamen illa tui memor haud pertran-
ſeat hora. (que periclis,
13 Aſſero me a cunctis rerum, immunem-
Ne meos iudicio perpendas facta ſeuero.
Sed tua ſumma meas tegat indulgētia culpas,
In noſtras ne fige oculos pater optime ſordes
Immeritum ſed verte tuū tua lumina Chriſtum.
Cuncta tuū mundi venerentur climata nomē.
Adueniat tandem cœleſtis gloria Regni
Vt Cœlo, Terris fiat tua ſancta voluntas,
Quotidiana dato nobis alimenta ciboſq.
Et veſtes qb⁹ induti nos membra tegamus.
14 Tu noxas nobis dimitte, pœnisb. vt nos
Parcimus ex animo noſtris læſoribus vltro,
Tentando nimiis ne nos permitte periclis
Ne peccare ſinas, Stygio ſed libera ab hoſte.
Auertas procul omne malum, bona cuncta
rependas (flammis,
Dulcis inexhauſta fons es ſitientib. vnda,
Tu vigor es feſſis, pax es ſera bella peroſis.
Tu modus es rerum, menſuraque, forma, venuſtas. (decuſq.
32 Metaq; tu pondus, numeruſq. ordoque,
Es cunctis communis honos es, uita: ſaluſq.
Tu cūctis cōmunis amor, tu plena voluptas
Omnibus es virtus, abs te ſapientia tota eſt.
Tu uia, lex, ratio, tu ſpes certiſſima, luxq. es
O iubar īmenſum, cœli inuiolabile lumen,
Summū, unū, uerūq. bonū, fons eſq. bonorum.
Sit tibi laus, & honos, & ſoli gloria ſēper
Salue uera Dei ſoboles, rex ętheris alti
Bis genite, humani generis certiſſima Chr̃e
33 Spes, atq. indubitata ſalus, lux aurea mundi. (Deiq;
Nobiſcum Deus, interpres hominumque,
Æterni ſalue proles ęterna parentis,
Principium de principio, de fonte fluēs fons
Deq. Deo Deꝰ, & uerum de numine numē,
Quod pr̃ ęterna produxit origine nulla ex
Matre, ſed in ſe met fœcunda mente reflectens (inſtar
Se ſe, & concipiens proprium ſua imaginis
Te ſine nil factum: per te ſunt cuncta creata
In terras miſſus cœli de lumine claro (te,
34 Dignatus noſtris es te īmiſcere tenebris,
Induere & fragiles humani corporis artus,
Vt nos eriperes medijs è faucibus Orci,
Et nos erudiens non ante audita doceres,
Inferreſq. polo, cœli faceresq. colonos.
Tantꝰ adegit amor, pietas, clementia ſūma
Pro noſtra te ferre crucis tormenta ſalute,
Tu medius ſtas inter nos, interq; parentem
Illuſtra nos luce noua, ut concreta uidentes,
Et ſubiecta oculis etiam valeamus adire,
35 Quæ fugiunt ſenſus nr̃os uix peruia mēti
Euehe nos ęgros tua per veſtigia ad aſtra.
Qualis auis plumis veſtitos ſedula natos
Inuitat, tenditq. uolatu ducere ad aſtra
Ipſa ſuper uolitat nidum alludentibus alis,
Edocet atq. leui ſe tollere ad aſtra uolatu,
Tu nos corda doce ſublimi pectore digna
Cōcipere, & uolucri cœlū cōſcēdere mente.
Tu volucri ſimilis ꝓprio q; ſãguine natos
Paſcit, & admoto terebrat ſibi pectora roſtro. (art
36 Agnus es ille Crucis patri mactatus in
Morte tua ſolus tu crimina noſtra piaſti.


Es Ab-

Digitized by Google

Abluis, & proprio nos hoſtia ſancta cruore,
Supplicioq; tuo nos cœli in regna reponis,
Vnde pcul pulſi maleſuadi fraude colubri,
Exilio afflicti lachrymoſis degimus horis;
In Cœlo per te vita meliore fruemur: (gis;
Vicis io, & magna ui vincula nr̄a refrin-
Queis ſibi Tartareus deuinctos hoſtis ha-
bebat. (phos;
Et quamuis Erebi victor ſup aſtra trium-
37 Nos tamen inde foues, præſenteque nu-
mine firmas,
Præſidioque tuo Stygio defendis ab hoſte.
Mille mari in uaſto nos tẽpeſtatib. aufers,
Nec ſinis abrupta iam naue perire pcellis;
Tu ueluti pelagi ĩ medio firmiſſima cautes
Quam nõ conuellunt venti, nõ æquoris ũdæ
Eſto fatigatis ſtatio tutiſſima nautis.
Huc nauis nr̄a à rapidis exercita flabris
Se recipit, tẽnitq; minas, et murmura ponti.
Tu nos viuentes terris nõ deſeris unquam;
38 Paneq; cœleſti præſens paſcisq; regisq;
Sufficis æterna nobis in pabula vitæ.
Tu rore concretus cœlo delaberis alto;
Optatoſq; ferens tecum das cuiq; ſapores.
Tu vitalis aquæ viuus fons arida labra
Noſtra rigas, rurſuſq; ſalis ad ſydera flu-
Lætitiaq; affers æternæ ciuibus vrbis. (ctu,
Abs te oĩs vis nr̄a uenit, uigor oĩs abundat,
Omnis noſtra tuo firmatur robore virtus,
Palmitis vt fructus pendent à uite racemi,
39 Ille in uite manẽs nitidis exuberat vuis
Sed ſine ea nullos potis eſt pducere botros;
Te ſine nr̄a nihil valet hic pferre voluntas
In te fu[illegible] igitur ſemper maneamus, opemq;
Fer nobis, vt recta tui faciamus amore.
Tu fortunati diues theſaurus Olympi
Oẽs claudis opes diuumq; hominũq; beatas;
Dumq; recludis eas, in nos tu largior eſto;
Hinc nobis pleno deſcendat copia cornu,
Omnis ubiq; tibi cœlo, terraq; poteſtas
40 Eſt data, ut æterna ditione in ſecula
regnes. Ieſu nomen.
E[illegible] t bi[illegible] ſuper o'a nomina nomen
Quod cœlũ, telluſq; colũt, tremit imus Auer
nus

Suppliciterq; vni genua [illegible]
Quin etiã effectũ cum venerit ultima mũdo
Tẽpeſtas, rapide quando urent oĩa flãmæ:
Adueniens hominũ uitas, & crimina [illegible]
Et iuſtus Iudex pœnas, & præmia cuiq;
Pro meritis ſtatuet: erit appellatio nulla.
Aligua fontes, quos impia crimina dãnant
41 Æternos ibunt Erebi flãmantis in ignes
Oẽs, vt ſua quæq; [illegible] cõmiſſa, cremandi
A dextra iſontes, & quorũ culpa remiſſa eſt,
Diſcedẽs terris ad regnũ paterna vocabis
Inſigniq; vehes victor ſuper aſtra triũpho.
Ad dextrã me pone tuã, me ſepara ab hœdis
Propterea nũc parce mihi peccata fatenti,
Ne mea iudicio ſubdas commiſſa ſecundo.
In me fac regnet tua ſola, ac ſũma voluntas
Eſſe tui ut merear mox ciuis, et incola regni.
Tu caput es nr̄m decus omne, et gloria nr̄a.
42 Tu dux, et cuſtos, et magni paſtor ouilis.
Nos rege, cuſtodi, nos duc, nos paſce, tuere.
Cœleſtis medicus ſana vulnera noſtra.
Tu via, tu veri uis, tu te uita ſecutis,
Tu ratis, et portus, tu lux, & legifer idem,
Tu nobis nr̄a iratum ob peccata parentem
Cõcilia oſtendens, q quondã vulnera paſſus
Pro nobis, flagris laceratáq; detege membra.
Tu pacem, ueniãq; reis cum patre rependis,
43 Ad cuius dextrã reſides ſubnixus eodẽ
In ſolio regis ĩmenſum par numine mundũ.
Maieſtate pari, paribus moderaris habenis
Omnia concordi reparas & ſecula motu.
A genitore fluit per te vis omnis amoris,
Qui mare, q; terras, q; cœlũ numine cõplet,
Quo duce mortales fines trãſcẽdimus aptis
Cognatiſq; animis. Quæ te clementia uicit,
Qui te tãtus amor, pietaſq; ĩ viſcera adegit
Virginis; humanos induere ut corporis artus
44 Vt comedenda dares nobis tua viſcera
corpus Eucharistia.
Sanguinis atq; tui præberes pocula, nectar
Illud ſub panis, uini hoc uelamine tectum.
Cum ſaturare queas hominum mille ag-
mina verbo. (abundè
Suppeditas alimenta, quibus ſatientur
Ali-

*Alituum cœleſtum acies, animalia terræ,*
*Quæ tibi tanta fuit rerũ pulcherrime cura,*
*Vt nos carne tua, diuino et ſãguine paſcas,*
*Ceu pelicanus amãs ꝓprio q ſãguine natos,*
*Viſceribuſq. ſuis terebrato pectore nutrit.*
45 *Nos Deus exhumili finxiſti puluere quondam* (tes.
*Infirmos, decoriſque tui nihil inſtar haben-*
*Nos tamen ãbroſia, cœleſti nectare paſcis,*
*Confirmaſq. replens diuino robore mentes,*
*Hoſtis ut Inferni valeamus pellere tela,*
*Hiſq. reſiſtentes cœleſtia regna mereri.*
*Tu nõ in noſtros tua uiſcera digeris artus,*
*Sed potius nos admotus te uertis in ipſum*
*Hĩc hominũ te diffundẽs per pectora ubiq.*
*Mortales ſancto concordes fœdere reddis.*
46 *Lętitiaq hilaras dulci præcordia ſenſu,*
*Corda voluptatis mira dulcedine cõples.*
*Agnus es ille Dei, ueterum quem oracula Diuum* Agnus paſcalis.
*Prædixere, reos culpa q ſanguine mundas,*
*Agnus es, Iſacidũ quẽ gẽs epulata quotãnis.*
*Mandebat ritu ſolemni more ſacrorum*
*Cum feſtinata Cerere, atq. agreſtib. herbis.*
*Noſq. tuus ſãguis mortis defendit ab ictu*
*Æterna, Stygijq. arcet fera tela tyranni,*
*Tu nobis es uita, ſalus, mirabile donum*
47 *Deſuper illabens à ſummo gratia cœlo,*
*Suffice tu nobis cœleſtis pabula amoris.*
*Ipſe amor es, noſtriſque animis iucunda voluptas,* (ſemper.
*Fac dignè laudare queam te carmine*
*Ad te oculos conuerſi oẽs, atq. ora tenemus*
*Vna ſalus Stygij ſerpentis morſibus ictis.*
*Vlneribus noſtris tu ſolus Chriſte mederis,*
*Tu nos Inferno pene hauſtos eripis igni.*
*Et mœſtas lachrymas in dulcia gaudia vertis,* (maros.
*Crux in aquas dulces fontes conuertis a-*
48 *Nos ideò nunq ſtrato conſurgimus orta*
*Luce, nec ĩgreſſa ĩ nocte ad ſtrata redimus*
*Quĩ crucis armemus ſãcta nos pectora ſigno*
*Nil agim⁹, nihil ordimur, nil uirib. ĩgens*
*Molimur, non ante crucis munimine tecti,*
*Auſpicijs ut noſtra tuis incepta ſecundes.*
*Ad quoſuis motus, ad murmura quæque, metuſque*
*Ad ſtrepitus improuiſos nocteque, diuq.*
*Nos cruce ſignamus, uanũq. è corde timorẽ*
*Pellimus, arcemus Stygij portenta barathri*
49 *Fulmina cum nymbis, tempeſtateſque ſonoras,* (langas,
*Da ſuperare crucis Stygias virtute pha-*
*Hæreticas, Scythicaſque acies, Turcaſq. feroces,* (terris,
*Et quicunque mouent noſtris arma impia*
*Salue hominum crux ſancta ſalus, ſpes certa quietis*
*Æterna. Per te patet alti ianua Cœli.*
*Clauis es ętherei reſerans ęraria regni.*
*Per te hominũ generi pẽutireddita uita eſt*
*Eſt ligno victus, qui ligno vicerat ante.*
*Fac vt mortales curis mortalibus omnes*
50 *Omiſſis per te cœleſti luce fruamur,*
*Amplexiq tuos tollamus ad ęthera ramos*
*Vt pueri ĩfirmo nequeunt medicamina ferre*
*Corpore, & altrices ipſa acria pocula ſumunt.* (dundat,
*Ad pueros virtus tamen hauſto lacte re-*
*Sic dolor extincti diuino è corpore Regis*
*In nos transfuſus fluat, & ꝓcordia tangat,*
*Vt compaſſiuo ſaltem doleamus amore*
*Noctes, atq. dies: neq. nos cõturbet amaror,*
*Aſt ea amarities nobis medeatur, & ęgra*
51 *Illius emanet noſtra in ꝓcordia virtus,*
*Qui uitam nobis reparauit morte perẽnem.*
*Dura magis ſaxis nobis ne corda rigeſcãt,*
*Eius in exceſſu nimio percuſſa dolore*
*Diſſiluere ſono ingenti duriſſima ſaxa.*
*Proh dolor, at noſtro ceſſat de pectore fletus*
*Et ceſſant oculi lachrymarũ fũdere fontes,*
*Nos patris ęterni iuſtam cõmouimus irã.*
*Chr̃e tuo ſed noſtra lauas tu ſanguine ꝓbra*
*Nos dulces vetita decerpſimus arbore fructus,* (pendens
52 *Noſtra luis tu furta Deus de robore*
*Sat fuerat te ſydereis de ſedibus actum*
*Suſtinuiſſe ſinus materni tędia, & ortum*

*Delituiſſe caſa agreſti, Bethlemio in antro*
*Inde vagum huc illuc nr̄os toleraſſe labores*
*Vt genus humanam leges, & iura doceres,*
*Ne te ignominias referā, vel plurima paſſū*
*Opprobria à ſeruis, paupertatemq; fameq;.*
*Et cum non auibus, brutiſq. cubilia deſint,*
*Te ſolū caruiſſe loco, vel ſede getis. (duro.*
53 *Hoſpitium tibi ſola dedit Crux robore*
*Qua ſeruis fuerat pœna, & latronib. aqua,*
*Qui ſimul affixi trunco periere trabali*
*Tecum, cuius erat uita oīs criminis expers*
*Virgineo corpus conceptum ſanguine puro,*
*Et regale genus, diuinaq. forma, decorq.*
*Diuinumq. caput cinxerunt ſentib. hoſtes.*
*Et geminas ſęua terebrarūt cuſpide plātas,*
*Inſonteſq. manus, immani vulnere pectus*
*Vnde ſacramētis manauit ſanguis, & ūda,*
54 *Vnda ſalutaris detergēs crimina mūdi.*
*Agnus eras tu nēpe crucis mactādus ī ara,*
*Victima pro culpis noſtris oblata parenti.*
*Te deuouiſti pro noſtra ſponte ſalute.*
*Hinc ueniam moriens orabat hoſtib. ipſis*
*Hac quoque nos fruimur, grato ſed amore dolemus,*
*Inferias tumuloq. tuo perſoluimus vltro.*
*Tu tamen à tumulo rediuiuus ad aſtra volaſti*
*Et lōgè ſuper aſtra tenet te dextera patris.*
*Vnde es venturus iuſtiſſimus arbiter Orbis,*
55 *Vt cunctorum hominum vitas, & crimina quaras,*
*Et pœnas reprobis, & iuſtis p̄mia reddas.*
*Præmiſſo mundū ſimul ac ſuccēderis igne,*
*Reddideriſq. nouā terrā, cœloſq. recentes,*
*Defunctas animas in corpora tu reuocabis.*
*Ibunt aligeri iuuenes, cœlumq. ſolumq.*
*Horrifico īplebunt ſonitu reboante tubarū,*
*Quatuor à ventis excibunt vndiq. gentes.*
*Iudicis ad ſolium properabitur æthere toto.*
*Vnuſquiſq. tuum ſe conferet ante tribunal,*
56 *Secerneſq. pios, dextraq. ī parte locabis*
*Quos pater à prima prauidit origine rerum (Olympo.*
*Mente ſuos fore, & Æthereo tranſcripſit*
*A lęua coges ſontes in tartara iuros.*
*Qualis poſt hyemem gelidam, cum gramine molli (clauſis,*
*Paſcua lęta vocant ſtabulis armenta re-*
*Ipſe greges paſtor nitidos miſſurus in agros*
*Sortitur, placidas primo legit ille bidentes*
*Mox hędos, olidaſq. iubet pcul eſſe capellas*
*Inter oues me Chr̄e loca, mea crimina dele.*
57 *Iuſtus ut īueniar numero cēſēdus ī illo,*
*Quorum corporibus non ulla obnoxia morti.*
*Eſſe ſines; nullis ſuberunt ea caſibus vltra,*
*Perpetuaq. poli tandem ſtatione fruentur.*

## Pœnitentium petitiones variæ. Cap. IC.

1 POEnitentiæ filius luctus eſt vanitatis, & ſtultitiæ expulſor, ſapiētiæ comes, & veræ beatitudinis parens, ideò melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, ait Eccleſiaſtes 7. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur*, inquit Chriſtus in Euangelio. Quemadmodum ſeruus plorans propitium reddit Dominum ſuum, & filius patrem lachrymis mitigat, & infans dum plorat, aſperam matrem demulcet, ſic peccator fuſis pœnitentiæ lachrymis Dei iram placat, eumque ſibi reconciliat. Hinc ſumma Dei benignitas apparet, qui id, quod primæ mulieri peccanti tanquam pœnam peccati dedit, cum dixit. In triſtitia paries filios tuos, in ſalutem humani generis conuerti voluit: ſicut enim triſtitiam peccatum parit, ita triſtitia peccatum conterit, & quemadmodum vermis in ligno natus ipſum poſtea corrodit, ſic triſtitia ex peccato nata ipſum comminuit. Idcircò gaudebat Apoſtolus Corinthios 1. contriſtatos eſſe ad pœnitentiam, ac ſecundum Deum contriſtatos, *quæ enim*

in-

Digitized by Google

inquit, *ſecundum Deum triſtitia eſt. Pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Seculi autem triſtitia mortem operatur* (2. *Corinth*. 7. 10.) Propterea confeſſionum exceptor pœnitentes hortetur, vt luctu, ac triſtitia propter Deum offenſum doleant,& ſic præoccupent pœnam, quam pro peccatis ſuis merentur, peccatorum rogum extinguant non multis aquis, ſed paucis lachrymis. Quamuis enim magnus ſit peccati ignis, modica tamen lachryma veræ pœnitentiæ extinguitur, ſatisfaciant Iudici, priuſquam in prætorium veniat. Non pœnam, ſed culpam amarè defleât, vt Petrus Apoſtolus. De profundis clament, vt Dauid, & lachrymarum fontes deducant, vt Dominus Deus miſericordia motus peccata dimittat: cum non mortem peccatoris, ſed conuerſionem ad meliorem vitam requirat. Doleant pœnitentes, quod imaginem Dei, ad cuius ſimilitudinem formati fuerunt, peccatorum ſordibus deturbauerint, quod ſe cœleſtis Regni hæreditate ampliſſima indignos reddiderint, ac ſponte priuauerint, quod exilium cœleſti Patriæ præpoſuerint, quod Deum ſummum, & immenſum bonum optimum, ac maximum contempſerint, & grauiter offenderint, quod cum filij Dei adoptiui, & fratres Chriſti eius pretioſiſſimo ſanguine redempti eſſent, ſe viliſſimo voluptatis momentaneæ pretio Diabolo vendiderint, peccato mancipauerint. quod tempus, quo immenſos cœleſtis regni theſauros comparare ſibi bene operando potuiſſent, in rebus inanibus, ac pernicioſis conſumpſerint, quod non virtutibus Chriſtiano homine dignis vacauerint, ſed brutorum, nedum Ethnicorum more indignis homine vitijs ſeruientes Infernum ignem millies meruerint, quod puluis, & vmbra mox peritura cum ſint, ſuperbè de ſe ſenſerint, multa ſibi arrogauerint, & à Deo ipſo bonorum fonte ad cacodæmonē transfugæ defecerint, iniquitatem, ſicut aquā biberint, & diuini numinis voluntatem propriæ antepoſuerint. Vulgus peſſimū magiſtrum ſecuti dulci laudum veneno delectati, ſibique adulati ſint, quaſi Dei obliti, & diuinæ legis contemptores in peccatis obſordeſcere voluerint, & nunquam peccandi finem fecerint: quod Chriſtianam religionem, ac fidem contaminauerint, vt merito mater Eccleſia eorum vicem dolens amarè fleat, & Hieremiæ verbis vtens dicere poſſit. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos meos*, hoc eſt vita Diuinæ gratiæ priuatos, & peccati morte affectos. O vtinam, qui Dauidem errātem ſecuti ſunt, eundem pœnitentem imitentur, ac dicentem: *Laboraui in gemitu meo; lauabo per ſingulas noctes lectum meum & lachrymis meis ſtratum meum rigabo* (*Pſalm*. 6.) Laboraui inquit, hoc eſt tàm ingenti fletu peccata mea deploraui, vt gemendo fatigatus ſim, nec tamen adhuc ceſſo, ſed ſingulis, & totis noctibus copioſiſſimas lachrymas fundam, & in ijs lectum meum natare faciam. Hoc enim ſignificat verbum אשחה *Aſche*, pro quo ponitur *Lauabo*. In hoc ſpeculo intueantur ſe pœnitentes, qui plurimis, ac grauiſſimis peccatis obſtricti vix paucas lachrymulas fundunt, cum veniam à Deo requirūt. Si noſmetipſos diudicaremus, non vtique iudicaremur. Inquit Apoſtolus, hoc eſt. Si nos puniremus peccata noſtra, à Deo non damnaremur, nec puniremur. Parcit enim Deus ijs, qui ſibi non parcunt.

2 *Omnipotes genitor, reſides qui in vertice Olympi*, Oratio Dnica.
*Fac nomen, laudeſq. tuæ celebrentur ubiq.*



Digitized by Google

Incipiat promiſſum orbi pcedere regnum;
Et tua nō minus in terris gēs iuſſa faceſſat
Mortalis, q cœlicola tibi in æthere parēt;
Quotidie nos paſce cibo, tum pane ſuperno.
Parce dehinc nobis, vt nr̃is parcimus ipſi
Hoſtibus ac nullis aduerſis obijce inermes
Tētando, remoue à nobis ſed cūcta pericla,
Et mala cūcta procul culpa, pœnaq; repelle.
3 Diuitias terræ fac nos contemnere, opeſq;
Partiri, atq; inopi miſerorū ipendere turbæ;
Quos vexant morbi, peſtiſq; fameſq; ſitiſq;
Pauperiemq; pati, duriſq; aſſueſcere rebus
Pacē ſponte ſeq; tumidoſq; remittere faſtus
Nō nobis pprıa hæ ſedes, cōceſſaq; longum
Regna, manent meliora, graues vbi ſolue-
rit artus (Olympi
Mors animæ. Nos ſtelligeri penetralia
Expectās, iuſtoſq; manent āpliſſima regna,
Pax vbi tranqlla, & cūctarū copia rerum,
4 Et ſecura quies, nunq; peritura voluptas;
Et dubitet qs pro tanta mercede laborem
Ferre breuē, quo q̃rat opes, acqrat honores:
Quos nulli caſus vnq, nulla auferet ætas.
Da nobis frenare iras, odijſq; ferendo
Parcere, rumoreſq; uagos cōtemnere uulgi.
Nec uelle accepto puluere reddere uuln
Mortales omnes nullo diſcrimine amare
Ediſcam, pacemq; inglorius hoſtibus optem.
Nil mihi uentoſæ reputētur munera famæ.
5 Mēs ſit ubiq; mihi cōſtās, interrita letho,
Nullaq; uis animū recti de tramite flectat
Terrenos artus homines, moribundaque
membra
Quandoque extinxiſſe queunt, & perdere
ferro. (Mortis,
Mens tamen haud telis eſt ſeua obnoxia
Tu nos oīpotens cœlo pater aſpice ab alto,
Atque auerte malum: tuo enim ſine nu-
mine noſtrum (crinem.
Nemo valet minimum de vertice vellere
Vnum ſubmiſſos fas te eſt nos vſq; vereri,
Thura, pceſq; tibi, vel rite piacula ferre,
6 Cui mare, cui tellus, campiſque paten-
tibus aër
Obſeqtur, nitidiq; tremit plaga lucida cœli
Æternis ſiquidem tu vel poſt funera pœnis
Iure potes ſontes Stygio damnare ſub Orco.
Non timor admiſſos nobis ſit adire leones,
Pātheraſq; truces, Vrſoſq; īmania mōſtra,
Et tormenta pati quæuis, tauroſq; Perilli,
Si id fidei ſancta poſcat confeſſio, honoſq;
Chrī tuus, p quo mortem pferre libenter
Si ſit opus, cupiam diuino numine fretus.
7 Cuius ad īperiū manſueſcunt ptinus vrſi
Ipſaq; parcentes lambunt veſtigia lingua
Pro te ſūme parēs hominū tormēta ferentū
Da nobis humiles victus ſecludere curas,
Nulla artes ambit victus nec cura futuri,
Nō tamen his tegmē, victus aut copia deſit,
Omnia diues alis rerum ſator, oīa curas,
Vltro etiam viridi tellurem gramine veſtis
Floribus, et pingis ſata verſicoloribus arua.
Inſidiæ, fraudeſq; abſint, & fœda libido.
8 Hinc procul, & pudeat menſis gaudere
paratis. (ſtris
Abſit deſidia, atq; animis procul otia no-
Nō uetitos thalamos, inconceſſumq; cubile
Optet quis; ſitis hinc alieni deſinat auri,
Quiſq; ſuis opibus contentus uiuat, & ultro
Spes à ſe vetitas, & inania uota repellat.
Hinc abſint, qb eſt cordi fraus, atq; libido
Virtutem ficto ſimulant tamen ore latētes,
Ipſa dies tandem ſimulatos deteget actus.
Diſcamus poſthac mendacia nulla pfari,
9 Atq; ab inutilib uerbis cōpeſcere linguam
Purgatiſq; nouos animis inducere mores
Conemur, delere omnis veſtigia culpæ,
Quæ ſacramentis pcibus, luſtralib undis,
Vel pœnis ultro aſſumptis delere valemus.
Da lethi uitare uiam Deus, aſtraq; adire,
Sydereaſq; domos, mutari neſcia regna.
Noſtra accende tuo diuino pectora amore,
Letitiam, meſtis, & gaudia mentib. affer,
Spiritus alme vēi, diuūq; hominūq; creator
10 Pax, animis, requieſq; bonis, lux, caſta
voluptas, (calorem,
Huc ades, atque tuum in nobis accende
Si quādo ualidis hominū fera pectora flā-
mis, Igni-

Digitized by Google

*Ignibus ętbereis diuino numine dignis*
*Accendes rapidis ardoribus induſiſti;*
*Nūc opus igne tuo nr̄as ſuccende medullas*
*Aſpice, mortales quam denſa nube pre-*
*mantur,* *(ſegnes,*
*Aut quibus in tenebris iaceant, quo frigore*
*Algeſcant animi vera pietatis inanes.*
*Incipiant flām̄is deſueta caleſcere corda,*
11 *Mentib et cœli iucundum cernere lu-*
*Exutiq. dolos recti capiantur amore (mē;*
*Rurſus ad īgenuas referant ſe morib artes.*
*Virtutes ſolidas tu mentib. inſere noſtris.*
*Per te odia, et lites, p̄ te fera bellū faceſſant.*
*Tu pacem Regeſq. inter, populoſq. patreſq.*
*Concilia, dans te in medium ſacra fœde-*
*ra ſanci.* *(firma*
*Tu caſtos thalamos; connubia ſanctaque*
*Queq. homines ineūt inter ſe, fœdera, pacta*
*Confirma ſtricta vt maneant compagibus*
*arctis.* *(paramus,*
12 *Quodcunque ordimur recti, quodcunq.*
*Reſpice, & auſpicijs fauſtis īcepta ſecunda,*
*Nil placet ordiri, niſi numine rite uocato,*
*Ante tuo, ſtratiq. ſolo, genibuſq. voluti*
*Auxilium, flām̄aſq. tui poſcamus amoris,*
*Excute pectorib nr̄is mala gaudia, fraudes*
*Noſq. tuo lętos ſeptemplice munere dona.*
*Adſpirans nr̄as ſup̄ ethera p̄uehe mentes.*
*Tu matutinus, tu veſpertinus es imber,*
*Labere de cœlo, ſitientia, & arida corda*
13 *Noſtra riga; lętiſq. feracia frugib. exple*
*Inſtrue nos, mentes pulſa caligine luſtra,*
*Et ſi noſtra p̄mit triſtis præcordia mæror,*
*Nos ſolare, reple ſupera dulcedine mētes,*
*Ancipiteſq animos pulſa formidine firma.*
*Pelle p̄cul nobis quacunq. vbicunq. pericla*
*Occurrunt, fidoſq. tuos ne deſere ſeruos.*
*Da mores ſanctos nobis, et neſcia fraudum*
*Pectora, diuinoq. afflentur numine mentes.*
*Sit ſummi ſpes certa poli, ſediſq beata,*
14 *Lętitiaq fides: hic nos per dura fatigās*
*Acer agat virtutis amor, quaque alta pe-*
*tamus* *(Olympo,*
*Sydera, flammantique viam affectemus*
*Sternat iter, monſtretque aditus ad cœli-*
*ca regna.* *(amaui,*
*Tu mihi paupertas, quam ſponte ſecutus*
*Ac colui, regē dux cœlo oſtendis amatam,*
*Quippe vna ętherei tu coniunctiſſima regis*
*Cunarum cuſtos primis vagitibus adſtas,*
*Prima foues ortū, teneris prima vbera la-*
*Inſertas, Peluſiacas comitata per oras (bris*
15 *Extorrē nutris, reducētu reddis auitis*
*Sedib. eſurientē illum tu nectaris hauſtu*
*Diuite lęta reples; trino dū confodit anguē*
*Tartareum dicto: ſummo tu deniq. malo*
*Pulvereo affixum linentia bracchia tabo*
*Suſpicis, atque auidis nudatum ample-*
*cteris vlnis.*
*Salue magna parens, cœli quæ ſola colonis*
*Atria terrigenis gēmata recludis, & alta*
*Sede locas, opibuſq auges, regniſq ſuperbis.*
*Salue, meq. tuum ne dedignare clientem.*
16 *Abnuo nanque bonis poſthac ſeruire*
*caducis,* *(diuum*
*Et tua ſigna ſequor; mox tandem interſere*
*Concilijs, daq. ethereis accumbere menſis.*
*Sūme parens me ſponte tuis, animoq ſequa.*
*Accipe parentem iuſſis, arceq. periclis (ci.*
*Adſis euentuq. pio mea cępta ſecundes.*
*Chr̄e tuas recinam laudes, ut prima colubrī*
*Pralia Tartarei victor pugnaris, et ipſum*
*Eſuriens ſacris oraclis viceris hoſtem.*
*Vt latè errantes ſub tecta reduxeris agnos,*
17 *Paſtor amans, cuſtoſque vigil rabida*
*ora luporum,*
*Vtq p̄mens, cohibēſq. vltro te mille periclis*
*Obtuleris. Tu noctiuagā p̄territe turbam,*
*Armatamq. cies; Tu mactatoribus vltro*
*Te predis, ſeruaſq. tuos à cęde clientes;*
*Præcelſumq. oneras ſuſpēſo corpore trūcum,*
*Tranſuerſum paſſis robur metire lacertis.*
*Te ſtygis atra palus tremuit, maneſque*
*profundi* *(vmbris.*
*Dux Erebi tua ſigna timens ſe condidit*
*Nec te ęrei vectes, nec dura repagula valli*
18 *Portarumque mora ambiguum, aut*
*rationis egentem*

*Deti-*

*Detinuere illic. Quin tu pradator Auerni*
*Ingruis, ac diro centena in vincla petito*
*Eripis exuuias, & tergora detrahis angui.*
*Inde pias animas ad luminis euehis oras,*
*Salue progenies ęterno ęquaua parenti,*
*Me tua geſta pia, ac victricia bella ca-*
*nentem*
*Reſpice, & auxilio tu me dignare ſuperno.*
*Oĩpotens diuum pr̃, ac ſator optime rerum,*
*Seruatorq hominũ, cœlum q numine torq̃s*
19 *Sternis & vndiſoni maris ęquora, com-*
*primis iras* (*quaſſas,*
*Ventorum effrenes, atque impia Tartara*
*Me licet indignum ſanctis virtutib. orna,*
*Donaq. ſãcta ſpei fidei, charitatis adauge,*
*Protege me famulum, mihi tradita mune-*
*ra ſerua,*
*Ignarumq. via rege me, miſerere labantis.*
*Da ſimilem finem ſortiri fortibus auſis.*
*Heu mihi quam rapidis fugit irreparabile*
*tempus* (*citatis,*
*Curſibus; inſtat equis quam Mors infeſta*
*Effugitq. ſuo cum robore firmior ętas.*
20 *Qđ ſupeſt vita, q̃ Parca ex ordine penſis*
*Immotis ſeruant, bene geſtis tempora rebus*
*Exornare veli, torporem pellere inertem.*
*Vna mihi ſit cura breues virtutibus annos,*
*Auguſtoſq. dies claris extendere factis.*
*Vnde anim⁹ nobis ueniat cognoſcere, quoue*
*Exoptet reditũ, quantos modo deuius erret*
*Per caſus, ꝙ degeneres, ꝙ voluat inanes*
*Hic curas mortale genus, cũ tollere ĩ altum*
*Se q̃at, at renuat cœlum auerſetur, et aſtra.*
21 *Proh dolor humanas quæ, & quanta*
*inſania mentes*
*Peruertit pollens adeò, atq perita nocendi*
*Circe agit? vnde rapit? quarum in mala*
*terga ferarum*
*Induit? ethereos quo tandẽ murmure ſenſus*
*Vrit, & exturbat diuini luminis hauſtus?*
*Mene iuuat blandas oras, lituſq canẽtum*
*Sirenum colere? ĩmanis iuuat atria Circes,*
*Monſtrificumque habitare ſolum? patria*
*altus Olympus,*
*Non tellus homini eſt. Pudeat ſpe lęſa fera-*
*Sidereo ꝑferre polo, pudeatq caducis* (*rum,*
22 *Deſeruire bonis, & noxia q̃rere ſemper,*
*Semper & inſanis pelagi uerſarier undis.*
*Siccine dementes auerſis munera Diuum*
*Certa animis ultro abnuimus? ſic lęua ſe-*
*quentes*
*Conſilia in vetitum ruimus, regniq. ſuperni*
*Obliti, patriaq. domus. vnde ignea nobis*
*Vis animi, quo nos durũ, ac miſerabile mer*
*Exiliũ, ſũmi reuocãt tecta aurea cęli,* (*ſit.*
*Quarimus externas ſedes, perituraq. regna*
*Nec bona curamus, q̃ ſeruat rector olympi*
23 *Promiſitq. ſuæ legis culteribus olim.*
*Magne opifex rerum Mundi regnator,*
*& auctor,* (*circum*
*Alituum quem mille obeunt famulantia*
*Agmina, cui tellus, aer, atq ęquora parent,*
*Da iuſſis parere tuis, & legibus almis;* (*Igni*
*Nec ſine mõſtra tuis famulis Acherõtia re*
*Inſultare, animas patrioq. auertere cœlo.*
*Fac ne tartareis ſit tãta licentia monſtris,*
*Vipeis ne hebetẽt homines. furiẽtq uenenis.*
*Ergo tuã lucreatra ſines pr̃ optime gentem*
24 *Supplicia? at merita eſt; rea culpa, &*
*criminis eſto.*
*Sed tu nõne pater ueniam pius obijcis ultro*
*Sontibus? indulgeſq. reis, et grandia vulgo*
*Dona ſuper, ſanctam pacem poſcentibus*
*addis?* (*reducq.*
*Tu conuerte homines meliora ad ſigna,*
*Quos virtute ꝓcul pulſa, fugienda voluptas*
*Pellaci trahit ore, animiſq. illapſa, ſupbum*
*Imperium latè exercet, ſolioq. potita*
*Regna aliena ꝑmit, furtiſq exultat iniquis?*
*Ah gens una hominum, magno quæ ducis*
*Olympo,* (*luptas*
25 *Semina nõne vides, quo te vaſana vo-*
*Pracipitẽ rapiat capitã, ũde auehat, vt ſpes*
*Eripiat certas, merito ut te fraudet honore.*
*Heu fuge monſtrifica fuge Theſſala car-*
*mina Circes,* (*cœlo*
*Ne fluxis modo crede bonis. Quin ardua*
*Tolle caput, ſanctumq. genus, cognataq no-*
*ſce* Agmi-

Digitized by Google

*Agmina, quæ celſo latè ſpatiantur Olympo,*
*Nō hic certa dom⁹. magni plaga lucida cę*
*Te vocat, expectat, cęleſtis patria poſcit (li*
*Cur nos ignaui mortales carpere durum*
26 *Vſq. adeò cūnctamur iter, qua p̄xia lęto*
*Effulgēs uultu uocat alta ad ſydera virtus?*
*Et fugimus, cœlo p quos via certa, labores?*
*Præmia, q́; fida offert dux, cōtēnimus ultro.*
*Vltro ignominias nobis accerſimus atras,*
*Ah vita exacta pudeat, mortalia tandem*
*Cuncta relicturi ſolum cœleſtia amemus.*
*Aligera carpamus iter virtutis, ad alta*
*Quæ nos regna vocat, manſuraq. præmia ſpondet (imas*
*Ne mea mens pedibus terras decepta per*
27 *Curre iter, & magna tantum duce ſydera forti (cœli*
*Congreſſu pete, & ingentis ſacra oſtia*
*Prædatrix irrumpe boni, ſedisq. beatæ:*
*Vnde voluptatē irriſam ſecura malorum*
*Arce ſedens tuta, iā tū ore īmane fremētē,*
*Bacchantemque animo, & fruſtra ſua damna gementem*
*Deſpectare q̄as. Stygis ūdæ horrētia ſubter*
*Mœrentis vada, Cocytiq. tumentia luctu*
*Stagna, Acherōtęiq. ardētes gurgitis ęſtus*
*Cernere erit; quo ſontum animæ, turbaque nocentum (vndis*
28 *Fulmine deiectæ īmani, flammantibus*
*Pendunt ſupplicia, ęterno torrentur et igne,*
*Nec reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras (Erynnis*
*Conceſſum miſeris, flagris quos torquet*
*Et ſemp crucians tenet irremeabilis Orcus*
*Da De⁹ hos tandē vitæ exhaurire labores,*
*Inſontemq. animam terrena pondere molis*
*Exutam ſuperi conuexa reuiſere cœli*
*Ad ſuperas tu me ſublimem tolle p auras,*
*Duc et ad ęternæ me tecum paſcua vitæ.*
*Vni trine Deus tibi gloria ſemp, honoſq.*

## Pœnitentis Threnus Iachrymæ, deſideria, precees. Cap. C.

1. AD amorem Dei, bonarum omnium affectionum fontem pœnitentes hortabitur Confeſſarius. Deinde ad amorem proximi propter Deum. Hoc Chriſti præceptum eſt, & ſi ſolum fiat, ſufficit, inquit D. Ioannes Euangeliſta. Finis enim totius legis eſt amor Dei, & proximi, & ad implendam omnem legem Dei ſufficit; non offendit Deum, nec proximum, qui vtrumque amat. Amandus autem Deus, quia ſummum bonum eſt, fons omnis bonitatis, pulchritudinis, virtutum, & bonorum omnium author optimus, benigniſſimus, pulcherrimus, clementiſſimus, iuſtiſſimus, ſapientiſſimus, & pater noſter amantiſſimus, quia diſſimulat peccata noſtra expectans nos ad pœnitentiam. Nos ab ęterno amauit: continuo, atque infinito amore nos amat, conſeruat, protegit, ac tuetur; Quidquid ſumus, & ſi quid boni habemus, ipſe ſponte largitus eſt nobis. Ipſe nos ex nihilo creauit: vt eum amemus, ac laudemus, & eius viſione, quæ videntes beat, in Cœleſti Regno ęternum fruamur. Nos in filios per Chriſtum Filium ſuum adoptauit, & Cœleſtem, ęternamque hęreditatem nobis præparauit, ſanguine filij ſui nos ab ęterna morte redimi voluit. Ad amandum verò proximum ipſa natura nos impellit, & Chriſti Domini præceptum dicentis. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut ego dilexi vos.* Fuit autem, eſtque amor Chriſti erga nos gratuitus, vehemens, conſtans, & ob nimiam charitatem, qua nos dilexit, ſe ipſum pro noſtra ſalute morti crucis obtulit. Iniquitates omnium noſtrum ipſe portauit. Peccata noſtra ſanguine ſuo deleuit. Nos quoque non propter vtilitatem vllam, ob quam vulgus amicitias

Digitized by Google

citia probat, neque propter voluptatem, quam voluptuarij homines quærunt, proximos noſtros amare conſtanter, non lingua, & vebo tenus, ſed opere, & veritate debemus. Eundem enim patrem Deum, eandem Matrem Sanctam Eccleſiam, eundem Saluatorem Chriſtum, eundem Magiſtrum Spiritum Sanctum proximus habet. Ijſdem Sacramentis vtitur, frater, & caro noſtra eſt. Omnes eiuſdem parentis Adæ, & Euæ filij exules ſumus, ad eandem patriam Cœleſtem omnes adſpiramus. Idem caput Chriſtum habemus, eiuſdem corporis myſtici membra ſumus. Ideò nos ipſos mutuo amore propter Deum proſequi, iuuare mutuis beneficijs debemus, & communicare omnia noſtra cum fratribus noſtris, hoc eſt ad communem vtilitatem conferre, quæcunque à Deo communi omnium parente nobis conceſſa ſunt, maximè verò inter cognatos, affines & amicos conſeruanda, ac colenda conſenſio animorum in ſancta religione, in amando Deo, in Chriſtianis virtutibus. Illi verò vitandi, qui legi Diuinæ aduerſantia quærunt. Amicus vſq. ad aras alteri obſequi, ac fauere poteſt. Mundi huius immundus amor vitandus eſt, qui cum amore Dei cōſiſtere nequit. Nemo poteſt duobus Dominis ſimul ſeruire, & Deo, & Mammonæ. Diuinus amor impatiens conſortis totum cor hominis poſcit; minus Deum amat, qui aliquid amat, quod propter Deum non amat. Vtamur hoc mundo, quaſi non vtentes. Pręterit enim figura huius mundi. Mundus, qui diligitur, fugit, & quia eum retinere non poſſumus, neceſſe eſt, vt cum eo labamur, inquit D. Gregorius, *Omnis caro foenum, & omnis gloria eius, quaſi flos agri*. Clamat Eſaias Propheta. Similis vapori, ac nebulæ hæc vita eſt mox ſolis radio apparente reſoluitur. Dum videtur vmbra eſt, dum extollitur fumus eſt. Dulcis eſt ſtultis, amara ſapientibus. Ait D. Auguſtinus. Deum igitur toto corde, toto animo diligamus, eique confidamus, & nihil nobis deerit. Præcipuè autem peramus, vt eius voluntas fiat.

2 *Magne hominum, diuumque parens, ſator optime rerum,*
*Tuq. vna ęterni proles, ęquæuaq. patris,*
*Et vos alituum cunei, indigeteſq beati,*
*His prabete meis attentas vocibus aures*
*Si vacet, & ſontis numero cōphēdere noxas*
*Pergam anima: ſi qꝫ ſępè olim perditus ipſe*
*Non obſeruarim tua iuſſa exorſus ab alto*
*Prīcipio referā, memorēq. nefāda meorum.*
*Fuſius auſorum, & veteris contagia vitæ:*
*Quis fandi modus? aut quo tandem fine quieſcam?* (pœnas
3 *Et tamen o genitor nec tu das ſanguine*
*Me luere immanes, nec crimina tanta repoſcis,* (ſcia facti
*Quæ meminiſſe pudet; mens quæ ſibi con-*
*Nūc horret? culpatq. adeò, refugitq. peroſa*
*Tu veniam concede reo peccata fatenti,*
*Ac deteſtanti ſuper omnia ꝓpter amorem*
*Quo te præ cunctis ego rebus diligo, adoro*
*Immerito largire mihi cum pace quietem*
*Æternam ſuprema dies cum venerit hora*
*Migrādi è vita mortali ad cœlica tempe,*
4 *Debita cuiq. dies, & ineuitabile tempus*
*Imminet īteritus cūctis: ſtat ferrea Clotho*
*Surdum opus intorquens cogitq. trahitque morantes* (ſalua,
*Vis, roburq. meum Chriſte es, me protege,*
*Percutis, vt ſanes, tua vulnera dātq ſalutē,*
*Te precor ergo Dei fili, quod deficit in me*
*Vt ſupplere, tuoq. velis me offerre parenti,*
*Vim patior ꝓ me reſponde ſancte Redēptor*
*Tu fideiuſſor ades. mea debita ſolue parēti*
*Offer Theſaurū meritorum ſponte tuorū,*
5 *Faſciculū myrrhæ pœnis ex omnib. olim*
*Collectum, noſtra quas Chre ſalutis amore*
*Paſſus es. amplector, medioq. in pectore ſerno,*

*Per*

Digitized by Google

Per meritum, nomenq. tui propitium nati
Expediunt quæcunq. mea concede ſaluti.
Nō meritis cœleſte meis mihi vendico re-
gnum, (parauit,
Sed Chriſti meritis, duplici qui id iure
Vt patris eſt heres, ut pro me plurima paſſus,
Cōtentus primo, mihi ius dedit ipſe ſecundū)
Me, qui indignus eram, tanto dignatus
honore eſt. (denū
8 Hoc mihi iure dato cœleſtem poſtulo ſe-
Peccaui, fateor, pro peccatoribus ille
Paſſus eorundem perſoluit debita morte,
Qui damnandus erā flāmis vltricibꝰ Orci,
Ex Christi merito ſpero cœleſtia regna,
Ad bona calcar erit tua mī pſētia, amorq.
Atq. à peccatis me deterrebit amarum,
Te ſpectent ſemper pſentem lumina mētis
Ad te oculos nſos. cor, mentem dirigo ſemp.
Sit mihi cura tibi ſempq. & vbiq. placere.
7 Imbutæ quæ Chre tuo ſunt cordo ſagittæ
Noſtra ſalutari configant vulnere corda,
Saluatoris aquas læto de fonte bibamus.
A cunctis optate veni Rex gentib. ad nos,
O clauis Dauid nos educ carcere vinctos.
Tu mea Chre ſalus, in te ſpē ſemp habebo.
Mandatis hęrere tuis fac ſemper vbiq.
Fac nihil ipſe mihi videar, niſi puluis, &
vmbra (pro
Magna ſubire tuo fac nos pro nomine pro-
Meq. vacare bonis rebus, virtutib. actis,
8 Ad maiora animo, melioraq. ſēp anhelā.
Nil conſcire mihi, nulla palleſcere culpa
Exopto poſthac ſine crimine ducere vitam
Id mihi venturæ præſtet meditatio mortis,
Iudicij extremi, ſemperq ardentis Auerni,
Auxilioq tuo fac me deſiſtere culpis. (tus,
Fac tibi ſim ſemper pro quouis munere grā
Ingrati vitiumq. animi peul omne repelle.
Fac, crucis vt cultē flagrem amore ferēda
In te cor noſtrum tantum requieſcat a-
mando. (Olympi,
9 Nec mihi pauperiem. nec opes da rector
Sat ſedare famem: tutari à frigore corpus
Nulla cupido mihi ſit honoris, opūmue
vel auri
Sed virtutis amor, diuiniq. ardor amoris.
Spiritus alme veni, lucis radijſq ſupernæ
Illuſtra mentesq noſtras, charitatis et igne
Accende, & renes noſtros, & corda perure
Spiritus adſpira, noſtris tu cordibus eſto
Dulce refrigerium, ſis conſolator, & hoſpes.
Abſq. tuo auxilio nemo ſine crimine degit.
10 O mea quando tuis torrebis pectora
flammis, (nam,
Virtutes omnes vtinam redigantur in v-
Quam ve diuini flammis accendat amoris.
Eſt breue, quod patimur, ſed gaudia ſine
carebunt, (ta
Empyrea æterna quæ ſunt ſuper arce para-
Ad breue delectat tēpus mundana voluptas
Sed peccatores cruciabit flamma perennis,
Vt ſitiens ceruus fontem deſiderat vndas,
Sic ſpectare Deū mea mens deſiderat viuū
Nō contentus Deꝰ ſatiēq; oſtendo beantem,
11 Salui erimus, viſuq. tuo ſatiabimur ore.
Nos quoq. cœleſti tecum regnabimus arce,
Vos laudate Deū quicunq. timetis, amatis
Terra Deum laudet, mare, & aër, ſydera,
cœlum, (nec
Sit tibi laus ſemper qui me dignatus ama-
Amor vana, peul mendacia cuncta repelle
Quæ vacuas naſtant, parua inſtar, ſice pulpes
Spōſe animæ Deꝰ alme mea, cū venerit hora
Ex hac migrādi uita, fac me eſſe paratum,
Obuius ipſe tibi procedam lampade plena,
12 Virginibus ſimilis, prudentibus, atque
modeſtis, (rerum.
Quis operum ſunt vaſa oleo completa bo-
Chriſte redemptoris, nomini dici ſcora ſuum
Pande mihi; petit hoc p multa redēptio nūc
Sanguine facta tuo, ne debita quære ſoluta
Summa ſi fueris iudex, quis nunq. reſiſtet?
Quis non formidet tam iuſti iudicis ora?
Me Deꝰ gibereis confirma, ac virtut. auge,
Hoſtis vt inſanis Stygij conatibus obſtem,
Gloria ut pugnaui ut ſtringam lumine fuco,
13 Abſit opum procul à nobis maleſuada
cupido, (pius.
Non ſtonis ac Sirenis, vicem blanda volu-
Abſit,

Abſit, amicitiis virus, ſimulatio linguæ.
Nomen amicitiæ ſanctum nō vile putetur.
Sol implacatæ nunquam ſuperueniat iræ.
Sit contenta mihi modicis natura parata.
Meq. aliosq; ſimul ſemper [illegible]
Conſilij ebrietas nunq; [illegible]
Ne quid incipiam [illegible]
Et cœpiſſe iuuat, ſed ſit conſtantia cœptis
Vna ferat veniam noſtra confeſſio culpæ
Deſerat in trepidis nunquam prudentia rebus.
Ne pecem priſce, ſit mens vigilantior Argo.
Pars ſit magna meæ pœnæ nocuiſſe doloris.
Diſpliceā mihi, Chriſte, tibi ſtudeāq; placere.
Abſit amor nimius rerum, & violentia iræ.
Da mihi virtutē, qua [illegible]
Gaudeat [illegible]
Adſpiret Deus ſemper [illegible] ſecūdet
[illegible]
15 [illegible] nulla mihi placeat [illegible]
Accepti memor beneficij mente reponā,
Et benefactori ſtudeā mox reddere grates.
Nunquam ego cupiā [illegible]
Ne vitijs [illegible]
O valeam æternas lachrymis extinguere flammas.
Nunquam me pigeat recte feciſſe, laboris
Præteriunt, æterna manent ſed præmia meritis, (ſuprema,
Vnde genus trahimus, cœlum mihi meta
In patriam generoſa cupit mens noſtra redire
16 Da virtutis iter facili decurrere tractu,
Et ſine fine excipiat me tandem gloria cœli.
Tu mentes noſtras dignis virtutibus orna,
Omnia commiſſæ dele veſtigia culpæ
Segnities, vitiumq. meis à moribus abſit,
Nō cupio cenſu, ſed vita, animoq; probari.
Fac ut diuitem mihi [illegible] cōmoda [illegible]
Diuitias animi, fallacia [illegible] ſpernam.
Sit mihi, ceu nummo, caſto ſub pectore virtus.
Exilium nullū timeam, nam patria cœlum
17 Me tegat, hanc iniuſtis nemo quit auferre valebit, (tem,
Succurram lapſis, & diſcam numinis ar-
Exerceam pietatis opus [illegible] frequenter

Actibus ingenuis fallam cum tempore curas
Tu ante alios [illegible] rector Olympi,
Inſere virtutes animis Deus optime noſtris.
Agreſtes plantas generoſior inſita mutet.
Dirigat humanos ſapientia numinis actus.
[illegible] meos maculet ne crimine [illegible]
Virtutes [illegible] cordis [illegible] in albo res,
18 Et [illegible] fidus meſtum ſoletur amicus
Indignis nunquam doleam feciſſe benigne.
Sed Deus ipſe mihi pro ingrato debitor eſto
Da nobis animum rebus ſeruare ſecundis,
Donetis pietas reddat tibi munera grata,
[illegible] ſi quidē non indigus ipſe bonorū es,
Noſtra animi careat verax oratio fuco,
Ne functos vita ploremus, namq. ſequentes,
Quo præceſſerunt illi, pergemus omnes.
Quæ facio, mea ſola puto, ſunt cætera ſortis,
19 Quæ [illegible] mihi [illegible] mente reuoluā,
Ne [illegible] curas, [illegible] ſed fortiter illas,
Quæ ſecū fert qq. dies, tēpuſq. malignum,
Verba Dei obſeruem cōmiſſa fideliter auri
Pungere nec [illegible] placeat, nec lædere quēq;
Nec lædendo alios me lædere poſſe putarim.
Caſta mihi placeant cū reb. verba pudicis
[illegible] mihi ſit peccaſſe pudori
Abiecta mentis furor implacabilis abſit,
Mitior eſſe ſolet, quanto generoſior eſt mēs;
20 Supplicium paucos, timor autem corrigat omnes.
Acquiramus opes, quæ nos poſt fata ſequātur,
Nō quas arbitrio fortuna volubilis aufert.
Fac Deus ut ſoler voce, exemploq; dolentes.
Viuā, nō moriar, iuſti mors vita vocāda eſt
Omnia vincit amor, nequeunt quæ vincere vires. (ne frangi,
Non vi adamas, tepido poterit ſed ſangui-
Icarium timeam caſum, ſublimia vitans,
Ne velut abruptis pereat nouus Icarus alis,
Feſtinem lente, nō ſit mora figere greſſum.
21 Sat cito geſta putem, quæ recte geſta fuere; (conet,
Siſyphium lapidem fruſtra ne voluere
Ne maiora meis contendam viribus audax
Da mihi Chriſte pati quæcunq. aduerſa libenter,

Quod

Digitized by Google

*Quod tolerare graue eſt, poſt hæc meminiſ-*
*ſe iuuabit. (borem,*
*Pectore magnanimo quæuis tolerabo la-*
*Si diuina meis adſpiret gratia cœptis,*
*Eſſe mihi mortem vicinam cogito ſemper,*
*Actio quæq; mihi reputatur ut ultima uitæ.*
*Quando licet, verbis caſtigē crimen amici.*
22 *Diſſimulando mea alterius ne crimina*
*reddam, (campo,*
*Si quando ingrato commiſtam ſeminat*
*Te ꝓpter donata De° mihi munera reddas*
*Ipſum me vincam, nulla eſt victoria maior.*
*Conſilio melius ſuperem, quam viribus hoſtem,*
*Ne properata feram miſeris ſolatia cruda,*
*Cum nondum medicas admittunt vulne-*
*ra dextras (quam,*
*Ludendi ſtolidum ars me nondũ ceperit vn-*
*Ne tamen intenſus nimiũq; ducitur arcus*
*Frangatur, placeat ſtudium quandoque*
*remiſſum.*
23 *Omnis patranda vitanda occaſio culpæ*
*Abſit, me caſus Deus ſeruet ipſe periculo.*
*Nec me ſecurum neglecta pericula pdant.*
*Leniat afflicti patientia longa dolorem,*
*Hanc largire Deus, mihi poſt hæc adde la-*
*bores. (cæ.*
*Somnia ne fingam ſperantis amantis ami-*
*Ne telis hoſtes, prauoſue fraudib. armem,*
*Infligenda meis patiar ne vulnera telis;*
*Abſit auaricies, animo nil peius auaro eſt.*
*Sēper auarus eget, uiuit ſibi tortor acerbus.*
24 *Non ſibi, non alijs miſer is prodeſſe la-*
*borat,*
*Ne fama pateat mea detractoribus auris,*
*Suſpicio imprudens alieni criminis abſit.*
*Abſit lĩgua ꝓcul gaudens accẽdere rixas,*
*Eripere irato placeat, non tradere tela.*
*Nec ſimulē, nec diſſimilem, niſi poſtulet id*
*Vtilitaſq; animæ nec ꝓſit dicere uerũ. (res,*
*Impedimenta uelut cũ matrimonia ſcĩdũt*
*Quando bonæ excuſat fidei ignorãtia ſpōſos*
*Quos monuiſſe nihil prodeſſet, eiſq; noceret,*
25 *Ne faciam quidquam, quod me feciſſe*
*pigebit.*

*Pœna animi grauis eſt, ſceleris quem pœ-*
*nitet acti,*
*Ipſe pudor culpæ grauior ſit pœna dolore,*
*Qui peccant odere ſcelus formidine pœnæ.*
*O mihi contingat pietati impēdere uitam,*
*Vt qui macti ſunt religionis amore*
*Pro ſancta poſuere fide cum ſãguine uitam.*
*Vel miſeros ſtudeã rebus releuare ſecundis*
*Præſidia aduerſis mihi ſic firmiſſima quã.*
*Virtus ipſa ſibi precium, merceſq; laboris.*
26 *Quē cogit virtutis amor, ſtudiũq; ſubire,*
*Nec ſit longa malis multis obnoxia vita*
*Hæc mea mortalis, culpa ſit libera ab omni.*
*Inuidiam ſuperare queam virtute potenti,*
*Rebus in aduerſis me ſpes comitetur eunte,*
*Inuidiæ felix, vel fortis ſpicula vincam,*
*Nec mortem accuſem, nec fata immitia;*
*nam quæ*
*Me naſci iuſſit, lex vitæ excedere cogit;*
*Senſibus in medijs corpus mēs tuta geratur,*
*In pluma vigilet mens ambitioſa nocenſq;*
27 *Cautius ut viuam, reputem mihi fata*
*propinqua,*
*Qui putat eſſe diu victurum, viuit iniquè,*
*Ne peccent oculi, recta mihi mente regan-*
*tur; (ta feneſtra*
*Mens ſcelus omne facit. ſunt lumina aper-*
*Per quas ingreditur ſpecies occaſio culpæ*
*Ne faciles pateant prauis ſermonib. aures,*
*Ne caſtos mores corrumpant turpia verba*
*Nec nimium comptus cupiam, nec ſordi-*
*dus eſſe, (hirtum*
*Pellici enim leue os, brutis os conuenit*
*Numinis in noſtra ſignat ac imagine vultus*
28 *Crimine ne fœdo pereat, caueamus vt*
*Argi. (ſodales,*
*Nunquam turpiloquos admittam ſponte*
*Diſcitur exēplo uitium, virtuſq; frequenter*
*Aduertam monitis vtinã meliorib. aures.*
*Nō animũ repuē ſed mores vertere turpes.*
*Peccare humanum eſt, inſontes proximus ille,*
*Quē peccaſſe pudet, culpa quē pœnitet acta.*
*Caſta verecundis non deſit gratia verbis.*
*Indicium rectæ mentis ſit lingua modeſta.*

In-

Digitized by Google

Ingenuam pudeat cōuitia ſpargere linguam.
29 Ne reus efficiar regerens cōuitia ſomni.
Lingua eadem mores aperit, aetatque lo-
quentum. (tes,
Sit mihi mos grata venerari mente paren-
Maioreſq. ſeneſq. loco obſeruare parētum,
Et praeceptores, vitae, morumq. magiſtros
Auribus, aut oculis ſtatuo committere
nunquam (hoſte,
Si quid turpe loquar, uel agam ſeductus ab
Quod Deus auertat, ſine te conſtantia
nulla eſt, (torum
Non mihi multa loqui, ſed tempeſtiua da-
Magna viri virtꝰ ꝓpriā cōpeſcere linguam,
30 Mane mihi ſermone ꝓmittere noctē
Nec mihi venturae tutum confidere luci.
Mors inopina rapit ꝑmultos quolibet hora
Craſtina peccāti non ſpōdet tēpora numen,
Tempore det quis veniam quocūq. petēti,
Ac deteſtanti ſua crimina, rite fatenti.
Componat noſtros iucūda modeſtia vultus,
Hęc elementa ſcio virtutum prima vocari
Da Deꝰ, vt q̄uis fortuna munera ſpernam,
Sed virtutis amem theſauros nō perituros,
31 Ignorare putē, quam diſcere, turpius eſſe
Turpior eſt lingua labi, q̄ greſſibus error,
Siq. voluptati cogam ſeruire ſalutem,
Si ancilla dominam famulari, ſpirituiq.
Permittā carnē dominari, caetera ꝑdam.
Nec mea difficilis monitis ſe accommodet
auris, (tum.
Conſiliiſq. virum morum grauitate niten-
Fac Deus vt ſemper pietatem, iuſque ſe-
quamur, (ſemper,
Hęc ſine thure tibi pergrata eſt victima
32 Ne credā tacita cœlari crimina nocte.
Aſt oculis manifeſta tuis mea cūcta patere
Cōſilia, et cordis tibi nulla abſcōdita credā
Cōſpectum verearq. tuum, pręſentiaq. ora,
Auſpice te vitiis, culpiſq. orientib. obſtem
Noſtra contra morbos medicina paretur;
Cum longis ſumpſere moris cōtagia vires,
Intempeſtiuis ne ſoluam labra cachinis,
In lachrymas riſus ne conuertatur amaras

Ne rapiat longas mihi ludus inutilis horas,
Sed grauibus libeat curis impendere tēpus,
33 Quo nihil in toto reputo pretioſius orbe;
Lugeat infelix ſenium peccata iuuentae,
Tēpus et amiſſum cupiam reuocare, dieſq.
In pietatis opus reliqua conſumere vitae.
Lubrica ne nimio permittā lumina ſomno,
Sed vigilem ſacris intentus rebus, & actis;
Vt vigilant tacito labentia ſydera cœlo.
Nā ꝓmiſſa datur vigilantib. alma corona
Da Deus à rectis nuſquā deſiſtere cœptis,
Sumendiq. modum potus ſeruare, cibiq.
34 Obruat vt nūquā defeſſā crapula mentē,
E libris meliora legam, non noxia, melq.
Cūctantes imitabor apes meliora legentes,
Turpia ne vano cœlem mendacia fuco.
Cōcilietq. fidem dictis mea vita probata,
Vt mihi ſit nunquā verum iurare neceſſe,
Nunquā diuitiis inhiem, nec honorib. vllis.
Me nudū genuit, nudum natura recondet,
Nā nec opes, nec honor parua cupiūt ab ur-
Cōſilio, nō fortuna mea cūcta regātur, (na,
Nō ſors caeca meos prudētia dirigat actus,
Credaturq. mihi paucis & pauca loquenti,
35 Ne violē caſtas obſcœnis vocib. aures,
Cui grauis oris odor, vitiū cœlare laborat.
Aſſiduo virtus uſu, non voce probetur.
Qui bonus eſſe cupit, faciat, nō dicat, oportet
Nos propria virtute decet, nō ſanguine niti
Ponere frena ori virtutis linea prima eſt.
Scire loq. eſt hominū, ſed ſcire tacere virorū
Aequalis fama, & vita ſit cura tuendae,
36 Et mali uitā, quā famā perdere honeſtā
Ipſe meam ſtudeā laudē, culpamq. ſilere,
Vtilitas aliena petat niſi dicere uerū (cuſo
Nunquā magna petā, ſicut dare pauca re-
Ignoſcens aliis veniam fortaſſe merebor,
Nulli charus erit, qui nil ignoſcit amico;
Cōtentus modico ad uitā nō plura requirā,
Cū dote, & forma mores in coniuge quaerant,
Qui nubunt; ego Chriſte tibi uolo uiuere ſoli,
Pauper, inops, ſoloq. tui contentus amore.
Criminis illecebras, irritamenta malorum
Effugiam caute, viteṁque pericula culpa.

LAVS DEO.

Digitized by Google

# LAVRENTII LONGI PARMENSIS THEOLOGI CONGREG. SOM.

## Tabula Tabularum Salutarium

*Litera t. g. ſignificant Tabulam generalem; t. 1. Tabulam primam; t. 2. Tabulam ſecundam; c. Caput; n. numerum; primus numerus ſignificat tabulam; ſecundus caput; tertius, & quartus, & reliqui paragraphos.*


A [illegible] repelli [illegible] tab. 1. cap. 9. [illegible] pe [illegible]

Ablutio ad Bapti[illegible] ſecundum ritum Romanum fit per infuſionem, alicubi per immerſionem, vt Mediolani tab. 1. cap. 2. num. 24. & 17. fol. 7. & 9.

Ablutio digiti, vnguis, capilli, alterius partis, vel ſecundinæ pellis, vel vmbilici an ad Baptiſmum ſufficiat t. 1. cap. 2. num. 20. & 21. fol. 8.

Abnegatio ſui quibus [illegible] tab. 2. cap. 32. n. 5. & cap. 39. n. 2. f. 2[illegible]

Abſente Epiſcopo, eiuſque Vicario, facultas Confeſſarij etiam elapſo tempore conceſſo durat t. 2. c. 20. n. [illegible]

Abſoluere poteſt Sacerdos ſimplex Prædicatores, & à mortalibus [illegible] miſſis tab. 2. cap. 56. n. 69. [illegible]

Abſolutio eſt actus iudicialis [illegible] t. 2. c. 55. n. 4. f. 363.

Abſolutio à Sacerdote indigno [illegible] miſſo ad confeſſionem [illegible]

B. Maria Virgo mater noſtra c. 95. eius potentia cap. 97. laudes cap. 95. num. 6. & 7. memoria num. 5. imitatio cap. 95. num. 15. amor num. 22. patrocinium num. 5. & nu. 13. & tab. 2. cap. 97. nu. 33. refugium noſtrum num. 21. fol. 636. Roſarium, & Corona, Pſalmodia, Litaniæ cap. 95. nu. 16. Laudes ex alijs rebus num. 9. pulchritudo cap. 95. num. 24. ſodalitas n. 21. B. Mariæ Virginis comparatio cum Eua cap. 95. num. 28. & 24. ſalutatio Angelica num. 28. ſodalitas B. Virg. cap. 95. num. 21. moribundis auxiliatur cap. 97. num. 33.

Manſuetudo cap. 95. num. 11. & cap. 96. num. 13.

Manna in deſerto cap. 98. nu. 28.

Materia Baptiſmi tab. 1. cap. 2. per totum.

Materia pœnitentiæ, & forma tab. 1. cap. 10. num. 16. fol. 93. vide v. Sacramentum tab. gen. Ordinis Sacramenti materia forma apud Græcos, & apud Latinos materialiter diuerſa tab. g. c. 2. nu. 7. f. 23. dubiam materiam, vel formam adhibens in Sacramento conficiendo ad mortem euitandam non peccat, ſi contemptus fidei, & Eccleſiæ abſit ibid. num. 8. fol. 24.

Matrimonij impedimentum quando ſit diſſimulandum à Confeſſario tab. 2. cap. 22. num. 7.

Matrimonium cauſa moralis gratiæ tab. 1. cap. 1. efficacia tab. gen. cap. 1. num. 5. fol. 16.

Martyrij deſiderium cap. 97. num. 7. & c. 100. num. 25.

Materiæ, & formæ concurſus moralis quando ſufficit tab. 1. cap. 2. nu. 1. fol. 18. & t. g. c. 2. n.

Mediolanenſis Synodi decretum an Regulares Confeſſarios obliget tab. 2. cap. 20. num. 87. fol. 182.

Medici, & chirurgi an, & qui ſint irregulares vide v. irregularitas.

Meditatio eſt oratio cap. 54. num. 7. fol. 357. & c. 95. nu. 15.

Meditatio Diuinorum cap. 94. num. 47. fol. 619.

Metus tab. 1. cap. 35. num. 17. & cap. 39. num. 4. Paſſionis Chriſti cap. 42. n. 29. fol. 272.

Menſa negatur excommunicato cui cap. 71. num. 6. f. 471.

Merces non augetur laboribus extrinſecis ex parte operantis tab. gen. cap. 8. num. 4. f. 50.

Pro laboribus intrinſecis ſacræ actionis licet ſolum accipere ſtipendium ad ſuſtentationem t. g. c. 8. n. 5. fol. 50.

Miſericordia cap. 98. num. 20.

Mirifica Dei potentia cap. 98. nu. 28.

Miſſæ omiſſio in concurſu diei Dominicæ, & diei feſti vnicum peccatum tab. 2. cap. 19. n. 25. f. 144.

Miſſæ ad altare priuilegiatum diebus certis celebrandæ cap. 43. nu. 6.

Miſſa pro quibus offerenda, vel pro quibus orandum c. 95. nu. 27.

Eleemoſyna pro miſſa vide Merces tab. gen. cap. 8. n. 4.

Matrimonij inualiditas non eſt detegenda ſine ſpe fructus, ſed coniuges in bona fide relinquendi cap. 57. num. 8. fol. 381.

Matrimonij violati circonſtantia confitenda f. 2. c. 17. num. 30. & nu. 30. 32. [illegible] 43. 49. & 66.

Matrimonio nondum conſumma-

to per ſpatium bimeſtre licet ſponſo, vel ſponſæ religionem inire tab. 2. cap. 59. num. 6.

Matris grauidæ vterus quando ſecandus tab. 1. cap. 2. num. 27. & tab. 1. cap. 5. num. 5.

Mendacium in confeſſione quando lethale peccatum eſt t. 2. c. 10 n.

Mendacium in confeſſione de materia non neceſſaria non reddit eam irritam, vt docet Aurcſa queſt. 10. ſect. 5. contra Caietanum.

Medici viſitantes infirmos non confeſſos vltra triduum quando grauiter peccent, & quando excuſentur tab. 2. cap. 13. num. 15. 16. & 17. fol. 109 quomodo obligentur iuramento ad conſtitutionem Pij V. ibid. num. 17. & cap. 58. num. 15.

Confeſſarius eſt medicus animarum tab. 2. c. 31. nu. 8. fol. 266.

Meritum de congruo, & de condigno tab. 1. c. 9. nu. 3. fol. 42.

Merces miniſtrantium Sacramenta tab. gen. cap. 8. num. 49.

Meretricum, quibuscum peccatum eſt, numerus an ſit confitendus tab. 2. cap. 17. num. 15. fol. 126.

Meretrices quam facile conſiteri poſſint tab. 2. cap. 14. n. 24. f. 117.

Merita mortificata lethali culpa reuiuiſcunt pœnitentia tab. 2. cap. 9. nu. 53. fol. 91.

Merita Chriſti cap. 100. num. 4.

Metaneæ deſcriptio, et ſchema tab. 2. c. 2. nu. 1. fol. 71. & 74.

Metus grauis, dolus, vis non extorquent validam abſolutionem à conſura cap. 92. nu. 64. & 65. f. 590.

Michaelis Baij errores tab. 2. cap. 29. num. 1. f. 254.

Minæ fœmineæ vitandæ c. 96. n. 5.

Miſſæ oblatio cap. 93. num. 26.

Miſericordia Dei quanta c. 94. n. 2. & 5.

Miniſter Sacramentorum tab. gen. cap. 6. f. 54. per totum, eius merces cap. 8. num. 49.

A Miniſtro malo parato Sacramenta recipere poſſumus tab. 2. cap. 26. num. 8. fol. 241. & tab. gen. cap. 5. num. 2. fol. 51.

Miſſa intra clauſtra monialium quando dici poſſit tab. 2. cap. 56. num. 19. fol. 288. Miſſæ ad Altare priuilegiatum tab. 2. cap. 44. num. 8. vide v. Altare priuilegiatum. Sacerdos poenam mortiferi reus poteſt induci ad Miſſam die feſto celebrãdam, vt populus inteſſit Miſſæ ex præcepto tab. g. cap. 2. fol. 18.

Modeſtia cap. 95. num. 4. & cap. 100. num. 30.

Modus perſoluendi pœnitentiam tab. 2. cap. 54.

Modi varij concubitus Venerei an confitendi tab. 2. cap. 19. num. 45. fol. 148. varij modi diuinationis nu. 46.

Modica non ſpernenda cap. 94. nu. 42. & 47. fol. 119.

Monachorum nomine nõ comprehenduntur fratres, nec Mendicantes, nec è contrario cap. 62. nu. 27. f. 430.

Moderatio affectuum cap. 96. n. 10. vitæ cap. 97. num. 4. appetituum cap. 97. num. 8. fol. 634.

Monachi Benedictini nigri vtentes alio habitu quam præſcripto ſuſpenduntur cap. 76. num. 12. f. 510.

Monachi Benedictini ſemel quolibet menſe confiteri iubentur, an peccent non confitendo t. 2. c. 12. n. 4. f. 102.

Monachi an aliquem ſuſcipere in Baptiſmo valeant licitè tab. 1. cap. 10. num. 9. fol. 52.

Monachæ exemptæ à iuriſdictione Epiſcopi tab. 2. c. 25. n. 49. f. 238.

Monachæ Iubilei tempore an poſſint eligere ſibi Confeſſarium inconſulto

ſulto Epiſcopo, & ab eo abſolui cap. 26. n. 13. f. 142. & c. 20. n. 5. f. 181.

Viſitari abſque cauſa non debent cap. 94. num. 65. fol. 621.

Moniales nouitiæ à quolibet Confeſſario abſolui poſſunt tab. 2. cap. 35. num. 5. fol. 283.

Monialium confeſsiones à quo audiendæ tab. 2. cap. 35. fol. 283.

Moniales nullam conſuetudinem pro lege facere poſſunt tab. 2. cap. 38. num. 13. fol. 297.

Acceſſus regularium ad moniales, earumq; allocutio c. 76. n. 1. f. 508.

Cenſuræ latæ contra Monachos nõ afficiunt reliquos religioſos, nec latæ contra religioſos tangunt nouitios cap 62. num. 27. f. 429.

Cenſuræ latæ contra Abbates, aleoſque ſuperiores, præſules non comprehendunt Regulares priuatos, & è contra cap. 62. num. 30. fol. 430.

Monita pro Confeſſarijs, & pœnitentibus t. 2. c. 31. per totum.

Monſtra quando ſint baptizanda tab. 1. cap. 7. num. 1. f. 30.

Moribundus adultus baptizandus, ſi Baptiſmum antea petijt aliquo id referente tab. 1. c. 5. n. 7. f. 25.

Moribundus, qui nutibus cõfitetur, vel Confeſſarium petijt, abſoluendus eſt tab. 2. cap. 28. num. 1. & ſi det ſigna pœnitentiæ c. 58. n. 2 & 3. f. 249.

Moribundi ſtatus cap. 97. num. 31.

Moribundi Baptiſmus t. 1. c. 2. n. 27.

Moribundus infans in neceſſitate non eſt proijciendus in puteum, vel flumen, vt baptizetur tab. 1. cap. 4. num. 13. fol. 21.

Moriturum, vel in periculo mortis poſitum licet baptizare; etiamſi baptizando illi mors acceleretur ib. nu. 13.

Ad moribundi confeſſionem excipiendam, Sacerdotem vocare debent Laici, vel Clerici proximi tab. 2. cap. 60. num. 5. fol. 378.

Mors ineuitabilis cap. 70. n. 4. & 18.

Mortis memoria cap. 32. num. 13.

Meditatio cap. 46. num. 17.

Mors cap. 93. num. 31. & cap. 94. num. 34. & c. 100. n. 26.

Mors expectanda eſt cap. 94. num. 27. fol. 100. incerta eſt nu. 57.

Mors cap. 95. num. 95.

Mors bona cap. 97. num. 6.

Repentina cap. 98. num. 7.

Mortalium cæcitas c. 99. n. 10. f. 659.

Mortuus ab excommunicatione abſoluendus, vt ſepeliri in loco ſacro poſſit cap. 92. n. 52. f. 588.

Monſtra quænam, & quomodo baptizanda tab. 1. cap. 7. num. 1. & 2. homo biceps duplici Baptiſmo expiandus ibid. num. 1.

Mundi ſapientia ſtulta cap. 94. num. 48. contemptus c. 97. n. 28. f. 636.

Munera cæcant mentem c. 96. n. 10.

Muti, ac ſurdi baptizandi, ſi nutibus Baptiſmum petierint, aut Pœnitentiæ ſigna ediderint tab. 1. cap. 7. num. 2. fol. 31.

Mutus, vel ſurdus per interpretem, vel ſcripturam confiteri non tenentur tab. 2. cap. 12. n. 35. f. 109.

Munuſcula à Confeſſario monialiũ non accipienda neque danda tab. 2. cap. 37. fol. 290.

Munera non acceptanda tab. 2. cap. 94. num. 42.

Mutilatio inducens irregularitatem quænam ſit, vide v. irregularitas.

N

NAturæ præcepta t. 2. cap. 59. n. 5. Natura paucis contenta eſt cap. 96. num 5.

Nauigantes quando Iubilæum conſequi poſſint cap. 43. n. 14. f. 330.



Digitized by Google

Naufragantium bona rapientes abſoluta Regularibus iuſſa reſtitutione non poſſunt cap. 60. n. 10. f. 410.

Neceſſitas aufert omnem reſeruationem t. 2. c. 20. n. 60. f. 170.

S. Nicolaus Myræ Epiſcop. cap. 94. num. 58.

Nix, glacies, grando, pruina ſunt remotè aptæ ad Baptiſmum tab. 2. c. 2. num. 12.

Nobilitas vera quæ ſit cap. 97. n. 11.

Nomen bonum multi faciendum ibid. num. 46.

Noſcere ſe ipſum cap. 96. num. 30.

Notarius, & teſtes aſſiſtere poſſunt licitè excommunicato vitando, ſi teſtamentum faciat cap. 71. nu. 4.

Menſa, id eſt participatio communis cibi, & potus cum excommunicatis vitita t. 2. cap. 71. num. 6. fol. 471. exceptionem vide.

Notitia ex confeſſione vti quando illicitum tab. 2. cap. 19. num. 50. & cap. 24. n. 8. & c. 58. n. 9.

Notitia ante, vel poſt confeſſionem habita, quomodo poteſt vti Confeſſarius tab. 2. cap. 24. num. 23. fol. 224. & cap. 51. num. 9.

Notitia ex confeſſione vti prohibentur ſuperiores, non magiſtri nouitiorum cap. 57. num. 58.

Nouiſſimorum meditatio cap. 52. num. 13. & c. 93. n. 23.

Nouitium religioſum abſoluere poteſt à cenſuris latis à Iudice Superior eiuſdem cap. 92. n. 78. f. 593.

Nouitiatus, & minorum ordinum circunſtantia t. 2. c. 17. n. 9. f. 125.

Numerus actuum malorum diſtinctorum tab. 2. c. 19. n. 40. f. 148.

Nouitij religioſi à quolibet Confeſſario approbato abſolui poſſunt tab. 2. cap. 20. num. 9. fol. 156. etiam à reſeruatis à religioſo prælide, item Nouitiæ moniales tab. 2. c. 35. n. 5.

Nouitij non obligantur ad regularia tab. 2. cap. 20. num. 75.

Nouitijs dicenda à Confeſſario cap. 40. num. 175. quando poſſint ſibi eligere Confeſſarium cap. 49. n. 5. f. 339.

Nouitij abſolui poſſunt à cenſura iudiciali à Superiore ſuo cap. 92. num. 78. fol. 593.

Nugæ cauendæ c. 59. n. 14. f. 301.

Numerus peccatorum non explicatus à rudioribus irritas eorum confeſſiones quando non reddat tab. 2. cap. 15. num. 7. fol. 120. plus minus, quando addendum numero tab. 2. cap. 19. num. 5. fol. 139.

Numerus perſonarum in coitus illiciti confeſſione an confitendus tab. 2. cap. 17. n. 44. f. 128.

Numerus confeſſionum auditarum in peccato mortali confitendus ibid. num. 58.

Numerus obiectorum, quæ mala actio reſpicit, explicandus tab. 2. cap. 19. num. 1. fol. 138.

Numerus multiplicatur actuum voluntatis multiplicatione ibid. num. 4. fol. 139.

Numerus contumeliarum ibidem num. 11. fol. 141.

Numerus perſonarum eadem contumelia, vel damno affectarum tab. 2. cap. 19. num. 10. fol. 141. & numerus eorum, coram quibus detractum eſt alienæ famæ an confitendus tab. 2. cap. 19. num. 12. fol. 141.

Nutibus abſolui poteſt excommunicatus à cenſura tab. 2. cap. 92. num. 104. & 105. f. 600.

Nutus in muto, vel moribundo illis abſolutionem petente ad abſoluendũ illos ſufficiunt tab. 2. cap. 28. num. 1. & ad iubilæum conſequendum ibid. fol. 246.

Obe-

O

Obedientiæ præcepto an Abbatiſſæ obligare poſſint tab. 2. cap. 62. num. 5. 6. & 26. f. 423.

Obediens ſuperiori obedit Deo t. 2. cap. 40. num 53.

Obedientia perfecta c. 39. num. 15.

Chriſti obedientia c. 94. num. 49.

Obex impediens Sacramenti effectum tab. gen. cap. 3. n. 3.

Excommunicatis dominis, & ſuperioribus ſubditi obedire non tenentur cap. 69. n. 5. & 8. f. 465. & 466.

Si dubitetur an cenſura iuſta ſit, parendum eſt Iudici cap. 66. n. 5. f. 466.

Obedientia religioſa tab. 2. cap. 40. num. 33. fol. 309.

Obedientia cæca prompta cap. 40. num. 33.

Obedientia quibuſnam debeatur c. 59. num. 4. & c. 97. n. 4. & 53.

Obediendum maioribus cap. 94. num. 40.

Obedire ſubditus ſuperiori quando tenetur, & quando non tab. 2. cap. 25. num. 39. fol. 418. & cap. 57. num. 7. & num. 8.

Obedientię, & paupertatis vota t. 2. cap. 39. nu. 16. Obex vide v. fictio.

Oblatio cordis Deo cap. 93. nu. 22. Miſſæ cap. 93. num. 26. meritorum Chriſti ibid. & cap. 100. num. 4. & t. 2. cap. 6. num. 44. & 16. Miſſæ cap. 94. num. 20. obſequij cap. 95. n. 12.

Oblitus confiteri aliqua peccata reſeruata Sacerdoti habenti facultatem abſoluendi ab illis virtute Iubilęi, vel Bullæ Cruciatæ abſolui poteſt á quolibet Confeſſario ab iiſdem cap. 25. nu. 32. fol. 233.

Obliuio quando excuſat tacentem aliquas cenſuras in confeſſione tab. 2. cap. 27. num. 7.

Obliuio culpæ mortalis non impedit Sacramentum pœnitentiæ tab. 2. cap. 11. num. 26.

Oblocutio vitanda cap. 94. num. 59. non timenda c. 97. n. 14.

Obmurmurationes fugiendæ cap. 40. n. 20. & c. 97. n. 9.

Obſequia erga B. Virg. Mariam tab. 2. cap. 95.

Obſtandum principijs tab. 2. cap. 29. num. 12.

Obſeruatio legum cap. 97. num. 50.

Occaſio peccandi quando neceſſario deſerenda eſt tab. 2. cap. 19. num. 56. fol. 151. & c. 20. n. 11. & 21.

Abſolui an poſſit manens in proxima occaſione peccandi t. 2. c. 21. n. 57.

Occupationis bonæ vis c. 32. n. 19.

Oculorum cuſtodia c. 96. n. 28.

Odium cognatorum à religione reuocantium c. 40. n. 25.

Odium fugiendum quomodo tab. 2 cap. 32. num. 6. & cap. 59. num. 16. fol. 596.

Odium peccati c. 94. n. 15. f. 595.

Odij obiecta non variant ſpeciem tab. 2. c. 19. n. 31. fol. 145.

Odor, & fętor fugiendi c. 94. n. 53.

Officium parentum erga filios, & filiorum erga parentes cap. 59. num. 4. coniugum ibidem.

Officium B. V. Mariæ c. 95. nu. 16.

Officij violati, aut omiſſi circunſtantia confitenda tab. 2. cap. 17. num. 20. fol. 135.

Omiſſio miſſæ in concurſu duplicis feſti tab. 2. cap. 19. num. 25. correctionis debitæ num. 24.

Officia Diuina vetita tempore interdicti c. 77. nu. 66. f. 519.

Omnipotentia Dei cap. 98. nu. 27.

Operum commutatio ad Iubilęum cap. 47. num. 26. fol. 333. quænam commutari poſſint ibid. nu. 12. à quo Confeſſario num. 13.



Digitized by Google

Opus externum neceſſarium ad Indulgentiarum conſecutionem cap. 46. num. 4. opus diſtinctum ad diuerſas Indulgentias conſequendas neceſſariū ibid. num. 8. fol. 324.

Opera ad Iubilęum per duas hebdomadas fieri poſſunt cap. 47. n. 11.

Opera pietatis cap. 94. cap. 95. & cap. 96. num. 20. 25. & 17.

Facienda bona cap. 97. num. 6.

Opera bona religioſorum quando communicantur ſecularibus cap. 52. num. 11. fol. 352.

Operationum bonarum ſtudium, occupatio tab. 2. cap. 92. num. 19. & cap. 94. num. 40.

Opinio eligenda à Confeſſarijs tab. 2. cap. 23.

Opinio probabilis fauorabilior pœnitenti Sacramenti ſuſceptori eligenda eſt à miniſtro Sacramenti, vel Confeſſario tab. 2. c. 23. n. 2. f. 208.

Opinio eligenda eſt, quæ optimis rationibus innititur ibid. n. 4. Doctoris vnius opinio ratione probata quando communi præferri poſſit ibid. n. 4.

Opinio communis poteſt præferri gloſſæ ibid. num. 6.

Opinionem probabilem cum formidine oppoſiti ſequi licet ibid. num. 7. & quando parum probabilem num. 9. ex oppoſitis probabilibus alterutram ſequi licet, ſecus dubiam, an ſit probabilis num. 8. & cap. 58. fol. 395. ad vitandum graue damnum ſequi poſſumus opinionem minimæ probabilitatis, immo debemus ad euitandum graue proximi damnum num. 9. opinionem ſola authoritate probabilem ſequi poſſumus num 10. in neceſſitate ſequi licet, quod probabile cenſetur num. 1. licet diſcipulis amplecti opinionem pręceptoris tab. 2. fol. 204. opinionem minus probabilem ſequi poſſumus num. 12. etiam relicta probabiliore tab. 2. cap. 23. num. 38. fol. 316. & cap. 58. num. 2. & 3. fol. 395. ad vitandum graue damnum nobis, vel proximo imminens; immo Sacramenti miniſter ſequi debet opinionem probabilem ſuſcipientis Sacramētum ibid. num. 1. ad probabilitatem opinionis non ſufficit antiquitas Doctoris ibid. num. 13. fol. 210. licet ſequi opinionem minus tutam num. 16. minus probabilem ſed contrariam opinioni probabili quæ fauet poſſeſſioni f. 210. & ſibi, vel ſuo & iudicio tantū probabili innixam num. 18. fol. 211. contrarias inter ſe opiniones probabiles pro arbitrio ſequi licet num. 19. quæ opinio ſit præferenda alteri probabili num. 20. 21. & 22.

Opinio ſpeculatiuè probabilis talis eſt etiam practicè ibid. cap. 23. num. 26. fol. 213. opinio Theologorum an ſit pręferenda opinioni Canoniſtarum num. 28. opinio recentiorum præferenda eſt ſententiæ veterum ibid. cap. 23. num. 29. opinio probabilis vnius Doctoris num. 30. opinio perfunctoriè tradita quātum ſit probabilis num. 31. author opinionis probabilis qualis eſſe debeat n. 33. opinio tutior quæ ſit num. 37. fol. 316.

Opinio quæ pœnitēti potius, quam quæ Sacramento fauet eligenda eſt tab. 2. cap. 28. num. 9. fol. 252. & tab. 8. cap. 2. num. 5.

Probabile eſt peccare eum, qui eligit opinionem minus probabilem relicta probabiliore cap. 58. n. 4. f. 396.

Ordinarius Epiſcopus quis ſit cap. 49 num. 3. fol. 337.

Ordinarij nomine an intelligi poſſit Superior religioſus Iubilęi tempore tab. 2. cap. 20. num. 78. f. 170.

Ordinarij cuiuslibet approbatio ſufficit

Digitized by Google

ficit Regulari tab. 2. cap. 20. fol. 183.

Ad ordinarium pœnitentis ſpectat concedere facultatem abſoluẽdi eum cap. 54. num. 7. & cap. 20. num. 78. fol. 176.

Ordinis ſacri, aut voti caſtitatis circũſtantia quãdo, & quomodo confitenda tab. 2. cap. 17. num. 7. & 29. fol. 129. ordinum ſuſceptionem, vel collationem quænam impediant, lege v. Interſtitium, & v. Irregularitas.

Ordinis minoris, aut nouitiatus circunſtantia an confitenda ib. n. 9.

Ordo charitatis cap. 96. nu. 3. 26. & cap. 97.

Oratio non intellecta ab orante fugat Dęmones cap. 39. n. 20. f. 303.

Oratio mentalis an ſufficiat ad Iubileum cap. 47. num. 7.

Oratio ad Deum cap 93. num. 5. & cap. 99. num. 18.

Ad Spiritum Sanctum cap. 93. nu. 18. pro Defunctis, & moribundis ibid. num. 19. pro varijs rebus ibid. num. 20. & 27.

Orationis vis cap. 32. num. 18. & cap. 94. num. 54.

Orationes iaculatoriæ c. 98. nu. 1.

Oratio Dominica cap. 94. num. 6. & 13. & cap. 97. num. 14. & cap. 99. num. 2.

Orandum attentè cap. 94. nu. 62.

Oratio contra vitia cap. 32. num. 18. 21. eſt ſcutum contra mala omnia cap. 98. num. 1.

Ornatus corporis qualis eſſe debeat tab. 2. cap 3. num. 19. idem cap. 94. num. 54.

Orphanus auo materno conſentiente baptizari poteſt t. 2. c. 14. n. 8.

Oſculorum, tactuum, amplexuum venereorum circunſtantiæ confitendæ tab. 2. c. 17. nu. 19. Niſi prçludia ſint, aut complementa coitus illiciti tab. 2. cap. 19. num. 39. fol. 147.

Oſtentatio fugienda cap. 39. num. 15. fol. 301.

Otium fugiendum cap 94. num. 38. nu. 57. & num. 66.

P

PApa nulli cenſuræ obnoxius cap. 64. num. 11. fol. 437.

Paradiſus cap 94. num. 31. mercabilis paruo labore eſt ibid. nu. 47.

Pacis petitio cap. 95. num. 27.

Pactum cum Dęmone in diuinationis vetitæ confeſſione explicandum tab. 2. cap. 19. n. 47.

Paradiſi locus vltimus optatur cap. 90. num. 7.

Paradoxa B. Ægidij cap. 59.

Parentes honorandi cap. 59. nu. 4. quinam parentum nomine intelligendi ibid. parentes filios ſuos in Baptiſmo ſuſcipere poſſunt in neceſſitate, poſtea vti Matrimonio non prohibentur tab. 1. cap. 8. nu. 9. f. 39.

Parentibus egenis ſuccurrendum cap. 59. num. 4. etiam à Religioſo.

Parochus ex officio Sacramenta miniſtrare debet, quando, & quæ tab. gen. cap. 6. num. 3. f. 36.

Parochi obligatio ad excipiendas confeſſiones ſubditorum tab. 2. cap. 59. num. 4. fol. 378.

Parochus Regularis non poteſt ſubſtituere ſibi regularem non approbatum tab. 2. cap. 20. num. 5. f. 182.

Parochus ſi neget facultatem iuſtè petitam confitendi alteri, pœnitens an alteri poſſit confiteri Parocho inuito tab. 2. cap. 12. num. 22. & cap. 15. num. 13. fol. 121.

Parochi poteſtas in ſubditos tab. 2 cap. 20. num. 2.

Tenetur ſubditorum confeſſiones



Digitized by Google

audire in Paſchate, & in neceſſitate etiam cum periculo vitæ Sacramenta miniſtrare tab. gen. cap. 6. num. 3. fol. 36. & tab. 2. c. 57. n. 4. f. 378.

An poſſit admittere Confeſſarium externæ diœceſis ad ſuorum confeſſiones excipiendas tab. 2. cap. 20. nu. 2. fol. 354. & c. 56. n. 20.

Parochus extra diœceſin propriam abſoluere poteſt ſubditos ſibi cap. 20. num. 6. fol. 155.

Eligere poteſt Confeſſarium à quolibet Antiſtite, vel à nullo approbatum tab. 2. cap. 21. num. 11. f. 196.

Satisfacit officio ſuo per alium Cōfeſſarium cap. 57. n. 4. f. 348.

Parochi monialium Confeſſarij tab. 2. cap. 35. num. 5.

Parochus vbique an confeſſiones excipere poſſit cap. 49. num. 4. fol. 338.

In Parocho regulari poteſtas abſoluendi ab Epiſcopo quando reuocetur vel abrogetur tab. 2. cap. 20. num. 84. fol. 181.

Parochus, vel alius Sacerdos coniungens Matrimonio, vel benedicens Sponſos alienæ diœceſis, abſque licentia, ſuſpenſione legatur cap. 76. num. 10. fol. 505.

Parochus quando debet miniſtrare Sacramenta ſubditis petentibus, & quando excuſatur tab. gen. cap. 6. nu. 3. fol. 36.

Miniſtrare per alium poteſt cap. 54. num. 4. fol. 378.

Parochus etiam cum periculo vitæ ſuæ Sacramenta miniſtrare debet ſuis valde indigentibus tab. gen. cap. 6. nu. 5. fol. 37. & num. 7. fol. 38.

Poteſt munire ſe remedijs, & armis contra peſtem, & hoſtes fol. 39.

Parocho non licet fugere tempore peſtis tab. gen. c. 6. n. 9.

Parochus excommunicatus neceſſitate vrgente licitè miniſtrat Sacramenta, & aſſiſtit Matrimonio, vel poteſtatem alteri tradere poteſt aſſiſtendi Matrimonio cap. 67. n. 5. & 6. f. 452.

Paſchatis tempus quod ſit tab. 2. c. 12. num. 33. fol. 109.

paſſio, vel actio in ſodomia confitenda tab. 2. cap. 20. num. 62. f. 170.

Paſſio Chriſti remedium peccatorum cap. 94. num. 60. & c. 100. n. 4.

Patientia cap. 39. num. 11. in morbis cap. 94. & cap. 98. ex conſideratione Paſſionis Chriſti cap. 96. num. 9. ex præparatione animi c. 97. n. 2.

Parturiētes mulieres an abſolui poſſint à reſeruatis peccatis, & cenſuris tab. 2. cap. 25. n. 22. f. 231.

Patientia cap. 93. num. 15. & cap. 95. num. 11. contra inimicos cap. 96. num. 8. in aduerſis cap. 96. num. 18. & 25. & cap. 97. num. 11. & num. 27. & cap. 98. num. 10. & cap. 99. num. 4. & cap. 100. num. 21.

Patientiæ vis tab. 2. c. 32. num. 22.

Patria noſtra Cœlum eſt c. 97. n. 7.

Patrinus in Bapriſmo quis eſſe poſſit, & qualis eſſe debeat, eius munus, & cognatio ſpiritualis tab. 1. cap. 10. num. 1. 2. & 4. fol. 50.

Paupertas cap. 97. num. 27.

S. Pauli Conuerſio cap. 98. nu. 18.

Paupertas nulli exprobanda cap. 94. num. 39.

Paupertas voluntaria cap. 79. num. 14. & cap. 100. num. Religioſa cap. 40. num. 31. & cap. 96. num. 7. & nu. 17. fol. 629.

Pax cap. 98. num. 11. fol. 640.

Peccata, de quibus dubitamus, an ea commiſſerimus, an neceſſario confitenda ſint cap. 58. n. 7. f. 398.

Peccata reſeruata ſubijceri poſſunt Sacerdoti non habenti facultatem abſoluendi ab illis cap. 58. nu. 6. f. 398.

A pec-

Digitized by Google

A peccato excuſat ignorãtia inuincibilis non vincibilis cap. 92. n. 119. & 120. fol. 604.

Peccatorum circumſtantiæ non mutantes ſpeciem non ſunt neceſſario confitendæ cap. 58. n. 9. f. 400.

Peccata Venerea contra naturam, & ſi diferant modo, non ſpecie infima in confeſſione explicanda ſunt ibid.

Peccatori notorio non eſt miniſtrãdum Sacramentum, & qui ſint peccatores notorij tab. g. c. 9. n. 5.

Peccatori emendato, vbi talis putatur, non neganda ſunt Sacramenta t. g. cap. 9. num. 6. f. 53.

Peccatoris notorij Matrimonio licitè aſſiſtit Parochus tab. gen. cap. 9. num. 10. f. 54.

Peccatum à Confeſſario ſacrilegè reuelatum ſub ſigillo Sacramentali tegendum eſt c. 57. nu. 5. f. 388.

Peccata venialia ſunt materia remota Sacramenti pœnitentiæ tab. 2. cap. 11. num. 20. ſola attritione delentur num. 22.

Peccatum veniale non reddit irritã ſatisfactionem cap. 55. n. 6. f. 366.

Peccatorum numerus creſcit ex multiplicatione actuum malorum voluntatis tab. 2. c. 19. num. 7. f. 140.

à Peccatis dubijs, an ſint reſeruata abſoluendus eſt pœnitens tab. 2. cap. 25. num. 10. dubia, an ſint mortalia, reſeruari poſſunt ibidem. 11.

Peccatori occulto an miniſtrandã ſint Sacramenta t. g. c. 9. n. 1. f. 57.

Peccata minima vitanda tab. 2. cap. 93. num. 30.

Peccatum auditum à confitente palam Confeſſario in neceſſitate ſub ſigillo tacendum cap. 57. n. 6. f. 338.

Peccatum originale delctur Baptiſmo tab. 1. cap. 4. num. 1. & actuale ibid. cap. 9. num. 6. etiam quoad pœnam ibid. & fol. 47. ad peccatum Babtiſmo delendum in adultis ſufficit attritio generalis tab. 1. cap. 6. num. 2. fol. 27. peccatum in ſuſceptione Baptiſmi commiſſum confitendum eſt ibid. & fol. 27.

Peccatorum remiſſio cap. 55. n. 12.

Peccatum veniale non impedit effectum Baptiſmi tab. 1. cap. 9. num. 7. non eſt in hac vita neceſſario expiandum tab. 2. cap. 5. fol. 81. & 2. 19.

Peccatum, vt offenſa Dei tab. 2. cap. 4. fol. 79.

Peccata ex oblidione prætermiſſa in confeſſione quando confitenda tab. 2. cap. 12. num. 19.

Peccata externo opere conſummata reſeruantur t. 2. cap. 25. n. 4. f. 227.

Peccator occultus in amentiam lapſus, ſi antea coram vno teſte Baptiſmum poſtulauit, baptizandus eſt tab. 1. cap. 5. num. 6. f. 25.

Peccatum mortale impedit Indulgentiam tab. 2. c. 47. n. 22. & 24.

Peccata contra Decalogum c. 59.

Peccatorum conuerſio c. 99. n. 24.

Peccatum rubigo, & ſcoria animæ cap. 94. num. 33. quam graue ſit, & quot damna afferat cap. 96. n. 1.

Percuſſor Clerici, vel Monachi ab excommunicatione abſoluendus, ſi læſo ſatisfaciat c. 92. n. 42. f. 585.

Peregrini viatores in aliena diœceſi abſolui poſſunt à peccatis reſeruatis in propria diœceſi tab. 2. cap. 25. num. 15. & 17. fol. 229.

Perfectionis ſtudium cap. 32. n. 38.

Perſeuerantia cap. 94. nu. 8. f. 614.

Perſonarum acceptio cap. 96. num. 10. & 13.

Periculum proximũ peccandi quando deſerendum tab. 2. cap. 19. num. 56. fol. 376. & cap. 57. num. 21. & cap. 97. n. 7. & c. 100. n. 22.

Peri-

Digitized by Google

Periculum mortis, poſtquam ſuperatum eſt, ceſſat obligatio confeſſionis tab. 2. cap. 22. n. 18.

Periculum mortis pro amiculo tab. 2. c. 20. & c. 92. n. 3. & f. 384.

Petenda à Deo cap. 93. num. 5. 12. & 16. & cap. 98. num. 5. & 11. & cap. 99. num. 20. & cap. 94. num. 12. & cap. 95. num. 3. & 8. & cap. 97. num. 18. & num. 21.

Periurium de pluribus rebus vnum peccatum mortale eſt tab. 2. cap. 19. num. 14. & ſi fiat varijs formulis, & per multos dicos ibidem num. 42. fol. 142. & 148.

S. Philippus Nerius cap. 93. nu. 5.

Pietas erga miſeros cap. 96. nu. 22.

Pœnitentiæ ethymon tab. 2. cap. 2. num. 2. definitio ibid. num.

Pœnitentiæ omiſſio in ſuſceptione Baptiſmi eſt peccatum confitendum ab adulto tab. 1. cap. 9. nu. 6. f. 45.

Pœnitentia quotuplex tab. 2. cap. 3. num. 3. publica, ſecreta nu. 3.

Pœnitentia eſt ſpecialis virtus tab. 2. cap. 5. ſupernaturalis, non theologica tab. 2. cap. 5. fol. 81. neceſſaria ad ſalutem ibid. fol. 82. differt à Iuſtitia, placat Deum fol. 82.

Pœnitentiæ actus eliciti, & imperati tab. 2. cap. 6. n. 7. f. 83.

Pœnitentia neceſſaria eſt neceſſitate medij, & præcepti, hoc quando obliget tab. 2. cap. 8. num. 9. obligat ex iure naturæ num. 10. fol. 59. omne peccatum delet cap. 9. num. 12.

Pœnitentia Antiochi, & Eſau falſa ibid. fol. 91.

Pœnitentia viuificat merita, quæ ob lethalem culpam mortificata fuerant tab. 2. cap. 9. num. 13.

Pœnitentiariæ literæ, ſeu breuia tab. 2. cap. 20. num. 32. & 33. & cap. 25. num. 44. f. 161. & 236.

Pœnitentiæ iniungendæ pœnitentibus tab. 2. cap. 32. f. 269.

Pro reſeruatis iniunctæ an commutari poſſint cap. 54. n. 12. f. 361.

Pœnitentiæ omiſſio, & quando excuſatur ibid. num. 9. fol. 359.

Petitio cap. 99. num. 29. oblitio ib.

Dilatio quando, & quale peccatum cap. 54. num. 10.

Pœnitentia tempore ſtato implenda ibid. fol. 359. an ſi fiat in peccato mortali valeat ibid. num. 11.

Pœnitentia in ærumnis, & morbis cap. 54. num. 13. ad commutationem pœnitentiæ quid opus ſit ibid.

Pœnitentiæ manifeſtatio an peccatum cap. 54. num. 11.

Pœnitentiæ effectus cap. 55. n. 1.

Pœnitenti quænam à Confeſſario imperari poſſunt tab. 2. cap. 8. n. 57.

Pœnitens non eſt admonendus, quando non ſperatur fructus admonitionis, ſed in bona fide relinquendus cap. 57. num. 5. quando interrogandus eſt ibid. num. 5. f. 379.

Pœnitentię exempla cap. 93. nu. 2.

Pœnitentiæ Sacramentum quando inſtitutum à Chriſto tab. 2. cap. 10. num. 15.

Pœnitentiæ actus cap. 94. nu. 69.

Pœnitentiarius ſubdelegare poteſtatem abſoluendi à reſeruatis an poſſit tab. 2. cap. 25. n. 45. f. 239.

Canonicus Pœnitentiarius eligi poteſt Confeſſarius inſcio Epiſcopo cap. 49. num. 4.

Effectus Sacramenti Pœnitentiæ cap. 55. num. 1. iteratæ abſolutionis ibid. num. 2.

Pœnitentia qualis, & quanta iniungenda eſt tab. 2. cap. 29. fol. 254. ſcrupuloſis ſępe eadem confitentibus eadem imperanda ibid. num. 4. iuſto nec lenior, nec grauior imponenda ibid.

Digitized by Google

ibid. num. 6. & 7. quanta moribundo imponi poſſit num. 11. fol. 258. iniuncta quando recuſari poſſit ibid. num. 9. fol. 257. & num. 17. fol. 260. ad arbitrium pœnitenti facienda an imponi poſſit ibid. cap. 29. num. 12. an opus pro animabus Purgatorij faciendum, vel perſoluendum imperari poſſit cap. 29. num. 12.

Pœnitentiæ ſecundum Canones tab. 2. cap. 44. num. 2.

Pœnitẽti imperari poteſt opus alias præceptum tab. 2. cap. 29. num. 13. fol. 258. & opus per alium à pœnitente implendum num. 15. quænam pœnitentia recuſari poſſit. num. 17. quando, & à quo commutari poſſit cap. 30. num. 1. fol. 260. & ſi pro reſeruatis iniuncta ibid. an à pœnitente commutari poſſit num. 2.

Pœnitentia homicidæ imperanda tab. 2. c. 29. n. 16. f. 259.

Pœnitentia publica quando imponi poſſit cap. 54. n. 4.

Pœnitẽtiæ omiſſio quale peccatum ſit tab. 2. cap. 30. num. 3. fol. 262. pœnitentia quando implenda ibid. nu. 4. præſcripto modo facienda ibid. nu. 6. pœnitentiam in peccato mortali explens non peccat mortiferè ibid. nu. 5. pœnitentiæ ſatisfit faciendo imperatũ abſque intentione ſatisfaciendi ibid. cap. 30. num. 7.

Pœnitentiæ imponendæ modus cap. 32. num. 2. fol. 268. pœnitentiæ quales quibus iniungendæ ibid. nu. 4.

Pœna ſtatuta eſt ab Eccleſia in inconfeſſos tab. 2. cap. 12. num. 26. fol 107. pœnæ eorum, qui non ſeruant præcepta confeſſionis, & communionis ibid. num. 30.

Pœnitentia Iubilæi tempore tab. 2. cap. 47. num. 23.

Pœnitens tacens peccatum notum Confeſſario interrogandus eſt & an abſoluendus cap. 57. n. 6.

Penſionis Eccleſiaſticæ capax eſt excommunicatus cap. 68. n. 4. f. 462.

Pœnitentis diſpoſitio ſpectanda a Confeſſario tab. 2. c. 6. n. 8.

Pœnitentiæ tempus cap. 94. n. 10.

Pœnitentes abſoluendi modus tab. 2. cap. 4. nu. 25. fol. 224.

Percuſſor Clerici, vel Monachi ſoli percuſſo ſatisfacere tenetur cap. 92. num. 42.

Parochus excommunicatus vide v. excommunicatio.

Plus, minuſue particulæ quid ſignificent tab. 2. cap. 19. num. 41. & num. 43. fol. 148.

Penitentis ſtatus ſaltem confuſè à Confeſſario ſciri debet cap. 57. num. 15. fol. 384.

Pœnitentia tab. 2. cap. 45. num. 18. fol. 190.

Pollutio voluntaria in Eccleſia quando illam polluat t. 2. c. 38. n. 5. & 7.

Pontifex cur præter Indulgentias plenarias alias minores concedat tab. 2. cap. 45. num. 1.

Põtifex relaxare poteſt præceptum annuæ confeſſionis tab. 2. cap. 12. num. 34. reſeruare ſibi venialia poteſt tab. 2. cap. 25. num. 4.

Populo quando placendum cap. 97. num. 3.

Principijs obſtandum cap. 96. n. 15.

Portiunculæ Indulgentia an ſuſpendatur anno Sancto cap. 51. num. 5.

Poteſtas ordinis, & iuriſdictionis tab. 2. cap. 20. num. 1. poteſtas Vicarij Epiſcopi ibid. num. 58. fol. 169. & cap 62. n. 3. f. 423. & c. 92.

Præcepta naturæ cap. 59. num. 5. & cap. 54. num. 36.

Præceptum Eccleſiaſticum confeſſionis tab. 2. c. 12. num. 1. f. 101. quando,

do,

Digitized by Google

da, & quomodo adimpleatur ibid. per totum, & num. 6. 7. & 8. Pontificem obligat vi directiua non coactiua ibid. num. 12. non eſt pure Eccleſiaſticum num. 16. fol. 105. non adimpletur venialium, ſed mortalium peccatorum confeſſione ibid. cap. 12. num. 24. & 25. quando non obligat ibid. num. 39. fol. 110. Cathecumenos, & infideles non obligat ibid. n. 44.

Præceptum confeſſ. qua Diuinum eſt, quando obliget tab. 2. 13. num. 1.

Præcepta Decalogi tab. 2. cap. 59.

Præceptum quando non obligat t. 2. cap. 12. num. 18. fol. 106.

Præcipienda à Confeſſario pœnitẽti cap. 57. num. 8.

Prædeſtinatio ad gloriam inæqualẽ fit ob inæqualitatem meritorum tab. 2. cap. 9. num. 36.

Præparatio animi tab. 2. cap. 31. & 32. & cap. 97. num. 31. ante orationem tab. 2. cap. 39. n. 20.

Prædeſtinationis ſignum religioſus ſtatus t. 2. c. 40. n. 25.

Prægnantis vterus quando ſecari poſſit tab. 1. cap. 2. num. 27. & tab. 1. c. 7. nu. 5. f. 33.

Præſcriptio priuilegiorum quot annorum eſſe debeat tab. 2. c. 56. nu. 2. & 17. non adiuuatur, nec fit mala fide ibidem.

Prçſentiæ Dei conſideratio tab. 2. cap. 32. num. 30. & cap. 29. num. 3. & cap. 97. num. 15. cap. 100. num. 6.

Angelorum præſentiæ c. 39. nu. 20.

Præſentare ſe Superiori per Confeſſarium, vel Procuratorem poteſt pœnitens, vt abſoluatur à reſeruatis, vel cenſuris tab. 2. cap. 25. num. 44. fol. 236. & cap. 92. n. 60.

Pro abſolutione præſentare ſe Iudici, Pontifici, vel Epiſcopo, qui teneantur c. 92. n. 11. & c. 27. n. 15. f. 147.

Præſules exempti habentes in foro exteriori iuriſdictionem eligere poſſunt ſibi Confeſſarium non approbatum t. 2. c. 21. n. 13. f. 196.

Præparandus animus ad tentationes, & aduerſa c. 97. n. 2.

Preces importunæ violentiæ ęquiualent t. 2. cap. 17. n. 28.

Preces ad B. Virginem cap. 95. per totum.

Preces ad Deum c. 93. & ſequent.

Principium Chriſtianorum pax cap. 95. num. 27.

Principijs malis obſtandum tab. 2. cap. 32. num. 20. & cap. 94. num. 42. & c. 95. nu. 2. & c. 97. n. 14.

Priuatæ amicitiæ cap. 39. num. 21.

Priuilegia Regularium non aufert Bulla Cruciata cap. 56. n. 21.

Priuilegiorum reuocatio promulganda cap. 56. num. 23. & c. 92.

Priuilegia Regularium non valent contra Decreta Concilij Tridentini ibid. cap. 56. num. 24.

Priuilegia a contrario vſu amittantur ibid. n. 11. per non vſum n. 16.

Priuilegijs vti Regulares quando debeant ibid. nu. 12. f. 371.

Priuilegia audiendi Miſſam tempore interdicti ibid.

Priuilegiorum vſus à Superior Regularibus reſtringi poteſt ib. c. 56.

Priuilegium ablatum vni monaſterio non aufertur alteri ibid. nu. 5.

Priuilegia per abuſum nõ reuocantur ibid. c. 56 nu. 19.

Priuilegiorum extenſio ibid. cap. 56. num. 17. f. 372.

Priuilegijs vti nemo inuitus tenetur cap. 50. num. 3.

Priuilegium Ieſuitarum Iubilęi tẽpore cap. 47. num. 28. fol. 334.

Priuilegia Cruciatæ cap. 50. num. 1. & 2. fol. 340.

Pri-

Digitized by Google

Priuilegia in dubio, an valeant, impediri nequeunt ab Epiſcopo cap. 56. num. 12. & 18. Priuilegium conceſſum quatenus eſt in vſu ibid.

Priuilegia quando, & quomodo reuocentur cap. 56. n. 14. & 15.

Priuilegiorum confirmatio, & vſus cap. 56. num. 2. præſcriptio ibid. cap. 56. num. 1.

Priuilegia remuneratoria, & per modum contractus an reuocentur ib. cap. 56. nu 4. fol. 514.

Priuilegiorum reuocationis ignorantia facit, vt validè abſoluatur cap. 56. num. 22. fol. 373.

Priuilegijs Regularium Confeſſariorum vti poteſt Epiſcopus Regularis cap. 56. num. 8.

Priuilegia Regularium valēt etiam in fo ro ſori ibid. num. 3. f. 369.

Propoſitum vitandi peccata in contritione includitur tab. 2. cap. 14. nu. 25. boni propoſiti vis tab. 2. cap. 32. nu. 23. propoſita bona cap. 97. n. 34.

Propoſitum non peccandi cap. 93. n. 3. & num. 24.

Propoſita bona cap. 95. per totum.

Probabilitas ex facto naſcitur tab. 2. cap. 23. num. 27.

Profeſſio religioſa cap. 51. num. 4. fol. 551.

Prouidentia cap. 96. num. 14.

Publicanus pœnitens cap. 39. n. 2.

Promittens facere, quod ſapientes, ac periti iudicabunt, in caſu dubio abſolui poteſt c. 57. n. 19. f. 585.

Prudentia cap. 94. num. 35. & 44. & cap. 96. n. 10. & 18.

Pudori confitentis quomodo conſuli poſſit cap. 45. num. 46.

Pudor noxius vitandus in confeſſione t. 2. c. 39. n. 15. & c. 100. n. 25.

Pudicitia tab. 2. cap. 37. num 1. & cap. 94. num. 45.

Pueri quando confiteri debeant, & legibus Eccleſiaſticis obligentur tab. 2. cap. 12. num 9. fol. 103. an excommunicationi, & cui obnoxij ſint num. 11. fol. 114.

Puellæ quæ in Monaſterijs Monialium educantur poſſunt abſolui à quolibet Confeſſario c. 37. n. 1.

Quando pueri ſub conditione abſoluendi ſint t. 2. c. 28. n. 14.

Participatio alieni peccati confitenda tab. 2. cap. 17. num. 50.

Paruitas materiæ excuſat cap. 47. num. 24. fol. 332.

Pulcritudo animi c. 96. n. 29. f. 632.

Quam primum fit, quod intra triduum fit tab. 2. cap. 13. n. 8. f. 114.

R

RApina, furtumque vitanda tab. 2. cap. 59. num. 7.

Raptus circumſtantia confitenda, quid ſit raptus tab. 2. cap. 17. num. 28. 29. & 30.

Ratihabitio dat poteſtatem abſoluendi à peccatis t. 2. c. 22. n. 4. f. 154.

Ratio ſequenda cap. 94. num. 40.

Rationabiliter viuendum, ac prudenter cap. 97. num. 7.

Recidiuis pœnitentiæ quales imponendæ cap. 32. num. 4.

Quinam recidat in excommunicationem abſolutus c. 92. n. 58. f. 589.

Referenda non ſunt aliorum dicta, vel facta cap. 40. num. 26.

Regulæ vel minimæ obſeruantia ibid. cap. 40. nu. 30.

Regularis Confeſſarius dimiſſus, vel eiectus à Religione non poteſt audire confeſſiones in eadem diœceſi cap. 58. num. 9. nec vti priuilegijs Regularium, tab. 2. cap. 20. num. 88. f. 185.

Regulares Confeſſarij an Mediolani poſſint abſoluere ſocios ſui criminis



Digitized by Google

nis tab. 2. cap. 20. num. 83. fol. 181.

Religioſi tempore Iubilæi eligere ſibi poſſunt Confeſſarium ex approbatis ab Ordinario ex conceſſione vniuerſali tab. 2. cap. 21. num. 25. & 26. fol. 198. & ibid. cap. 20. num. 3. & quando non approbatum ibid. n. 76.

Religioſus aduena, vel hoſpes in alieno monaſterio ſui ordinis abſolui poteſt à peccatis in ſuo reſeruatis cap. 25. num. 26.

Religioſi ſuperiores facile concedere debent licentiam abſoluendi à reſeruatis ibid. nu. 37. fol. 234. niſi graue damnum timeatur communitati.

Religioſorum quorundam mos in abſoluendo à Caſibus Reſeruatis tab. 2. cap. 25. n. 42. fol. 235.

Religioſus approbatus ab Epiſcopo an ſine Superioris licentia audire poſſit confeſſiones cap. 49. n. 4. f. 338.

Religioſi nouitij quem Confeſſariũ ſibi eligere poſſint ibid. n. 5. f. 339.

Religioſi impediri nequeunt, quominus Indulgentias Cruciatæ Bullæ ſuſcipiant cap. 50. nu. 4. f. 341.

Religioſorum Indulgentiæ variæ à Paulo V. Pontifice conceſſæ cap. 51. num. 49. feſta præcipua Religioſorum ibid. fol. 443.

Regularium Superiores an eligi poſſint in Confeſſarios tab. 2. cap. 49. num. 4. fol. 338.

Regulares quando à Confeſſarijs ſecularibus abſolui poſſint tab. 2. cap. 20. num. 76. f. 176.

Regularium famuli non viuentes collegialiter cum illis obnoxij ſunt cẽſuris Epiſcopi c. 63. n. 31. f. 430.

Regularium ius ad confeſſiones excipiendas ab Epiſcopo impediri non poteſt licitè tab. 2. cap. 20. n. 87. f. 182.

Regularium priuilegia contra Decreta Concilij Tridentini non valent tab. 2. cap. 96. num. 24. fol. 574.

An præbeant illis facultatem abſoluendi à Caſibus Reſeruatis, & à cenſuris cap. 92. num. 113.

Regulares, qui ad audiendas confeſſiones idonei ab Ordinarijs reperti ſunt generaliter, & abſque limitatione temporis, aut locorum, aut perſonarum admittendi ſunt tab. 2. cap. 20. num. 51. & 8.

Regulares priuilegiati abſoluere poſſunt à caſibus, & cenſuris reſeruatis in iure Papæ, non à Caſibus Reſeruatis ab Epiſcopo cap. 60. n. 1. f. 406.

Regulares extra monaſterium quãdo eligere ſibi poſſint Confeſſarium t. 2. cap. 21. num. 16. vt longum iter habentes, & carentes Confeſſario expoſito, & neceſſitate vrgente ibidem num. 22. fol. 198.

Regularis excommunicatus denunciatus ab Epiſcopo abſolui ab eodem poteſt, non à Superiore ſuo t. 2. cap. 62. num. 19. fol. 427.

Religioſi Superiores non approbati ab Epiſcopo ſecularium confeſſiones excipere nequeunt tab. 2. cap. 20. num. 10. quoſnam caſus ſubditorum reſeruare ſibi poſſunt tab. 2. cap. 25. nu. 3. fol. 227. an ſubditos ſuos à cenſuris, & à caſibus Papæ reſeruatis etiã in Bullæ Cœnæ abſoluant cap. 96. nu. 93. fol. 599.

Religioſi ſtatus circumſtantia an confitenda tab. 2. cap. 17. num. 5. & 58. fol. 124. & 131.

Religioſarum conſtitutionum tranſgreſſio conſueta an confitenda tab. 2. cap. 19. num. 21. 22. & 23. f. 143.

Religioſi Superiores quando peccatum faciant in diſtributionibus officiorum, & omiſſione correctionis ibid. num. 24. f. 144.

Religioſus ſuccurrere debet parentibus

Digitized by Google

bus extremæ indigentibus c.59.n.4.

Religioſi vita, & regularium remiſſio tab. 2. c.40. n.28. f.305.

Religioſus ſtatus ſignum prædeſtinationis ibidem.

Confeſſarius Regularis approbatus ab Epiſcopo an à Superiore ſuo ſuſpendi poſſit tab. 2. c. 20. n. 71. & 80. fol. 178.

Religioſi non poſſunt abſolui à reſeruatis per Bullam Cruciatæ, & quibus confiteri poſſint cap. 49. num. 5. fol. 239. & cap. 60. num. 28. fol. 416. & 417.

Regulares abſolui poſſunt ab hæreſi, & à cenſuris ab Epiſcopo, vel Inquiſitore cap.27.nu.9 f.246. etiam inuito proprio ſuperiore num. 9. & cap. 92. num. 94.

Regulares nequeunt abſoluere à cenſuris Inquiſitorum cap.60. num. 5. fol. 408. & 409.

Regularium Generales poſſũt communicare ſecularibus bona ſubditorũ Regularium cap. 52. num. 8. & 9. fol. 351. & abſoluere ſubditos, vide v. Abſolutio.

Regularis Cõfeſſarius an inuito Superiore validè excipiat confeſſiones tab. 2. cap. 20. num 82. fol. 179. an non præſentatus à Superiore abſoluere poſſit ibid. vide v. Abſolutio & cap. 60. per totum.

Regularis Confeſſarius abſoluens fœminas inuito Superiore ſubditæ tempore puniri non debet tab. 2. cap. 20. num. 81. fol. 179.

Reliquiæ Sanctorum geſtatæ in actu Venereo, vel donatæ meretrici an confitendæ tab. 2. c. 17. n. 52. f. 133.

Reincidentia in excommunicationem cap. 92. nu. 57.

Remedia aduerſus pudorem noxiũ in confeſſione cap. 33. n. 2. f. 175.

Remedium vitiorum cap. 32. per totum fol. 268. contra tentationes carnis cap. 40. num. 32. f. 307.

Renunciatio poteſtatis non acceptata non valet t. 2. c. 20. n. 79. f. 177.

Repetitio verborum formæ Baptiſmi tab. 1. c. 3. n. 3. ablutionis, &c.

Rebaptizare neminem licet, & qui rebaptizat irregularis fit tab. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 9. n. 4. & f. 43.

Reſcripta Pontificia ſine prævia abſolutione ab excommunicatione irrita ſunt, non verò reſcripta aliorum Præſulum cap. 70. n. 7. f. 475.

Reſeruatorum abſolutio cap. 38. num. 4. & cap. 39. num. 9. & cap. 45. fol. 227. & 285. & c. 92. per totum.

Reſeruatorum abſolutio virtute Iubilęi tab. 2. c. 26. n. 2. f. 240.

Reſeruatio non reuiuiſcit etiamſi Iubileum non acquiratur ibid. num. 4. & 5. tollitur etiam indirectè num. 11. per confeſſionem ſolam num. 9. à reſeruatis Epiſcopo Iubilęi tempore abſolui quilibet poteſt ibid. num. 8. fol. 240. à reſeruatis per Bullam Cœnæ Iubilei tempore abſolui poteſt ibidem, & cap. 92.

Reſeruatio caſuum quando inualida cap. 57. n. 16. f. 394.

Reſeruatio peccatorum tollitur abſolutione inualida ſuperioris tab. 2. c. 25. num. 35. fol. 230.

Reſeruatio peccati ob conſuetudinem tab. 2. cap. 19. n. 15. f. 142.

Reſeruatio peccatorum, etiam illicita valet tab. 2. cap. 25. n. 2. f. 226.

Reſeruari quænam peccata poſſint ibid. num. 4.

De abſolutione à reſeruatis quo ad Regulares, vide cap. 60. à num. 18. ad num. 30.

Reſeruatio peccatorũ quando ceſſat morte reſeruantis Epiſcopi tab. 2. cap.

Digitized by Google

cap. 25. num. 9. fol. 128. vel generalis propoſiti, vel poſt regimen.

Reſtituere an, & quando teneatur Confeſſarius tab. 2. cap. 22. num. 4. & cap. 57. n. 14. fol. 205. & 383.

Reſtitutionis dilatio peccata multiplicat tab. 2. cap. 19. n. 8. f. 140.

Reſtituere famam non debet, qui ſceleris ſocium Confeſſario detegit ib. cap. 19. num. 54. f. 151.

Reſtituendæ famæ modi c. 59. nu. 7. reſtitutionis faciendæ cauſæ ibidem.

Reſtitutio ſpectat ad ſatisfactionem cap. 54. num. 1.

Reus confiteri nolens Iudici crimen de quo conuictus eſt an abſoluendus cap. 57. num. 5. f. 374.

Reuelatio cõfeſſionis, vide ſigillum cap. 57. & cap. 24.

Rotæ Romanæ deciſiones tab. 2. cap. 23. n. 24. fol. 212.

Roſarium Coronæ B. Mariæ Virginis cap. 95. num. 16.

S

Sacerdos excommunicatus in neceſſitate vrgente rogandus eſt, vt baptizet, etiamſi alij non Sacerdotes adſint, qui baptizare poſſint cap. 67. num. 10. fol. 453.

Sacerdotis, & Confeſſarij ſcientia neceſſaria tab. 2. c. 20. n. 1. f. 204.

Sacerdos excõmunicato Sacramenta miniſtrans quando peccet, & quando non c. 67. n. 18. f. 455. excõmunicatus quamuis illicitè Sacramenta ſuſcipiat, validè tamẽ ea recipit quoad ſubſtantiam ibid. Miniſtrans Sacramenta excommunicatis peccat mortaliter ibid. num. 17.

Sacerdos peccato mortali occulto obſtrictus poteſt induci ad celebrandam Miſſam die feſto, vt populus non habens alium Sacerdotem Miſſam audiat tab. gen. cap. 9. n. 3. f. 51.

Sacerdotum numerus ad Altare priuilegiatum c. 2. c. 43. nu. 6. f. 317.

Sacerdotes quales miſſas celebrare debent, & quibus diebus ibid. num. 5. fol. 357.

Sacerdos quilibet vocatus ad audiẽdam confeſſionem monialis moribundæ poteſt ingredi clauſtra monialium, abſque licentia c. 57. n. 3. f. 378.

Sacerdos quilibet in articulo mortis quemlibet à quibuslibet peccatis, & cẽſuris abſoluere poteſt, ac debet tab. 2. cap. 20. num. 93. fol. 204. & cap. 57. num. 2. & 20. num. 21. 22. & pœnitens ab eo abſolutionem petere debet num. 23.

Sacerdos quilibet à venialibus abſoluere poteſt, & à mortalibus alia confeſſione expiatis ibid. cap. 20. num. 18. 14. 16. & 22. & num. 53. fol. 168. & ibid. num. 69.

Sacerdos Regularis non expoſitus à ſuis Superioribus eligi poteſt in confeſſarium inſcijs iiſdem tab. 2. cap. 21. num. 12. fol. 196.

Sacerdos abſoluit à culpa c. 55. n. 1.

Sacramentum quid ſit, vnde dicatur tab. gen. cap. 1. num. 1. quale ſignum ſit ibid. fol. 13.

Sacramenta quando à Chriſto inſtituta fuere ibid. n. 2. f. 15.

Sacramentorum neceſſitas ibidem cap. 1. num. 4. fol. 16. martyrij efficacia num. 5. fol. 16. Infantium cędes ex odio fidei Chriſtianæ martyrium ipſis eſt ibid. cap. 1. n. 5.

Sacramentorum materia remota, & proxima tab. gen. cap. 2. num. 1. f. 18. & tab. 1. c. 2. f. 5.

Sacramentorum forma ibid.

